Jan. 14. 1872

37
45 E
1

ARA 1882

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LITURGIA ANTIQUA
HISPANICA GOTHICA
ISIDORIANA MOZARABICA
TOLETANA MIXTA
ILLUSTRATA.

ADIECTIS VETUSTIS MONUMENTIS

Cum additionibus, Scholiis, & variantibus Lectionibus.

Ad vetuſtiſſimorum Codicum fidem exactis.

TOMUS PRIMUS



ROMÆ MDCCXLVI.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI.

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. ILDEPHONSO

CLEMENTE DE AROSTEGUI

Regi Catholico à Conſiliis, & pro Regnis Caſtellae
& Legionis Sacrae Rotae Romanae Auditoris.

HIERONYMUS MAINARDUS F.

UBI primum, PRAESUL ILLUSTRISSIME de vulgando Opere, cui Titulus — *Liturgia Antiqua, Hiſpanica, Gothica, Iſidoriana, Mozarabica,*

Digitized by Google

Toletana, & *Mixta illuſtrata* – eique Patrono adſciſcendo inſedit animo cogitatio, inter clariſſimos viros, nobilitate, doctrina, & virtutibus praeſtantes, qui honorificae Tutelae, atque Inſcriptioni omnibus numeris pares habentur, praecipuè occurriſti: nec mea dumtaxat, ſed aliorum etiam Sapientiſſimorum hominum, qui Te probè norunt, ſententia, tam idoneus eximii Operis ſuſtinendo patrocinio viſus fuiſti, ut ad id, non quaeſitus, ſed natus, aut factus cenſeare. Enimvero praeclara generis, & virtutis decora, quae multos ornant, & effusè commendant,ità unus exprimis, atque complecteris, ut planè de Te dictum illud Claudiani videatur in libro primo de laudibus Stiliconis.

——— partitum ſingula quemque
Nobilitant........ ſparguntur in omnes,
In Te mixta fluunt: & quæ diviſa beatos
Efficiunt collecta tenes...———

Profecto Stirpis tuae nobilitatem inſignem, literis, armis, dignitatibus, & honorificis muneribus in dies auctam, ac felicitèr apud poſteros propagatam exteri quoque viri docti perſpectam habent, ac meritae laudis praeconio opportunè celebrant. In hac Urbe maxima, Chriſtiani Sacerdotii ſuprema Sede, ac omnium Catho-

tholici Orbis nationum domicilio, quoties de Te, Praeſul ampliſſime, loqui contingit, hoc Tibi decus ultrò quiſque aſſerit: partemque gloriae antiqui generis non immeritò Urbs ipſa, & Italia ſibi vindicant. Ut autem paucis rem vetuſtam aperiam, conſtanti apud Hiſpanos traditione vulgatum eſt, Familiam CLEMENTEM ab Urbe Roma in Citeriorem Hiſpaniam migraſſe, quo tempore Romanorum Coloniae eodem ſunt deductae: quae licet in Provinciis Imperii latè fuſi propagatae, ritu, legibus, decore publico, & Magiſtratibus Romanae Civitatis Imaginem referebant, teſte Aulo Gellio Noctium Atticarum Libro XVI. Capite XIII. Porrò Familia, cognomenque CLEMENS cum primis apud Romanos praeſtitit: floruitque viris illuſtribus, & eximiis. Ut alios praeteream, occurrunt in Hiſtoriis M. Aretinus CLEMENS Praefectus Proetorio, Titus Flavius CLEMENS Conſul Ordinarius & Martyr inclytus, Caſſius CLEMENS Senator, ac Terentius CLEMENS Juris conſultus. Poſtquam in Hiſpaniam CLEMENTES commigrarunt aviti ſplendorem generis conſtanter retinuerunt. Floruit ſiquidem apud Iberos Seculo Chriſti IV. Aurelius Prudentius CLEMENS, celeberrimus Poeta

Chri-

Chriſtianus: cujus inſignem eruditionem, pietatem, ſtudiumque Catholicae Religionis eximium omnis aetas praedicabit, & efferet. Poſteriori aevo ex eadem Familia alii etiam praeſtantes viri in Hiſpaniae Hiſtoriis memorati occurrunt; ex quibus tamen unum modo, quem Romana celebrant monumenta, proponam in exemplum: quia & in illo expreſſam quamdam tui Imaginem facile quiſque intuebitur, atque praecipua divini numunis providentiâ eum non diſpari ornatum munere huic Urbi praeluxiſſe fatebitur. Is eſt Mattheus CLEMENS, qui quum egregiis animi polleret dotibus, & ut teſtatur Zurita Hiſpanorum Annalium inſignis Scriptor, (a) *Juris Sacri, Civiliſque eſſet peritiſſimus*, Alphonſo IV. Aragoniae Regi ita fuit acceptus, ut, poſtquam illum Conſiliis ſuis praepoſuit, ad Urbanum VI. Pont Max. Romam miſerit: tantamque ſibi apud Pontificem gratiam comparavit, ut illum, eodem Zurita teſte, (b) *Sacri Palatii cauſarum Judicem creaverit*. Annè luculentius Romano in Foro alicujus Imago umquam exſtitit praemonſtrata? Te profectò Romana Curia ita ſuum jure optimo dicit, ut non tam ſibi

dono

(a) In Indice latino fol.252.
(b) Fol.356.

dono datum, quam poſtliminio juſtiſſimè redditum exiſtimet. Quod ne temerè a me dictum quiſquam putet, res ipſae luculentiùs mox aperiendae perſpicuum efficient. Rebus magnis in Eccleſia gerendis ab ineunte aetate, Praeſul nobiliſſime, feliciter proluſiſti, egregiae Indolis, preaſtantis Ingenii, nec vulgaris doctrinae ſpecimina praebens. Id potiſſime ſpectatum eſt, quandiu cooptatus Sodalis manſiſti in celeberrimo Sancti Ildephonſi Collegio Complutenſi, ad quod nonniſi viris nobilitate, atque eruditione praeditis patet aditus. Hic Magiſterii donatus Laurea, ac tam Canonici, quam Civilis Juris Cathedras promeritus, in quibus, ut uberrimo fructu, ſic magno cum omnium plauſu docuiſti. Eodem tempore magis magiſque nomen auxiſti editione praeclari Operis inſcripti, *Concordia Paſtoralis*: quod ad remotas quaſque Regiones delatum eximias doctorum virorum laudes aſſequutum eſt. Sed cum jam Te Curia vocaret, PHILIPPI V. Catholici Regis beneficentia ornatus fuiſti ſpectabili munere Senatoris in Urbe Caeſareauguſta illuſtri in Aragonia Metropoli. Inde Supremi Tribunalis XII. Virum Rotae Romanae Auditor ab ipſo Rege deſignatus, eoque nomine San-

ctiſſimo

ctiſſimo Domino Noſtro BENEDICTO XIV. Pontifici Maximo oblatus, non vulgaribus exiſtimationis, & benevolentiae argumentis exceptus es, atque probatus. Nec acerrimi judicii Pontificem concepta merito de Te exſpectatio fefellit. Graviſſimam ſiquidem, lateque fuſam Provinciam tam juſtè, ſanctè ac diligenter geris, ut omnium ferè gentium, quæ Urbem maximam, atque lectiſſimam colunt, laude efferaris atque praeconio. Quem enim non movent Chriſtiano Preſule digna Religio, ad obviam humanitatem prona liberalis Indoles, ingenium promtum, maturum Judicium, grave conſilium, morum integritas, ſingularis eruditio, & abſoluta utriuſque Juris peritia? Diffidentes magis magiſque devincit juſti rectique tenax in cauſis cognoſcendis, ac dirimendis propoſitum. Univerſos autem in admirationem rapit ſingularis modeſtia, qua ſeveritatem in Magiſtratu ſapienter temperans, tunc maximè praeſtantiam virtutis prodis, quando ſtudioſius conaris occulere. Neque haec tantum merita me moverunt, ut egregia volumina clariſſimo Nomini Tuo inſciberem, & Tibi dicarem. Accedunt ab inclyta natione Tua Hiſpanica peculiares cauſſae; accedunt & aliunde praecipui ti-

tuli,

tuli, qui & Te Operi, & Opus ſpectatiſſimae Perſonae tuae aptiſſimum praedicant. Idipſum enim, quod paullò ante laudavimus, Santi Ildephonſi Collegium, totius Literariae Univerſitatis, & Academiae princeps, ampliſſimis Summorum Pontificum, & Hiſpaniarum Regum ditatum privilegiis, multorumque Virorum doctrina, honoribus, muneribus, & eminentiſſima etiam Cardinalatus Sanctae Romanae Eccleſiae dignitate inſignium parens & altrix auctorem habet Venerabilem Dei Servum Franciſcum Cardinalem Ximenium, Toletanum Archiepiſcopum, *Liturgiae Mozarabicae* aſſertorem, & vindicem. In eodem Collegio, quod aliorum omnium à ſe conſtitutorum caput eſt, & heres ex aſſe, tanto Eccleſiae Principe auſpice, diligens navata fuit opera nedum celeberrimae editioni Complutenſi Bibliorum Sacrorum, verum etiam *Liturgiae Mozarabicae*: è qua exſtant adhuc in Ildephonſina Bibliotheca *Miſſale*, ac Divinorum Officiorum *Breviarium* a viris doctis plurimi facta & magnopere expetita. Mozarabum Ritum, qui ex pacto atque convento cum Mauris Toleti ſeptem in Eccleſiis ab ipſo Saracenicae incurſionis tempore ſervabatur inter Divina, Ximenius Cardinalis promovit. In Templo To-

b leta-

Digitized by Google

letano Capellam item erexit , ubi quotidie ritus ipſe celebratur, pluribus Sacerdotiis inſtitutis , ut illi ſacram pompam , & majeſtatem adderet. Atque hinc alia mihi cauſa peropportuna, & maximè congruens ſuboritur, ob quam Tibi opus hocce dicandum eſſe aequiſſimè cenſeam. Ad omnes ſiquidem fama pervenit Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Petri Clemente de Arostegui germani Fratris tui; omnes facile intelligent quantum viro tanto hujus Operis argumentum in pretio eſſe debeat. Nam & ipſe Complutenſis Academiae quondam egregius fuit alumnus, ac Toletanae quoque Eccleſiae conſpicuis titulis eſt devinctus. Poſtquam enim in hac ipſa pro meritis eximiis Canonicatu, ac Dignitate Theſaurarii eſt potitus, totius inſuper Archidioeceſeos Vicariatum Generalem obtinuit. Quo in munere tanta integritatis, prudentiae, & juſtitiae in negociis gerendis laude inclaruit, ut Aloysio Sereniſſimo Hiſpaniarum Infanti Cardinali, Toletano Primati, regio patrocinio, atque Clementis XII. Summi Pontificis beneficentia Adminiſtrator ſit adlectus: & ut tanti Principis, tantaeque Eccleſiae flagitabat ſplendor, Archiepiſcopus Lariſſenſis creatus. Ergo, ſi hujus operis argumentum

cum

cum Complutenſis Academiae honore, & Eccleſiae Toletanae gloria miro nexu cohaeret, ſatis apertè res ipſa loquitur, quantum Tibi, & Illuſtriſſimo Fratri accepta eſſe debeat Toletana, ſeu Mozarabica Liturgia, & quam juſto jure praeclaro nomini tuo inſcribi debuit. Quum itaque Illustrissime Praesul, Inclyta natio, illuſtre genus, eximiae Perſonae dotes, loca, munera, ſtudia, Domeſtica exempla dicato Operi probè congruant, oro obteſtorque, ut illud, qua praeſtas, benigniſſima comitate ſuſcipias, tuoque patrocinio libenter impertias. Id enim, ſi pro votis obtinuero, non dubito, quin fauſtiſſimi comitentur, & ſequantur ſucceſſus. Validum ſiquidem in Te praeſidium illi conſtituo: tuoque ornatum nomine, & comprobatione fultum Opus eximium, feliciori doctorum hominum judicio facile gaudebit: ſperatoque exceptum plauſu apud Hiſpanos potiſſime perennabit.

AD-

ADMONITIO, ET PRAEFATIO

AD LECTOREM.

QUI *in duobus haſce Voluminibus exhibentur Doctorum Virorum praeclari Labores. Antiquam* Liturgiam Hiſpanicam., Gothicam, Iſidorianam, Mozarabicam, Toletanam, Mixtam *illuſtrantes una cum vetuſtis, monumentis, Anecdotis, Annotationibus, Scholiis, & Variantibus Lectionibus, publicis Typis Romae ab hinc trjennium evulgati fuere ante Opera ſex complexa Tomis Venerabilis Joſephi Mariae Thomaſij Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis Presbyteri doctrinâ, & virtutibus clari. Quoniam verò a compluribus Sacrarum, & antiquarum Rerum ſtudioſis ſeorſim optabantur longè minora ferentes diſpendia, ut juſto illorum deſiderio ſatisfieret, duobus excepti Voluminibus, ac uno veluti diſtincti corpore nunc eduntur. Tam eximia autem Opera, quæ rem divinam Hiſpanicarum Eccleſiarum perſpicuam reddunt, rituſque venerandos, vetuſtoſque non ità feliciter à multis intellectos, vel explicatos, apertos, & illuſtriores officiunt, quemadmodum exteri quique avidè quaerunt, ità Hiſpanicae Nationis tot nominibus ſpectandae, docti Homines, veluti propriâ libentiſſime excipient. Talia ſiquidem ea ſunt, quæ non unâ de cauſſâ illis proderunt; Nomenque Hiſpanicae Eccleſiae toto Terrarum Or-*

be

Digitized by Google

be jamdiu celebre , clarius reddent . Quid verò eorumdem pretium potiſſime retegit Sapientiſſima ad Lectorem Monitio Thomaſianorum Operum primo Tomo præfixa à Viro Clariſſimo , doctiſſimoque Joſepho Blanchino Congregationis Oratorii Romani Presbytero, utile duximus, eam pene integram hic referre , ne quid praecipua adnotatione , & ſcitu dignum , in hac editione deſideretur . A Libello itaque Gothico-Hiſpanico , *qui vetus Pſalterium cum Canticis , & Verſibus praecedit , exorſi , ex Praefatione laudati Cardinalis Thomaſii ad ipſum Pſalterium, haec Blanchinus delibat : & deindè aliâ , quae ſequuntur , & rem noſtram attingunt , eruditiſſime proſequitur.*

„ Quod ad ſenſum moralem ſanctoſque animae Chriſtianae affectus attinet ; praeterquamquod ſaepe id illuſtretur argumentis laudatis , Orationes quae ſingulis Pſalmis ſubjunguntur , ad idipſum maximè conducunt; quae quod piis affectibus accommodum , per longam Pſalmi narrationem erat diffuſum , breviter contrahunt ; quò ferventiùs ex intimo corde, hauſtus ex Pſalmo ſpiritus ſe effundat in preces, ut vitia extirpentur, inſeranturque virtutes divinà imploratà manu Omnipotentis Dei. Antiquiſſimi ſanè moris eſt poſt ſingulos Pſalmos humi ſtrato corpore (exciperem dies Dominicos tempuſque Paſchale) adorare Deum, precarique breviſſimè: quo de ritu ſic legitur in tractatu de Virginitate , ſive S. Athanaſii , ſive aliùs cujuſpiam antiqui Patris : *Tot Pſalmos dices*, Virginem alloquitur, *quot poteris : & ad quemlibet Pſalmum preces & genuum inflectio cum lacrymis addatur , pronunciando Domino peccata tua , orandoque ut tibi remittantur : & poſt tres Pſalmos abſolutos, dices Alleluja . Quod ſi Virgines tecum fuerint : & illae quoque pſallant ; & ſingulae ſingulas preces effundant*. Apud Caſſianum totus hic ritus , ut apud Ægyptios Monachos ſervabatur , Angelo etiam eum morem comprobante, ſic traditur.* *Cum ſedentibus cunctis (ut eſt moris nunc uſque in Aegypti partibus) & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis, undecim Pſalmos orationum interjectione diſtinctos, con-*

* Lib.II. de Coenobiorum, cap.V

tiguis

Digitized by Google

„ *tiguis verſibus pariti pronunciatione cantaſſet* : *duodecimum ſub Alleluja reſponſione conſummans* , *ab univerſorum oculis repente ſubtrâctus* , *quaeſtioni pariter* „ *& caeremoniis finem impoſuit* . & Cap. VII. *Has igitur* „ *praedictas Orationes hoc modo incipiunt atque conſummant*, *ut finito Pſalmo non ſtatim ad incurvationem genuum corruant*; *quemadmodum facimus in hac* „ *Regione nonnulli* , *qui nedum bene finito Pſalmo in* „ *orationem procumbere feſtinamus*, *ad celeritatem miſſae quantocyus properantes* .... *Apud illos ergo non ita* „ *eſt*: *ſed antequam flectant genua* , *pauliſper orant*: *&* „ *ſtantes in ſupplicatione majorem temporis partem expendunt*. *Itaque poſt haec puncto breviſſimo procidentes* „ *humi*, *veluti adorantes tantùm Divinam clementiam*, „ *ſummà velocitate conſurgunt*: *ac rurſus erecti expanſis* „ *manibus eodem modo quo priùs ſtantes oraverant*, *ſuis* „ *precibus intentiùs immorantur*. *Humi namque diutiùs* „ *procumbentem non ſolum cogitationibus*, *ajunt*, *verum* „ *etiam ſomno gravius impugnari* ..... *Cùm autem is qui* „ *orationem collecturus eſt*, *è terra ſurrexit*, *omnes pariter* „ *eriguntur*: *itaut nullus nec antequam inclinetur ille* , *genu flectere*; *nec cùm à terra ſurrexerit*, *remorari praeſumat*: *ne non tam ſecutus fuiſſe illius concluſionem qui* „ *precem colligit*, *quàm ſuam celebraſse credatur* . Haec „ porro collectio & concluſio precis à Sacerdote fiebat: unde Cap. X. *Nulla*, inquit, *vox abſque Sacerdotis precem* „ *concludentis auditur* . Haec paulo latiùs retulimus, ut „ morem noſtris temporibus obſoletum cuncti noverint explicatius ; quique voluerint privatim etiam imitentur . „ Coeterum num iſtiuſmodi collectio ſive concluſio Sacerdotis fuerit aliqua precatio ex Pſalmo decantato excerpta, ſive ex tempore dicta, ſive ex aliquo libro recitata; aut generalis tantùm aliqua concluſio precationum, verbi gratià, *Per Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum* , vel quid „ aliud ſimile: arbitror, quantum in re tam obſcura conjectare poſſum, hoc poſtremo potiùs modo voce clarà Sacerdotis fuiſſe collectas atque concluſas ſecretas cunctorum „ adſtantium preces : cùm nuncuſque nullum veſtigium „ deprehenderim orationum ex Pſalmis confectarum apud „ Grae-

„ Graecorum vel Orientalium rituales libros, vel tracta-
„ tus Patrum. Itaque iſtiuſmodi Orationes de Pſalmis,
„ quales ſunt, quas ad praeſens edimus, primùm inſtitu-
„ tae fuere in Occidente. In Concilio Agathenſi anno
„ DVI. canone 30. praeſcribitur, ut *poſt Antiphonas, Col-*
„ *lectiones per ordinem ab Epiſcopis vel Presbyteris dicantur.*
„ Id quod numquam intelliges, niſi ritum pſallendi Gal-
„ liarum antiquum pernoveris, quem in praeſenti (ali-
„ quibus tamen immutatis) repraeſentat Breviarium Mo-
„ zarabum, Hiſpaniarum ſcilicet ritus antiqui, conſimi-
„ lis omnino priſco illi Gallicano veteri. Eo in Breviario
„ Antiphonae habentur cum acceſſione plurium verſuum,
„ poſt quos repetantur: quae ut plurimum ex Pſalmis, aut
„ ex Prophetis ſunt deſumptae. Hiſce Antiphonis ſingu-
„ lis Orationes ſubjunguntur ex eodem ipſo Pſalmo de-
„ cerptae, unde Antiphona proximè cantata excerpta fue-
„ rat. Has Orationes, cum animadverteremus aptiſſimas
„ eſſe ad inſtitutum noſtrum, collegimus; ſuoque pro-
„ prio Pſalmo hoc in Opere attribuimus: rem gratiſſimam
„ nos facturos pio Lectori arbitrantes, ſi hiſce pulcherri-
„ mis aequè atque piiſſimis precationibus, ipſius excita-
„ remus animum ad orandum Deum flagrantius aequè ac
„ fructuoſius. Porrò quod attinet ad Auctores harum
„ Orationum, antiqui planè ſunt: meminerunt enim non
„ rarò Gentilium, & Arrianorum, tamquam ſuo adhuc
„ tempore perdurantium: id quod vix referri poteſt ad
„ tempora Sarracenica, quae Regnum Gothicum exce-
„ perunt. S. autem Leandrum, aut Conantium vel om-
„ nium, aut certè ex parte majore, Auctores eſſe harum
„ Orationum pro certo habeo. *Leander enim*, inquit
„ S. Iſidorus, *ex Monaco, Hiſpalenſis Eccleſiae Provinciae*
„ *Beticae conſtitutus Epiſcopus ..... in toto Pſalterio dup-*
„ *plici editione Orationes conſcripſit*. Conantius autem,
„ ut Beatus ſcribit Ildefonſus, *poſt Mavulanen Eccleſiae*
„ *Polentinae Sedem adeptus eſt ..... Orationum libellum de*
„ *omnium decenter ſcripſit proprietate Pſalmorum*. Latent
„ quoque fortaſſis aliquae Orationes Salvi Abbatis inter

d

haſ-

„ haſce Mozarabicas Orationes: de quo ſcriptor anony-
„ mus apud Garſiam Loayſa haec tradit: *Salvus Abba Al-
„ beidenſis Monaſterii.... cujus oratio in hymnis, Oratio-
„ nibus, verſibus, ac Miſſis, quas illuſtri ipſe ſermone com-
„ poſuit, plurimam cordis compunctionem, ac magnam ſua-
„ viloquentiam legentibus, audientibuſque tribuit.... obiit
„ temporibus Garſeani Chriſtianiſſimi Regis, & Theudemi-
„ ri Pontificis, IV. Idus Febr. Æra milleſima*, hoc eſt an-
„ no 962. Quod ſi cauſſam Lector inquirat, cur pluribus
„ in Pſalmis Hiſpanicae hae Orationes non habeantur,
„ promptum eſt dicere: quia hae tantùm nunc exſtant eo
„ in Breviario Orationes ex Pſalmis, quae Antiphonis ibi-
„ dem poſitis reſpondeant: quare, ubi nulla in illo occur-
„ rit antiphona ex aliquo Pſalmo decerpta, ex eodem
„ confecta Oratio ibi locum habere non poteſt. Cùm con-
„ tra unus quandoque Pſalmus complures habeat Ora-
„ tiones; quia pluries in diverſis Officiis ex eo Antiphona
„ cantatur. Has Orationes Epiſcopi, vel Presbyteri, ut
„ in laudato Concilio Agathenſi dicitur, recitabant poſt
„ Antiphonas, reſpondente congregatione tota Fidelium
„ bis *Amen*: ut videre eſt hìc in ipſius Orationibus.

Itaque, cùm omnes ferè Orationes a Ven. Card. Thomaſio ſingulis Pſalmis adjectae, ex Ximeniano Breviario Mozabum deſumptæ ſint; ipſumque, ſi quod habet antiqui, (habet autem plurimum) a noſtro Libello derivarit, atque ex eo neſcio cujus collectoris ingenium circa VIII. vel IX. ſaeculum in Officii Toletani ſinum effuderit, operae pretium erat agnoſcere, quaenam in vulgato Br. Mozarabico nova eſſent, aut vetera. Id ignoratum hactenus ante Veronenſis Codicis Editionem. Accipe ergo benigne Lector hunce Libellum Orationum, omnium ad hanc diem excuſorum antiquiſſimum, piis affectibus maximè accommodum, ac ſpiritu Dei plenum: &, ſiquam ex eo utilitatem percipies, gratias age Deo Optimo Maximo, cujus honor laboris mei finis eſt.

Pars verò hujus Primi Voluminis Altera complectitur Pſalterium cum Canticis, verſibus priſco more diſtinctum, argumentis, & orationibus vetuſtis, novàque litterali expla-

planatione breviſſimâ a Ven. Card. Thomaſio dilucidatum. Cui adjiciuntur perpetua argumenta Pſalmorum ex Pſalteriis Syriaco, Arabico, atque Æthiopico, itidemque ex S. Hieronymo, ſtudio ejuſdem Ven. Viri collecta; meâ ſed curâ nunc primùm, ſub aſteriſcis indicibus Supplementorum, in lucem edita, ope Exemplaris autographi, quod exſtat in Excellentiſſimae Domus Albanae inclyta Bibliotheca.

Excipit Pſalterium inſignis Epiſtola prodroma Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Dominici S.R.E. Presbyteri Cardinalis Paſſionei, in hac Editione non ſemel honoris cauſsâ nominandi, quam dedit ad Abbates & Viſitatores Congregationis Helvetico-Benedictinae, cùm ipſe Praeſul & Archiepiſcopus Epheſinus apud eoſdem Helvetios Nuntium Apoſtolicum ageret. In ea doctiſſimus Author, deſcribens pretium laudatae Pſalmorum dilucidationis, vivam quoque pinxit imaginem ſanctioris vitae Venerabilis Viri, atque ſapientiae ejus eximiae & planè ſingularis; eamque omnibus conſpiciendam exhibuit cum nativis lineamentis ſuis.

Pſalterii Prodromum claudit Tractatus ineditus Thomaſianus, de privato Eccleſiaſticorum Officiorum Breviario extra Chorum, *quem, ad conſulta reſpondens, Sacrorum Rituum Congregationi propoſuit Vir pientiſſimus, cum debita reverentia expendendum approbandumque Summi Pontificis auctoritate, ſi nihil obſtaret.*

Denique hujus Editionis auſpicia mihi tam proſpera fuere, ut quaedam anecdota monumenta repererim ad eandem Editionem mirificè locupletandam, ornandamque, de quibus ego initio minimè cogitaveram.

Habes igitur in hac Secunda Parte aliud Supplementum Thomaſianum, quod continet,

I. *Quaedam Carmina de Sancto Gregorio Magno, ex antiquiſſimo Codice Bibliothecae Vaticanae deſcripta, quae pertinent ad Pſalmodiam; ut ex ſecundo diſticho ſatis conſtat, quod ait:*

Tradidit hic cantum populis, normamque canendi,
Quod Domino laudes referant noctuque diuque &c.

Exſtant ea quidem & in nonnullis Mſs. Libris Antiphonarii S. Gre-

S. Gregorii Magni, ſed valdè a noſtris diverſa, ac nullo Authoris nomine praeſignata, quemadmodum videre licet apud noſtrum Thomaſium in Antiphonario Romanae Eccleſiae pag. CCXVI. necnon in Scholiis in eundem Libellum pag. 13. *ubi ipſe ait: „ Praeter eum Codicem, unde deſcriptum fuit hoc Antiphonarium, exſtat item alius in Monaſterio S. Galli, qui hos ſimiliter verſus exhibet. Meminit Amalarius cap.* 8. *Prologi cujuſdam, antiquo Romano Antiphonario praefixi, illi ſcilicet Libro, qui Antiphonas habebat; cùm in alio ſeorſum Reſponſoria continerentur. Quòd hoſce Verſus intellexerit Amalarius nomine Prologi, ſi quis aſſereret, non detrectarem. In Antiphonario Miſſae, ſcripto Saeculo* XI. *ſervatoque in Bibliotheca Angelica S. Auguſtini in Urbe, praeponuntur ſequentes verſus:*

Gregorius Praeſul, Papae meritis & nomine dignus,
Unde genus ducit, ſummum conſcendit honorem.
Renovavit monimenta Patrumque piorum.
Tunc compoſuit hunc Libellum muſicae artis
Scholae Cantorum anni circuli.

Modoëtiae quoque, in Sacrario Baſilicae S. Joannis Baptiſtae a Theodolinda Regina conſtructae, habetur Codex ex membranis purpureis, Gregorii Antiphonarium continens (ſed mutilum) quadratis literis aureis exaratus, cum operculis ex ebore, quae ex una parte praeferunt effigiem Davidis Regis, ex alia S. Gregorii, cum diſticho:

Gregorius Praeſul, meritis & nomine dignus,
Quo genus hunc duxit, ſummum conſcendit honorem.

Hoc autem cum laudato Cod. Bibliothecae Angelicae ferè ubique concordat. Sed adhuc ejus conditor latet; & neſcio, an ipſe ſe prodat ex noſtro Exemplari Vaticano, in quo legitur:

Erfridus ovans Domino, Petroque dicavit
Exiguum, quod cernis, Opus, ſpectator amice.

Praeterea antiquum Miſſale Eccleſiae Pictavenſis, ab annis circiter 300. *ſcriptum, haec habet: „ Ad Miſſam ante Introitum dicitur:* Gregorius Praeſul meritis & nomine dignus, unde genus duxit, ſummum conſcendit hono-

„ rem:

„ rem : renovavit monumenta Patrum piorum. Tunc „ compoſuit hunc Libellum muſicae artis Scholae Cantorum anni circuli. Eja dic, Domine, eja „. *Hujus conſuetudinis meminit Mabillonius in Itinere Italico. De ea etiam ad calcem Martyrologii Uſuardi anno* 1490. *Pariſiis editi, iſta leguntur*: Ad perpetuam rei memoriam. Prima Dominica Adventûs ante introitum Miſſae in plerisque Eccleſiis, & ſignanter in Eccleſia Bituricenſi, in ipſius Gradualis initio inſcribitur tamquam prooemium Libri, & cantatur, quòd Gregorius Praeſul &c. *Quod dicit de Eccleſia Bituricenſi, conſtat ex antiquis ipſius Miſſalibus. Quonam verò ritu haec perſolverentur, ita praeſcribit Ordinarium Eccleſiae Trecenſis*: De praecepto Succentoris, aut illorum, qui pro tunc habent regere Chorum, duo Vicarii aſcendunt Pulpitum, aliàs *Jube*, ut cantent antiphonam, *Gregorius Praeſul*; qua finita, dum Chorarii incipiunt introitum Miſſae &c. *Ordinarium Eccleſiae Turonenſis*: accenſis Cereis, duo Canonici in cappis nigris incipiunt ante Altare alta voce antiphonam, *Gregorius Praeſul*; qua finita, ſtatim Cantor incipit: *Ad te levavi* &c. *Et Antiquum Rituale S. Martini Turonenſis ait*: *poſt proceſſionem* presbyteri, qui cantaverunt primum ℞. Matutinarum, cantant ad januas ante formam Subdecani *Gregorius* in cappis ſericis, & oſtendunt Graduale, vertentes ſe ad Praecentorem, quando dicunt, *compoſuit hunc libellum &c.*

II. Continet Synodale Decretum Gregorii *itidem de Pſalmodia, quod eſt multis nominibus praeſtantiſſimum. Legitur quidem apud Gratianum* de Conſec. Diſt.5. cap. In die &c. *tributum Gregorio VII. ſed ibi mutilum eſt, ac maximè interpolatum. Integrum prodit nunc primùm ex Codice Vatic. ac naevis carens omnibus. Numerus Pſalmorum, atque Lectionum ibidem deſignatus in Divinis celebrandis Officiis* (*qui dicitur* antiqui moris eſſe, atque ex regula Sanctorum Patrum) *in Breviario Romano hodie etiam obtinet. Id autem Apoſtolicam Sedem veteris diſciplinae tenacem ſatis oſtendit. In fine, cujuſdam meminit corruptelae, quae condendo Decreto cauſam praebuit*: Illi autem, (*inquit*) qui

in diebus quotidianis tres Pſalmos, & tres Lectiones videntur agere, non ex regula Sanctorum Patrum, ſed ex faſtidio comprobantur facere. Romani autem diverſo modo agere coeperunt, maxime a tempore quo TEUTONICIS regimen noſtrae Eccleſiae conceſſum eſt. Nos autem, & Ordinem Romanum inveſtigantes, & antiquum
* hic cubat error. morem noſtrae Eccleſiae * conceſſum eſt, ſtatuimus fieri, ſicut ſuperius praenotavimus, antiquos imitantes Patres. *Haec verba deſunt in vulgatis, & cum Gregorii VII. aevo componi minimè poſſunt, ſi Decretum ſit intelligendum de Ordine Theutonicorum, qui recentiorem habuit inſtitutionem. Lege ergo ſodes, ſi placet,* MONACHIS, *non* TEUTONICIS: *& tunc lucebunt omnia. In Baſilica namque Principis Apoſtolorum Monachi quatuor Monaſteriorum divina perſolvebant Officia. Haec verò erant Monaſteria: S. Martini, ac S. Stephani minoris a dextro Baſilicae latere; Sancti Stephani majoris, atque Sanctorum Johannis & Pauli à ſiniſtro. Monaſterium Sancti Stephani majoris, alio nomine* Cata-farfara, *ſeu* Cata-Galla patricia *dicebatur: Sancti Stephani minoris,* Cata-Barbara patricia. *De tribus ex his Monaſteriis Gregorius III. conſtitutum edidiſ-*
* Sectione 194. *ſe memoratur * apud Anaſtaſium Bibliothecarium, qui unum ex illis, nempe SS. Johannis & Pauli a Leone Magno conditum fuiſſe teſtatur. An S. Gregorio III. vel VII. ſit tribuendum Decretum, de quo agitur, apud te, Lector erudite, judicium eſto.*

III. *Continet Flores Pſalmorum Prudentii Epiſcopi Tricaſſini, nunc primum evulgatos ex duobus Codicibus Vaticanis decimi ſaeculi. Horum alter ſignatus numero* 84. *Venerabilem Cardinalem Thomaſium non latuit. Ipſe enim in Praefatione ſeu Monito ad Lectorem in duplex Pſalterium, Romanum ſcilicet, & Gallicanum,* Cap. 1. §. *penultimo haec habet:*
„ *De poſterioribus verò Prudentius quidam Epiſcopus; cujus*
„ *in Prologo ad ſuum Opuſculum Mſ. in Bibliotheca Vatica-*
„ *na, inſcriptum* Flores Pſalmorum, *haec ſunt verba:*
„ Et licèt ſint plures imitantes SS. Patrum exempla, quod
„ experimento didicimus, qui omni videlicet die in divi-
„ nis

Digitized by Google

„ nis laudibus totum complent Pſalterium &c. „ . *De Prudentio Sammarthani in Gallia Chriſtiana To.III. agentes de Epiſcopis Trecenſibus num.37. pag.1078. haec litteris conſignarunt*: „ *Galindo, cognomento Prudentius, Hiſpania*
„ *oriundus, interfuiſſe memoratur Synodis Pariſienſi* 846.
„ *Turonenſi* 4. *anno* 849. *Sveſſionenſi* 2. *anno* 853. *Hoc eo-*
„ *dem anno ſtatuitur judex in controverſia Clericorum Re-*
„ *menſis Eccleſiae, & in ordinatione Æneae Praeſulis Pari-*
„ *ſienſis ex Epiſtola* 99. *Lupi Abbatis Ferrarienſis. Ei ſcri-*
„ *bit Leo* 4. *Papa, ut Monaſterium Arremarenſe conſecret,*
„ *& Lupus Abbas epiſt.*63., *qua teſtatur per Regem Caro-*
„ *lum delegatum ad monaſticam diſciplinam reſtaurandam,*
„ *ſic ſcribens*: Supervacuum judico locorum ſtatum,
„ quem jam perſpeximus, iterum adire, quando nulla ſit
„ correctio ſubſequuta, & in Aurelianenſi, ac Senonico,
„ & veſtro, ac noſtro pago reſtent quaedam Coenobia, in
„ quibus tempus interim terere poſſumus, ut ſicut in aliis
„ locis, ita & in iis etiam emendanda per nos Rex co-
„ gnoſcat, & ne in Legatis ejus ipſius juſſio contemnatur,
„ ſi voluerit, ſentiat. Quanti enim ſumus habiti, imo ip-
„ ſe qui nos miſerat, nobis impenſus honor patefecit, &
„ Monaſteriorum inſtaurata religio. Proinde antequam
„ Legationem adoriamur, Regi per me de his, quae vi-
„ debuntur ſuggerere ſtatui, & tractorias accipere, &
„ tunc, favente Dei gratia, proficiſci. *Intimus fuit Hinc-*
„ *maro, a quo conſultus in abſtruſis Sacrae Scripturae locis*
„ *explicandis, tanquam perſpicax divinae ſcientiae inter-*
„ *pres; & apud Flodoardum Hiſt.Remenſis lib. III. cap.*21.
„ *conqueritur, ſe praeſentia ejus fraudari. Scripſit corre-*
„ *ctiones in librum Joannis Scoti ad Guenilonem Archie-*
„ *piſcopum Senonenſem, quas legere eſt apud Camuzatum.*
„ *Extinctum autem an.* 861. *docent Annales Franchorum*
„ *Bertiniani*: Galindo cognomento Prudentius, Tricaſ-
„ ſinae Civitatis Epiſcopus, natione Hiſpanus, adprimè
„ literis eruditus, qui ante aliquot annos Goteſcalco
„ Praedeſtinatiano reſtiterat, pòſt felle commotus con-
„ tra quoſdam Epiſcopos, ſecum haeretico reſiſtentes, ip-
„ ſius

„ ſius haereſis defenſor acerrimus: indeque non modica „ inter ſe diverſa, & fidei adverſa ſcriptitans, moritur: „ Sicque licet diutino languore fatigaretur, ut vivendi, „ ita & ſcribendi finem fecit.

Bollandi quoque Continuatores ad diem VI. Apr. in Sanctis praetermiſſis, & ad alios dies rejectis, Tomo I. Apr. pag. 531. *haec habent*: „ *Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus „ refertur ut Sanctus in additionibus Carthuſianorum Colo- „ nenſium, ad Uſuardum utriuſque editionis, & in Ms. Flo- „ rario Sanctorum. Demochares etiam Sanctum appellavit, „ atque poſt eum recentiores auctores, & Hagiologi varii. „ Camuratus addit*: Reliquias ejus capſulae ligneae inclu- „ ſas in primaria Tricaſſium aede aſſervari, in eaque Fe- „ ſtum ejus hoc die peragi cum Officio 9. Lectionum, in „ quo omnia de communi; *unde ſuſpicatur vitam ejus „ intercidiſſe. At non interciderunt ipſius aliorumque ope- „ ra, ex quibus conſtat non omnino rectè in fide ſenſiſſe; „ & odio quodam Hincmari Remenſis, qui ſuae Eccleſiae „ jura contra eum aſſeruerat, a recto tramite deflexiſſe: „ quod & Annales Bertiniani, intra vigeſimum a Pruden- „ tii obitu annum ſcripti, ſic confirmant, quaſi non prius ma- „ le ſcribendi finem quam vivendi feciſſet. Rem totam Lu- „ dovicus Collotius deducit libro* 3. *Hiſtoriae Gotheſchalci „ cap.*9. *& deinceps. Potuit quidem moriens Eccleſiae ju- „ dicio ſe ſuaque ſubjeciſſe: meritò tamen requirimus anti- „ quius aliquod de ejus ſanctitate & cultu teſtimonium, quàm „ ſint ſupra allata.*

Vide Tom. IV. editionis Veronenſis Col. 695. *Eminentiſſimus tamen* Cardinalis *Noriſius*, *Patriae meae decus & ornamentum, in Synopſi Hiſtoriae Gotheſchalcanae ejus Vindicias texuit, & Capite I poſt multa haec habet*: „ *Dum operi Hincmarus tam diligenter incumbe- „ ret, Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus Orthodoxae fidei „ contra haereſis Pelagianae reliquias aſſertor & vindex „ acerrimus, Auguſtini partibus adverſus Scotum & Hinc- „ marum ſtrenuè propugnatis, non minus morum ſancti- „ tate, quàm doctrina eximius moritur, & Divorum fa- „ ſtis adſcribitur. De quo Ludovicus ab Angelis ſcribit*: „ San-

„ Sanctus Prudentius natione Hiſpanus, cujus feſtum per-
„ agitur apud Tricaſſinos VI. Idus Aprilis, errores Pe-
„ lagii ſuſcitatos a quodam Joanne Scoto ſtrenue confu-
„ tat; & illis,aſſerit in praefatione ſui libri,a Patribus prae-
„ cipueque beatiſſimo Auguſtino competentiſſime abun-
„ dantiſſime reſponſum. *Inſcriptus etiam fuit noviſſimè in*
„ *Auctuario Martyrologii Romani ad Urbanum VIII. Ejus*
„ *reliquiae lignea capſula inſitae in primaria Tricaſſien-*
„ *ſum Aede ſervantur, & quotannis ejus feſtum* 9. *Lectio-*
„ *nibus de communi Confeſſorum celebratur. Cujus doctri-*
„ *nae quidam Recentiores detrahere non erubeſcunt, ſed vel*
„ *eo maximè Auguſtinianus eſſe probatur, quod illis diſpli-*
„ *ceat, qui ne auctorem ſuum ſemel erraſſe fateantur, Au-*
„ *guſtinum, Prudentium, Fulgentium, ceteroſque Auguſti-*
„ *nianae palaeſtrae frequentatores immoderatis calumniis*
„ *impetere non quieſcunt.*

IV. Continet nonnullas preces, & Litanias in utroque Cod. Vatic. FLORIBUS *PSALMORUM adjectas, ad quarum illuſtrationem, praeter ea quae Ven. Vir. Joſephus Maria Thomaſius mandavit litteris in Praefatione in Pſalterium, praeclara ſunt quae de S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano refert Gerardus in ejus vita capite* 4.. Tempus verò Quadrageſimae (*inquit*) quanta devotione celebraret, ſermo mihi non ſufficit ad narrandum; ſed tamen ea, quae vidimus, non decet nobis in totum omittere. Matutinis namque laudibus expletis, aurorâ diei prima illuceſcente, aliis orationibus expletis, pſallere Pſalterium coepit: quo expleto, & LETANIA EXPLETA, aliis Orationibus firmiter inſiſtebat, uſque dum ſignum ad Vigilias defunctorum ſonaret: quo audito, ſtatim ſurrexit, & cum Fratribus Vigiliam celebravit, & Primam. Primâ verò expletâ, Fratribus SOLITO MORE CRUCEM PORTANTIBUS, ipſe remanens in Eccleſia CODICULUM * BREVIATUM EX PSALMIS CUM ALIIS ORATIONIBUS interim decantavit, uſque dum Fratres cum Cruce redirent, & Miſſam Sacrificationis celebrare coepiſſent.

* In Cod. Vatic. 1981. ſcripto circa undecimum Saeculum exſtat index Librorum Bibliothecae Sancti Vicentii, in quo *Flores Pſalmorum & aliis Orationalis* enumerantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Eas

Eas inter preces, & Orationes, de quibus impraeſentiarum ſermo eſt, laudatus Codex Regio-Vaticanus 334. *aliquot antiphonas exhibet, quae fuiſſent a nobis in hac Editione praetermiſſae, aut in alium Tomum illatae, niſi eſſent datâ operâ Floribus Pſalmorum aſſutae ab eo, qui Prudentii Opuſculum exaravit. Quoniam ergo complectendus in hoc volumine totus Codex erat, ipſum quoque Antiphonarii fragmentum, quod in pauca quaedam folia concluditur, typis edendum curavimus.*

Continet demum quatuor Enarrationes, in Orationem Dominicam, atque in Symbolum Apoſtolicum, & Athanaſianum; de quibus perpauca nunc ſcribam.

Enarratio in Orationem Dominicam edita pag. 497. *excerpta eſt ex lib. II. S. Auguſtini de Sermone Domini in Monte. Vide-ſis Caput III. & ſeqq. uſque ad XI. Codicis Antiquarius de auctore Synopſeos ſilet: & utinam non ſileret; fortaſſis enim nobis conjectura eſſet, qua etiam ſequentis Enarrationis* in Symbolum Apoſtolorum *parentem agnoſceremus. Ipſa vero nunc primùm in lucem prodit pag.* 501. *atque ita inſcribitur*: Explanatio Symboli Apoſtolici. *Impius* Calvinus, *Apoſtolos Symboli auctores fuiſſe, primus omnium in dubium revocavit libro II. Inſtitutionum, cap. XVI.* Apoſtolicum autem Symbolum (*inquit*) nuncupo, de auctore minimè ſollicitus.... Neque vero mihi dubium eſt, quin a prima ſtatim Eccleſiae origine, adeoque ab ipſo Apoſtolorum ſaeculo, inſtar publicae, & omnium calculis receptae confeſſionis obtinuerit, undecumque tandem initio fuerit profectum. Quo intellecto, de auctore vel anxiè laborare, vel cum aliquo digladiari, nihil attinet. *Audacius Duce ſuo Chamierus lib. IX. de Canone cap. X.* Eſſe ab Apoſtolis Symbolum ſic compoſitum, ſi non eſt falſum, certè, quod proximum falſo eſſe nemo negat, incertum eſt. *His concinit Eraſmus in praefatione ad Lectorem, Paraphraſis S. Matthaei*. Librum hunc (*inquit*) concinnare cupio, non ex humanis lacunis, ſed ex fontibus Evangelicis, & Apoſtolicis litteris, & ex Symbolo, quod an ab Apoſtolis proditum ſit, neſcio. *Contra*

tra hos omnes, quamvis habeamus innumera ex tota antiquitate petita teſtimonia, aliud tamen Eccleſiaſtica traditione *munitum ſuppeditat paleſtrae Polaemicorum Codex, quem evulgamus: in eo namque ita legitur pag.* 501. De hoc Symbolo, quod dicitur Apoſtolicum, ita auctoritas Eccleſiaſtica tradit... Sancti igitur Apoſtoli, cum adhuc in unum Hieroſolymis conſiſterent, diviſuri ſe ad praedicandum circumquaque Evangelium Chriſti, hoc Symbolum Spiritûs Sancti auctoritate ediderunt, confeſſionem Fidei mirabili brevitate invicem conferentes; & inde appellatum Symbolum, ideſt collationem, vel pactum; quia eum inter ſe ad invicem contulerunt; & ut indicium eſſet diviſis per diverſas Mundi partes praedicatoribus, ut ille verum Evangelium praedicare crederetur, qui hoc Symbolum, nihil augens vel demens, traderet auditoribus. In eo Symbolo totius Sacramenta Fidei idcirco tam brevi ſermone ſignata ſunt, ut nulli ſexui, nulli aetati, nulli capacitati eſſet difficilis ad tenendum. De hoc etiam Symbolo, vel Dominica Oratione, dictum per Eſaiam creditur: *Conſummationem, & adbreviationem audivi a Domino Deo exercituum ſuper univerſam terram*: quae conſummatio, ideſt perfectio, & adbreviatio de tam ſublimibus rebus, hominis ingenio fieri nullatenus poterat, ſed facta eſt virtute Creatoris, ut Sancti (ut dictum eſt) Praedicatores per univerſum Mundum uniformem Fidei tenorem Eccleſiae auribus traderent, & omni ad Fidem venienti facilis eſſet ad memoriae commendandum.

Pag. 504. *ad ea verba*: Paſſus ſub Pontio Pilato: *ejuſdem Explanationis Auctor Patriam Pilati ab eruditis hactenus ignoratam prodit; inquit enim*: Sicut Evangelium indicat, natus eſt Dominus tempore Caeſaris Auguſti, ideſt Octaviani, cùm Judaeis regnaret Herodes; paſſus eſt tempore Tiberii Caeſaris, cum Judaeam procuraret Pilatus:Conſtatque hunc Pilatum hominem Romanum a Principe Romano videlicet Tiberio, ad procurationem Judaeae pauco tempore antequam Dominus pateretur, miſſum; & vocatum Pontium a quadam Inſula Romana, Urbi vicinâ, ubi natus fuiſſe fertur. *Pag.*

Digitized by Google

Pag. 506. *Articulus* IX. de Sanctorum Communione *ibidem nec legitur, nec explanatur. Etiam in Ruffini Symbolo non apparet; quod poſt articulum de Spiritu Sancto mox habet*, Sanctam Eccleſiam: remiſſionem peccatorum. *Deeſt itidem in antiquiſſima illa Enarratione in Symbolum, quam ex quodam inſigni Codice millenariae antiquitatis publici juris feci Veronae anno* 1732. *unà cum aliorum monumentorum acceſſione. Hic adnotaſſe ſufficiat, quod verba* Sanctorum Communionem, *Appendicis loco addita, in nullo Symbolo ante Divi Auguſtini aevum reperiuntur; immo nec in ejus quidem, cùm in Enchiridio ad Laurentium cap.*66. *diſertè affirmet, poſt commemorationem* Sanctae Eccleſiae, *in ordine Confeſſionis poni*, Remiſſionem peccatorum. *Veroſimile tamen eſt, circa ea tempora, vel paullo poſt, partem illam Symbolo Apoſtolorum acceſſiſſe, idque non ex eo tantùm, quòd compareat in Symbolo in aliquibus Homiliis eidem Auguſtino adſcriptis, verùm & ex eo, quòd iſtis temporibus occaſio ſe obtulerit, quae ejus additionem ſuadere poſſet, ſchiſma ſcilicet Donatiſtarum.* Etiam Orientalis *Eccleſia, (inquit Chriſtianus Lupus in notis ad* Praeſcript. *cap.* 13. *pag.*284.) *videtur iſta verba non habuiſſe. Etenim Conſtantinopolitana Synodus, quae Nicaenam Fidei formulam, non dumtaxat per nova contra Macedonianos, & Apollinariſtas additamenta, ſed etiam ex Apoſtolico Symbolo ſupplevit, iſta verba praetermiſit. Plura vide in eodem noſtro Libello in* Patria *edito an.* 1732. *ſub auſpiciis Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis Angeli Mariae Card. Quirini, Purpurae, & Literarum inſignis ornamenti. Quoniam verò, dum haec ſcribo, idem ſapientiſſimus Vir, pro ea qua flagrat caritate & zelo Domûs Dei, Patres Congregationis Oratorii Veronenſis, multis nominibus ob egregia in urbem merita, ex teſtimonio Epiſcopi vigilantiſſimi, atque univerſorum ordinum, reverendos, in ſui tutelam patrociniumque ſuſcepit, eoſque ab ingruenti interitu, porrectâ obſtetricante manu liberavit; da mihi, ò Lector, hanc veniam, ut laetabundus paucis te morer, & Magnum Quirinum celebrem, qui inveniens gratiam coram Vicaria Numi-*

nis

nis majeſtate, totam reſtituit rem. Ipſe enim Chriſtiano potens eloquio, a Sanctiſſimo Domino noſtro Benedicto XIIII. Pontifice verè Optimo, verè Maximo, verè divinitus dato, tandem precibus impetravit, ut Bullam ſub plumbo, *Unionis Abbatiae Sanctorum Firmi & Ruſtici, anno* 1728. *a Benedicto XIII. praeceſſore ſuo benemerentiſſimo eidem Congregationi rite ac rectè conceſſam, ac demum Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Farſetti Archiepiſcopi Ravennatenſis, ejuſdem Abbatiae Commendatarii, morte intercedente Confirmatam, Pontificio Oraculo (ob inſtitutas quotannis a Patribus triduanas preces in aevum celebrando) ratum, firmam, authenticam, atque nullius (ut ajunt)* renovatoriae *indigam declaret. Id mecum communicare clementiſſimus Pontifex, atque Eminentiſſimo Card. Quirino nuntiare dignatus eſt literis aliquando Annalibus inſerendis. Age jam Beatiſſime Pater Philippe (te enim tamquam praeſentem alloquor, dum eum vides, qui praeſens ubique eſt) faveto vineae illi, quam plantavit dextera tuâ, Congregationi ſcilicet Veronenſi, cui praeſtitiſti auxilium ex alto; ac ſine mihi, licèt immeritò, publicè profiteri memoriam debiti ſempiternam. Detur etiam a te, Lector benevole, mihi locus, ut haec gratiarum actio Deo Optimo Maximo, Philippo Patri Sanctiſſimo, Benedicto XIV. Pontifici Maximo, atque Eminentiſſimo Cardinali Quirino Maecenati Optimo, ut haec gratiarum actio primo huic adhaereat affixa volumini, ut ita per Orbem terrarum quocumque Venerabilis Viri Thomaſii Opera ferentur, excurrat. Nunc noſtri propoſiti memores in viam redeamus, ac reliquae editionis Opuſcula, quae Pars Secunda complectitur, expendamus.*

Igitur poſt illam anecdotam Symboli Apoſtolorum enarrationem, de qua multa jam diximus, ſequuntur aliae duae in Symbolum Athanaſianum, quae nondum lucem viderunt. Ambo videntur mihi auro gemmiſque cariores; quoniam Magni Epiſcopi Alexandrini nomine ſunt inſignitae. Ne autem parum eſſet auctoritatis in titulo, Auctor primae Enarrationis veritatem ejus eſt conatus inquirere paulo diligentiùs, quàm conſueverint reliqui, ea aetate minùs ex

cultâ, qua floruit. Critices enim ope explicat ſuam de Athanaſiana fide ſententiam, & antiquitatem optimam ducem ſequitur, eique paret. Eſt in manibus tanti viri laudatio, quam cùm legeris, non dubitabis dicere, ipſum fuiſſe in literis eruditum, atque naris emunctae virum: Injunxiſtis (*inquit*) mihi illud Fidei Opuſculum, quod paſſim in Eccleſiis recitatur, quodque a Presbyteris noſtris uſitatiùs quàm caetera Opuſcula meditatur, Sanctorum Patrum ſententiis, quaſi exponendo, dilatarem, conſulentes Parrochiae noſtrae Presbyteris, qui ſufficienter habere libros nullo modo poſſunt; ſed vix, & cum labore, ſibi Pſalterium, Lectionarium, vel Miſſalem adquirunt, per quos divina Sacramenta vel Officia agere queant. Et quia cùm inopiâ librorum pleriſque neque ſtudium legendi, aut diſcendi ſuffragatur; idcirco vultis, ut ſaltem hanc Fidei Expoſitionem meditare cogantur, ut aliquando amplius de Deo poſſint ſapere & intelligere: quia maxima omnium iſta pernicies eſt, quòd Sacerdotes, qui plebes Dei docere debuerant, ipſi Deum ignorare inveniantur. Nam ſicut laico blaſphemia, ita Sacerdoti voluntaria Dei ignoratio in ſacrilegium deputatur. Hoc namque Opuſculum, non quidem eſt altis ſermonibus obſcurum, nec latinioſis ſententiis arduum; cùm penè plebejo conſcriptum ſit ſermone, ſed tamen, ſi adjunguntur ei pro locis neceſſariis tractorum fidei verba, plurimum juvat ad fidei notitiam. Traditur enim, quòd a beatiſſimo Athanaſio Alexandrinae Eccleſiae Antiſtite ſit editum. Ita namque ſemper eum vidi praetitulatum, etiam in veteribus Codicibus. Et puto, quòd idcircò tam plano & brevi ſermone tunc traditum fuerit, ut omnibus Catholicis, etiam minus eruditis, tutamentum defenſionis praeſtaret adversùs illam tempeſtatem, quam ventus contrarius, hoc eſt diabolus, excitavit per Arrium, qua tempeſtate navicula, ideſt Chriſti Eccleſia, in medio mari, videlicet Mundo, die tota a fluctibus eſt vexata, ſed non ſoluta aut ſubmerſa; quia ille imperavit vento & mari, qui ſe eidem Eccleſiae promiſit uſque ad finem ſaeculi adfuturum.

Co-

Digitized by Google

Codex eſt noni ſaeculi, ſed auctor Enarrationis majorem ſpirat antiquitatem, & Epiſcopali dignitate fulgebat. Ipſe verò pro Athanaſiano nomine traditionem teſtem appellat, quam a ſenioribus audiviſſe dicendum eſt. De ea tunc temporis omnium erat fama conſentiens. Et non ſolùm in ſententia hominum, ſed etiam IN ANTIQUIS CODICIBUS *haberi aſſerit teſtimonia. Tanti apud me valet veterum monumentorum authoritas, ut eam pluris faciam, quàm ſexcentas hominum conjecturas. Quare ſine haeſitatione definio, Sancti Athanaſii titulum, Symbolo* Quicumque &c. *praefixum, eſſe antiquiſſimum. Quod ſi in hoc erro, lubenter erro, nec mihi hunc errorem, in quo ab anonymi Enarratione confirmor, extorqueri volo, ni clariora ſuppetant argumenta. Etiam in quodam Capitulari pro Sacerdotibus, nondum edito, quod exſtat in Codice Palatino-Vaticano* 485. *ſcripto (ut videtur) circa decimum ſaeculum, haec habentur Capitulo II.* Fidem Catholicam S. Athanaſii, & caetera quaecumque de fide, Symbolum etiam Apoſtolicum, Orationem Dominicam ad intelligendum cum expoſitione. *De Authore tamen ejuſdem Symboli ferre judicium nolo, quoniam Scriptores noſtra hac aetate magna ſunt in varietate conſtituti. Eorum plerique, nullas omnino cenſent partes habuiſſe in Symboli conſcriptione Sanctum Athanaſium, I. quia ipſum Symbolum Athanaſii ſtilum non ſapit. II. quia inter ejus Tractatus deſideratur. III. quia a novis cudendis Symbolis alienus omnino fuit. IV. quia nulla fuit occaſio mutandi propoſiti, ſed potius retinendi: &, ſi propoſitum mutaſſet, non tamen* conſubſtantialis *vocem Symbolo detraxiſſet. V. demum, quia author ſi fuiſſet Athanaſius, non illud ignoraſſent Graeci Patres, & Latini. Sunt & alii, qui rem propius attingere arbitrantes, aſſerunt a Vigilio Tapſenſi in Africa Epiſcopo illud Symbolum prodiiſſe. Ut autem hoc probent, his utuntur argumentis. Tempus, quo ſcriptum videtur Symbolum Vigilio Tapſitano optimè convenit, ſiquidem poſt haereſes Arianam, Neſtorianam, atque Eutychianam floruit; imo illas pluribus inſectatus eſt libris. Deinde Vigilio id moris fuit, ut ſi*

qua

Digitized by Google

qua contra haereticos Opuſcula ſaeviente barbarorum inſectatione ſcriberet, ea non ſuo nomine, ſed ſub antiquorum Patrum, praecipueque ſub S. Athanaſii perſona evulgaret, quod eruditis maximè conſtat. Veri igitur ſimile ipſis videtur & hocce Opuſculum magno Athanaſio per hunc Auctorem fuiſſe ſuppoſitum, eamque etiam firmius confirmari putant opinionem, ubi ſimul conferantur Symbolum, & libri tres de Trinitate a Vigilio contra Marivadum, ſeu Varimadum ſcripti, in quibus nonnulla ſenſa inter ſe conſimilia reperiuntur. His additur Codicis Thuanaei auctoritas, in quo, praeter Dialogum adverſus Arianos, Sabellianos, ac Photinianos ſub Athanaſii nomine à Vigilio editum, proxime legitur Symbolum Athanaſianum cum hac epigraphe: Fides dicta a S. Athanaſio Epiſcopo.

Alii demum, & hi quidem magni nominis, in diverſam ivere ſententiam, & quaeſtionem omnem ex ipſo Athanaſiano Symbolo definiri poſſe arbitrantur. Neque verò id ſolùm, ſed etiam ex eodem Auctorem prodi. Nam, & ſententias, & verba ipſa à Commonitorio Sancti Vincentii Lirinenſis mutuata fuiſſe credunt, & multa quae dicuntur in Symbolo colligunt, quae talia ipſis videntur, ut eam fidei formulam ab ipſo Vincentio conditam fuiſſe demonſtrent. Doctiſſimus Joſeph Antelminus, qui novam de Symbolo Athanaſiano diſquiſitionem edidit anno 1693. *ut laudatum Vincentium Lirinenſem Symboli aſſereret conditorem, rationibus iſtis innititur. I. Quia Vincentius ea floruit tempeſtate, qua prodiit Symbolum. II. Quia Vincentio adverſus Haereſes unicum ſtudium fuit. III. Quia errores in Symbolo perſtrictos ipſe ſpecialiter convellit in Commonitorio. IV. Quia Haereſes ſub aliena forma profligere in more habuit. V. Quia Trevirenſe ſolum, e quo primùm habita Symboli notitia, Vincentio patria fuit. VI. Quia ad Sancti Athanaſii ſortis ſimilitudinem, extorris eſt factus. VII. Quia in Commonitorio omnes omnino Symboli voces, formulas, & tranſitiones uſurpat. VIII. Quia Vincentius in fidei confeſſionem, in Commonitorio delibatam, miris fuit effuſus affectibus, & ad eandem ex profeſſo tractandam conceptis verbis, obligatus.*

zed by Google

tus. IX. *Quia Lirinenſes proceſſionis Spiritus Sancti a Patre Filioque primi praecones in Galliis fuere*. X. *Quia Vincentius trinae Sanctificationis glorificationem, quam attingit in Commonitorio, plenius, ut promiſerat, exequitur in Symbolo*. XI. *Quia demum Lirinenſes ad varias in Symbolum expoſitiones edendas omnino converſi ſunt; & Gallicanis Doctoribus antiquis & recentibus ſemper innatum eas expoſitiones concinnare. Hoc autem ut praeſtet Antelmius (inquit eruditiſſimus Ludovicus Antonius Muratorius Tomo II. Anecdotorum in inſigni diſquiſitione in propoſitam Expoſitionem ad Cl. V. Laurentium Alexandrum Zaccagnium Vaticanae Bibliothecae Praefectum) Vigilium Tapſenſem de loco primùm dejicit, nullam intercedere ſimilitudinem inter hujus libros, laudatumque Symbolum oſtendens. Tum addit, ſi has conjecturas ſequi oportet, formulas apud S. Auguſtinum poſſe reperiri, quae ad Symboli ſtylum propius accedant. Nemo vero hucuſque fuit, qui Auguſtino Symbolum inſcriberet. Praeterea (inquit) futile eſt argumentum e libris contra Varimadum ſcriptis deſumtum; Vigilium enim illi nequaquam parentem habent. Mos denique Vigilio fuit, Athanaſianum Symbolum in operibus Athanaſio ſuppoſitis* ſtylum
conſectari. Quod in hoc Symbolo non animadvertas, quippe ab Athanaſiano ſtylus diſcrepat. Praeterea, ut Vincentium Lirinenſem Symboli Auctorem ſtatuat, illum in Galliis natum, ſcilicet Treveris, vel in Belgica prima ex teſtimonio S. Lupi probat. Atqui Symboli Auctorem Gallum quoque fuiſſe, Pithoei, Voſſii, aliorumque ſententia eſt. Quandoquidem prae aliis nationibus in Gallia prodire in lucem Symbolum iſtud coepit, Treviriſquae potiſſimum elucubratum videtur. Tum à Gallis ſcriptoribus primùm celebratum, atque ab Epiſcopis, Synodiſque Galliarum antiquitus receptum, & commendatum reperitur. Lirinenſis inſuper, in iis potiſſimum haereſibus, quae in Symbolo perſtringuntur, profligandis operam poſuit, uti ex ejus Commonitorio apertiſſime cognoſcitur. Sub alienis autem nominibus conſueviſſe Vincentium in arenam prodire, laudati Commonitorii exemplis patet; illud enim ſub nomine Peregrini evulgavit.

h *Quod*

Quod ſi cum Symboli formulis, ac loquutionibus Commonitorium componas, ac praeſertim Caput XIX., mirum eſt, quanta inter ambos foetus ſimilitudo intercedat. Haec & ſimilia pluribus pertractavit Antelmius, cujus opinioni multorum eruditorum ſuffragia poſtmodum acceſſerunt.

Ego tamen Venerabili Joſepho Mariae Cardinali Thomaſio Cleric. Regular. in notis ad Pſalterium evulgatis libentiùs adhaererem, qui breviter, & modeſte ſententiam ſuam explicat de Symboli hujus Auctore his verbis: Omiſſis nonnullorum conjecturis ac divinationibus de Auctore hujus Symboli, ex longa praeſcriptione multorum ſeculorum, & Scriptionibus veterum Codicum, diligentius videndum, num haec plenior explicatio Nicaenae Fidei ſit velut Hympomneſticon quoddam, ſive Commonitorium ad Catholicorum inſtructionem contra varias haereſes, & Graecè, & Latinè primo confectum de iis, quae de Trinitate, & Incarnatione, tum voce diſputata, tum ſcripto decreta ſunt in Concilio Alexandrino ſub Juliano Auguſto, praeſidente S. Athanaſio, praeſentibuſque ex Latinis S. Euſebio Epiſcopo Vercellenſi, & duobus Diaconis Luciferi Epiſcopi Inſulae Sardiniae. Certe quae Rufinus Lib. X. Hiſtoriae Eccleſiaſticae cap 29. & Epiſtola ipſa ejuſdem Concilii apud S. Athanaſium Epiſt. ad Antioch. ſcribunt, ſi conſiderentur attentius, verbatimque expendantur, pene totum Symbolum hocce repraeſentare videntur.

Sed jam tollenda manus è tabula, quoniam recitavimus ſumma Capita hujuſce primi Voluminis, ex quibus, amice Lector, conſpectu primo cognoſces quid a nobis geſtum ſit. Ingens opus in me ſuſcepi. Confido tamen, ad eorum excuſationem, quae minus rectè pertractata videbuntur, te mihi veniam daturum. Alii Mycenas ſuas, ego viciſſim Spartam, quam Sacris Altaribus mancipatus ſortitus ſum, adornare volui; ut Thomaſiana opera publici juris faciens, in commune convivium ἀσύμβολος *non venirem. Impoſterum tenuitas mea, quae aliena ope plus caeteris eget, continuandis Annalibus Eccleſiaſticis operam dabit, quorum conſcribendorum*

dorum rationem omnem quamprimùm exponam, quatenus inter moras, aliorum conſilio & opera frui poſſim. Nulla ſine linea excurret dies, quamvis nunc etiam in vetuſtis Eccleſiae documentis ſummo ſtudio eruderandis, & evolvendis inſudem. Vaticanae praeſertim Bibliothecae ſcrinia (quae noſter immortalis Annalium Parens Card. *Baronius caeteris jure merito ſemper praetulit) exploratum ibo; ex quibus, quae ad inſtitutum meum conducunt, decerpens ac inferens in adverſaria, omnia per ſeriem temporum digeram, ut haereditas noſtra non tranſeat ad alienos. En paucis, quod Deo auſpice, in futurum praeſtabo; en quod in praeſenti Editione jam praeſtiti. Supereſt ut ab humanitate & ſapientia tua, quiſquis ſis Lector, ex intimo cordis expoſcam, ut orationibus adjuves, conſilio monumentiſque ſuccurras, parturientique obſtetricantem manum accommodes, ut foetus Annalium ſit cultior, & opera gratior. Eam primam Hiſtorici legem ſacram mihi eſſe volo*, ne quid falſi dicere audeam; *in qua equidem plus operae, quam in ornatu ſermonis reponam. Vale, ac Thomaſianis epulis* UTERE FELIX.

DE

DE JOSEPHO MARIA THOMASIO
S. R. E. CARDINALI
EX CLERICIS REGULARIBUS
Honorifica Scriptorum Teſtimonia.

SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIIII. PONT. OPT. MAX. in Opere, cui titulus: *De Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione* Lib. III. cap. XXXIII. num. VIIII. pag. 457. habet: *Signata quoque fuit Commiſſio Introductionis Cauſarum Venerabilium Dei Servorum Cardinalium Gregorii Barbadici, & JOSEPHI MARIAE THOMASII, dum munere fungeremur Fidei Promotoris.*

R O M A N A
Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei JOSEPHI MARIAE CARDINALIS THOMASII.

Commiſſa in Sac. Rituum Congregatione ſub die 13. Maji 1719. cum ſubſequuto aſſenſu SSmi, Emo & Rmo Dño Cardinali Fabrono hujuſmodi cauſae Ponenti reviſione infraſcriptorum Opuſculorum Romae impreſſorum à Servo Dei Joſepho Maria Cardinale Thomaſio exaratorum, quorum peculiaris Titulus eſt:

Speculum Divi Aurelii Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis, 1679.
Codices Sacramentorum nongentis annis vetuſtiores &c. 1680.
Exercitium Fidei, Spei, & Charitatis &c. 1683.
Pſalterium juxta duplicem editionem, quam Romanam dicunt, & Gallicanam &c. 1683.
Reſponſorialia, & Antiphonaria Romanae Eccleſiae &c. 1686.
Vera norma di glorificare Iddio, e di far orazione &c. 1687.
Sacrorum Bibliorum juxta editionem, ſeu 70. Interpretum, ſeu Beati Hieronymi veteres tituli ſive Capitula &c. 1688.
Antiqui Libri Miſſarum Romanae Eccleſiae &c. 1691.
Officium Dominicae Paſſionis ſecundùm Ritum Graecorum latine editum &c. 1695.
Pſalterium cum Canticis, verſibus priſco more diſtinctum 1697.
Breve riſtretto de' Salmi, che comprende i verſi d' orazione in quelli contenuti &c. 1699.
Indiculus Inſtitutionum Theologicarum veterum Patrum &c. 1701.
Inſtitutiones Theologiae antiquorum Patrum &c. Tomus primus 1709., Tomus ſecundus 1710., Tomus tertius 1712.
Breve inſtruzione del modo di aſſiſtere fruttuoſamente al S. Sagrificio della Meſſa &c. 1710.
Eſercizio quotidiano per la Famiglia &c. 1712.

Praedictiſque Opuſculis per eundem Ponentem, adhibitis etiam pluribus reviſoribus, & Theologis juxta facultates Eminentiae Suae conceſſas diligentiſſimè examinatis, & in Sac. Rituum Congregatione relatis, Sac. eadem Congregatio cenſuit reſcribendum, ex illis nihil obſtare, quin procedi poſſit ad ulteriora, ſi Smo Dño Noſtro viſum fuerit, die 2. Martii 1720.

Factaque deinde per me ſecretarium de praedictis Smo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, Die 20. Aprilis ejuſdem anni 1720.

Ita reperitur in regiſtris Decretorum Congregationis Sac. Rit. In quorum fidem &c. die 14. Novembris 1620.

N. M. Tedeſchi Epiſcopus Liparitanus Sec.

Loco ✠ Sigilli.

In Oratione habita a SSmo Dño Noſtro Clemente PP. XI. in Conſiſtorio Secreto ſub die 30. Januarii 1713. de Venerabili Cardinali Thomaſio haec habentur.

Venerabiles Fratres.

Admonent nos multiplicia funera, quae paucos intra menſes quamplurium ex Fraternitatibus veſtris, non ſine gravi paterni cordis noſtri dolore contigerunt, ut ad tot tantaſque Apoſtolici Senatus jacturas opportunè reparandas animum convertamus. Nec ſanè

Digitized by Google

ſanè diſſimulare poſſumus caeteris acerbiorem Nobis accidiſſe noviſſimam omnium, quam ſecimus, eximii ac piiſſimi Viri Cardinalis Thomaſii; moleſtè ſiquidem ſenſimus nimia celeritate nobis ereptum fuiſſe verum exemplar ſanctioris veteris Diſciplinae, quod in ejus moribus, & doctrina ſuſpiciebamus. Humiliantes nos nihilominus ſub potenti manu Dei, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, Davidicum illud coram Domino recolere non praetermiſimus: *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti*; ſperantes interea adſuturum nobis ope ſua apud Deum in Caelis, qui conſiliis ſuis diu nobis adeſſe non potuit in Terris. Hoc igitur incenſi ſtudio &c.

Juſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus in Diſſertatione *de Corona ferrea Longobardorum* Cap. 9. pag. 78. = Nobis tam abdita & abſtruſa ſcrutari non licet, ſed potius cum venerandae memoriae Cardinali Joſepho Maria Thomaſio, viro harum rerum ſcientiſſimo, quem totius Eccleſiaſticae antiquitatis veluti oraculum ſaepe ſuſpeximus, omnino ſentimus: nimirum, in iis quae ſacros Chriſtianorum ritus reſpiciunt, non arcana & ingenioſa myſteria pro cujuſque arbitratu facile excogitanda, ut nonnulla vulgo factitari conſueverunt; ſed veras, hiſtoricas, atque, ut ſic dicam, naturales & genuinas eorum cauſas, & originationes eſſe nobis inveſtigandas.

Idem Archiepiſcopus in lib. cui Tit. = *Diſcus argenteus votivus veterum Chriſtianorum, Peruſiae repertus, ex muſeo Albano depromptus, & Commentario illuſtratus* = In Praefatione pag. XVII. = Agmen claudunt aliae Sacrae literaturae antiſtites Cornelius Margarinus, Joannes Bona, Henricus Noris, Angelus a Nuce, Chriſtianus Lupus, & Joſephus Maria Thomaſius. At qualia, quantaque nomina! Horum aliquos ſua virtus poſtea ad ampliſſimas dignitates evexit.

Et in Commentar. Cap. XVI. pag. 47. Confer aureum Gelaſianum Codicem Sacramentorum Romanae Eccleſiae lib. 3. pag. 197. cujus editionem debemus Venerabili Viro Joſepho Mariae Thomaſio S.R.E. Tituli Equitii Presbytero Cardinali, ob antiquam pietatem penitioremque rerum eccleſiaſticarum ſcientiam ſummis laudibus praedicando: cujus inclyto nomini Doctorum & proborum Chorus aſſurgit univerſus: mihique illud repetere jucundiſſimum eſt, plures annos ſtricta tanti viri neceſſitudine uſo.

Idem in Diſſertatione *de S. Petro Urſeolo Duce Venetorum* = Capite XIX. pag. 64. = De hoc ritu Gothorum Hiſpaniae, in Gallia Narbonenſi olim florente, conſulenda una atque altera inſignis Praefatio illuſtrium doctrina Virorum Venerabilis Cardinalis Joſephi Mariae Thomaſii ad Codices Sacramentorum, ac Theodorici Ruinartii ad Acta Martyrum pag. V. ſecundae Editionis.

Idem Archiepiſcopus in Commentario *de Sancta Columba Virgine Sacra Aquilejenſi* Cap. X. pag. 32. = Ma più diſtintamente il tutto ſi ſpiega nell' aureo Codice Galaſiano, rammentato dagli antichi Scrittori, e poi con immortal beneficio degli Studioſi di queſte Sacre Materie divulgato dal Cardinale Giuſeppe Maria Tommaſi, degnamente *Venerabile* per la ſua gran pietà non meno chè per la profonda dottrina Eccleſiaſtica, onde ebbe piena la lingua e il petto.

Theodoricus Ruinartius in Vita Joannis Mabillonii Ord. S. Benedicti Congregationis S. Mauri Cap. XXII. pag. 52. edition. 2. Patavii = Pari quoque honore eum non ita poſt dignatus eſt ſpectatae apud omnes doctrinae & pietatis Thomaſius Clericorum Regularium Sodalitii Presbyter, incredibili bonorum omnium plauſu ac gratulatione renunciatus S. Romanae Eccleſiae Cardinalis; nec minori omnium moerore, tutiuſque reipublicae cum Eccleſiaſticae tum literariae jactura, nuperrime nobis ereptus, cum ſuum ipſi de Theologicis Veterum Patrum Inſtitutionibus Indiculum Romæ anno MDCCI. editum inſcripſit.

Et Cap. XXXVII. pag. 8. = Taceo Thomaſium eximia pietate perinde ac ſacris Operibus nemini non notum, clariſſimoſque Sluſium, Fabrettum, Blanchinum, Ciampinum, alioſque, dum Romae verſatus eſt, amiciſſimos viros.

Antonius Mongitori in Bibliotheca Sicula pag. 390. verbo: Joſeph Maria de Thomaſiis = Praeclara morum indole, & ingenii acumine apprime inſtructus, graviores didicit diſciplinas, ac doctiſſimus Philoſophus ac Theologus efformatus, mirifice inclaruit. Antiquitatis ſtudia complexus in perſcrutandis ſacrae vetuſtatis archivis uberrima eruditione locupletatus eſt, & ad eruenda antiquae Eccleſiae monumenta tenebris obſita operam navavit egregiam. Ideoque in eo ſtudiorum genere ſolertiſſimus, magnum ſibi nomen adeptus; in literato orbe longe lateque refulget. Graecis, Latiniſque literis virtutum ſtudia addidit, & ad abſolutiſſimum regularis perfectionis faſtigium

Digitized by Google

aſcendere curavit, ut virum Religioſum decet. Nunc Romae Vir ſane egregius floret, & inter Sac. Cougregationis Indicis Conſultores adſcriptus doctrinae praeſtantiam in Eccleſiae bonum detegit, ac tum Praeſulibus Dynaſtis, & S.R.E. Cardinalibus gratiſſimus, tum etiam a viris doctiſſimis veneratus, omnium exiſtimatione inſigniter promeretur.

Petrus Pollidorus lib.4. de Vita & Rebus geſtis Clementis Papae XI. §.XXX. pag.273. = Laetitiam uberem, quam de valido Catholicae Religioni adjecto praeſidio Clemens coeperat, turbaſſe viſa ſunt multiplicia funera, quibus paucos intra menſes p ures lectiſſimi Romanae Eccleſiae Cardinales ſunt elati. Diſſimulare profecto non potuit acerbiorem caeteris ſibi accidiſſe jacturam Doctiſſimi ac Religioſiſſimi Joſephi Mariae de Thomaſiis: quem poſtrema nocte cedentis anni (1712.) vita functum, non aliter quam verum ſanctioris diſciplinae veteris exemplar, quod in ejus moribus & doctrina elucebat, ſuſpicere conſuevit; laudavitque mortuum.

Laudant praeterea Cardinalem Joſephum Mariam Thomaſium Scriptores ſequentes.

Franciſcus Maria Magius de Sacris Ceremoniis Tom. 1. Opuſcul. 1. diſquiſition. 6 pag.38. Diſquiſit. 12. pag. 89.& Opuſcul. 4. pag. 332.Tom. 2. diſquiſit. 24. pag. 467. & in Carmelo Mariano Beneſic. 12. §. 9. pag. 301.

Joſephus Manſi Congreg. Orat. Rom. Presbyter in lib. cui tit. *Il vero Eccleſiaſtico* editionis Octavæ auctæ lib. 5. Cap. 5. pag. 692.

Michael de Judice in notis ad deſcriptionem Eccleſiæ Montis Regalis Aloyſii Lelli parte 1. pag. 60. & 75.

Joannes Ciampinus de perpetuo Azimorum uſu, & in Opuſculo de Cruce Stationali.
& in Opuſcu'o de vocis correctione in Sermone VII. S. Leonis Rom. Pontificis &c.

Jo: Mabillonius in libris de Liturgia Gallicana.

Philippus Bonannus e Soc. Jeſu in Numiſmatibus Pontificiis Tom. 1. ubi agit de Alexandro Papa VI. num. 3. pag. 118.

Pe-

Digitized by Google

REverendiſſimi P. Nicolai Rodu'phi Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici obſequuturus mandato, Volumen inſcriptum: *Ven. Viri Joſephi Mariæ S. Rom. Eccleſiæ Presb. Card. Thomaſii Opera omnia &c.* libenter legi; publicaque luce dignum cenſui. Quotquot enim complectitur Eccleſiaſticæ Antiquitatis Monimenta, Veteres Sacrorum Rituum formulas, & Diſciplinam exhibent puris, nec uno nomine venerandis derivatam fontibus. Eadem Vir Clariſſimus Joſeph Blanchinus, qua opportunè adjectis aliorum doctiſſimorum Virorum Commentariis, qua eruditis Præſationibus, & notis ſuis ſic illuſtrat, ut non modo Catholicæ Religioni hac item in parte conſulat, verùm etiam Literariæ Reipublicæ utilitatem afferat, paretque pietati non vulgare præſidium. Auget operi pretium Venerabilis S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis Joſeph Maria Thomaſius, cujus ſpectata vitæ ſanctimonia, & inſignis eruditio præcipua omnium praedicatione meritò celebratur.

Romę Idibus Sextilis, anno Domini MDCCXLI.

Petrus Pollidorus.

JUſſis obtemperans Reverendiſſimi P. Nicolai Rodulphi Ord. Prædicatorum S.P. Apoſtolici Magiſtri, ſedulo inſpexi Volumen in duas partes diviſum, quod complectitur complura Opuſcula ad S. Liturgiam ſpectantia, partim vulgata, partim anecdota; pręfertque titulum: *Ven. Viri Joſephi Mariæ S. R. E. Presb. Card. Thomaſii Opera omnia &c.* quæ nimirum iiſdem Opuſculis illuſtrantur, ſtudio, curaque P. Joſephi Blanchini Veronenſis Presbyteri Congreg. Oratorii Romani: Viri ſcilicet clariſſimi, & juxta id genus rerum collectoris præſtantiſſimi, necnon optimi Interpretis monumentorum veterum; ut patet ex ſelectis obſervationibus toto in hoc volumine occurrentibus, ſiqui æſtimaturi eas diligenter perluſtrent, atque expendant. Quare Opus nec Catholicæ veritati, nec probis Chriſtianiſque moribus adverſans; nec quicquam comprehendens, quod Sacroſancta noſtræ Catholicæ Fidei Myſteria non tueatur atque illuſtret, maxime dignum cenſeo, quod publicæ lucis fiat ad communem Cleri utilitatem, niſi ſecus videatur eidem Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici. Dabam ex ædibus meis XVII. Kalendas Julias anno MDCCXLI.

Cajetanus Cennius.

PRO commiſſione mihi quidem gratiſſima Reverendiſſimi Patris Nicolai Rodulfi, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, inſpexi quàm accuratè tam profecto jucundiſſimè Librum in duas Partes diſtributum, cui eſt Titulus: *Ven. Viri Joſephi Mariæ S. R. E. Presbyteri Cardin. Thomaſii Opera omnia &c.* atque in eo non ſolùm nil reperi aut Catholicæ Fidei, aut bonis moribus, diſciplinæque Eccleſiaſticæ diſſonum adverſumve, ſed potius omnia Chriſtianam pietatem redoleutia, ac excitantia magnopere. Præſefert enim Eccleſiaſticę Liturgiæ plurima, quà olim vulgata a laudato Cardinali, rerum hujuſmodi ſtudioſiſſimo, ac æquo doctoque æſtimatore, quà inedita hactenus monumenta, cum doctis admodum, accuratiſque notis Cl. & de literatis optimè meriti, Joſephi Blanchini Veronenſis, Congreg. Orat. Romani Presbyteri; ex quibus omnibus & ſacræ antiquitatis ſtudioſi quamplurima inveſtigare queant, & Eccleſiaſtici homines divinorum Officiorum dignitatem, ſacroſque eorum ritus perſpectos magis magiſque habere. Multæ igitur utilitatis, multæque religionis librum, ut publicus fiat, dignum cenſeo.

Romæ ex Hoſpitio Apoſtolico Sancti Michaelis ad Ripam, die 18. Junii MDCCXLI.

Joannes Chryſoſtomus a S. Joſeph Scholarum Piarum.

f

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Phil. Spada Archiep. Theodoſiæ Viceſg.

IMPRIMATUR

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſt. Magiſter.

Digitized by Google

LIBELLUS ORATIONUM ANECDOTUS

ECCLESIASTICORUM OFFICIORUM GOTICO-HISPANUS,

ADHUC EX PARTE OBTINENS

IN BREVIARIO MOZARABICO

ANTIQUISSIMI RITUS ISIDORIANI.

PRODIT EX VETUSTISSIMO CODICE AMPLISSIMI CAPITULI VERONENSIS

OPERA ET STUDIO

JOSEPHI BLANCHINI VERONENSIS

Presbyteri Congregationis Oratorii Romani.

Aliquot hujus anecdoti Libelli Orationes extant etiam in breviario Mozarabico, ſed quæ detruncatas, quæ mendis ſcatentes immanibus. Eas in marginibus placuit adnotare ſumma cura, improboque labore.

INCIPIUNT ORATIONES DE ADVENTU DOMINI PER DIES DOMINICOS. IDEST IN SABBATO AD VESPERUM, QUI PRIMUM * OCCURIT IN ADVENTUM.

* Lege: occurrit in adventu.

EXPECTANTES adventum tuum, Domine, a puſillo animo * ſub'eba, & a tempeſtate periculorum conſerva; ut te plebs * livatorum ſua pro ſalute veſpere ſollicitet, & meridie pro libertate * conlaudent, & manè pro gloria reſurrectionis concelebret.

* Lege: ſublea.
* Lege: liberatorum.
* Lege: conlaudet.

BENEDICTIO.

Breviarium Mozarabicum editum Toleti anno Domini 1502. fol. 3. col. 4. & fol. 4. col. 3.

DOminus Jeſus, qui ad redemptionem veſtram venit non mutatione loci, ſed veritate hominis adſumpti, * clarificando vos adtollat * in gloria regni; adque idem ad redimendum veniens, redemtos ſuos a malis omnibus ſervet; & quoniam ipſe humiliatus iniquitatem veſtram abſtulit, ipſe glorioſus beatitudinis vobis praemia donet.

* Fortè legendum: clarificandos ... in gloriam.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 373. col. 2.

DEUS omnipotens, qui Unigenito Filio tuo in carne naſcituro viam in humanorum cordibus praeparans, Johannem utique praecurſorem ante ejus faciem mittis, quem utique Angelum praeeuntem eſſe teſtaris: praeſta ſupplicibus nobis, ut in adnuntiacione te praedicantium * revivefcant ſemper animae perditorum: ut viam in cordibus noſtris ipſe tibi praepares. Ipſe quoque, in quibus inhabites, dignam tibi in nobis habitationem exornes. Qui ad hoc primùm veniſti, ut perditos liberares, ad hoc iterum venias, ut liberatorum animas a ſuppliciis liberes.

* Lege: reviviſcant.

ALIA.

Ant. Ecce ego mittam ad gentes.

Br. Moz. fol. 15. col. 3.

DEUS Pater, qui Filium tuum miſſurus ad terras, legatos tuos, voces utique praedicantium, ad gentes deſtinaſti, vel inſulas, qui Incarnationis ejus myſterium praedicantes longè ad eos, qui non audierunt * vervi tui fidem praedicando porrigerent, dona nobis, & te audientes a vitiis * repiſcere, & te credentes ſupernam promereri hereditatem: ut Chriſtum tuum ſermonibus praedicantes, operibus non efficiamur ante tuae gloriae majeſtatem damnabiles.

* Lege: verbi.
* Lege: reſipiſcere.

A L I A.

Br. Moz. fol. 14. col. 3.

ECce, o Domine Deus noſter, ſatis pulcri ſunt pedes euangelizantium pacem, & adnunciantium bona; fac* nos ergo, ut calciati pedes noſtri in praeparatione euangelii pacis de peracto curſu gaudeant conſumatae virtutis: ut Chriſtum tuum, quem os noſtrum plena fide adnunciat, vita noſtra in efficientia operis non contemnat; ſed annua devotione Incarnationis eius feſta ſollemnia celebrantes, vota noſtra illi perſolvamus ſine fine felices.

* *nos, abundat. Ibidem lege*: calceati.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 4. col. 3.

PRecem noſtram ne diſpexeris, Domine, intende jam, & exaudi clementer: ut, qui voce inimici* turvati deicimur, Unigeniti tui adventu ſacratiſſimo conſolemur; & fide* pinnigerantes, velut columbae ad ſuperna tendamus. Elonga nos itaque, Domine, a ſaeculo maliguo, & a laqneis* inimihi cuſtodi per Chriſtum.

* *Lege*: turbati.
* *Lege*: pennigerantes.
* *Hiſpanica pronuntiatio, illorum regionum Scriptorem incolam prodit, cum hic, tum alibi ſaepe.*

B E N E D I C T I O.

DOminus Jeſus Chriſtus, ad cujus adventum devotiſſimè anelatis, ipſe in vobis augeat incendia ſanctae devotionis; & qui ad hoc venit, ut redimat, ipſe ad hoc judicet, ne condemnet; atque ad hoc veſtrum inflammet amorem, ut perducat ad aeternam ſuae gloriae laudem.

ITEM ORATIO IN SECUNDO SABBATO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 20. col. 4. & fol. 248. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, quem veniſſe credimus in carnis abjectione humilem, Mundum pereuntem redimere, quemque iterum praeſtolamur iu potentia Deitatis venturum, ſaeculum delinquentem terribiliter judicare,* inmenſa pietatem tuam trementes ſamuli quaeſumus, ut, dum veneris, non de peccato nos arguas, ſed ineffabili bonitate ſuccurras; & hic potius humilitatis noſtrae confeſſionem accipias, ut illic & ſacinora univerſa indulgeas, & in dexterae tuae partem coronandos ſtatuas.

* *Lege*: inmenſam.

B E N E D I C T I O.

Br. Moz. fol. 21. col. 1.

EX Syon Deus veniens ab impietatibus veſtris eripiat vos. Avertat a vobis iniquitates veſtras, qui* benit prorogare miſericordias ſuas: tales etiam vos redimendo ſtatuat, quales judicando non puniat.

* *Lege*: venit.

I T E M A D M A T U T I N U M.

Br. Moz. fol. 19. col. 4.

CHriſte Dei Filius, qui a Patre ſine tempore natus, per Virginem in tempore naſciturus, a patrio ſinu, ſicut ſortis, egrederis, effice nos ſorciores ſemper eſſe in operibus tuis: ut, qui ſuſcitaſti zelum virtutis iu populis tibimet credituris, ſuſcites in nobis numquam finiendum amorem tuae dulcedinis, quo perducamur ad promiſſa tuae haereditatis.

Ant. Dominus ſicut ſortis egredietur.

A L I A.

Br. Moz. fol. 322. col. 2. fol. 413. col. 3.

TE, Domine, de Sina cum Sanctorum millibus venturum, Profetarum vaticiniis audientes, expoſcimus, ut, qui te* redemtionem Mundi veniſſe iam credimus, venturum quoque ad Judicium purgatis cordibus praeſtolemur: ut, quia in manu tua Sanctorum multitudo conſiſtit, in remedio pietatis tuae reditus ad te peccantium cumuletur; qualiter adpropinquantes pedibus tuis, ſatiemur ſemper de doctrina intimae viſionis.

Ant. Dominus de Sira veniet, & cum eo Sanctorum millia.

* *Supple adj vel lege* Redemptorem.

A L I A.

DEUS, qui manifeſtè ad Judicium es venturus,* eſſe noſtris cordibus donorum* gratiam manifeſtus: ut, qui primò redemturus Mundum veniens ſiluiſti, tunc nos exuas a totius ſorde criminis noſtri, quum ultra non ſilens, non judicandus,* ſet judicaturus Mundum adveneris in gloria majeſtatis.

Ant. Deus manifeſtè veniet.

* *Lege*: eſto.
* *Lege*: gratia.
* *Lege*: ſed.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

QUI regis Iſrhael, intende: excita potentiam tuam, & veni; ut plantatae fideli vineae tuae non maceriam deſtruas,* ſet, ſicut vonus agricola, culturam dilectionis exerceas.

* *Lege*: ſed, ſicut bonus.

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 23. col. 4.

DEUS, qui venit, ut liberet, tales vos faciat, quales liberandos efficiat. Libertas, quam redimens contulit, redemtionis conſervatione defendat: Ut, qui Redemtor venit ad mundum, * proveniat redemtos in caelum.

* *Lege*: provehat.

ITEM ORATIO IN TERTIO SABBATO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 138. col. 3. & fol. 147. col. 4.

CHriſte Jeſu Dei Filius admirabilis, cui nullus inter filios Dei, vel aequalis extat, vel ſimilis, excita potentiam tuam, & veni, & ſalvos facias nos. Ad te Dominum precem noſtram dirigimus, ut miſericordiam, quam pollicitus es ſervare Sanctis, digneris prorogare converſis; ac ſic nos, quaeſumus, moderamine diſciplinae * arrigas, ne profanetur teſtamentum tuum ob admiſſa facinora, ſed temperetur ultio miſeratione ſuperna; & ipſe totum, quod diſplicet, abluas, qui peccatores ad te revertentes * juſtificate glorificas; quique nos eſſe voluiſti ex nicilo id, quod ſumus, ipſe concede, ut caeleſtibus reguis apti, tecum ſine fine vivamus.

* *Supple*, corrigas, ut clementiam in ira non auferas, nec profanetur.
* *Lege*: juſtificando.

BENEDICTIO.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui venit de incorruptae matris carne corporis veritatem adſumere, eruat vos ab humanae paſſionibus corruptelae.

Qui veritatem hominis ſine peccato hominis ſuſcipere venit, vos ab omni delicto humanae * conlubionis emundet. Ut quidquid humiliatus Deus in natura hominis pro vobis ſuſtulit, totum in naturae veſtrae ſalvatione miſeratus adcumulet.

* *Lege*: conluvionis, *vel* colluvionis.

ITEM AD MATUTINUM.

CHriſte Deus, qui grati roris reſperſione Iſrahel tuum viſitaturum te eſſe polliceris, fac nos in domo tua germinare, ut lilium, qualiter radix noſtra erumpat in emolumento virtutum; quo deſiderio dulcedinis tuae accenſi, inmaculatis cordibus praeſentemur tibi in diem Judicii.

Ant. Erit Dominus ſicut ros Iſrahel.

ALIA.

Br. Moz. fol. 10. col. 2. & fol. 22. col. 1.

ESto * novis, Domine, corona gloriae in die, quo veneris ſaeculum judicare per ignem, ut hic nos priùs veſtias indumento juſtitiae, & poſt perfecta gloriae libertate.

Ant. Erit Dominus corona gloriae.

* *Lege*: nobis.

ALIA.

CHriſte Deus noſter, qui firmamentum factus es terrae, ſcilicet Eccleſiae tuae, quam in tuis Apoſtolis, tamquam in ſummis montibus fundare dignatus es, eſto in nobis fundamentum pacis, & effector bonae operationis; ut, qui in noſtris iniquitatibus cotidie * lavimur, fundamenti merito in fine * ſalbemur.

Ant. Erit firmamentum in terra.

* *Lege*: labimur.
* *Lege*: ſalvemur

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 24. col. 3.

ADventus tui, Domine, gloriam devotione promtiſſima praeſtolantes, rogamus, atque expoſcimus, ut praeſentiae tuae luce tenebras noſtras inradies, qualiter nunc ad perfectum nos uſquequaque ſanctificans, tuis nos * inpoſtmodum muneribus dignos efficias.

* *Lege*: poſtmodum.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 22. col. 4.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui adventu ſuo ſubenire dignatus eſt Mundo, animas noſtras, corporaque purificet a delicto. Det vobis legis ſuae praecepta virtute ſpiritus adpraehendere; ut poſſitis adventum ejus amabiliter praeſtolare: ſicque vos ab omni reatu immunes efficiat, ut adventus ejus non * reprovandos expellat, ſed redemtos, adque glorificandos adſumat.

* *Lege*: reprobandos.

ITEM ORATIO IN QUARTO SABBATO AD VESPERUM.

* *Br. Moz. fol. 24. col. 4.*

DOmine, cujus regnum eſt potentiâ terribile, & * praecintum virtute, quem flumina doctorum elevatis vocibus * laudent, & mirabiles elationes maris concelebrant: excita potentiam tuam, & bracii tui terribilem emitte fortitudi-

* *Lege*: praecinctum.
* *Lege*: laudant.

 nem

nem, quæ conterat jugum noſtrae ſervitutis miſerorum colla prementem, noſtraſque fatigatas confortet manus, *debile roboret genua, convaleſcere puſillanimes faciat; nec ultra ſit, quod timeamus ex inimico, *qui propter ſalvationem noſtram venire credimus Redemtorem.

*Lege: debilia.
*Br. Moz. habet, quia.

BENEDICTIO.

DOminus Jeſus Chriſtus, cujus adventum deſiderabiliter expectaſtis, ipſe vos participes faciat regni caeleſtis.

Ejus vos glorioſa Nativitas proveat in caelo, cujus Divinitas pro nobis incarnari venit in Mundo; taleſque vos dies ſui adventus inveniat, ut dexterae ſuae laetabundos * parcicipio jungat.

*Lege, ſi placet: participio, vel, participatione conjungat.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 16. col. 2.

CHriſte Dei Filius, qui Mundo per Virginem natus, Nativitatis tuae terrore, & regna concutis, & reges admirare compellis, praebe nobis initium ſapientiae, quod eſt timor tuus: ut in eo ſructificemur; in eo etiam proficientes fructum tibi pacatiſſimum * afferamus: ut, qui ad gentium vocationem, quaſi fluvius violentus, acceſſiſti, naſciturus in terris ad converſionem peccantium maniſeſta tuae gratiae dona oſtendas: quò repulſo terrore ſormidinis, caſto te ſemper ſequamur amore intimae caritatis.

Ant. Timebunt, qui ad occidentem ſunt.

*Br. Moz. efferamus.

ALIA.

DEUS Pater, ex quo genitum juſtum per Virginem utique natum Filium, & geutes viderunt, & reges mirati ſunt: concede nobis, ut in ejus viſionem, quum ad Judicium venerit, cor noſtrum refloreat, & conſolationis donum de viſionis ejus gaudiis adipiſcat: ut in hoc nunc, & in aeternum, ſic in manu ejus corona gloriae ſimus, ut, nec hic, nec in aeternum in aliquo conſutemur.

Ant. Videbunt gentes.

ALIA.

CHriſte Deus, cujus nomen gentibus in terrore eſt, da * novis & timoris tui initium, & amoris tui per omnia complementum: ut, qui in * idificatione Syon agnoſceris glorioſus, in reparatione lapſorum clemens reperiaris, & pius, quum in adventu tuo Judex cunctis effulſeris maniſeſtus.

Ant. Timebunt gentes nomen tuum Domine.

*Lege: nobis.
*Lege: aedificatione.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 17. col. 1.

EXcita potentiam tuam, & veni ad liberandum nos, Domine: ut quia opprimimur turvinibus temtationum, virtutis tuae auxilio deſendamur: nec praevaleant nobis legiones hoſtium, quum tua majeſtate tuemur: ut ſemper nobis opitulationem, & adverſariis inſeras ultionem.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 16. col. 1.

UNicus Filius Dei, qui genitus de utero Patris incarnari venit ex utero Virginis, eluat vos ab omni corruptione humanae condicionis; adque idem, qui incomprehenſibilis venit ad veritatem humani corporis, tollat a * bovis omnem inmunditiam humanae corruptionis; &, qui vita venit mortem perſerre, tribuat vobis nicil de mortis damnatione ſentire.

*Lege: vobis.

ITEM ORATIO IN QUINTO SABBATO AD VESPERUM.

AVerte, Domine, captivitatem ſortis tuae, quam praedo vorator deceptioſis artibus a tuarum viarum tramite diſcedere ſecit. Veniat, rogamus, ſuper nos miſericordia tua, & ſalutare tuum da * novis, atque de ſancto auxilium mitte; ut te intelligentes deſideremus, teque inquirentes ad te protinus redire ſeſtinemus: ut & cordibus converſis peccatorum donetur remiſſio, & a captivitate miſeriae reducamur ad libertatem laetitiae; quique lamentamur pro admiſſione ſacinorum, couſolemur de adventu Regis caelorum.

*Lege: nobis.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, ob cujus adventus proximitatem ilareſcitis, exultare vos faciat de praemiis ſempiternis; Et qui illum ſuſtinetis, ut veniat ad ſaciendum

Judicium

Digitized by Google

Judicium, emulatores vos efficiat judiciorum juſtorum: ut quum venerit, non de peccato vos arguat, ſed aeterna muneris conlatione reficiat.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 6. col. 1. & 4. Item fol. 22. col. 1.

Ant. Juſtè, & pie vivamus in hoc ſaeculo.

FAc nos, bone Domine, juſtè, ſobriè, & piè in hoc ſaeculo * vibere, ut expectantes beatam illam ſpem, & adventum claritatis magnificentiae tuae, ſic per ſemitas curramus juſtitiae, ut meritò accedere poſſimus ad aeternam haereditatem.

* *Lege* vivere.

ALIA.

Br. Moz. fol. 11. col. 1.

Ant. Gaudete inDomino ſemper.

DA nobis, Domine, gaudia felicitatis eaternae; ut in te ſemper gaudere poſſimus, ne deſperabili triſtitia obruamur; ut in nullo de temporalibus ſolliciti ſimus; &, qui te prope eſſe jam credimus, mitiſſimum te, cum veneris, ſentiamus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 10. col. 4.

Ant. Creſcite in gratia, & in cognitione Domini.

FAc nos, Deus Pater, in gratia, & in agnitione Jeſu Chriſti Filii tui Domini noſtri dilatatis ſenſibus creſcere: ut expectantes adventum ejus, inmaculatis veſtigiis ad diem Judicii properemus, quo ejus gratia ſic hic reos abſolvat, ut in futuro, culpa interveniente, non puniat.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 9. col. 3.

CHriſte Deus, qui naſciturus in carne, conplementum factus es legis, perfectionem in nobis tribue ſanctitatis; & qui olim adventu tuo redimere dignatus es Mundum, Judicii tui tempore a ſuppliciis erue animas redemptorum.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dei Filius, quem venturum in proximo ſuſtinetis, proximitate ſui adventus emundet corda veſtra a cunctis mundanae vitae inlecebris. Ipſum quoque, quem Judicem venturum metuitis, liberatorem indulgentiſſimum ſentiatis; quò omnes, qui hic primi adventus ſui gaudia devotè * inquolitis, ſecundi adventus ſui praemia capiatis.

* *Lege:* incolitis.

INCIPIUNT ORATIONES DE ADVENTU DOMINI,

Quae per ſingulos Matutinos juxta Antiſonas congruentes uſque ad Nativitatem Domini ſunt dicendae. In primis in die ſancti Aciſcli, quod eſt quintodecimo kalendas Decembres ad Matutinum. Iſtae Orationes dicendae ſunt juxta Antiſonas, quae tunc cantantur.

Br. Moz. fol. 1. col. 2. Item fol. 413. col. 4.

AUdivimus, Chriſte, confitemur, & credimus, quod è ſinu Patris egrediens veneris, ut carnis noſtrae veſtibulo cingereris: liberaturus ſcilicet ſuſceptae Incarnationis myſterio, quod perierat naturae vitiatae contagio. Fac ergo nos praenuntiata adventus tui gaudia promptiſſimâ ſuſceptionis devotione excipere: & quia tu e * loquo patrio, ſecretoque progrediens, albaturus homines, humanum properaſti ad publicum, nos e loco criminis exeuntes mundatiores concitum Divinitatis tuae proſpectemus occurſum: ut extrema * bitae noſtrae nullius diſcriminis conculcatione involvens, ſic provoces terrore juſtitiae, ut ſolita juſtifices pietate.

* *Lege:* loco.

* *Lege:* vitae.

ALIA.

ADnuntiatum te Deum, Chriſte Dei Filius, in univerſis terrae finibus profetali vaticinio credimus, & gaudemus. Proinde te quaeſumus, te rogamus, ut in * veatae Syon habitatione perenni dilatemur in gaudio, in cujus te medio habitaturum, profetali praedixiſti oraculo.

* *Lege:* beatae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 5. col. 2.

Ant. Adnunciate vocem jucunditatis.

NUmtiatam ecce vocem jucunditatis, & laetitiae, quam de tua, Chriſte, Incarnatione audivimus; ut in nobis dulciori efficiatur caritate ferventior, inploramus. Id tuae magnitudinis expetentes potentiam, ut ita in nobis vocis hujus affectus uſquequaque praepolleat, ut non confundamur in ea, quum manifeſtata nobis fuerit gloria tua.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 414. *col.* 2. FRaglat, Chriſte, tuus pretio ſior in gentibus odor, quo terrena appetis, & caeleſtia non relinquis; quo in regionibus abdicatos longinquis ad nuntium bonum in odore unguentorum tuorum poſt te currere facis. Praeſta ergo, ut quod in odoris hujus percepimus fide, aeterno capiamus in munere: ut ob hoc, quod te conſonis concinimus effectibus vocum, pleniſſimè laetemur in retributione Juſtorum.

ORATIO DECIMO KALENDAS DECEMBRES. QUANDO ET SANCTI ROMANI FESTUM INCURRIT. ORATIO COMPLETURIA AD VESPERUM DE SOLEMNITATE IPSIUS SANCTI ROMANI.

Br. Moz. fol. 414. *col.* 3. AMabilis ſervi beatiſſimi Romani tui, Chriſte Deus noſter, victorias celebrantes, quibus inimicum fidei Chriſtianae templi tui limina intrare non paſſus eſt, te quaeſumus, & rogamus, ut per eum nobis aperias Paradiſum, per quem infidelibus, Eccleſiae tuae obſeraſti introitum: ut per quem incredulorum eſt repulſa perfidia, per eum fides noſtra perveniat ad coronam.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 414. *col.* 3. CHriſtus Dominus, qui elinguem Romanum ſuum martyrem fecit mirabiliter eloquentem, os veſtrum faciat ſibi ſemper fructificare; Et qui poſt illam abſciſionem linguae * formabit verva flammantia, in vobis poſt confeſſionem oris virtutum conferat dona: ut diſciplinati oris habentes ſemper officium, in ea lingua, qua confitemini Deo peccata, in ea etiam mereamini inpetrare peccatorum omnium indulgentiam.

* *Lege*: formavit verba.

ITEM COMPLETORIA ORATIO DE EADEM FESTIVITATE.

Br. Moz. fol. 415. *col.* 1. DEus, qui beatiſſimo Romano martyri tuo hoc ſpecialiter in donis gratiae praeſtitiſti, ut poſt obſciſionem carnalis linguae meliùs te verborum datorem, & affluentiùs praedicaret: te ſupplices quaeſumus, ut organum linguae noſtrae tuis ſemper facias legibus deſervire: ut ſanctis tantùm officiis mancipatum, beneplacita tibi ſemper devotione famuletur.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 414. *col.* 3. OMnipotens Deus, qui per beatiſſimum Romanum fores Eccleſiae infidelibus clauſit, clauſtra vobis credentibus aperiat regni ſui; & qui elinguis oris ejus officium ſua declaravit in laude, ſuffragia ejus ſuſcipiat pro veſtrorum criminum emundatione: ut in quo parvuli teudole fides rovorata peregit martyrium, in eo etiam vos habeatis praemium ſempiternum.

ITEM ORATIONES IN EODEM DIE AD MATUTINUM. DE ANTIFONIS DE ADVENTU DOMINI IN ORDINEM SECUNTUR.

Br. Moz. fol. 13. *col.* 1. VEniſſe nomen tuum, Deus, de longinquo condita a te creatura laetatur, & ideo fac nos, ut, qui adventum Incarnationis tuae ſuſcepimus, ab is pinis peccatorum noſtrorum ardentis linguae tuae ſpiritu expiemur.

Ant. Ecce nomen Domini venit de longinquo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 17. *col.* 2. DE longe Incarnationis tuae adventum, Chriſte Dei Filius, Beatorum numeroſitas praeſtolando beatificata fore cognoſcitur, quaeſumus, ut expectatione ſecundi adventus tui ita beatificemur, ut pium te in Judicio ſentiamus.

Ant. Ecce nomen Domini venit de longe.

ALIA.

Br. Moz. fol. 23. *col.* 1. ECce tu, Deus noſter, & Domine, qui olim redemturus Mundum in virtute bracii tui perditos liberaſti, ab his, quos redemiſti, magnopere invocaris: ut, qui infirmari pro nobis dignatus es homo, Divinitatis tuae homines digneris praemunire praeſidio.

Ant. Ecce Deus noſter: ecce Dominus.

TER-

TERTIODECIMO KALENDAS DECEMBRES AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 25. col. 3.

EX radice Jeſſe progrediens Virga, credentem tibi populum ſalva, ut, qui in ſalute veniſti naſciturus in terram, glorioſum nomen tuum in is, qui te deprecantur, oſtendas.

Ant. Exiet virga Geſſe.

ALIA.

Br. Moz. fol. 10. col. 1.

DOmine Deus fortis, qui de patrio ſecreto egrederis, &, ut vir * praeliatur gentes tibi crediturus adquiris, ſuſcita in nobis zelum veneplacitum tibi: ut, qui te veniſſe jam credimus, ardentius te iterum venturum innocui praeſtolemur.

Ant. Dominus fortis egredietur.
* *Lege:* praeliator.

ALIA.

COncede * novis, Domine, ut adnuntiatum in Syon nomen tuum, & veraciter diligamus, & veris operum effectibus conlaudemus: ut, qui in Jeruſalem praedicatus agnoſceris, in univerſo Mundo Deitatis potentiâ dilateris.

Ant. Adnuntietur in Syon.
* *Lege:* nobis

XII. KAL. DECEMBRES AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 2. col. 3.

CHriſte Dei filius, qui veniens ad * loquum uteri virginalis, verus Angelus teſtamenti agnoſceris: concede nobis, ut fides, qua Incarnationis tuae gaudia * obando concinimus, ab omni culpae noſtrae nos * devito expiet: quum te iterum ad Judicium viderimus.

Ant. Veniet ad locum ſuum Dominus.
* *Lege:* locum.
* *Lege:* ovando.
* *Lege:* debito.

ALIA.

Br. Moz. fol. 2. col. 3.

DEſiderate cunctis gentibus, Chriſte, adveniens, ſalva populos tibimet confitentes: ut, qui ad hoc primùm veniſti, ut Mundum redimeres, ad hoc iterum venias, ut credentes tibi pro meritis non condemnes.

Ant. Veniet deſideratus cunctis gentibus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 12. col. 1.

VEniſſe te Dominum in Syon cum laude & laetitia, omnis Catholica praeconatur Eccleſia: & ideo petimus, ut, qui adventum tuum glorioſum in populis nuntiamus, a noſtris facinoribus, te expiante, purgemur.

Ant. Veniet Dominus in Syon cum laude & laetitia.

XI. KAL. DECEMBRES AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 1. col. 4. & fol. 18. col. 1.

DEus Dei Filius, cujus aeternum permanet nomen, quique unum te eſſe * innocens Deum, * hac Dominum per ſuſceptae Incarnationis myſterium veniſti in regem, ut redimeres ſaeculum: da in * novis ita ſervere hujus myſteria pietatis, ut per haec evadamus muſcipula deceptoris: ut, qui adventus tui gaudia diffuſo ore praecinimus, ſalvatos nos, quum ad Judicium veneris, te Judice, gratulemur.

Ant. Veniet Dominus in regem.
* *Lege:* innocens.
* *Lege:* hoc.
* *Lege:* nobis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 6. col. 4.

CHriſte Dei Filius, qui & olim veniſti naſciturus in carne, & iterum venies cum ſenibus, & principibus populi tui ad faciendum Judicium in gloriae majeſtate: praeſta nobis, ut, quum veneris, non peccati nobis reſtituas vicem, ſed pro fide, qua te credimus, aeternam nos * provenias ad mercedem.

Ant. Veniet Dominus cum ſenibus & principibus.
* *Lege:* provehas.

ALIA.

AVertere *, Domine, impietates a domo Jacob, ut, qui * a hoc veniſti de Syon, ut praedam de manu fortis eriperes: ad hoc iterum venias, ut ereptam maſſam Fidelium ſolita pietate corones.

* *Lege:* Averte.
* *Lege:* ad hoc.

X. KAL. DECEMBRES ORATIONES IN DIE SANCTAE CELIE AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 417. col. 2.

CHriſte Dei Filius, quem cum Sanctis omnibus ad faciendum Judicium ſuſtinemus, te quaeſumus, te rogamus, ut antequam venias, noſtrorum criminum maculas abluas, illiſque nos conſortes efficias, quibus pro merito jam tribuiſti coronas: ut, qui tunc Judices tecum venturi ſunt, nobis patroni per te ad * ebadenda ſupplicia praeparentur.

* *Lege:* evadenda.

BENE-

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Patris Filius, qui in adventu ſuo aeternas Judicii ſedes * datus eſt Sanctis, det vobis ſuae evadere Judicium ultionis; &, qui tunc electos per gratiam ſormaturus eſt Judices, vos per miſericordiam * ubimet efficiat conplacentes; ut cum adventus ſui refulſerit gloria, * i medio Sanctorum clarificetur converſatio veſtra.

* *Lege*: daturus.
* *Lege*: ſibimet.
* *Lege*: in.

ITEM IN EODEM DIE AD MATUTINUM.

Ant. Veniet dies Domini magnus.

Br. Moz. fol. 15. col. 4.

CHriſte Dei Filius, qui in monte Syon, & in Jheruſalem Salvator magnus in carne apparendo adveniens, ſalvatio pro his, qui tibi erediturì eſſent, vocatus es, eſto nobis Salvator ad votum, & * ducatur ad praemium: ut, qui Sanctis factus es ſalvationis oſtenſio, & peccatoribus efficiaris & hic, & in aeternum optabilis liberator.

* *Lege*: ductor.

ALIA.

Ant. De Syon exiet lex, & * vervum Domini de Jheruſalem.

Br. Moz. fol. 13. col. 1.

LEx tua, verbumque, Deus Pater, de Syon prodiens, non judicet, ſed protegat populos ſibimet confitentes, nec arguat de peccato, quos Incarnationis ſuae venit liberare myſterio; ut, qui in electis agnoſcitur glorioſus, in peccatoribus & clemens ſemper inveniatur, & pius.

* *Lege*: verbum.

ALIA.

Ant. Non oblivіſcar tui Jheruſalem.

PRaepone nos, Domine, in principio laetitiae tuae, qui olim particeps factus es infirmitatis noſtrae: ut, qui Jheruſalem non oblivіſci te umquam teſtatus es, non oblivіſcaris Fidelium, qui te ſincera cordis devotione ſecuntur: ut, qui Beatorum corda pacis viſione glorificas, delinquentium animas a peccatorum lapſibus efficias alienas.

ALIA.

Resp. Jheruſalem civitas ſancta.

JHeruſalem illa, Domine, quae in ſanctis * cibibus ſuis rutilo * glareſcit ex ſidere, fulgeſcat in nobis de* vonorum operum dignitate; &, quae te ſibi in carne apparente, ultra ſole non indiget, nos in ſtatu ſui luminis permanſuros ſine fine reformet.

* *Lege*: civibus.
* *Lege*: clareſcit.
* *Lege*: bonorum.

COMPLETURIA IN EADEM DIE AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 417. col. 2.

CHriſte lux vera Sanctorum, qui inluſtratione adventus tui ſaevientem in electis tuis dextruis inimicum, veni ad nos, & inlumina cor noſtrum luce illa, qua Sanctorum tuorum perluſtrare dignatus es corda: ut a noſtrorum criminum * honere ſublevati, diem adventus tui praeſtolemur inlaeſi.

* *Lege*: onere.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 417. col. 2.

CHriſte Dei Filius, cum quo Sanctorum millia ad Judicium venient, Sanctorum vos caetibus coronandos adſociet; &, qui * electos daturus eſt Judicii ſeſſionem, peccatoribus ultionis pro merito non reſtituat vicem. Quò gaudio adventus ſui ſic remuneret Juſtos, ut fide, qua illi creditur, a ſuppliciis eripiat miſeros.

* *Lege*: electis.

* VIII. KAL. DEC.

* *Secunda manu.*

ALIA.

Ant. Ecce Deus excelſus in fortitudine veniet.

Br. Moz. fol. 25. col. 4.

QUis poterit, Deus Dei Filius, * ſcrutare vias tuas, vel quibus aditibus naſciturus ad Virginem veneris, vel quibus ſemitis ad ſuperna regreſſus es? Et ideo, quia tu ſolus cuncta conſiderans es, cujus nomen ſupra terrae terminos permanet, da nobis, illa de te ſemper conſiderare, * quatenus culpae careant lege: ut, qui excelſus in ſortitudine veniens humilia reſpicis, dignos nos efficias muneribus tuis.

* *Br. Moz.* ſcrutari.
* *Br. Moz.* conſiderare, & dicere, quae culpae careant lege.

ALIA.

Ant. Ecce procedet * vervum.

Br. Moz. fol. 25. col. 4.

PRocedens de trono Dei Patris unicum Verbum, ſalva filios hominum: ut confitentes tibi, laudemque dicentes, quum magna dies illa adventus tui advenerit, per hoc, quod de te modò credimus, ab aeternis tunc ſuppliciis eruamur.

* *Lege*: verbum.

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 11. col. 2.

DOminus * Deus retributionis, qui in carne natus humilis ad judium * es venturus terribilis, ſalva nos credentes in te; ut caecitatis noſtrae tenebrae a te inluminatae luminis tui claritate praefulgeant, qualiter auditus mentis noſtrae de operum ſemper tibi dignitate conplaceat.

Ant. Ecce Dominus retributionis.
* *Lege*: Domine.
* *Lege*: judicium.

* VII. KAL. DEC.
ALIA.

* *Secunda manu.*

Br. Moz. fol. 22. col. 3.

EXpectamus te, Domine, quoniam veniens venies: nunc tamen, quia regnum tuum ſupra terminos terrae agnoſcitur, non te mentitum fuiſſe infirmitas noſtra conqueritur: & ideo * expectemus te deſiderio humiles, ut, quum veneris, efficias nos tibi ſine fine conſortes.

Ant. Ecce veniet Dominus, & non mentietur.
* *Br. Moz.* expectamus.

ALIA.

TEmpus fortitudinis regni tui, Chriſte Domine, adveniſſe credentes, te quaeſumus, ut, qui unctus orbis terrae pius liberator agnoſceris, Deitatis tuae viſione nos, cum apparueris, conſoleris.

Ant. Ecce venit tempus fortitudinis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 5. col. 1. & fol. 25. col. 3.

DEus Dei Filius, qui auditum faciens ab extremis terrae, Mundo apparuiſti in carne, reſtitue te ipſum mercedem fidei noſtrae: ut, qui opus tuum mirabile praedicamus, mercede illa, quae coram te eſt, opulentiùs muneremur.

Ant. Ecce Dominus auditum fecit.

ALIA.

NOvimus, Domine, quod feſtinus velociter ad Judicium venias: & ideo, qui humano more non es deficiens, neque * lavorans, defectum noſtrum virtute tua corrobora, & * lavores noſtros tuis ſemper obtutibus placituros adſigna.

Ant. Ecce feſtinus velociter Dominus.
* *Lege*: laborans, & labores.

V. KAL. DEC.
ALIA.

CHriſte, unicum Patris Verbum, germenque Divinum, fac nos in magnificentia, & in gloria majeſtatis tuae opulentiùs jucundari: ut, qui terrae virginalis ſublimis fructus eſſe * dinoſceris, fructificare nos ſemper facias in operibus ſanctitatis.

Ant. Erit germen Domini in die illa.
* *Lege*: dignoſceris.

ALIA.

Br. Moz. fol. 15. col. 1.

UNigenite Dei filius, qui de tenebris, & caligine oculos caecorum videre feciſti, quum Mundo per ſuſceptae Incarnationis myſterium claruiſti: da nobis, ut caligo ignorantiae a nobis, te inluſtrante, diffugiat: ut, qui adventùs tui deſiderio anelamus, Divinitatis tuae muneribus conſolemur.

Ant. In illa * de tenebris lumen.
* *Supple*: die.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 1.

DEus, qui * alligari venturus es vulnus populi ſui, percuſſuram plagae noſtrae ſanaturus, adeſto: ut ita quidquid in * novis eſt vitioſum, bel lubricum, divinitatis tuae luce inlumines, ut nec per noctem hujus ſaeculi Luna nos concremet, nec per diem futuri examinis Sol veritatis exurendos triſtificet.

Ant. In illa die erit lux lunae ſicut lux ſolis.
* *Br. Moz.* ligare.... vulnus populi tui.
* *Lege*: nobis .... vel.

* IIII. KAL. DEC.
ALIA.

* *Secunda manu.*

Br. Moz. fol. 10. col. 1.

DOnator * Domine, qui in ſignum aeternum * liverator Mundo adveniens, montes, & colles coram te laudem clamare feciſti, quum tota in te viventia * adprovaſti: concede nobis, ut laudes, quas glorioſo nomini tuo offerimus, acceptas * ti ſemper ipſe efficias: ut, qui Mundum redemturus in ſalutis ſigno oſtenſus es, Mundum iterum judicaturus, non ultorem, ſed * liveratorem te noſtris oculis manifeſtes.

Ant. Montes & colles clamabunt coram Deo laudem.
* *Lege*: Dominator.
* *Lege*: liberator.
* *Lege*: adprobaſti.
* *Lege*: tibi.
* *Lege*: liberatorem.

ALIA.

DEus, ante cujus faciem montes exultant, conſolare nos jube de viſionis tuae * potientiam: ut, qui venturus ad Judicium ſuſtineris, nos a ſuppliciis, quum veneris, eripias univerſis.

Ant. Montes exultabunt ante faciem Domini.
* *Lege*: potentiâ.

ALIA.

Br. Moz. fol. 14. *col.* 4.

GAudent, Domine, campi adventûs tui utique jucunditate perfuſi: & ideo, quaeſumus, ut, qui inſenſibilia adventus tui * gaudio in te viventia comprobas, ſenſibiles nos * in adventûm tui Judicii coronandos adtollas.

Ant. Gaudebunt campi, alleluja.
* *Br. Moz.* gaudia.
* *Br. Moz.* in adventu.

* III. KAL. DEC.
ORATIONES IN DIE SANCTI SATURNINI.
COMPLETURIA AD VESPERUM.

* *Secunda manu.*

Br. Moz. fol. 419. *col.* 3.

MAgnum, Domine, pietatis eſt Sacramentum, quod oſtenſum eſt in carne; juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, praedicatum eſt Gentibus, creditum eſt in Mundo, adſumtum eſt in gloria; quo juſtus ex fide vivit, quo impius ad te recurrit: quaeſumus ergo, ut qui inluſtratione adventûs tui praeſentis martyris Saturnini Epiſcopi ſancti cor perluſtrare dignatus es, quò extortam poenis vitam te in munere * praeceptturus amitteret, noſtrum quoque cor digneris dono tuae gratiae emollire, quò tibi peccata noſtra devota fide pandamus; a te etiam poſtulatum remedium impetremus: ut te, quem ille * noviscum olim veniſſe jam credidit pro Mundi ſalvatione, nos quoque per eum te venturum mereamur liberatorem noſtrum excipere.

* *Lege, ſi placet*: percepturus.
* *Lege*: nobiſcum.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. eod.

CHriſtus Dei filius, cujus fides juſtificat impium, Juſti hujus precibus veſtrorum ſolvat vincula peccatorum; &, qui venturus ad Judicium ſuſtinetur, ejus, cujus feſtum colitis, faciat vos obtinere conſortium: ut, cum * hec martyre adventûs Chriſti gloria, & futuris gaudiis ſociet, & aeternitatis praemio ditet.

* *Lege*: hoc.

ITEM IN EODEM DIE AD MATUTINUM.

PRope, Deus Pater, Juſtus tuus, Redemtor utique noſter per Incarnationis ſuae myſterium factus eſt nobis, verus utique Salvator apparendo in * novis; proinde quaeſumus, ut cujus * bracia populos ſuſtinuerunt, in finem ejus gratia peccatores ſolita juſtifices pietate.

Ant. Prope eſt Juſtus meus.
* *Lege*: nobis.
* *Lege*: brachia.

ALIA.

Br. Moz. fol. 16. *col.* 4. *& fol.* 25. *col.* 2.

DEus Pater omnipotens, qui ab oriente Juſtum exuſcitas, da * novis, ut in ejus amplexu, quem ad redemtionem noſtram miſiſti, noſtrae animae reviveſcat *: ut, qui Juſti hujus, & Martyris feſtum concinimus, illius utique Juſti, qui ſine alterius juſtitiae participatione eſt juſtus, participes eſſe, te propitio, mereamur.

Ant. Suſcitavit Dominus ab oriente juſtum.
* *Lege*: nobis.
* *Lege*: reviviſcant.

ALIA.

OMnipotens Deus, qui captivitatem tuo populo dimiſſurus, Unigenitum tuum Deum noſtrum ad juſtitiam ſuſcitaſti; ut per eum, & juſtus viveret ex fide, & incredulus in ſua remaneret * niciloninus caecitate, fac nos ex Juſti tui merito a captivitate Diaboli non teneri, & de beneplacitis operibus tibi ſine fine conjungi: ut quo juſti vita dirigitur, in eo etiam peccatorum ſemitae corrigantur.

Ant. Suſcitabo eum ad juſtitiam.
* *Lege*: nihilominus.

ALIA.

DUlcis ſatis eſt Domine * ſi non illa ſpeculatio, & Jheruſalem illius ſuaviſſima viſio, propter quam, nec tacere nos convenit, nec quieſcere libet; & ideo dona nobis, ut tu, qui, & de ea progrederis, & in ea, humaniter natus, verus Deus & homo oſtenderis, tuis nos indeſinenter facias inhaerere praeceptis.

Ant. Propter Syon non tacebo.
* *Credo legendum*: Syon.

COMPLETURIA IN EODEM DIE AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 420. *col.* 1.

CHriſte Dei filius, qu * juſtus Judex ad Judicium ſuſtineris: da nobis Juſti hujus precibus emundari ab * injuſtiis noſtris; ut, qui adventûs tui gaudia triumſis * ejus celebranda * admiſcimus, celebritatis hujus * exceptionis, dona perennis muneris conſequamur.

* *Br. Moz.* juſtis.
* *Lege*: injuſtitiis.
* *Lege*: triumphis.
* *Lege*: admiſcemus.
* *Lege, ſi lubet*: exceptione.

BENE-

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Patris filius, qui * Incarnatione ſuae potentiam oſtendit in Mundo, juſtificet dono; &, qui ex fide ſua Juſtum vivere facit, ex pietate peccatores ab omni ſolvat contagione delicti: ut inluſtrati, & ſuffragio Martyris, & gaudio Redemtoris, futurum diem adventûs Chriſti intrepidi expectetis.

* *Lege*: Incarnationis.

ORATIONES IN DIEM SANCTI ANDREAE APOS. COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Mot. fol. 420. *col.* 2.

CHriſte Deus noſter, qui beatiſſimum Andream, & Apoſtolatûs gratiâ, & martyrii decoraſti coronâ, hoc illi ſpecialiter in munere praeſtans, * ut Crucis mereretur perbenire patibulum: da nobis, ut ſanctae Crucis tuae veriſſimi amatores effecti, abnegantes noſinetipſos tollamus Crucem noſtram, & ſequamur te: ut paſſionibus tuis in hac vita communicantes, ad aeternam vitam mereamur pervenire.

* *Br. Mot.* ut crucis praedicando myſterium, ad crucis mereretur pervenire patibulum.

BENEDICTIO.

Br. Mot. fol. 420. *col.* 2.

OMnipotens Dominus, qui animam Andreae Apoſtoli ſuſcepit in Cruce, ab omni cruciatu vos liberet damnationis aeternae; &, quo praedicante, adquiſivit ſibi populos credituros, eo precante, credentes efficiat glorioſos: ut exemplo Apoſtoli ſui Crucis Chriſti amatores effecti, & hic vitiorum ſuperetis incendia, & poſt ad aeternitatis mereamini pervenire promiſſa.

ITEM AD MATUTINUM.

PER legem legi mortuos, Euangelii tui gratia, Chriſte, tibi victuros adſignet; ut exemplo atque ſuffragio Andreae Apoſtoli tui, ita tuæ * configamus Cruci, ut, te ſolo in nobis vivente, poenas evadamus inferni.

Ant. ..... per legem.
* *Lege*: configamur.

ALIA.

Br. Mot. fol. 420. *col.* 3.

FAC nos, Deus Pater, in Jeſu Chriſti filii tui Domini noſtri, Cruce pleniſſimè gloriari, ut confeſſio oris cum efficientia operis * ſic cordet in nobis, qualiter veriſſimè crucifigentes nos Mundo, aeternitatis mereamur ſatiari de praemio.

Ant. Mici * abſit gloriari.
* *Lege*: mihi.
* *Lege*: ſic concordet.

ALIA.

CHriſte Deus noſter, cujus veneranda ſtigmata beatiſſimus Andreas Apoſtolus tuus in ſuo corpore portans, dum gloriam Crucis pertulit corpori, in ipſo corpore Cruci affigi promeruit: da nobis, ut e veritate, qua ille amator factus eſt Crucis, ea etiam nos efficiamur operarii veritatis.

Ant. Ego ſtigmata Jeſu.

ALIA.

ORis Apoſtolici deſiderabile votum, ſancte Deus noſter, magno opere congnoſcentes, quo * ſecretis Chriſti ſervum eſſe declamat, & Crucis * tropeum obtare ſe potius, quam timere pronuntiat: rogamus te, ut quibus dediſti fidem talia cognoſcendi, des etiam adjutorium talia operandi.

Reſp. Juſtè locutus eſt.
* *Lege*: ſe & regis.
* *Lege*: tropheum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 420. *col.* 4.

CRucis tuae, Domine, amore Apoſtolus tuus, & martyr Andreas mirificè flagrans, per eam ſe tibi Domino ſuo reddi exoptat, per quam ſe redemtum eſſe non dubitat: quaeſumus ergo, ut obtentu ejus, qui in eadem Cruce pependit, feliciter nos a cunctis potenter digneris futurae ultionis cruciatibus liberare.

Ant. Salve Crux * accepe.
* *Lege*: accipe.

ALIA.

Br. Moz. fol. 420. *col.* 3.

SAncte Dei Apoſtole, qui, diu * fatigatam, Crucem in tua expectatione, tandem * requiemeviſſe in tua perventione, piis affectibus clamas: concede plenum nobis gaudium in tua paſſione habere, ut ſuffragio tuo nobis futurum praepares regnum, quibus non tam verbo, ſed & ſanguine reliquiſti exemplorum utilium documentum.

Ant. * Salbe Crux diu.
* *Lege*: Salve.
* *Lege*: fatigatum.
* *Lege*: requieviſſe.

ALIA.

SAlve Crux, quam & Dominici corporis paſſio, & Apoſtoli Andreae conſecravit appenſio, quae terrenum licèt timorem in * preteris habueris, modò tamen amorem caeleſtem lucidiùs retinere probaris, cum per te membra ſuo capiti conjugenda * remittis: quaeſumus ergo, ut, quae in membris Chriſti effecta es glorioſa, in nobis digneris eſſe couſpicua: ut, ſicut in diſcipulo peregiſti martyrium, ita in nobis opereris extirpationem carnalium * volumptatum.

Ant. * Salbe crux.
* *Lege*: Salve.
* *Lege*: praeteritis.
* *Lege*: conjungenda.
* *Lege*: voluptatum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 420. col. 2.

VIr Dei ſanctus Andreas, Chriſte, tuus ille Apoſtolus, qui te vidiſſe illa viſione paucis * notiſſima proteſtatur, dum ſecreta ſanctae Crucis ſe agnoviſſe fatetur, ſit pro nobis aput te interceſſor adſiduus: ut, qui te * praedicabit voce ſimul, & ſanguine, nobis aput te opituletur, & doctrina ſimul, & * precem.

Reſp. Vir iſte ſanctus.
* *Br. Moz.* noviſſima.
* *Lege*: praedicavit.
* *Lege*: prece.

COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 421. col. 1.

IN tuo, Chriſte, corpore Crucis tuae venerantes arcanum, quae, & te Dominum redemtionem inferentem Mundo ſuſcepit, & Diſcipulum morientem melius victurum tibi reſtituit: rogamus te, atque expoſcimus, ut nos illi jungas in munere, cujus * hi venerantes incolimus paſſionem.

* *Lege*: hic.

BENEDICTIO.

JEſu Dei Filius, qui ea Crucis appenſione, qua ſe pati voluit, diſcipulum quoque Andream affigi permiſit, det vobis in omnibus, quae praecepit, ſuae * volumtatis veſtigia ſequi; &, qui illius animam ſuſcepit in Cruce, corda veſtra ab omni mundana conluvione depurget: ut veritas, quae illum fecit pro ſe conſtanter paſſionem excipere, ea vos faciat ad Chriſtum ſine confuſione venire.

* *Voluntatis*, & ita lege ubique.

KALENDIS DECEMBRIS ALIA.

Br. Moz. fol. 18. col. 2.

DEus, qui * non a principio in abſcondito locutus es, fac nos in principio Verbi tui, quod manifeſtum eſt in carne, inconcuſſo fidei amore perſiſtere: ut, qui tecum ante tempora erat, nobis in tempore natus, ſine fine ſuccurrat.

Ant. Non a principio in abſcondito locutus ſum.
* *Br. Moz.* nos. *Et in antiphona*.

ALIA.

Br. Moz. fol. 23. col. 2.

AD te, Domine, tribus tua, * ecce te populus adtendentes petimus, & rogamus, ut Judicium tuum, quod in populorum apparuit luce, in redemtorum clarificetur ſalvatione: ut quod, * dum venit redimere per fidem, veniat iterum a ſe redemtos de aeternis ſuppliciis liberare.

* *Br. Moz.* ecce & populus .ecc. dentes, *mendosè*.
* *Lege*: dudum.

ALIA.

DOmine Deus, qui * nobiſſimum ab exordio nuntias, effice nos pacis tuae nuntios ſemper eſſe; &, qui olim virum volumtatis tuae Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum miſiſti ad gentium ſalutem, redemtorem quoque eum deſtines in futuro ſalvationem.

Ant. Ego ſum Dominus ad ....
* *Lege*: noviſſimum.

IIII. NON. DEC. ALIA.

VEni Domine, & eſto ſalvator * plevis tuae, qui Redemtor Mundo apparuiſti, ut protegas, eripias, & ſine fine liberes a ſuppliciis, quos praeſtolare inſpicis tuae gloriam majeſtatis.

Ant. Salbator veniet Deus plevi ſuae.
* *Lege*: plebis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 7. col. 2. & col. 4.

SAlvator Domine, qui in monte Syon aſcendens Redemptor Mundi per ſuſceptam carnem oſtenſus es, libera populum tuum Iſrahel ab omni inquinamento nequitiae: ut, cujus nomen in Mundo innotuit glorioſum, ejus miſericordia non patiatur perire animas redemptorum.

Ant. Aſcendet Salvator Dominus.

ALIA.

DOmine Deus, qui olim benedictionem tuam oſtendiſti in ſaeculo manifeſtam, quum terra virginalis fructum produxit noſtrae ſalvationis: da * novis, ut in ejus ſemper Eccleſia tua fructificet fide, cujus redemta eſt ſanguine, quò ab eo * inmortalitate ditetur muneris, cujus ſocia effecta eſt paſſionis.

Ant. Domihus Deus dabit benedictionem.
* *Lege*: nobis.
* *Lege*: inmortalitatis ... munere.

III. NO-

Digitized by Google

* Sec. curis.

*III. NON. DEC. ALIA.

Br. Moz. fol. 24. col. 2.

VEni Domine, & ſalvos nos facito, & deſiderium cordis noſtri non reprobes tempore Judicii tui: ut, qui oculos caecorum aperiens, auditum ſurdis mentibus reddidiſti, * induratis cordibus noſtris manifeſtum ſemper donum * illut tuae pietatis * oſtendas, per quod nos ad praemia ſempiterna perducas.

Ant. Veniet Dominus, & ſalvos nos faciet.

* *Lege*: induratis.
* *Lege*: illud.
* *Miſ. Moz.* infunde.

ALIA.

Ant. Veniet Dominus, ad templum ſanctum ſuum.

CHriſtus * Deus noſter, qui veniens ad templum ſanctum tuum, magnum redemtionis humanae oſtendiſti myſterium: da nobis, in ea *, quae te credimus, fide, ad te ſine confuſione venire: ut, qui Angelus Teſtamenti agnoſceris, liberator in futuro Fidelium * conproveris.

* *Lege*: Chriſte.
* *Lege*: qua.
* *Lege*: conproberis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 23. col. 3.

DEus, * qui de Syon perfectâ te apparere profetali vaticinio praedixiſti, concede nobis in ſpeculatione Eccleſiae tuae, & devotos ſemper manere, & intactos uſquequaque perſiſtere: ut in ea ſemper nobis glorioſus appareas, in qua Incarnationis tuae myſteria manifeſtas.

Ant. De Syon perfecta decore.

* *Br. Moz.* Deus qui Hieruſalem perfecta.

* Sec. cur.

* PRID. NON. DEC. ALIA.

Br. Moz. fol. 24. col. 2.

SOlare, Domine, expectantium te corda Fidelium; ut fatigatae manus noſtrae, tuae confortationis ſuſcipiant opem, qualiter * devilia genua, dum in mandatorum tuorum itineribus infatigabili veſtigio currunt, * aeternae a te promiſſionis gaudio munerentur.

Ant. Conſortamini manus fatigatae.

* *Lege*: debilia.
* *Lege, ſi placet*: aeterno.

ALIA.

GRatulamur, Domine, quod confortare puſillanimes praecipis; ſed, conſcientiâ remordente, paveſcimus pro commiſſis: quaeſumus ergo, ut, qui ultionem adducens, ad Judicium es venturus, * liverator novis appareas manifeſtus: ut, quia in voce promiſſionis tuae illareſcimus, in adventu gloriae tuae nullo modo confundamur.

Ant. Confortamini puſillanimes.

* *Lege*: liberator nobis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 28. col. 1.

DEus Pater, qui Profetam magnum Jeſum Chriſtum filium tuum ſuſcitaſti, oſtendendo eum in carne, fac nos ſemper illius ſequi, & fide, & opere vocem: ut, eum * auditu cordis ſine intermiſſione audientes, gloriae ſuae mereamur eſſe participes.

Ant. Suſcitabit Dominus Deus Prophetam vobis.

* *Br. Moz.* eam, *nempe vocem*.

* Sec. cur.

*NON. DEC. ALIA.

Br. Moz. fol. 25. col. 3.

DEus omnipotens, * qui Angelum tuum ad Gentium redemtionem miſiſti, qui teſtificaret hominibus, & viam ſalutis, & plenitudinem ſanitatis, da familiae tuae, ut adnunciatione adventûs tui in caeleſti gaudio hilareſcat; &, quia mercés tua tecum ad Judicium veniet, * pietas conſueta tunc nobis occurrat in munere; * quoniam noſtrum ſolita eſt ſemper ſanare languorem.

Ant. Ego illis mitto Angelum meum.

* *Lege, ut Br. Moz.* qui Angelum tuum ante adventum Redemptoris miſiſti.
* *Br. Moz. addit*, tua.
* *Br. Moz.* quae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 24. col. 2.

DEus Pater, qui viam Unigeniti Filii tui dirigens, participem eum noſtrae mortalitatis eſſe voluiſti, fac nos eſſe participes regni ſui; * &, qui locutus vocaſti eum, ut redemtor adeſſet hominibus, * particeps cum illo oſtenda nobis iu Judicio glorioſus.

Ant. Ego loquutus ſum, dicit Dominus.

* *Lege*: ut, *cum Br. Moz.*
* *Br. Moz.* parcens cum illo oſtendaris nobis gaudens: *forte legendum*, parcens cum illo oſtendatur nobis in judicio glorioſus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 29. col. 1.

TE, Chriſte Domine, catulum leonis domui Juda adfuiſſe cognovimus, quem totis praecordiis poſtulamus, ut, qui apparuiſti in carne, de manu fortis capiens, & eripiens praedam, ad Judicium veniens, miſericordiam * proroges Fidelibus repromiſſam.

Reſp. Ego quaſi * catolus leonis.

* *Lege*: catulus.
* *Lege*: praeroges.

*VIII. ID. DEC. ALIA.

Br. Moz. fol. 15. col. 2.

QUàm pulcri ſunt, Domine, ſuper montes pedes euangelizanzium paecm: praeſta ergo nobis, ut, per te praedicaotes ſalutem, in te habeamus ſalvationem: * quod adventûs tui praedicantes inſignia, donorum tuorum in nobis redundet gratia copioſa.

Ant. Quàm pulcri ſuper mootes.

* *Br. Moz.* quò.

ALIA.

Br. Moz. fol. 7. col. 4.

SUper montem excelſum Adventûs tui gaudia euaogelizantes aſcendimus; dum in altitudine tua, Chriſte Dei filius, ſuodati, ea, quae vera ſunt de te, & credimus, & fatemur: quaeſumus ergo, ut, qui ad ſaciendum Judicium expectaris, ante Judicium nos expies a criminibus noſtris.

Ant. Super mootem excelſum.

ALIA.

SUper Syon, Domine, montem ſanctum tuum, praecepti tui * fudamina jacieotes, te oramus, & petimus, ut, qui te, ad redemptiooem noſtram in carne Mundo apparuiſſe cognoſcimus, a cunctis noſtris contagiis abſolvamur.

Ant. Super Syon, alleluja.

* *Lege:* fundamina.

*VI. ID. DEC. ALIA.

* *Sec. cur.*

TE Dominum regem in claritatem videre, anixi a devotione cordium, praeſtolamur: unde expoſcimus, ut ita nunc cor ooſtrum meditetur ſapientiae laudem, ut in die adventûs tui optabilem perveniat ad mercedem.

Ant. Regem quum claritate videbitis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 17. col. 2.

MOrtifica, quaeſumus Domine, membra noſtra, quae ſunt ſuper terram, ab omni concupiſcentia; &, quum tu ipſe noſtra apparueris vita, appareamus & nos tecum transſormati in gloriam ſempiternam.

Ant. Mortificate ounc membra veſtra.

ALIA.

GLorificamus te, Chriſte Domine, in doctrinis, qui particeps factus es mortalitatis noſtrae, non criminis; & ideo quaeſumus, ut a finibus terrae gloriae ſanctorum laus * a vobis audita, & imitationem in nobis virtutum generet, & aeternorum praemiorum nobis gaudia ſine fine adcumulet.

Ant. In doctrinis glorificate Dominum.

* *Lege:* a nobis.

QUINTO ID. DECEMBRES,
QUANDO ET SANCTAE LEOCADIAE FESTUM INCURRIT.

MAgna eſt, Domine, claritas, quam illi ſanctae Jheruſalem civitati coodonare dignatus es: ſac ergo filios ejus ab Oriente, & Occideote collectos, ita in regoo tuo de plena fidei cogoitione gaudere, ut, & hìc eos fides * proveniat ad laudem, & poſt cooſummatum opus juſtitiae, aeternam perducat ad requiem.

Ant. Jheruſalem, vide claritatem, quae tibi a Deo ſuperveniet.

* *Lege:* provehat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 19. col. 3. & fol. 414. col. 1.

ASpicimus, Domine, & purgato fidei oculo jam videmus, quòd inenarrabilis ſit laetitia illa, quae Jheruſalem civitati tuae ad orientem [proſpicientem] proſpicienti a te Domino io muneris conlatione refulſit; & ideo quaeſumus, ut, qui eam incarnationis tuae gaudiis pertuliſti, nos in ſinu ejus inlaeſos conſerves a contagione totius piaculi; quò in jlla, & operum nos dignitas ſalvet, & praeſtolatio adventûs tui ſioe ſine juſtificet.

Ant. Jheruſalem, aſpice ad Orientem.

* *br. Moz.* ad orientem proſpicienti de Domino in muneris collatione refulſit.

ALIA.

OMnipotens Deus, qui Jheruſalem illam nullo modo te oblviviſci teſtatus es, quaeſumus, nt noſtros jubeas obliviſci errores: ut praeponens * nos in principio laetitiae tuae, & hic nos florere ſacias fide, & in adventu tuo aeterna gloriae libertate.

Ant. Si oblitus ſuero tui, Jheruſalem.

* *Fortè*, hos.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIE SANCTAE LEOCADIAE.
AD VESPERUM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 422. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es Sponſus Virginum, & munere caeleſti remunerator Confeſſorum, qui ſaoctam Leocadiam, & permanere virginem pudicitas, & confeſſorem glorificas; te adclines, rogamus, ut interventu ejus,

ſicut

Digitized by Google

ſicut illa confitendo * caeleſtem promeruit regnum, ita nos perpetuum evadamus ſupplicium.

* Lege: caeleſte.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. eod. col. 2.

CHriſtus Dominus, qui beatiſſimam Leocadiam ſe dignè confiteri coram hominibus fecit in terris, confiteatur vos coram Patre ſuo, qui eſt in caelis; & qui in ore ejus accepta ſibi confeſſionis contulit cantica, ipſe * confeſſionem veſtram remunerandam ſuſcipiat: ut, exemplo beatae Virginis Leocadiae, confitendo, & laudando nomen Jeſu Chriſti in ſaeculo, participes ejus, quem confeſſi eſtis, mereamini eſſe in caelo.

* Br. Moz. devotionem; malè.

ITEM AD MATUTINUM.

Ant. Filia Sion, ego dilexi te.

Br. Moz. fol. 278. col. 3. & fol. 422. col. 3. & fol. 426. col. 4.

BEata Dei Virgo, quae in Syon ſpeculatione glorioſa * conſiſtit, quam Deus ipſe ſe dilexiſſe teſtatur, & ex * quo tibi non receſſura ultra miſericordia pollicetur, da nobis meritis tuis, ut amore divino flagrantes, in futuro Judicio inveniamur indemnes.

* Lege: conſiſtis.
* Lege: ex qua (vel emiſſa compunctione, & quae praecedit, ex quo tibi non receſſuram ultra miſericordiam pollicetur.

ALIA.

Ant. Laetare filia Syon.

Br. Moz. fol. 422. col. 3.

LAEtare filia Sion, quia gaudet Unigenitus Dei filius ſuper te, & * exultat in laude, dum te, & incorruptam eſſe virginem praeſtat, & confeſſionis honore glorificat: quaeſumus proinde, ut per te, qui utroque munere clares, vita noſtra, quae dono virginitatis caret, confeſſionis ſaltim virtute fructificet.

* Br. Moz. exulta.

Ant. FiliaSyon, uſque ad te veniet.

ECce filia Sion, ad te uſque Dominator veniens Iſrael poteſtas illa prima, cujus egreſſio a diebus aeternitatis, & occurſio adventûs ſui per uterum Virginis facta eſt temporalis, dedit tibi in ore devotiſſimè confiteri, vel quod ex Patre intemporaliter natus, vel quod ex Matre ſit temporaliter genitus: quaeſumus ergo, ut clareſcat ſuffragiis tuis donum pietatis ejus in * novis, ſicut nunc claret in meritis tuis: ut, qui tibi occurrit in ſaeculo gratiſſimus coronator, nobis occurrat in futuro Judicio clementiſſimus liberator.

* Lege: nobis.

Reſp. Exulta ſatis filia Syon, quia ecce Rex tuus veniet.

Br. Moz. fol. 422. col. 4.

EXulta ſatis, filia Syon, quia ecce Rex tuus veniet tibi mitis, * cujus virtutibus, & integritas Virginum fulgeſcit in laudibus. Praeſta ergo nobis, ut inter frumentum electorum mereamur * laetificari quandoque admitti, qui nunc noſtrorum operum manemus flagitiis cooperti: ut, quae aput Deum meruiſti de confeſſione coronam, nobis confitentibus obtineas aput ipſum peccatorum noſtrorum omnium indulgentiam.

* Br. Moz. cujus dono, & frumentum Confeſſorum clareſcit virtutibus & integritas &c.
* Lege: laetificati. Br. Moz. juſtificati.

ALIA.

Ant. Confitevor tibi Domine in toto corde meo.

Br. Moz. fol. 326. col. 2. & fol. 384. col. 2. & fol. 398. col. 3. Item fol. 399. c. 1. & fol. 406. c. 4.

BEatam ſatis, Domine, Leocadiam virginem, & confeſſorem tuam eſſe feciſti, quae in toto corde ſuo tibi confeſſa in concilio juſtorum, & congregatione * provatur eſſe conſpicua: da ergo nobis meritis ejus, ut confeſſione ſimplici oris mundati a crimine, Sanctorum mereamur, & congregationi, & coetibus intereſſe.

* Lege: probatur.

ALIA.

Ant. Confitevor tibi Domine in toto corde meo, narravo.

Br. Moz. fol. 398. col. 4. & fol. 411. col. 4.

ECce, Domine, in toto corde ſuo te ſolum virgo Leocadia confitetur, dum, & conceptum amorem tuae fidei narrat, & miravilia tua devoto ore pronuntiat. Laetare * ergo, & exultare nos fac in te, & jugiter, & evidenter; ut in te habeamus poſt diſcrimina requiem, in quo illa poſt confeſſionem meruit invenire mercedem.

* Lege: narrabo.
* Lege: laetari.

ALIA.

Ant. Ego in ſaecula gaudebo.

Br. Moz. fol. 395. col. 3. & fol. 406. col. 4.

DEus, qui confeſſorem Leocadiam in ſaecula ſaeculorum gaudere, & exultare feciſti, ut tibi ſoli ſine fine pſallens, laudis deferat ymnum, cujus ex confeſſione meruit obtinere conſortium; te devotis cordibus poſcimus, ut meritis ejus vita noſtra refloreat, & a malis actibus emendata niteſcat: ut, quae jam meretur pro criminibus poenam, pro confeſſione & cultu fidei Chriſtianae futuram mereatur pervenire ad gloriam.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 407. col. 1. & fol. 398. col. 3. Item fol. 384. col. 2. & fol. 326. col. 1.

DEus Dei filius, quem Leocadia virgo in toto corde confeſſa, nomen tuum honorificando perducta eſt ad coronam, da in ore noſtro confeſſionem, quae nos expurget a crimine: ut quidquid in tuae laudis honore depromimus, in lucro nobis prodeſſe aeterni muneris ſentiamus.

Reſp. Confitebor tibi, Domine Deus meus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 384. col. 2. & fol. 407. col. 2. Item fol. 326. col. 2.

DEus, qui beatiſſimae Leocadiae confeſſionem acceptans, ita omnia * verva oris ejus pleniſſimè exaudiſti, ut participem, eam efficeres regni tui, quo in conſpectu Angelorum pſalleret tibi; accipe nunc per eam confeſſionis noſtrae votum, qui illam perduxiſti ad praemium: &, qui illam confeſſorem fieri voluiſti beatam, nos poſt lapſus, quibus in hoc Mundo decidimus, ad aeternam coronandos pertraas patriam.

Ant. Confitebor tib Domine in toto corde meo, quoniam exaudiſti me.

* *Lege*: verba.

ALIA.

Br. Moz. fol. 398. col. 4. & fol. 407. col. 2.

DEus, quem Fidelium lingua confitendo conlaudat, & Confeſſorum devotio copioſè exaltat, praebe nobis, obtentu virginis tuae Leocadiae, obtinere, quae poſcimus, evadere, quae timemus. Deus enim noſter es tu, & * confitevimur tibi; te quoque Deum in noſtris cordibus exaltemus devoti. Fac nos ergo tibi indeſinenter, & * opere ſimul.......... erere, qui nos feciſti veritatem fidei Chriſtianae cognoſcere.

Ant. Deus meus es tu, & confitevor tibi.

* *Lege*: confitebimur.
* *Lege*: opere ſimul & verbo haerere.

ALIA.

OMnipotens Domine, cujus magna ſunt opera exquiſita in omnes voluntates tuas, dum tuis omne, quod creaſti, deſervit praeceptis, &, ut jubentur cuncta creata, & condita, ſamnlantur; qui Virginem hanc, & pro confeſſione, claritatis munere ditas, & pro virginitate, gloriae dono remuneras; dum, & virgo perſiſtit, & confeſſor adſiſtit: interceſſu ejus te quaeſumus, noſtris pacem largire temporibus, noſtriſque veniam dona criminibus: tuiſque animas ſupplicantum reple muneribus; ut, quos indulgentiae favore tueris, beatitudinis munere indeſinenter adornes.

Ant. Magna opera Domini.

ALIA.

MUltiplicaſti, Domine, miſericordiam tuam in vaſis pſalmorum; dum beatam Leocadiam, & in coetibus Virginum, & in numero voluiſti conſiſtere Confeſſorum; pſallimus proinde tibi in cithara fidei Chriſtianae, & donacreantis, & merita Confeſſoris: quaeſumus ergo, ut, qui pium, & coronatorem * in illam voluiſti monſtrare, clementiſſimum te jubeas Judicem in futura * novis examinatione oſtendere.

Reſp. Multiplicaſti.

* *Lege*: in illa.
* *Lege*: nobis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 423. col. 1. & fol. 425. col. 3.

GLorioſa facta eſt virgo tua, Chriſte, Leocadia, quae conſurgenti aurorae conparata, pulcra, atque electa, ut ſol, probatur, & luna, dum clariori rutilans lumine, &, ut luna plena, clareſcit in confeſſione, &, ut ſol flagrans, atque * inmunitionem ſui neſciens, ſanctitatis perſiſtit in opere: da ergo nobis, ut per eam aput te pro votis obtinere indulgentiam mereamur, qui nunc pro delictis, vel lacrimas fundimus, vel gemitus exibemus.

Ant. Egredere quaſi aurora.

* *Lege*: inminutionem.

ALIA.

DEus, qui Sanctae Leocadiae, virgini & confeſſori tuae, conſurgere mirabiliter praeſtas, & gloriae tuae veſtimentis eam exornas, concede * novis precibus ejus, ut confeſſionis * veridici veſtiti decore, juſtitiâ induti, & ſanctitate, futurâ tibi praeſentemur in requie.

Ant. Syon, conſurge.

* *Lege*: nobis.
* *Lege*: veridicae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 435. col. 3. in feſto S. Eulaliae.

SPecioſa, Chriſte Dei filius, in oculis Fidelium virgo Leocadia annuis recurſibus quodammodo pervidetur, dum honor ſepulcri ejus humanis obtutibus * praeſtantur, obſequendus honorificè aperitur. Bonus ergo odor veſtimentorum ejus ſuper omnia aromata flagrat, quia indicia virtutum illius * exundati cla-

Ant. Specioſa facta es, alleluja.

* *Lege*: praeſentatur.
* *Lege*: exundanti.

Digitized by Google

claritate fructificant. Concede ergo nobis, ut odor virtutum ejus ſopitum cordis * noſtrae ſenſum ad poenitentiam excitet: ut, qui nunc percipimus ex odore laetitiam, poſt percipiamus ex * poenitentiam gloriam indefeſſam.

** Lege: noſtri.*
** Lege: poenitentia.*

ALIA.

OMnipotens Deus, Princeps omnium Sanctorum, qui glorificas Martyres, & remuneras Confeſſores: quia Sanctam Leocadiam, & integritate virginem, & confeſſione praeſtas eſſe beatam, adſiſtat tibi haec ipſa pro nobis: ut, quae gloriam obtinuit confitendo, ſupplicibus largiatur veniam miſerando; &, quae virginitatis decore tibi adſtitit glorioſa, nobis indignis beatitudinis munera tribuat copioſa.

ALIA.

CHriſte rex, Unigenite Patris, qui tuis praemia gloriae tribuis ſanctis, & confeſſorem Leocadiam perennibus praemiis ditas pro incorruptione virginitatis; ad te, ſupplicamus, vocis noſtrae perveniat clamor: atque interventu ejus, ſicut illa obtinuit merito claritatem aeternam, nobis concedas dono promereri indulgentiam ſempiternam.

ALIA.

Br. Mon. fol. 387. col. 1.

DEus miſericors, & pie, qui decore virtutis glorificas Juſtos, & ſine opere juſtificas peccatores, qui confitentes in Mundo beatificas, & Confeſſores in caelo clarificas: tribue nobis, interventu Confeſſoris tuae Leocadiae, cujus ſolemnia celebrantur, tibi, Domine, confiteri pio cordis affectu; ut propria pandentes piacula, invenire mereamur, pro quibus gemimus, veniam copioſam.

ALIA.

MAgnificus es, Domine, veementer cunctis in tuis operibus, & mirabiliter exaltatus in omnibus creaturis, dum tibi offerunt tuae * devitam potentiae laudem, non ſuâ * vonitatem dignam: ſed per te tuae potentiae placituram: non merito * vonitatis abtam, ſed tuae indulgentiae * fabore perfectam; tribue ergo nobis, rogamus, interventu ſanctae hujus Leocadiae confeſſoris & virginis, dignum tibi deſerviendo exibere * famulatum, opera dignum juſtitiae actum, & copioſum promereri tuae indulgentiae donum.

** Lege: debitam.*
** Lege: bonitate.*
** Lege: bonitatis.*
** Lege: favore.*
** Hic cubat error.*

ALIA.

Br. Mon. fol. 415. col. 3.

EXurge, gloria noſtra, Deus: & eripe ab hoſte captivos, atque pro quibus es magnificatus uſque ad caelos, hos in te confitentes intuere placatus; & ipſe da in tribulatione auxilium, qui noſtrae ſalutis es conplementum. Confeſſoris itaque & virginis tuae Leocadiae ſic nos tuere ſubſidio, ne, noſtro exigente merito, tradamur Inferno; ſicque remunera praemio, ut confitentes perducas in caelo.

ALIA.

Br. Mon. fol. 423. col. 2.

DOmine, qui navem Eccleſiae tuae, per Mundi iſtius pericula fluctuantem, obtimus nauta * guvernas: &, ne infidelitatis procellâ obruatur, vigilantiſſimus * cuſtus ſollicitas: omnibus ejus * labacro renatis tribue, per interceſſum glorioſae confeſſoris & virginis tuae Leocadiae, perſecutionum tempeſtates in tui nominis confeſſione * debincere: tibique placitum ſacrificium noſmetipſos offerre: quique mirabiliter proſpiciunt in profundo, remigio dexterae tuae perducantur in caelo.

** Lege: gubernas.*
** Lege: cuſtos.*
** Lege: lavacro.*
** Lege: devincere.*

ALIA.

Br. Mon. fol. 387. col. 2.

DOmine Jeſû Chriſte, laudabilis nimis, & * mane, te implorantes exquirimus, & exquirentes expoſcimus, interventu glorioſae virginis & confeſſoris tuae Leocadiae fac nobiſcum miſericordiam propter nomen tuum; &, in quibus a te peccando receſſimus, confeſſione humili redeamus; & pietate, qua redemiſti captivos, & * miſericordiam, qua adjuviſti oppreſſos, ipſa nunc, quae geſſimus, dilue: atque in parte dexterae tuae, quos redemiſti, ſtatue.

** Lege: magne.*
** Lege: miſericordia.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 386. col. 4. & fol. 422. col. 3.

DOmine, qui es magnus, & glorioſus, da nobis famulis tuis, ut, dum operum tuorum magnitudinem admiramur, magnificentiam tuam debita conſeſſione laudemus; atque interceſſione glorioſae virginis & confeſſoris tuae Leocadiae tribue nobis, perfectum intelligentiae decus timoris obedientiá agere, & mandata tua fidelia omni cuſtodia * carnis diligenter explere.

* *Br. Moz.* cordis.

ALIA.

OMnipotens Deus, qui perpetuum lumen es, indeficens claritas, exalta cor noſtrum humilitatis in gloria, gratiarumque diſtributione tuos pauperes ciba; &, qui rectus corde ortûs tui lumine claruiſti, quaeſumus potentiam tuam, interventu glorioſae virginis, & confeſſoris tuae Leocadiae, ipſius luminis vigore delictorum caliginem de cordibus noſtris exclude, & puritatis luce, ne in tenebris ambulemus, corda noſtra ſuccende.

ALIA.

Br. Moz. fol. 48. col. 4. & fol. 387. col. 1.

DOmine, qui es ſupra omnes gentes excelſus, & in caeleſtibus habitas glorioſus, humilitatem noſtram ab excelſo intende placatus; ac ſicut Eccleſia tua, quae erat ſterilitatis vitiis impedita, nunc eſt, in te credens, virtutum meritis plena, & filiis numeroſa: ita, te tribuente, * interventum glorioſae virginis & confeſſoris tuae Leocadiae mens noſtra, ab * eſterelitate operum infoecunda, * poſſe & ſemen * bervi ſuſcipere, & copioſis fructibus redundare; nomenque tuum ubique praeclarum, cordis ambiat unanimitate diligere, & fidei adſenſione laudare.

* *Lege:* interventu.
* *Lege:* ſterilitate.
* *Lege:* poſſit.
* *Lege:* verbi.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 325. col. 4. & fol. 387. col. 2. Item fol. 398. col. 2. Item fol. 415. col. 4. Item fol. 423. col. 2.

GLorioſe, ac miſericors Domine, qui beatae Leocadiae tibi nimis in ore ſuo confiteri dediſti, teque in medio Juſtorum ejus confeſſione * laudari voluiſti, ut eam, & in terris confitentem, & in confilio Sanctorum glorificans faceres exultantem: expoſcimus * tuis muneris donum, ut ejus precibus tribuas nobis, a peccati contagione purgari, ab ardoribuſque perpetuis erui, & gloriae tuae beatitudinem conſequi.

* *Lege, ſi placet:* laudare.
* *Lege:* tui.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 423. col. 2.

DEus, qui confeſſione * indutui Leocadiae, ad Confeſſorum eam fecit pervenire decorem, juſtificet vos ab omni contagio culpae; &, qui illam confeſſionis ubertate fecit eſſe conſpicuam, vos evidentia verae paenitentiae glorioſos efficiat: ut, ſicut dulcis fuit in ore hujus Virginis confeſſio Chriſti, ita dulceſcat in veſtris cordibus amor regni perpetui.

* *Br. Moz.* inclytam Leocadiam.

QUARTO ID. DECEMBRES, QUANDO ET FESTUM SANCTAE LEOCADIAE INCURRIT.

Br. Moz. fol. 22. col. 4.

VEni, Domine, ſicut promiſiſti, in Syon, & habita in Jheruſalem; ut, qui jam olim apparuiſti per fidem glorioſus, illic declareris in noſtrorum operum * dignitate: ut, & viſio pacis pacatum in nos honorem nominis tui * retemtet, & deſiderium adventus tui novae lucis nobis in ea ſydus adcumulet.

Ant. Veniam in Syon, dicit Dominus.

* *Br. Moz.* dignitatem.
* *Lege:* retentet.

ALIA.

Br. Moz. fol. 20. col. 2.

DEus, Dei filius, qui primus, & noviſſimus, omnia a te creata infra te concludis, * quem extrema terrae per Incarnationis tuae myſterium agnoverunt, dum a te fidei vocatione * pertractá ſunt: da nobis, ut agnitione hujus fidei ſanctae ita in te radicemur & cultu juſtitiae, & operum dignitate, ut ex hoc aeternam mereamur pervenire ad requiem.

Ant. Ego Dominus, primus, & nobiſſimus.

* *Br. Moz. addit,* nec tamen ipſe concluderis.
* *Br. Moz.* pertractata ſunt: *mendoſè.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 36. col. 1.

TU es, Domine Deus, & non eſt alius praeter te: ab ore * egreſum vervum, non regreditur; quia utique natus Filius, non ipſe, qui Pater eſt, creditur; dum tamen * ipſut eſſe, quod Pater eſt, * fatcatur: dona ergo nobis, ut qui verbum a te

Ant. Ego ſum Dominus.

* *Lege:* egreſſum verbum.
* *Lege:* ipſum.
* *Br. Moz.* fateamur.

a te genitum, naſciturum miſiſti in carne *; non, in te renatos, ſic ounc a eriminum exuas, ut tibi ſoli, cum veneris, ſine fioe conjungas.

* *Lege*: nos (*vel* noſtra;) in te renatos ſic nunc a criminibus exuas.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTÆ EULALIAE.
COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 427. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, eui beata Eulalia, & virgo placuit, & martyr * adaeſit, dum tibi & virgo permanet caſta, & pro te extenditur in cataſta; dum tibi proprium corpus ſervat integrum, & pro te gaudet uugulis exaratum: ejus pudicitiae, atque victoriae * fabens, oobis propitius eſſe diguare; ut & inmunditiae ooſtrae, ejus oratiooe, abluantur, & tormenta, ejus fortitudine, * exſulvantur.

* *Lege*: adhaeſit.
* *Lege*: favens.
* *Br. Moz.* reſolvantur.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 424. *col.* 4.

DEUS virtutum, qui Sanctam Eulaliam, dum ad paſſionem vocat, ad gloriam proveit, det vobis, nec vitiorum paſſionibus * adtingi, & a paſſionum vitiis liberari. Quae ſua membra non vitiis, ſed pro Deo paſſionibus ſubdidir, optineat vos numquam temtationum certaminibus vioci: ut, ſicut illa poſt paſſionem obtinuit coronam, ita vos per poeniteotiam veniatis ad veniam.

* *Lege*: adſtringi.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 425. *col.* 4.

SPonſa Chriſti Virgo Eulalia, quae a Libaoo, a candore utique Babtiſmati venis; dum ex labaero fidem percipis, per quam inter filias Jheruſalem mirifice coronaris: per te, quaeſumus, candorem caſtitatis mereamur adtingere, quae Chriſto de Virginitate meruiſti placere: ut per te profectum obtineamus virtutum, per quam devicta eſt crudelitas perſequentium.

Ant. Veni de *Livano ſponſa mea.

* *Lege*: Libano.

ALIA.

Br. Moz. fol. 425. *col.* 1.

VIrgo Chriſti Eulalia, quae ad vocem vocaotis Sponſi ſurrexiſti ad fidem, properaſti ad requiem, ſponſata de ſanguine, formoſa Babtiſmate, ecce jam jens * tranſiit, imber habiit; quia oinnis temporalis tribulatio a te devicta receſſit: recedat ergo a noſtris mentibus, te oraute, impugnatio vitiorum: ut, qui credulitatis dono pleni conſiſtimus, ſanctitatis ope * pleniſſime fulciamur.

Ant. Surge, propera, ſponſa mea.

* *Lege*: hyems.
* *Br. Moz.* pleniſſima fulgeamus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 426. *col.* 1.

GAude, & laetare filia Syon, quia abſtulit Dominus inimicos tuos, dum te, & io paſſione victricem, & ab omni contagione haereſum * reddidid innocentem; quaeſumus ergo, ut meritis tuis ab omni temtatione * ſalbemur, qui diem tuum venerantes incolimus; &, qui in te viciſſe credimus Chriſtum, nos * per eam viciſſe laetemur inpulſiones carnalium.

Ant. Gaude filia Syon.

* *Lege*: reddidit.
* *Lege*: ſalvemur.
* *Lege*: per eum viciſſe laetemur impulſiones carnalium paſſionum.

ALIA.

DEUS, qui beatiſſimam Eulaliam Virginem ab excubiis Apoſtolicis, quaſi a cuſtodibus civitatis inventam, amictu veteris hominis exſuis, & Euangelicæ doctrinae cor ejus praedicatione transfigis, quo tanto amore ad paſſionem laeta concurreret, tantoque deſiderio vulneratam ſe caritatis eiſdem cuſtodibus nuntiaret; da nobis, ut cor noſtrum vulneretur amore tuo, quod torpenti vitiorum camino conſiſtit iu ſaeculo; ut per te caritatis tuae nos ignis adſumat exeſtuans, per quem martyr Eulalia victricem emiſit animam inter flammas.

Reſp. Invocavi proximum * miei.

* *Lege*: mihi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 425. *col.* 2.

CHriſte Dei filius, ad quem beata Eulalia deſiderabili voto pervenire deſiderans, ſurrexit credens, * properabit proficieos, ut, quae formoſa facta fuerat, primum per * labacrum, excellentior redderetur ſtigmate paſſionum, & quae virtutum fuerat floribus decorata, floreſceotem redderet exeoiplo ſuo Eccleſiam; da nobis, meritis ejus, ut labores noſtri in ſaeculo tibi placituri, ſemper * adſiſteot: ut temporali curſu, quaſi iemalium tribulationum peracto * ſtudio, ad fructus * laborum noſtrorum aeterno potituri mereamur pervenire ſolatio.

Ant. Surge, & propera, formoſa.

* *Lege*: properavit.
* *Lege*: lavacrum.
* *Lege*: adſiſtant.
* *Lege*: ſtadio.
* *Lege*: laborum.

ALIA.

Er. Mot. fol. 398. *col.* 4. *& fol.* 424. *col.* 4.

JEſu, Dei filius, qui ortum Electorum ingrediens, inter lilia paſceris, quando in corpore tuo, quod eſt Eccleſia, Sanctarum Virginum coetibus decoraris, ubi beatiſſimam Eulaliam mirabiliter introducens, ita mirificis eam floribus maluiſti fulcire, ut odor virtutum ejus tanquam floſcula aromatum * in nos uſque aſceuderent: te ſupplici inteutione rogamus, ut, amotis figuris veteris teſtamenti, quae, velut umbrae, in tipicis obſervationibus praeceſſerunt, dies illa, Euangelica utique traditio, in nobis adſpirando proficiat, qualiter ita exemplo virginis Eulaliae Euangelii lucem tota devotione ſequamur, ut umbras praeteriti, & erroris, & criminis neſciamus.

Ant. Filia Jheruſalē, intra in ortum meum.
* *Lege*: in nos uſque deſcenderet.

ALIA.

Er. Mot. fol. 61. *col.* 1. *& fol.* 360. *col.* 1.

MIra ſatis, Domine, * arvor, & radix tuae Eccleſiae, quae proficit, & creſcit uſque ad perfectum diem, cujus rami Martyres, cujus * praependicula effecti ſunt Confeſſores, inter quos beatiſſima Martyr Eulalia, quaſi vitis vera fructificans, dum odorem gratiae fidelibus propinat in ſaeculo, aeterno promeretur conſolari de praemio: quaeſumus ergo, ut ſuffragiis ejus odore virtutum odores criminum fugiamus; ut caeleſti * ille ſpiramine recreati, a cunctorum vitiorum ſoetoribus exules* reperiamur, & ſobrii.

Ant. Rami mei rami odoris &.
* *Lege*: arbor.
* *Er. Mot.* perpendicula, *ſed pag.* 62. *col.* 2. praependicula.
* *Lege*: illo ſpiramine.

ALIA.

Er. Mot. fol. 426. *col.* 2.

AUdi, & ſuſcipe precantium vota, * delecta Dei Virgo Eulalia, quae ſponſa Chriſti de fide, ſoror monſtraris eſſe de ſanguine: effluant in nobis flores virtutum, effugiat umbra temtationum; exemplo tuo proficiamus in melius; ne, in deterius conſiſtentes, vitae dona perdamus: ut, quum tempus putationis advenerit, & fides, qua Chriſtum credimus, nos liberet a ſuppliciis, & affectus, * qua illi propinquare nitetur, nos ditet muneribus ſempiternis.

Reſp. Audi * delecta mea.
* *Lege*: dilecta.
* *Lege*: quo illi propinquare aſtimus.

ALIA.

Er. Mot. fol. 382. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimam Eulaliam tibi, & teſtem, & virginem conſecraſti, dum te & incorrupta ſequitur, & pro te glorioſa mactatur; annue nobis, ut, eâdem ſuffragante, quamvis indigni, & caſtitatis donum, & confeſſionis mereamur obtinere triumphum.

ALIA.

Er. Mot. fol. 349. *col.* 2. *& fol.* 382. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, cui virgo, & martyr Eulalia, & integritate jungitur, & ſanguine ſociatur, dum tibi & caſtimoniam vovit, & pro te ſanguinem fudit; praeſta famulis ſupplicantibus, ut, expiati * peccatis, tibi ita adaereamus, ne a te ulterius recedamus.

* *Er. Mot.* peccatis &: *ſed ſec. loco.* a peccatis, ita tibi pareamus.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, rex aeterne, qui pulcritudinem ſanctarum animarum * omnis modis concupiſcis, & perficis, ut a te ſpecioſae diligantur, a quo pulcrae redduntur; dignatione ſolita, qua Martyres, ac Virgines ſingulariter diligis, ſaluti noſtrae non deſis: ut, ſi in nobis vitae decorem non praelegis, timorem, quem tribuis, benignus acceptes.

* *Lege*: omnimodis.

ALIA.

Er. Mot. fol. 379. *col.* 2. *& fol.* 382. *col.* 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſpecie, & pulcritudine tua beatiſſimas Virgines, & Martyres tuas ſpecioſas * pulcraque, dum diligis, facis, & ingenti amore * diſpondis, quas munere perenni diſponis, adeſto nobis beatiſſimae martyris tuae * patroniis indefeſſis; ut tanta pietas, quae triumphantes provexit ad laudem, perducat ſupplices ad ſalutem.

* *Lege*: pulcraſque.
* Deſpondes, *ſed Er. Mot. ſec. loco.* deſpondis.
* *Lege*: patrociniis.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, a quo ſanctae inmaculatae animae ingenti caritate, & * diſponſantur, & coronantur, ſanctae * martyres tuae Eulaliae precibus annue, * hac nos mundanis exemtos contagiis poenitentiae emunda remediis: ut, ſi contaminati, ineffabile conjugium non meremur, confeſſi, veniabile remedium conſequamur.

* *Lege*: deſponſatur.
* *Lege*: martyris.
* *Lege*: ac.

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, * per quam ſanctarum animarum puritas tamquam ſyderum claritas nitet, dum & pulchritudo earum in nocte Mundi iſtius, ut luna, reſplendet: & electio, ut ſol, ubique refulget; beatiſſimam Martyrem, ſponſamque tuam, quam tibi adſociaſti tot virtutibus coruſcantem, pro nobis exaudi jugiter deprecantem.

** Lege: per quem*

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Sanctam Eulaliam pro nomine tuo ita * inpabidam reddidiſti, ut perſecutionem ſequentium impiorum non fugeret, ſed magis adpeteret: nec declinaret, ſed potiùs excitaret; praeſta ejus patrocinio, ut fides noſtra ita per te firma reddatur, ne aliquando ab adverſario ſuperetur.

** Lege: inpavidam.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 347. col. 4. & fol. 349. col. 4.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ita ſpiritu tuo Sanctam Eulaliam martyrem inflammaſti, * ut & laſciviam ſuperaret, & flammam, ut eam ignis exterior non conſumeret, quam interior non ureret, eâdem interveniente, miſericordiae tuae nobis rorem infunde: ut * naturalem incendium extinguamus, dum ſalutare remedium obtinemus.

** Br. Moz. ut & laſciviæ ſuperaret flammam, ut eam ignis exterior non ureret, eâdem interveniente &c.*
** Lege: naturale.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 425. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatam Eulaliam virginem * in tenero aetatis nec Mundi inlecebris, nec perſequutoris permiſiſti ſuperari tormentis, * in qua munere, cujus conſtantiam nec ſaevia terruit, nec paena edomuit, nec ungula minuit, nec flamma conpeſcuit: hujus ergo deprecatio pro nobis ita aput te praevaleat, ut mala a nobis praeſeutia, * futura remobeas.

** Br. Moz. in tenero ætatis ſtatu.*
** Lege: in qua munere tuo nec ſexus vincitur, nec affectus; cujus conſtantiam, nec ſævitia terruit.*
** Lege: futuraque removeas.*

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ita Spiritu Sancto tuo beatiſſimam Eulaliam virginem, & martyrem perarmaſti, ut pro nominis tui * ut confeſſionem eſſet terrori tortoribus, quae fari parentibus vix audiret; eamque tribunalia cruenta tremerent, quam blanda ſecreta confoverant; ut contra aetatem hujus, & ſexum, & adiberet publicum, & vinceret inimicum; inperterrita quoque ſubiret eculeum, nec pertimeſceret rogum: precibus ejus flammas in nobis peccatorum extingue, & nos ab aeterno igne * eruiendo defende.

** Lege: in confeſſione.*
** Lege: eruendo.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 426. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui animam beatiſſimae famulae tuae Eulaliae martyris pro te feliciter triumphantem examinas per flammam, ſuſcipis per columbam, & tibimetipſi copulas * in gloriam ſempiternam: adeſto nobis, ut ſpiritus Martyris non deſit ſupplicantibus in ſuffragio, qui etiam perſequentibus refulſit * inſigni miraculo; nec aliquando recedat * veneficiis ab Eccleſia, qui aput te caeleſti requieſcit in aula.

** Lege: in gloria ſempiterna.*
** Br. Moz. in fine miraculo, mendosè.*
** Lege: beneficiis.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 426. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimae martyris tuae Eulaliae corpuſculum in Cruce pendentem ſuperna * adiſparſione veſtiſti, ut & candor virginem, & refrigerium indueret martyrem: adſiſte nobis * propius, & tantis in martyre ſemper oſtendere * benificiis; dum per illam, & ſuperna dona * prorogas, & humilium vota multiplicas, dum, & martyris excubias * maraculis prorogas, & Eccleſiae feſta, eadem viſitante, dignanter inradias.

** Lege: adſparſione.*
** Lege: propitius.*
** Br. Moz. oſtende.*
** Lege: praerogas.*
** Lege: miraculis propagas, & Eccleſiae feſta, eadem viſitando &c.*

ALIA.

ADclines mente, & corpore, te Dominum deprecamur: ut ea virtute nos munias, qua contra libidinem, & crudelitatem * martyram tuam probaſti Eulaliam, parique patientiâ generales Eccleſia * proteſtat hoſtes; quia illa ſpeciales perſequentum conteruit paſſiones: nos quoque ſpirituali vigore ita ſuccinge, ut, quam veneramur pro victoriae * coronam, imitemur & confeſſione, & tolerantia Chriſtiana.

** Lege: martyrem.*
** Lege: proterat.*
** Lege: corona.*

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 416. col. 4.

AUxilio tuo, Domine, defendendam, tuendamque noſtram committimus * invecillitatem, * tuum ſit, nos evadere de muſcipulis impiorum, cujus fuit, venerandam Eulaliam non cedere terroribus perſequentium; ac ſicut illam atrocitas non terruit ſaevientis, ita non queant * inlicere nos decipula oblatrantis; ut ipſe unus per nos vincatur * ſuis cum vitiis, & haereſibus cunctis, qui expugnatus eſt per Eulaliam, paſſionibus ſuperatis.

* *Lege*: imbecillitatem.
* *Lege*: ut tuum ſit, nos &c.
* *Br. Moz.* inducere nos decipula.
* *Br. Moz.* Suis conviciis & erroribus cunctis.

ALIA.

DOmine, qui electos tuos, quos prædeſtinas ad gloriam, illos tuam vis eſſe Eccleſiam; flectat aurem tuam Eulalia martyr ad precem noſtram;& ſicut eam caſti effuſio ſanguinis provexit ad gloriam, ita nos ſaltim ereptos ſibi poena ſentiat, & felicitas vitae aeternae haeredes obtineat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 382. col. 2.

DOmine, cujus munere * gemina coexultat martyr Eulalia praemio, dum vel ad pudicitiam ortamento, & cunctorum ſit ad martyrium documento, praeſta nobis in Eccleſia tua * illis uvernare florium, qui aeternis digni ſunt fructibus: & ita vel voto, vel * affecto tantae veſtigia martyris proſequamur, ut nec libido * nos ſuos, ſet caſtitas teneat proprios, confeſſio probet liberos, & perfectio ambiat * munerandos.

* *Lege*: gemino.
* *Lege*: illius vernare floribus .....
* vel affectu.
* *Lege*: nos ſubruat, ſed.
* *Br. Moz.* numerandos: *male*.

ALIA.

TE noſtris, quaeſumus Domine, precibus exorantes, ut * lavorem noſtrum intuens, contra nos vitia inſiſtentia uſquequaque mortifices, vel, quae tibi in hac feſta Eulaliae virginis famulamur, acceptes. Idcirco hanc velut ſacram hoſtiam ad te mater praemiſit Eccleſia; ut, de cujus nunc gaudet triumpho, de ejus ſemper ſecura ſit interventu.

* *Lege*: laborem.

ALIA.

DOmine, qui non ſpernis tuorum preces ſervorum, accipe obſequellam fidelium per martyrem Eulaliam populorum: ut in nullo tuum teneat obnoxios judicium, quos tripudiare cernis de ejus virginali triumpho; ejuſque ſanctitas in noſtrum proficiat remedium, quod incorruptam ad inſtar credimus tibi famulantium Angelorum.

COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 417. col. 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſanctae Eulaliae tuae arcana poſſidens, ei & virginitatis pudorem, & paſſionis tribuiſti* roborem, dum & pudica in ſecreto,&* invicta in foro, & illic manet, ut te promereatur, & hic vincit, ut a te coronetur: annue precibus ejus, ut conſcientiam noſtram ita pudor poſſideat, ne deſerat fortitudo, illic tranquilla maneat, ne contaminetur: hic vincere ſtudeat, ut probetur.

* *Br. Moz.* robo rem.
* *Br. Moz.* invita: *male*.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 417. col. 3.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui Sanctam Eulaliam conſtantia roborabit, vos in temtatione robuſtos ſtatuat; qui eam * paſionem glorificabit, a vobis paſſionum * ignominia tergat; qui illam inter tormenta victricem tortorum fecit, vos inter turbines Mundi eruat ab omni eventu periculi.

* *Lege*: paſſione glorificavit...
* *Lege*: ignominiam.

* III. ID. DEC. ALIA.

* *Secundis curis.*

Br. Moz. fol. 14. col. 4.

ADice Domine manum tuam, & poſſide deſiduum populum tuum: ut, Incarnationis tuae fide incredulis pateſcente, nihil reſiduum ſit, quod vacuum remaneat a mercede; quo, dum in filios infidelitatis Incarnationis tuae myſterium manifeſtas, in cordibus fidelium deſiderii tui vota placita tibi ſemper efficias.

Ant. * Adicet Dominus manum ſuam.

* *Lege*: Adjiciet: & *in Orat.* adjice.

ALIA.

DEus, Dei filius, ante quem omnes montes, & colles humiliati ſunt, dum Incarnationis tuae myſterium, & magni, & humiles agnoverunt; da nobis, ut agnitione ſanctae ſidei a pravis itineribus correcti, in directis ſemitis ambule-

Ant. Omnes montes & colles humiliabuntur.

Digitized by Google

ambulemus inlaeſi: ut, aſpera offenſionum relinquentes itinera, in planis * vitiis, te praeſtolantes, * convertamur ſtudia noſtra.

* *Lege*: viis.
* *Lege*: convertantur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 15. col. 2.

DEus, cujus ante lucem præparatus eſt egreſſus,* egreſſionis tuae, qua de Patre prodiens per Virginem naſceris, cognitione nos ſalva: ut, qui Incarnationis tuae imbre * terrarum humani cordis foecundare dignatus es, nos illis ſemper pluviis inriges, quibus & de te, quae vera ſunt, credere: & ad te credentes ſine confuſione venire. *

Ant. Ante lucem praeparatus eſt.

* *Cod.* egreſſionum.
* *Lege*: terram.
* *Subaudi*: poſſimus.

* II. ID. DEC. ALIA.

* *Secundis curis.*

Br. Moz. fol. 9. col. 1.

VEni ad liberandum nos, virtutum Domine Deus; converte nos, & oſtende faciem tuam, ut ſalvi ſimus; quò, praeventi dignae poenitentiae dono, purificati in tuo mereamur adeſſe Judicio.

Ant. Veni ad liberandum nos, Domine Deus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 9. col. 1.

VEni Domine, & noli tardare, relaxa jam facinora * plevis tuae; ut diſperſionem noſtram internis gaudiis conlocans, dum expectaris ad votum, occurras nobis in Judicium ad ſubventionis omnimodae complementum.

Ant. Veni, Domine, & noli tardare.

* *Lege*: plebis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 15. col. 2.

VEniat ſuper nos, Domine, donum miſericordiae tuae: ut, qui faciei tuae praeſtolamur praeſentiam, meritorum noſtrorum evadamus tormenta.

Ant. Veniat ſuper nos, Domine, alleluja.

* ID. DEC. ALIA.

* *Secundis curis.*

Br. Moz. fol. 19. col. 1. & fol. 73. col. 1.

QUI regis Iſrahel, intende, qui * educit velut obem Joſep, excita potentiam tuam, & ſalvos facito, pro quibus naſciturus advenisti in terram; &, qui porrecto fidei cultu, multitudines gentium lucrare dignatus es, compendio pietatis infidelium animas, a perfidiae baratro erutas, tibi aliquando * placitas, crediturasque reſtituas.

Ant. Qui regis Iſrahel, intende.

* *Lege*: educis velut ovem Joſeph.
* *Lege, ſi lubet*, placituras.

ALIA.

OStende nobis, Domine, miſericordiam tuam: ut ſalutare tuum, quod nobis olim effulſit in carne, nobis ad Judicium aeterno declaretur in munere; &, quod redemturis olim apparuit pium, redemtis jam appareat glorioſum.

Ant. Oſtende nobis, Domine, miſerico rdiam tuam.

ALIA.

DEus virtutum converte nos, & * oſtenſionem faciei tuae ſolare moeſtitias cordis noſtri: ut, qui adventum tuum devotis mentibus ſuſtinemus, * de vono tibi conſcientiae placeamus.

Ant. Deus virtutum converte nos, & oſtende.

* *Lege*: oſtenſione.
* *Lege*: de bono.

* XVIII. KAL. JAN. AD MATUTINUM.

* *Sec. curis.*

Br. Moz. fol. 25. col. 2.

DIluculo egreſum tuum, Chriſte Domine, praeparatum fuiſſe coguovimus: ideo te rogamus, ut, qui imber temporaneus, & ſerotinus * hortus es terris, & * terram cordis noſtri indeficientibus inriges pluviis tuae benedictionis: ut, qui primi adventus tui * feſtas devote ſuſcepimus, ſecundi adventus tui manifeſtatione * ſalbemur.

Ant. Quaſi diluculo praeparatus eſt.

* *Lege*: ortus.
* *Et*: *abundare videtur.*
* *Br. Moz.* feſtum.
* *Lege*: ſalvemur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 21. col. 2.

IMmane ſatis facinus Judaeorum coram tuis, Deus Pater, oculis * adprobatur, qui, dum Filium tuum * praedicatum in lege contemnunt, in incredulitatis ſuæ voragine manſerunt; dum * hii, quibus non erat de eo nuntiatum, viderunt eum; &, qui non audierunt, intellegentiâ contemplati ſunt. Amove ergo, quaeſumus, quidquid noſtro tibi reſiſtit in opere: ut credulo pectore ſic in nobis virgulta donorum præpolleant, ut radix verae humilitatis numquam areſcat.

Ant. Quibus non eſt nuntiatum de eo.

* *Neſcio an legendum ſt.* adoperatur.
* *Lege*: praedictum.
* *Lege*: hi.

ALIA.

DEus Pater, qui auditam feciſti gloriam vocis tuae, dum verbi tui in univerſo Mundo dilatas fidem: da nobis, aeternae lucis claritate fulgeſcere, ut, ſana-

Ant. Auditum faciet Dominus.

ſanatis luminibus cordium, videamus praecemtorem noſtrum, quo in viſione gratiae ſuae mereamur adipiſcere regnum beatitudinis infinitum.

* XVII. KAL. JAN. ALIA.

* Sec. curls.

Br. Moz. fol. 6. c. 3.

JUxta eſt, Domine, dies advêntus tui, & jam in januis eſt terribilis * ora illa Judicii: ſileat ergo * omnes caro a facie tua, & prolapſionis ſuae culpas fletibus diluat. Interea, quia nos iſta per nos facere non valemus, per te id nos agere poſſe confidimus; & ideo poſcimus, ut, qui electos ad te vocando ſanctificas, peccatores coronandos beatitudine aeterna ſuſtollas.

Ant. Sileat omni caro a facie Domini.
* *Lege*: hora.
* *Lege*: omnis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 18. c. 3.

DEus, qui nos ante tempus judicare * proibens, magna nos cautela patientiae vis eſſe contemtos; da nobis, & verae patientiae vota, & verae ſubportationis habere exempla: ut, ante quam tu venias, qui inluminaturus es cordium occulta, ita in nobis verae patientiae exempla praepolleant, ut, te ad Judicium veniente, caritatis nos ſubportatio a tormentis abſolvat.

Ant. Nolite ante tempus judicare.
* *Lege*: prohibens.

ALIA.

DEus, qui nivem ut lanam tribuis, quique morta'lum corda & praedicatione Unigeniti Filii tui infundis, & dealbatione gratiae caeleſtis aſpargis; emitte in nobis * plubias benedictionis tuae: ut, qui Incarnationis ſuae imbribus arentia refecit corda, per * labacrum, pietatis ſuae donis, ab aeternorum nos eripiat ſupplicio tormentorum.

Ant. Qui dat nibem * ſicut lanam.
* *Lege*: nivem.
* *Lege*: pluvias.
* *Lege*: lavacrum.

XVI. KAL. JAN. ALIA.

Br. Moz. fol. 27. col. 1.

UNigenite * Filius Dei Patris, qui aſpiciente Propheta, in caeli nubibus hominis filius declararis, cui Pater utique principatum, & regnum adtribuit, dum omnia poteſtati tuae ſubjecit; fac, nos eſſe regnum tuum, tribuens nobis municipatum perpetuum, quo aeternis ſemper deſideriis anelantes, ſuturi regni mereamur exiſtere cohaeredes.

Ant. Aſpiciebam, & ecce in nubibus caeli.
* *Lege*: Fili.

ALIA.

Br. Moz. fol. 26. col. 3.

NOva, & inaudita ſunt, Domine, quae profeticus Mundo ſermo intonuit, quod novo Virginis partu ſalvatio * exorietur creaturarum, cujus admirabile Incarnationis myſterium, quia devota cordium ſuſceptione Eccleſia ſuſcipit laetabunda, quaeſumus, ut in laudem ejus & nova illi ſemper cantica deferat, & accepta: ut, cujus laus ab extremis terrae concinitur, ejus volumtas in toto Mundo * fidelibus impleatur.

Ant. Ecce venerunt nova.
* *Lege*: exorietur.
* Br. Moz. a fidelibus.

ALIA.

ASpicientes ad te Deum, expectamus te Dominum * Salbatorem noſtrum, poſcentes, ut, qui nos jam eduxiſti in lucem, per fidem juſtitiae facias nos tibi * placiviles de bonorum operum dignitate: ut incarnata juſtitia, quae nos dudum viſitavit in tenebris, ad judicium veniens, liberet a tormentis.

* *Lege*: Salvatorem.
* *Lege*: placibiles.

* XV. KAL. JAN.
INCIPIUNT ORATIONES DE FESTIVITATE GLORIOSAE SANCTAE MARIAE VIRGINIS.
ORATIO AD VESPERUM.

* Sec. curls.

Br. Moz. fol. 61. col. 4. & fol. 319. col. 2.

VIrgo Chriſti genetrix, & humani generis reparatrix, implorantium preces auribus * offers divinis; ut tuo gaudeamus interceſſu, peccaminum * aput Dominum obtinere remiſſionem, cujus ſexus abſque pudoris corruptione omnium genuit Salvatorem.

* *Lege*: offer.
* *Lege*: apud.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 319. col. 2. & fol. 61. c. 4.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui olim ex Virgine dignatus eſt naſci, ſuae vos Genitricis interceſſu ſanctificet; quique matrem * ſervabit a corruptelae contagio, ſinum cordis veſtri emaculet a delicto; &, qui eam fecit Virginem * anere poſt partum, caelum vobis tribuat poſſidere poſt tranſitum.

* *Lege*. ſervavit.
* *Lege*: manere.

ITEM

Digitized by Google

ITEM IN EADEM DIE AD MATUTINUM. *DE III. PSALMO.

* *Sec. curis.*

VOce noſtra ad te * clamanus, Jeſu redemtor, & Domine, qui ſuſceptor factus es noſter, adſumendo carnem ex Virgine, quam tibi dignam ante ſaecula praeſcieras genetricem. Deſcendat igitur, quaeſumus, ſuper populum tuum ita benedictionis tuae profuſio manifeſta, ſicut mater tua Maria ab Angelo inter mulieres praedicata eſt benedicta: ut, ſicut illa exultavit concipiens Verbum, ita nos laetemur viciſſe per te milia adverſantum; qualiter qui Matris tuae, & Virginis glorioſum partum concinimus, a te, qui es noſtrum caput & gloria, copioſiùs exaltemur.

* *Lege*: clamamus.

ALIA.

Ant. Audite domus Davit.

DEus, qui domui David profetali vaticinio praedixiſti, novum fieri ſignum, atque miraculum inauditum, quòd Virgo Verbum conciperet, quòd inſolitò virginitas parturiret; praebe auditui noſtro gaudium & laetitiam, ut exultent in nobis oſſa humiliata: quò, quidquid & è vera fide praedicatorum adnuntiatione cognovimus, & tenemus, in emolumento nobis prodeſſe futuri judicii gratulemur.

ALIA.

Ant. * Davit vobisDominus.

EMmanuel, nobiſcum Deus, Chriſte Dei filius, qui admirabile ſignum David domui donas, quum ex Virgine te naſciturum pronuntias: qui Mariam matrem creaſti ùt Dominus, de qua poſtea natus es filius; da nobis, ut, qui cum illa a te vel per te creati ſumus ex nicilo, ſimili, ùt ea, credulitatis remuneremur * ex praemio.

* *Magis placet*, et.

ALIA.

Br. Moz. fol. 361. col. 2.

Ant. Alleluja, creavit Dominus novum ſu.

DEcantet tibi, Domine, omnis creatura canticum * nobum, qui in Virginem Mariam oſtendiſti novae parturitionis miraculum: ut * foemina circumdaret virum, ut Virgo ſine virili coitu virilem pareret ſexum. Praeſta igitur nobis ejus ſuffragio tueri in ſaeculo, quae te partu edidit incorrupto: ut mens noſtra fulgore Sancti Spiritus vegetata, ita amorem dilectionis tuae concipiat, ut bonorum ſemper actuum parturiat incrementa.

* *Lege*: novum, qui in Virgine Maria.
* *Cod. primis curis*, femia.

ALIA.

Reſp. Miſſus eſt Angelus * Gabliel.

SAlbator * omnium, Jeſu Chriſte, qui novae operationis efficacia Virginem per Angelum viſitas, verbo foecundas habituram ſine corruptionis injuria prolem, & permanſuram cum integritate virginea matrem; per hujus * hactionis inenarrabile Sacramentum te quaeſumus piiſimum Dominum, ut infundas in nos benedictionis omnimodae donum, qui operaris in Virgine inſigne generationis tuae miraculum; & tanto nobis copiam gratiae caeleſtis inpendas, quanto genetricem tuam gloria conceptionis exornas.

* *Lege*: Gabrihel.
* *Lege*: Salvator.
* *Lege*: actionis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 361. col. 3.

Ant. Miſſus eſt Gabrihel.

SAncta Dei genetrix, quae ſalutata ab Angelo, aure * concepis verbum, fide maturas obſequium, carne generas filium, * du numine expaveſcens, de gratia praeveniente confidens; ſupplicum vota efficax accipe plebium, & preces opulenter remunera ſingulorum, ut materno cunctos gremio ſolaturos accipiens, quos in hac peregrinatione ad te concurrentes reſpicis cernuos, Jeſu Chriſto filio tuo Domino noſtro repraeſentes inlaeſos.

* *Lege*: concipis.
* *Lege*: de lumine.

ALIA.

Br. Moz. fol. 360. col. 4.

Ant. Angelus Domini.

INeffabile genitum Patris ingeniti Verbum, quo naſcente pudor matris virginis claruit, & claritas novae generationis inluxit; te enim faciente, facta ſunt cuncta, quae in Incarnationis tuae myſterio credimus operata: ſcilicet quòd Angelus * Joſep viro Genetricis tuae apparuit, quòd te * ia natum de Spiritu Sancto eſſe praedixit; praeſta proinde nobis, quaeſumus, meritis Sanctae Matris tuae, & Virginis, ut, * qui conceptione Sancti Spiritus foecundati, ſic te con-

* *Lege*; Joſeph.
* *Lege*: in ea natum.
* Qui, *abundat*.

quum ad nos per Virginem veniens, virginitatis portam, nec adiens reſeraſti, nec prodiens; Proinde totis te viſceribus deprecamur, omnipotens, ut, qui Genitrici tuae praeſtitiſti, ut eſſet mater & virgo, ejus orationibus Eccleſia tua Catolica fide ſit incorrupta, & caritate faecunda: ut, & in te credentes, copioſa parturiat, & a culparum labe purgata, ad te ſine macula & ruga perveniat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 360. col. 3.

JEſu Domine, qui nativitate Divina praecedis omnia, & * in fines ſaeculorum naſceris, ut redimas univerſa, dans in omnipotentia initium rebus, & in humilitate juſtificationem reddens hominibus, cum * nevuloſae turris oſpitium ingrederis, & ad eam poteſtas prima regnaturus accedis; tribue nobis, illo te ſpiritu confiteri, quo per uterum Virginis humanae voluiſti mortalitati * conjugi: ut ita te cum Patre, & Spiritu Sancto, ſolum Dominum veneremur, & unum, ſicut te ſancta Genitrix, & Dominum * generabit, & Filium.

Ant. Tu turris regis.
* *Lege*: in fine.
* *Lege*: nebuloſæ.
* *Lege*: conjungi.
* *Lege*: generavit.

ALIA.

Br. Moz. fol. eod.

MAgnus * eſt, Domine, Betlem civitas illa Incarnationis tuae altrix, Profetarum inluſtrata praeconiis; dum ex ea proditurus adnuntiaris, * & in eo glorια ſus oſtenderis, quum illic ſpecie & pulchritudine beatiſſimam matrem tuam ac virginem decoraſti Mariam, quae te merito incorrupta edidit, ſicut incorrupta concepit. Adeſto proinde miſeris nobis precibus ejus aſſiduis: ut, ſicut illam generatio tua provexit ad laudem, ita nos ejus merita proveant ad ſalutem.

Ant. Tu Betlem.
* *Lege*: magna.
* *Lege*: & in ea.

ALIA.

CHriſte, filius Dei Patris, qui Bethlem civitatem Dei ſummi, Incarnationis tuae gloria conſecras: dum te ex ea verum dominatorem Iſrahel naſciturum inſinuas: & inauditum a ſaeculis * in eam Incarnationis tuae miraculum manifeſtas: dum intra ejuſdem urbis Betlemitcae ſaepta genitricem Mariam & materno honore ſublimas, & virginitatis honore glorificas, cujus uterum nec ingrediens reſeras, nec egrediens violas; quaeſumus, ut penetralia noſtrae animae ſic tuo candore perluſtres, quatenus ſuffragio ſanctae Matris tuae, a ſerpentina perſuaſione ſervati, virginitatem mentis obtineamus iulaeſi.

Reſp. Bethelem civitas Dei ſummi.
* *Lege*: in ea.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſanctae Mariae arcana poſſidens, ſic virginum eam coris iſtipas, ut omnem gloriam, utpote filiae regis, in ejus * intimes manifeſtè aperias: dum & virginitatem * in eam dedicas inlivatam, & matrem illam oſtendis in publico manifeſtam; annue pro nobis praecibus ejus, ut conſcientiam noſtram ita pudor poſſideat, ne cupiditatis turbo corrumpat, ut, & tranquilli maneamus in ſaeculo, & inviolati perveniamus ad caelum.

Ant. Ego filia fortiſſimi.
* *Lege*: i. timis.
* *Lege*: in ea. illibatam.

ALIA.

AUdi filia, & vide, quae meruiſti effici filia filii, ancilla geniti, mater Domini, geſtatrix Salvatoris altiſſimi; quia concupivit rex ſpeciei tuae decorem, & conplacuit ei, in terram tuam habitaculum ſibimet muudiſſimum * praeparare. Proinde praeſta nobis, ut, qui te concupiſcens * ſivi advocabit in matrem, nobis concupiſcentiae ſuae opulentam largiatur dulcedinem; atque ita tuis, ſancta mater, obſequiis mancipemur, dum vivimus, ut ad eum, quem genuiſti, ſine confuſione poſt tranſitum veniamus.

Ant. Audi filia.
* *Lege*: praeparare.
* *Lege*: ſibi advocavit in matrem.

ALIA.

DEus, qui fontem ſignatum Mariae Virginis efficis uterum, in qua ipſe ſic concluſum ortum matris ingreſſus regrederis, ut virginitatem non violes genetricis; quaeſumus, ut, in Paradiſum bonae volumtatis tuae nos praeparans, virtutum fructibus opulentos habitator ſolus ipſe poſſideas: ut emiſſiones noſtrae ſint laudes tuae; & quidquid ob honorem genitricis tuae mortalitatis ore depromimus, inmortalitatis proemio conſequamur.

Ant. Alleluia: ortus concluſus.

ALIA.

Reſp. Filia Syon habitabo.

DOmine Jeſu Chriſte, qui magnum in mundo per matrem tuam miraculum praebuiſti, dum in ejus medio te abitaturum promittis, ex cujus incorrupto utero naſceris, dum eam, & concipiendo & pariendo, matrem efficis, & decus virginitatis non adimis; da, quaeſumus, petitionibus noſtris, ut ipſa tibi pro nobis dignas deferat preces, quae, te parturiendo, nomen promeruit accipere genetricis.

ALIA.

Ant. Ut inhabitet gloria.

DOmine Jeſu Chriſte, gloria terrae noſtrae, qui magnum Incarnationis tuae myſterium in alterna ſibimet occurſione Veritatis atque Miſericordiae perfeciſti, quique beatiſſimam Mariam tibi & matrem & virginem conſecraſti, dum te & incorrupta edidit, & ad te glorioſa perrexit; parce, quaeſumus, nobis, ut, eadem ſuffragante, quamlibet ſimus indigni, & caſtitatis donum, & beatitudinis mereamur obtinere triumfum.

ALIA.

Er, Moz, fol. 320, col. 2. & fol. 341, col. 2.

Ant. Juſtitia de caelo proſpexit

CHriſte, Deus, Sapientia ſummi Patris, & Verbum, qui aedificaſti tibi comptiſſimam domum, Mariae Virginis uterum, in qua ipſe caeleſtis juſtitia proſpicis, & de qua fructum benignitatis tuae producis, dum in ea & abſque veſte corporea Deus ingrederis, & de qua veſtitus carne procedis; praeſta nobis ſupplicibus tuis, * ut ſanctificatam nos tibi in domum efficias, de qua, ut ſponſus procedens, operum noſtrorum dignitate circumfultus appareas.

* *Er, Moz,* ut ſanctificatos nos tibi in domo.

ALIA.

Ant. Terra noſtra * davit.

CHriſte, ſalutis noſtrae admirabile pretium, qui terram materni uteri fructu Incarnationis tuae ditificas, dum & conceptum tuum mirabiliter operaris, & conceptionis tuae fructum ex terra, quam ipſe fueras operatus, producis; ſicut maternae virginis clauſtra, & conceptu ſervas, & partoritione glorificas, eſto ſervator cordis & corporis populi tui, pro quibus Incarnationis myſterium adſumſiſti: ut, qui te natum veraciter confitemur ex Virgine, te nos poſt tranſitum gratulemur in munere inveniſſe.

* *Lege:* dabit.

ALIA.

Reſp. Jam adſpirat dies.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ideo verus dies fidei nobis lumen adſpiras, ut infidelitatis umbras a noſtris cordibus arceas, quique ob hoc ingrederis uterum Virginis humilis Deus, ut egrediaris ex Virgine homo glorificatus in Deum; da nobis, tam promtè implere, quod jubes, quàm pro certo dediſti noſſe, quod redimis: ut, ſicut nos in praeſenti redemtio noſtra laetificat, ita etiam in futuro ſententia judicantis abſolvat.

ALIA.

Ant. Haec eſt, quae aſcendit.

DOmine Jeſu omnipotens & immenſe, cujus virtus inconprehenſibilis, & operatio extat mirabilis, qui gloriam tuam, dum ad Virginem venis, humilias, & naturam humani generis, exiens virginalia clauſtra, ſublimas; pone nos ſicut ſignaculum ſupra cor tuum, & quaſi * munile in bracio dexterae tuae, dans nobis, & modeſtè praeſentibus uti, & futuris feliciter frui: ut, qua veritate Virgo te genuit hominem ſimul ac Deum, eâdem te habeamus propitium ſemper ac pium.

* *Lege:* monile in brachio.

ALIA.

Ant. Haec eſt, quae ingreditur.

DEus, qui hominem ad tuae ſimilitudinis imaginem formas, & glorioſiùs in carnis adſumtione clarificas, dum aliter eum in primordio lutea maſſa producit, aliter * in fines ſacculi virginalis incorruptio parturit; tribue nobis, & ſervare, quod ſumus a te * pontentialiter conditi, & copioſiùs amare, quod exiſtimus ex miſeratione redemti: ut & Lunae comparati, Eccleſiae fulgeamus in gremio, & electi ut ſol, caritatis * emitemur exemplo.

* *Lege:* in fine.
* *Lege:* potentialiter.
* *Fortè,* emicemus; *vel,* emitamus.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 103. col. 3. & fol. 132. col. 2.

EMitte lucem tuam, & veritatem tuam, Domine Deus noſter, quae influxit in utero Virginis, & in veritate nobis apparuit carnis: ut ſicut Cedrus in Livano *, ſpiritualibus exaltemur in gaudiis, & in te fructificemur, ut * oliba ſpecioſa in campis; quatenus ſplendor * Dibinitatis tuae caliginem noſtrae mentis enubilet, & vera humanitatis adſumtio humani generis ſit manifeſta redemtio: ut dum verus Deus veruſque homo in nobis atque pro nobis oſtenderis, opus tuum omnipotentia eripiat ab hoſte captivum, & enutriat miſericordia jam redemptum.

Ant. Sicut cedrus exaltata ſum.
* *Lege*: Libano.
* *Lege*: oliva:
* *Lege*: divinitatis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 24. col. 2.

NOS omnes ambulantes in nomine tuo, Unigenite filius Dei Patris, petimus, & rogamus, atque expoſcimus, ut, qui te incarnatum credimus in uterum Virginis, fidei remuneremur ex praemiis: &, qui te in montem Syon regnaturum pronuntias, in noſtris cordibus habitaturum te ſine fine oſtendas.

Ref. Nos omnes.

CONPLETURIA.

Br. Moz. fol. 62. col. 3. & fol. 362. col. 1.

O Sacratiſſima Verbi ancilla, & mater, quam oſtendit generatio virginem, & virginitas conprobat genetricem; patulo pietatis ſinu concurrentem ad te populum ſuſcipe; tu profuſis pietatum viſceribus paſcito gregem, quem ſuo filius ex te progrediens mercatus eſt ſanguine: * tu praeve ubera creandis, qua nutrix facta es Creatoris: tu obſequio ſervitutis tuae glorifica, * quod tibi deſerri inſpicis ob ſequellam. Simus tuo praemuniti ſuffragio, qui ſuavi ſervitutis tuae delectamur perfrui jugo; & omnes, qui * ab honorem Conceptionis tuae hoc in loco tuis decantamus in laudibus, in tua perpetim ſervitute vivamus, venientes ad eum, exploſa criminum labe, cujus te * votibis excolimus officiis Genetricem: ut & hic nos tu multiplici affectu tuearis in ſaeculum, & poſt ex te genitus regnaturos poſſideat in aeternum.

* *Lege*: tu praebe ubera creandis, quae.
* *Br. Moz.* quod tibi dari inſpicis obſequella.
* *Lege*: ob honorem.
* *Lege*: votivis.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui ſic matrem potentialiter foecundavit, ut virginitatis gloriam non auferret, ſuâ vos gratiâ foecundos efficiat, & bono virginitatis adtollat; Quique pro nobis homo fieri in Virginis utero voluit, incentiva libidinum in carne veſtra mortificet; ac ſicut ſalutem noſtram mirabiliter Altiſſimi virtus effecit, ita copia benedictionis ejus in vobis afluenter exuberet.

ORATIO AD VESPERUM DICENDA IN EODEM DIE, QUO MISSA SANCTAE MARIAE CELEBRATUR.

Br. Moz. fol. 362. col. 2.

BEata eſt, Chriſte, glorioſa ſaeculi dominatrix, Maria virgo, tua & genetrix, quae ſalutata ab Angelo credidit, quod perficerentur ea, quae a Domino dicta ſunt illi; praeſta ergo nobis, expoſcimus, ut, qui conceptum Virginis celebrantes peregimus, ad feſtum Nativitatis tuae emaculatis cordibus veniamus.

ITEM BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. col.

VErbum, quod matrem fecit, ut virgo maneret,
Et qui vobis adtribuat virginitatis opem:
Intacta ejus * ſervabit viſcera ventris,
Cuſtos dignetur veſter adeſſe * lucis.
Ut qui conceptum matris celebraſtis * obando,
Lux ſitis in mundo, juſtificante Deo.

* *Lege*: ſervavit.
* *Lege*: jugis.
* *Lege*: ovando.

ITEM ALIO DIE POST SANCTAE MARIAE. ORATIONES DE ANTIPHONIS, ET DE ADVENTU DOMINI, QUAE IN ORDINE SECUNTUR. * XIII. KAL. JAN. ALIA.

Ant. * Laetavitur deſerta, & invia.
* *Sec. curit.*
* *Lege*: laetabitur.

LAEtetur, Domine, deſerta terra, & invia, gentilitas utique, quae olim fuit a legis * partibus aliena, ſed poſt multiplicius Incarnationis tuae eſt * plubiis inrigata. Praeve ergo, ut quotquot per fidem intra ſinum Eccleſiae matris colligimur

* *Lege*: paſtibus.
* *Lege*; pluviis inrigata. Praebe.

ligimur, a totius infidelitatis turbine liberemur; quod * duerum tuorum inbribus foecundati, in die adventus tui praeſentemur tibi fructibus juſtitiae opulenti. * Lege: uberum, vel donorum.

ALIA.

IN adventu tuo, Domine Jeſu Chriſte, germinent campi heremi, ut tua gratia ubertentur humiles, & fide foecundentur ſteriles a lumine majeſtatis tuae, quod eſt a te ipſo: quia ipſe es verum lumen, quod inluminas omnem hominem venientem * hunc Mundum.

Ant. * Germinaberunt campi eremi.
* *Lege*: germinaverunt.
* *Lege*: in hunc mundum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 21. col. 4.

INcarnationis tuae, Chriſte Domine, myſterio revelato, ut lilium deſerta terrae floreſcens, dum arentia Gentilium corda imbre tuae gratiae inrorantur, ut flores pariant meritorum; Te ergo proinde quaeſumus, ut, qui ſteriles facis eſſe foecundos, nos peccatores efficias ſemper eſſe beatos: ut, quum adventus tui paruerit gloria, non confundamur videntes faciem tuam.

Ant. Floruerunt ſicut lilia deſerta terrae.

* XIII. KAL. JAN. ALIA. * *Sec. curis*,

DEus Pater, qui per myſterium Incarnationis * Unigeni filii tui audire feciſti ſurdos, verba libri ſacri; dona nobis, ut dum adhuc modicum, & in * brebi peregrinationis noſtrae tempus extenditur, converſionis nobis ad Deum reditus non fraudetur: ut in lumine fidei ambulantes, claritatis tuae faciem videre mereamur ſine fine felices.

Ant. Adhuc modicum, & in brevi convertetur Libanus.
* *Lege*: unigeniti.
* *Lege*: in brevi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 20. col. 1.

JEſu, Salvator noſter, & Domine, qui jugum legis a collo noſtro praedicamento gratiae ſuſtuliſti, & honus noſtri humeri in tuis humeris excepiſti; concede precibus Eccleſiae tuae, ut, quae conſummata indignatione in fidei tuae praecepto refulſit, de conſummata juſtitia mereatur * te ad Judicium veniente adtolli: ut, & hic feliciter * vibat, & poſt feliciori proſpectu faciem Divinitatis tuae laetabunda aſpiciat.

Ant. Adhuc modicum, & conſūmabitur indignatio.
* *Br. Moz.* a te.
* *Lege*: vivat.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es mons altiſſimus, ad quem, & ſuper quem praedicantium * aſcent corda, quum populis verba tuae gratiae euangelizant; da in ore noſtro & ſapientiae verbum, & intellegentiae documentum: ut, qui tranſacti aduentus tui gaudia celebramus, venturi regni proemiis conſolemur.

Ant. Super montem altiſſimum.
* *Lege*: aſcendunt.

* XI. KAL. JAN. ALIA. * *Sec. curis*.

PRope eſt, Domine, ut venias ad Judicium, qui olim veniſti ſalvare, non perdere Mundum; & ideo, quia dies tui non elongabuntur, dies noſtri in tuae ſervitutis * obſequia evolbantur: ut, dum veneris Judicium facere, miſericordiae tuae nobis proroges largitatem.

Ant. Prope eſt, ut veniat, & dies ejus non elongabuntur.
* *Lege*: obſequio evolvantur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 19. col. 2.

DIes tuus, Domine, ecce in prope eſt, ad quem neceſſe eſt nos purgatis conſcientiis properare; & ideo, quia de nobis iſta habere non poſſumus, a te, qui potens es, haec ipſa nobis tribui poſtulamus, poſcentes, ut, ita gaudium tuum ſit fortitudo noſtra, qualiter tribulatio nos non obruat ſempiternò.

Ant. Prope eſt dies Domini: nolite tribulari.

ALIA.

ECce jam prope es, Domine, fac nos tibi proximos ſemper eſſe: ut in nullo de negligenti cura ſolliciti, diem adventus tui praeſtolemur inlaeſi.

Ant. Prope eſt Dominus, nicil ſoliciti fueritis.

X. KAL. JAN. ALIA. * *Sec. curis*.

PRope es, ut venias, Deus noſter, atque Salvator; ideo te rogamus, ut, antequam venias, a noſtris nos iniquitatibus propitiatus abſolvas; &, qui dierum tuorum propinquatione nos terres, pietatis tuae ubertate nos ſubleves.

Ant. Prope eſt, ut veniat Salvator veſter.

ALIA.

Laudant te, Domine, caeli & terra, quia ad hoc veniſti, ut redimeres univerſa; & ideo, quia jam prope eſt dies adventus tui, ita nunc tuorum pauperum miſerere, ut cum adveneris, redemti omnes per te ultricem evadant ultionem.

Ant. Laudant te caeli, Domine, & terra.

ALIA.

Deus, cujus juſtitiam adnuntiant *, fac nos videre ſalutare tuum in gloriam: ut quum majeſtatis tuae cunctis inluxerit regnum, debitum pro meritis evadamus ſupplicium.

Ant. * Adnuntiaberunt caeli juſtitiam ejus.
* *Lege*: adnuntiaverunt.
* *Deeſt*: Caeli.
* *Sec. curis*.

* VIII. KAL. JAN. ALIA.

Br. Moz. fol. 13. col. 2. Deus, qui multiplicem praedixiſti eſſe ſcientiam nuntiorum, dum per incrementa temporum aucta eſt gratia praedicantium; fac nos * cluſi ſermonis, ſignatique libri ita myſteria eredere, & credita retinere, ut in die adventus tui mereamur tuis coram oculis ſine confuſione adſiſtere.

Ant. * Clude ſermonem: dicit Dominus.
* *Lege*: claude.
* *Lege*: clauſi

ALIA.

Br. Moz. fol. 5. col. 2. Deus, qui Danielo illi ſancto, atque Prophetae, in peregrinationis receſſibus conſtituto, futurae pietatis Sacramentum * rebelans, & ſermonem * cludere praecipis, & ſignatum librum uſque ad Chriſtum ducem manere iuſtituis; aperi nobis myſteria pietatis tuae, quò quidquid in nobis obclusum * obſerabit iniquitas, verborum tuorum aperiat veritas: qualiter ad ducis noſtri Jeſu Chriſti filii tui in craſtinum accedentes praeſepe, ab omni mereamur expiari criminis labe.

Ant. Audi Danihel * verva, quae loquor ad te.
* *Lege*: verba.
* *Lege*: revelas.
* *Lege*: claudere.
* *Lege*: obſeravit.

ALIA.

Deus, qui in loco ſanctificationis tuae ungi Sanctum Sanctorum prophetali vaticinio praedixiſti; conlata in nos unctionis tuae myſteria inviolata conſerva, atque, iniquitate deleta, ita finem peccatum noſtrum accipiat, ut meritò perveniamus ad juſtitiam ſempiternam.

Ant. Ungeatur SanctusSanctorum.

ITEM ORATIONES COMPLETURIAE DE ADVENTU,

Veſpertinae, vel Matutinae, quae de una ebdomada collectae per ſingulas ebdomadas uſque ad Nativitatem Domini cum ſuis benedictionibus iterabuntur.

Die Dominico ad Veſperum.

Br. Moz. fol. 4. col. 4. & fol. 21. col. 1. Domine, cujus aeternitas * temporum & praeſcit, & ordinat, qui in plenitudine temporum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum naſciturum ex Virgine deſtinas, ut aeternus ex te ſine tempore prodiens, pro nobis conditor naſceretur in tempore: ut, & noſtra ſcilicet tempora viſitet, & temporales ſuae inmortalitatis participes reddat; adſiſtat tibi pro nobis, ut quos adventu ſuo mirabiliter * redimit, munere ſuo habundantiſſimè ditet.

* *Lege*: tempora.
* *Fortè legendum cum Br. Moz.* redemit.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 5. col. 1. Chriſtus Dominus, qui per ſuſceptae myſterium carnis notam feeit Mundo gloriam ſuae divinitatis, adventu ſuo vos juſtificet a delictis: quique in ſe ſuſcepit infirmitatem veſtram, ipſe in vobis conſerat miſericordiam ſuam: &, qui primùm veniens humilis, redemit Mundum a crimine, ſecundò adveniens, ab omni * bos reatu veſtro juſtificet.

* *Lege*: vos.

ITEM SECUNDA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 6. col. 1. Emitte, omnipotens Pater, de ſummis caelorum claritatis tuae lumen, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & noſtrorum arcana inradia pectorum; oſtende veritatem tuam, quae nos a falſis inimici ſeductionibus eruat: & plebem, quam repuleras, * ipſa tibi reſtituat.

* *Br. Moz.* ipſe.

BENE-

BENEDICTIO.

DEus, Patris filius, qui adventu Incarnationis ſuae perluſtravit conſtitutos in tenebris, extinguat in vobis omnes tenebras caecitatis: &, qui incarnatus, humanis cordibus Divinitatis ſuae oſtendere dignatus eſt lucem, ipſe in vobis accendat ſitim dilectionis ſuae; ut in adventu ſuo det vobis ſe ipſum in munere, cujus hic munus effecti eſtis per fidem.

ORATIO DE SEC. FER. AD VESPERUM.

Fr. Moz. fol. 6. col. 2. & fol. 46. col. 3.

EXurge Deus, qui judicas terram, & * bracio fortitudinis rege, quos mirabili condere dignatus es opere; quoſque facinora adgravant vitiorum, tuarum * ſubleba habundantia miſerationum: ut juſtitiam tuam, quam caeli adnuntiant, agnoſcamus; & gloriam tuam cum omnibus populis videamus: ut inhabitet gloria * in terram noſtram; & ſit nobis redemtio, quam alacres fide credimus eſſe venturam.

* *Lege*: brachio.
* *Lege*: ſubleva.
* *Lege*: in terra noſtra.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 6. col. 2.

CHriſtus Dominus, qui ad hoc venit, ut inpietates a domo Jacob * aberteret, ad hoc * beniat, ut credentes ſibi a mortis liberet poteſtate: & qui dudum veniens reconciliari dignatus eſt Mundo, ad Judicium veniens, ab omni vos poenarum liberet cruciatu; ut cum illo gaudeatis in gloria, quem hic pura * fide incolitis conſcientia.

* *Lege*: averteret.
* Veniat. *Br. Moz.* iterum veniet.
* *Lege*: fidei.

ORATIO DE TERT. FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 7. col. 1.

DEus, cui omnis terra praeconans jubilat laudem, cujus gloriam canora pſalmi conclamat voce, cujuſque terribilem in tuis operibus fatetur virtutem, notum facito ſalutare tuum in conſpectu omnium noſtrorum: revela juſtitiam tuam, quò poſſimus te noſtrum agnoſcere creatorem; & eſto memor miſericordiae tuae, quò noſtrorum criminum mereamur invenire remiſſionem: ut, videntes ſalutare tuum, jubilemus tibi hymnum, cantemus in exultatione pſalmum, & perfrui mereamur tuae beatitudinis praemium.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 8. col. 3.

DEus, Dei Patris filius, qui olim prophetali vaticinio in carne praedictus eſt naſciturus, naſcentia in vobis virtutum dona corroboret; quoſque myſterio Incarnationis ſuae adoptavit ſibi in filios, non patiatur quandoque a ſe effici alienos: ut gaudium, quod de ejus fide ſumſiſtis, per exibitionem bonorum operum multiplicius cumuletis.

ITEM DE TERTIA FER. AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 7. col. 4.

DEus, cujus faciem videre fidelis * homnis intendit, & ad quem venire toto cordis deſiderio concupiſcit; praeſta nobis, ut quum viſio humanitatis tuae paruerit cunctis, viſio Divinitatis tuae nos eripiat a tormentis: ut, * glorificata in corpore, majeſtatis tuae praeſentiam contuentes, tartareos ſupplicii evadamus ardores.

* *Lege*: omnis: vel, hominis.
* *Lege*: glorificato.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 7. col. 3.

REdemtor noſter, & Dominus, qui, naſcendo in carne, jugum a vobis ſuſtulit legis, conpleat in * vos beneficia pietatis; & qui de vobis ſuſcepit, quod Divinitati ſuae uniret, de ſuo conferat, quod in vos * praeſtolatur munificet: ut omnes, qui hic priora gaudia adventûs ejus hilari devotione excipitis, ſecundi adventûs ſui tempore cum Sanctis omnibus exultetis.

* *Br. Moz.* in vobis.
* *Lege*, ſi lubet: praeſtolatus.

ORATIO DE QUARTA FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 73. col. 1.

QUI regis Iſrahel, intende per miſericordiam: & qui deducis velut ovem Joſeph, paſtoris gubernacula, & protectoris inpende remedia; converte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus, qui excelſus humilia reſpicis, qui orantium preces propitiatus exaudis.

BENE-

BENEDICTIO.

VErbum Patris altiſſimi, quod incarnari venit * in Mundo, Incarnationis ſuae vos, & hic & in futuro, tueatur myſterio; &, quos naſcendo voluit renaſci ad vitam, apparendo * in Judicium, perducat ad gloriam: ut expectantium ſe vota & hic pietatis conlatione adcumulet, & aeternis pòſt muneribus ditet. * *Lege*: in mundum. * *Lege*: in Judicio.

ITEM DE QUARTA FER. AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 8. col. 1. & fol. 212. col. 3. & fol. 266. c. 2.

DOmine virtutum, orationes ſervorum tuorum placatus accipe, &, quid nos orare oporteat, dignare monſtrare: eoſque aeternitatis cibo conforta, quos panis lacrimarum conturbat: & tam menſurabili flectu flumina lacrimarum oculi fluant, ut miſerationum tuarum copiam, criminibus eliſis, inflectant; quique redemtoris noſtri adventum trementes * pabemus, ejus glorioſum conſpectum, te tribuente, pacatiſſimum contemplemur. * *Lege*: pavemus.

BENEDICTIO.

JEſus, Dei Filius, quem devotis cordibus venturum ad Judicium ſuſtinetis, de bono patientiae conferat lucra aeternae beatitudinis; &, qui in viſionis ejus concupiſcentiam anelatis, venturam ſui regni dulcedinem copioſiùs auriatis: ut in ejus amplexu anima veſtra refloreat, in cujus nunc fide inconvulſa perſiſtit devotio veſtra.

ORATIO DE QUINTA FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 10. col. 3.

MEmor eſto, Domine, Eccleſiae tuae ex gentium diverſitate collectae, eique miſericordiae tuae, ac veritatis tuae theſauros * pandere: ut & veniſſe te pro ſua redemtione laetetur, & pro ſua remuneratione venturum in exultationis jubilo praeſtoletur. * *Lege*: pande.

BENEDICTIO.

SAlvator noſter, & Dominus, qui ſaucium venit ſalvare ſaeculum in delictis, emundet vos ab omnibus iniquitatibus veſtris; &, qui in ſe ſuſcepit infirmitatem veſtram, ipſe humilitatem veſtram miſeratus aſpiciat: ut adventûs ſui gaudio & hic vota veſtra ſanctificet, & in futuro animas ab omni criminum reatu expurget.

ITEM DE QUINTA FER. AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 10. col. 3.

TE expectantes, quaeſumus, Domine, ſalva nos ſperantes in te: tuoque nos redemtos ſanguine, ſicut es pollicitus, conſolare; ac, remoto gemitu, expulſoque dolore, ſempiternum gaudium, aeternamque laetitiam nos facito obtinere.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 10. col. 4

AGnus Dei, qui olim venit peccata tollere Mundi, auferat * a bobis omnem conluvionem delicti; &, qui venit redimere, quod perierat, ad hoc veniat, ut redemta non puniat: quò cum illo, in quo fidem veſtram dirigitis, gaudium perpetuum, quum venerit, habeatis. * *Lege*: a vobis.

ITEM SEXTA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 11. col. 1.

DOminator deſiderabilis, Domine Jeſu Chriſte, quaſi ignis conflans, ab ſcoriis peccaminum nos abſterge; & quaſi aurum purum, argentumque purgatum nos effice, tuoque ſpiramine ad quaerendum te jugiter corda noſtra ſuccende: ut ad te ardenter noſtra deſideria anelent, tibique conjungi tota aviditate feſtinent.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui terribilis ad Judicium praeſtolatur, cordis veſtri formidinem gaudio adventûs ſui laetificet; &, qui * dejecturi animis venturum illum pro merito expaveſcitis, per eum pacem, quum venerit, habeatis: ut, quia vos meritorum veſtrorum hìc obſcenitas deicit, illic pietatis ejus miſeratio * ſalbificandos oblectet. * *Lege*: dejecturis, vel, dejectis. * *Lege*: ſalvificandos.

Digitized by Google

ITEM SEXTA FERIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 11. *col.* 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui, in adſumto homine hominum ſuſceptor effectus, in lucem gentium datus es; aperi oculos cordium in te credentium populorum, atque abſtrae miſericors de concluſione * religatis aduc vinculis diffidentiae; &,quos in domo carceris * detinere conſpicis in tenebris ignorantiae,* te, quaeſumus, ſcientiae inradia ſplendore.

* *Lege*, *ſi placet*: religatos.
* *Lege*: detineri.
* *Fortaſſe*: tuae.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 11. *col.* 4.

GAndio adventus ſui vos Chriſtus laetificet, & corda veſtra Divinitatis ſuae ſemper luce inluminet: deſideria veſtra praeſentiae ſuae exibitione gratificet: & devotionem veſtram veniens propitiatus acceptet: ut accenſione ſui amoris ita cor veſtrum ſemper * efferbeat, ut, beniente illo ad Judicium, pro meritis non tabeſcat.

* *Lege*: efferveat, ut veniente.

DIE SABBATO AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 12. *col.* 2. *Et fol.* 9. *col.* 1.

DEus, qui manifeſtè venturus ad Judicium crederis, manifeſtam potentiam in nobis oſtende tuae ſalvationis: ut, qui terribilis ſuſtineris, mitiſſimus, quum adveneris, ſentiaris.

BENEDICTIO.

AUgeatur in vobis ſpes divinae beatitudinis, qua diem adventûs Chriſti fideliter ſuſtinetis: veſtiamini quoque claritate juſtitiae, qua poſſitis ejus adventum intrepidi praeſtolare: ut, hilares de effectu bonorum operum, occurratis illi in virum perfectum, quum ad Judicium venerit faciendum.

* VIII. KAL. JAN.
ORATIONES IN DIE NATIVITATIS DOMINI.
AD VESPERUM.

* *Sec. auris*.

BEnedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & inluxit nobis: cujus nos adventus redemit, & nativitas inluſtravit: qui veniens requiſivit perditos, & inluminavit in tenebris conſtitutos; Tribue ergo, omnipotens Pater, ut diem Nativitatis ejus ita devotione piiſſima celebremus, ut Judicii diem mitiſſimam ſentiamus: ut, cujus benignitatem in redemtione cognovimus, ejus pietatem in Judicio ſentiamus.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 26. *col.* 4.

BEnedicat vobis Dominus Jeſus Chriſtus, qui olim in * ac die Paſtoribus in praeſepio apparuit glorioſus. Ipſe vos in omnibus protegat ac defendat, qui pro vobis miſericors humanam ſuſcepit infantiam; quique veſter eſt conditor & redemptor, ipſe vos in aeternum propitius conſervare dignetur a malo.

* *Lege*: in hac die.

ITEM AD MATUTINUM DE PSALMO III.

TIvi * ſemper gloria, cujus gloriam in adſumto homine vidimus quaſi gloriam Unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate; praeſta ergo nobis, quaeſumus, abundantiâ pietatis, te pro nobis humilem fide agnoſcere veritatis, & coaeternum Patri credere permanentem in gloria Deitatis.

* *Lege*: Tibi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 27. *col.* 1.

Ant. Ecce adnuntio.

TE, Domine, * ſabente, adnuntietur nobis ſancto Angelicoque miniſterio gaudium magnum, quod populo ſit Chriſtiano in toto jam Mundo; Chriſtus enim Dominus * odie natus eſt, omnium ſalus, adque Salvator aeternus, in civitate David, quae eſt Eccleſia; in ea quoque ſine fine regnabit, dum eam uſque ad finem cuſtodit ac regit; Praeſta ergo, ut eam regnum ſuum ex toto efficiat, dum in toto Mundo dilatat, & caeleſtium aeternitate adſociat.

* *Lege*: favente.
* *Lege*: hodie.

ALIA.

Ant. Ecce Agnus Dei.

DOmine omnipotens Pater, ecce Agnus tuus, ecce qui tollit peccatum Mundi, ut, ſacrificium ſingulare tibi oblatus, ipſe expiaret Mundum, qui eſſet ſolus utique mundus; Sit ergo protector aſſiduus, pro quibus mediator extitit

tit

tit glorioſus: ut in eo ſit gaudium * liberatorium, qui factus eſt pretium captivorum.

*Lege: liberatorum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 144. col. 3.

CHriſte Jeſu, terribilis Deus noſter, & Rex noſter, cujus in nativitate cum paſtoribus Angeli gloriam detulerunt, cui, devicto mortis autore, omnes gentes manibus cordibuſque plauſerunt; fac, nos redemtionis noſtrae & gloriae tuae myſteria, Fidei jubilatione, cantare: & cum Principibus populi, Deo Abraham, fideli famulatu placere.

Ant. Gloria in excelſis Deo.

ALIA.

O Verbum, quod fuiſti in principio aput Deum, & ipſum Verbum * utique Deum; a te facti, per te redemti, adoramus, amamus, excolimus ſanctae tuae gloriam majeſtatis, qui * berbum es caro factum pro nobis: ſperantes, ut inpleas in nobis beneficia divina, pro quibus naturam ſuſcipere non es dedignatus humanam.

Reſp. In principio erat * verbum.

* *Codex*, utque
* *Lege*: Verbum, *utrobique*.

ALIA.

Br. Moz. fol. 37. col. 3.

GLorioſe Deus, Pater & Domine, qui Unigenito & coaeterno Filio tuo gentes in poſſeſſionem dediſti; ſimus, ita poſcimus, tua ipſi poſſeſſio, ut ab ejuſdem Filii tui non deviemus praecepto: ut ei nos indiviſe * quonectas, quem ex te genitum glorioſè pronuntias.

* *Lege*: connectas.

ALIA.

Br. Moz. fol. 38. col. 1.

COaeterna Dei Sapientia Patris, quae te cum Patre fuiſſe teſtaris, prius quàm terram faceret, vel excelſa montium ſtabiliret, dum te ante omnium creationem collium generaret; te quaeſumus, te rogamus, ut, qui hujus incorruptae nativitatis tuae gaudia celebramus ovando, ad te remuneraturi perveniamus credendo; ut, qui ante montium conditionem ex Patre naſceris, nunc in plenitudine temporis natus de utero Virginis ſic te credentes ſanctifices, ut ſanctificatos gloria aeternitatis remuneres.

Ant. Dominus poſſedit me priusquàm.

ALIA.

ECce coaeterna Dei Sapientia Patris, quando firmos Pater montes ponebat, jam tu cum Patre eras, jam cuncta haec creata praeceſſeras: ac ſic de creato perfectoque Orbe te gratulaſſe pronuntias; Adclines ergo, famuli quaeſumus, ut, qui in horum te conditione mirificum credimus, pro noſtra te redemtione natum fideliter praedicemus: ut illut ſemper ori noſtro in praedicatione occurrat, quod ad aeternam ſemper gloriam pertraat: ut omnes, qui te natum confitemur ex Virgine, cum ea, quae te genuit, mereamur exultare in pace.

Ant. Quando firmos ponebant.

ALIA.

INveniamus te, Domine Jeſu Chriſte, animalia tua, in praeſepio poſitum, quem confitemur & credimus, aput Patrem, Deum inmenſum: ut ſis cibus noſter in tempore oportuno, & aeterna ſatietas in futuro: ut & hic a te non recedamus, & illic tecum permaneamus; dum angelica voce & praeſepe tuum oſtenditur, & tantae nativitatis gaudium profuturum populis nuntiatur.

Reſp. Angelus Domini loquutus eſt Paſtoribus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 18. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui, ante omnem creaturam ex ore Altiſſimi prodiens, Mundi * macinam diſpoſitione mirabili condidiſti; adeſto Eccleſiae tuae, quam ex toto Orbe congregare dignatus es, ut ſicut Mundi conditor eſſe dinoſceris, ita & Eccleſiae Salvator in omnibus ac per omnia cognoſcaris.

Ant. Ante omnem creaturam.

* *Lege*: machinam.

ALIA.

DOmine Deus omnipotens, creator collium aeternorum, qui * Bervo tuo omnia condidiſti, quò cuncta te jubente fierent, teque mandante conſiſterent; adeſto ineffabili pietate, ut per eundem Verbum, caro factum pro nobis, ad aeternam ſalutem dirigas in aequitate credentium corda, per quod ab initio diſpoſuiſti univerſam perficiens creaturam.

Ant. Ante colles ego parturiebam.

* *Lege*: Verbo.

Digitized by Google

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, perfice in nos miſericordias tuas; ut ſicut cum Patre cuncta creando diſponis, ita redimendo univerſa ſanctifices: ut, non ſolum de conditis, ſed etiam de inventis ſit gaudium aeternum in caelis; ut ipſe in nobis exultes, dum nos in gaudia ſempiterna perducis.

Al. Alleluja, cum Patre meo eram.

ALIA.

VEniſſe te, Domine, tua copioſiùs creatura laetatur, ante cujus faciem montes fluent; praeſta proinde nobis miſeris tuis, ut, qui in loco humilitatis conſiſtimus, nativitatis tuae gaudiis muneremur: ut, quod de tua Incarnatione inauditum ſaecolis extitit, in nobis fidei foecunditate fructificet: quò, te cùm in terris poſiti natum confitemur ex Virgine, & ditiorem ſentiamus in munere, & noſtris te ſemper iniquitatibus indulgentem.

Reſp. Veniſti, Domine, & a facie tua.

ALIA.

Br. Moz. fol. 19. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ex Patre Deus magnus, pro nobis dignatus es naſci ex homine parvus, ut per te factus, per te ſalvaretur ſine dubio Mundus; propitius eſto, & miſerere nobis: noſque a mundanis contagiis munda, & in hoc Mundo mundos nos eſſe conſtitue, * quem non judicare, ſed ſalvare veniſti: ut nobis parvulus natus, nobiſque filius datus, in te regenerationis ortum, & * adobtionis mereamur conſequi donum.

Ant. Parvulus natus eſt nobis.

* *Br. Moz.* qui.

* *Lege*: adoptionis.

ALIA.

DOmine Deus, qui nullis naturarum temporumque legibus circumſcriberis, ſed * in promto ex ſubditis, quod volueris, operaris; ſicut hoc in corpore aliter praecipuum effeciſti, ut Uuigenitus tibi * coaeternum, vir de Virgine ſine viro prodiret, & ante tempus conjugii, partum mater incorrupta proferret; tribue invicta pietate hanc viciſſitudinem inimicis, ut iu hoc tibi myſterio reconcilientur, * pro quod inaudito gentes a ſaeculis miraculo inluſtrantur.

Ant. Vox Domini reddentis retributionem.

* *Lege*: in promptu.

* *Lege*: coaeternus.

* *Lege*: pro quo.

ALIA.

TU Domine Jeſu, verè es A & ω, initium & finis, ante ſaecula cum Patre, & in ſaeculum ex Virgine: cujus poteſtatis, immo & pacis, nou erit finis; ſuper tronum David ſedens, ut corrigas illut poteuter, & domineris ſine fine veraciter; Largire igitur * domum gratiae, qui cognoſceris eſſe rex gloriae; quique in carnis abjectione veniſti in Mundo, quos redimiſti, futuro effice participes regno.

Al. Poteſtatis ejus, & pacis ejus.

* *Lege*: donum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 18. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es ineffabile gaudium Chriſtianis, cujus poteſtatis & pacis non erit finis, maneat in nobis imperii tui dominatio jugis, magnitudo perennis: ut omne non tuum in nobis reperiens, auferas, noſque tuos in omnibus ac per omnia facias: ut nec poteſtati tuae in nobis quicquam * obficiat, nec paci reſiſtat; ſed ipſe ſolus non poſſideas, qui Rex regum & Dominus dominorum, nunc & per omnia ſaecula regnas.

Reſp. Gaudete, & exultate omnes populi.

* *Lege*: officiat.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, ante quem nullus eſt formatus Deus, & poſt quem alter non erit: qui ſalutem populo tuo praeſtitiſti, quam jam ante pronuntiatti fidelis in verbis tuis, & ſanctus in omnibus operibus tuis; incredulitatem a nobis dubiae mentis averte, & cor noſtrum gratiae tuae muneribus reple: ut tu Deus verus credaris & cognoſcaris, qui Salvator omnium, miraculis & virtutibus adprobaris.

Ant. Ante me non eſt formatus Deus.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, quem Dominus miſit * ſpiritus ejus, quum hic, ubi erat, utique veneris: nec ab eo prodieras, de quo aliquando receſſeris; reſpice clementer populum tuum, ut te miſericordem Judicem verum ſuſcipiat, quem jam veniſſe pium Salvatorem exultat.

Ant. Ego ſum primus; & ego in aeternum.

* *Fortè*: Spiritus oris ejus.

ALIA

ALIA.

VEritas Deus, qui ſemper in caelo & in terra prodire dignatus es, non ut caelum relinqueres, ſed ut caeleſtibus terrena conjungeres; aufer a nobis opera falſitatis, ut dies noſtri non in vanitate deficiant, ſet per te ad tempora aeterna perveniant: ut, quod falſitas miſeriae ſubdidit, veritas felicitati reſtauret.

All. Veritas de terra orta eſt. alleluja.

ALIA.

Br. Moz. fol. 36. col. 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es redemtio noſtra, eſto & ſalus noſtra. Sana plagam contritionis noſtrae, qui ſuſcepiſti carnem fragilitatis humanae; &, qui vemens honera noſtra sublevare dignatus es, quaeſumus, ut a malis operibus noſtros labores evacues, noſtraque ſtudia pius * in vono confirmes.

Reſp. Iſte, qui natus eſt, redēptio noſtra.

* *Lege*: in bono.

ALIA.

CHriſte, Salvator noſter & Domine, qui non ex voluntate vel coitu virili ſormaris, ſet plenus gratia & veritate ex Virginali utero naſceris, qui * berbum caro factum pro nobis, glorioſus appares univerſis; annue precibus noſtris, ut, qui te plenum gratia & veritate fatemur, te ſine jutermiſſione ſequamur, & ſicut haec nativitatis tuae promiſſa, figuris praeeuntibus, in veritate completa ſunt, ita gratia tua mortificationem criminum in nobis protinus operetur: ut, qui veritate credidimus, per gratiam coronemur; &, quos veritas ſe fecit cognoſcere, gratia non ſinat uſquequaque perire.

Ant. Non ex voluntate viri, ſet ex Deo.

* *Lege*: verbum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 28. col. 2.

INmenſâ Dei Sapientia Patris, qui filius Dominuſque, Davit Prophetae vaticinio adprobaris; tu in trono Patris conſiſtens, adque domum Jacob, ideſt Eccleſiam regens, ſic nobis omnibus in ea conſiſtentibus protectionis tuae gubernacula porrige, ut tecum mereamur vivere ſine fine; ut in tuo regno ſine fine vivamus, cujus regni finem nullum eſſe paveſcimus.

Ant. Dedit ei Dominus tronum.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſine manibus conplectentis de inviolata Virgine * hortus, quaſi lapis de monte ſine manibus praecidentis veniſſe cognoſceris, atque univerſam terram incircumſcripta virtute inplere probaris; in omni jam terra in te ſalva credentes, qui omnes per totum Mundum tuo ſubdidiſti imperio nationes; ut a te repleri univerſa cognoſcantur, dum per te ſanctificari omnia ſentiuntur; dita Eccleſiam tuam munere ſanctitatis, & orna nitore praeſpicuo pietatis: ut, perveniens ad promiſſa tua, fruatur gloria tua.

Ant. Vidi lapidem.

* *Lege*: ortus.

ALIA.

ECce natum te, Chriſte, filium confitemur, cujus principatus ſuper humeros ponitur, dum illic principium ſalutis noſtrae conſtituis, quò in tuis * muneris patibulum pro nobis ſuſcipere dignatus es Crucis; Magnificetur ergo in Eccleſia tua regnum tuum, nomen etiam dilatetur, multiplicetur imperium: &, quum plenitudines gentium in pace poſſederis, paci tuae nullus ſit finis.

* *Fortè*, humeris:

ITEM ORATIONES RELIQUAE DE EODEM DIE.

JEſu Domine, qui es aeterni Patris filius * quoaeternus, cujus Divinitas ex Patre prolata, * hortum oſtendit, initium neſcit; tu pro nobis ante * aliquod tempora homo ex homine in tempore natus, afluentem tuae pietatis gratiam & pacem noſtris concede temporibus: ut nos ſalvando conquiras, & dilatando poſſideas.

* *Lege*: coaeternus.
* *Lege*: ortum.
* *Lege*: aliquot.

ALIA.

HOmo verus, & omnipotens Deus, cujus admirabile ſemper eſt nomen in univerſa terra, vel dum de Virgine in abjectione carnis mirabiliter naſceris, & Caelicolum officiis conlaudaris, vel dum ab Angelis nuntiaris, & Paſtoribus intueris; rogamus te, Domine, ut, quos mirabilia haec feciſti cognoſcere, hos feliciter facias ad vitam perpetuam introire: &, dum inimicum deſtruxeris ſaevientem, inlaeſos ad te perducas tuâ nos dexterâ.

ALIA.

AEterni Patris Sapientia * quoaeterna, qui, cum illo permanens ante ſaecula, ab illo veniſti in ſaeculo; exclude, quaeſumus, omnem ſtultitiae torporem a nobis, ut inluminati, tuique per gratiam tuam participes facti, conprehendere valeamus, quid proprium tibi * ſervaberis, quid pro nobis ſuſceperis alienum: qui non ideo haec voluiſti, ut propria amitteres; ſed, ut noſtra corrigens, miſericors ampliares.

* Lege: coaeterna.
* Lege: ſervaveris

ALIA.

TU Domine, cujus Verbum Caeli inabitat ambitu, & Terra inradiat, caro factum; da nobis Verbi ipſius obſequiis inherere, quod ſancta praedicatione in progenies generationum dediſti cognoſcere; ut, ſicut tecum cuncta creando diſponit, ita redimendo univerſa ſanctificet.

ALIA.

OMnipotens Deus, qui ſabricam Mundi, Verbo tuo cooperante, tibique adgaudente, diſpoſuiſti; praeſta, ut, qui nos ad gaudium condidiſti, ne ad aeternum luctum criminibus involvamur, virtutis tuae ſubſidio muniamur: ut in te maneat exultantium laus, per quem liberatorum reſtituta eſt ſalus.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es pax, cujus imperium nec fine concluditur, nec tempore terminatur; maneat in nobis imperii tui dominatio jugis, magnitudo perennis, ut omne donum tuum in nobis reperias, noſque adhaerere tibi in omnibus ac per omnia facias: ut indulgentiâ reddas pacificos, & poteſtate tutos, conſerves inlaeſos.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ex Virgine matre ſine ulla corruptione prodiens, integritatis amator eſſe cognoſceris, dum conceptio matrem adſignat, & partus virginem profert;* mentis noſtrae, carniſque miſericorditer ſana, utriuſque tibi ſpeciem exhibe caſtam: quò tibi anima ſubdita caſtum corpus poſſideat, atque ſincera ad te remuneratura perveniat.

* Lege, ſi placet, mentem noſtram, carnemque.

ALIA.

DOmine Jeſu, quem omnipotens miſit Pater ad redemtionem * in Mundo, quum, ubi eras, utique veneris: nec ab eo, de quo prodieras, aliquando receſſeris; reſpice elementer populum tuum, tuaeque virtutis ei dona ſubſidium: ut te miſericordem Judicem venturum ſuſcipiat, quem jam * beniſſe pium Salvatorem eſſe non dubitat.

* Lege: in Mundum,
* Lege: veniſſe.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 19. col. 3.

REquies Angelorum, omniumque Sanctorum, Domine Jeſu Chriſte, da * odie in hoc recurrenti Nativitatis tuae ſacratiſſimo ſeſto requiem populo tuo: ut in te a delictis & * honeribus peſſimis requieſcat, teque cum univerſa creatura benedicens, tuam in omnibus ac per omnia benedictionem accipiat: * ut, qui a maledicto liberare veniſti, numquam patiaris tuae benedictionis munere defraudari; ſed, te jugiter benedicendo, benedictus permaneat in aeternum.

* Lege: hodie.
* Lege: oneribus.
* Br. Moz. ut, quem,

BENEDICTIONES NATIVITATIS DOMINI. AD MATUTINUM.

UNigenitus filius Dei, qui ſe humanitati miſerando permiſcuit, vos remunerando ſuae Divinitati conectat: & qui propter vos, ut virginea partitudine naſceretur, humanae naturae ſuſtinuit leges; Ideo vos & humanitatis veſtræ periculis privet, & Divinitatis ſuae muneribus ditet: * adque ita vos in plenitudine miſerationum adſumat, ſicut in veritate humilitatis propter vos ſemetipſum inclinat.

* Lege: atque.

ITEM ORATIO AD VESPERUM DICENDA IN EODEM DIE, QUO MISSA NATIVITATIS DOMINI CELEBRATUR.

Br. Moz. fol. 36. col. 3. & fol. 346. col. 2.

VIdimus gloriam tuam, Domine, gloriam quaſi Unigeniti a Patre, Unigenitum Deitate, * promogenitum munere: illic unicum Patris, hic praecipuum inter fratres: ibi cum Patre unum, hic in fratribus primum: illic aequaliter ſubſiſtentem, & in ſinu Patris manentem, hic ſocios non derelinquentem: ibi creantem, hic * ſublebantem; Largire igitur, tuo fieri participes regno, quibus es propitiatus in Mundo: quibuſque pius adveniſti redemtor, exſiſte in futuro munerator.

* *Lege*: primogenitum.
* *Lege*: ſublevantem.

BENEDICTIO.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui ſua vos nativitate redemit, ipſe vos in fide confirmet, & in temtatione gubernet, in virtute multiplicet, in infirmitate relevet, & in anxietate laetificet: infundat in vobis ſuae pietatis gratiam, temperet diſciplinam, remittat offenſam.

* VII. KAL. JAN.

* *Sec. curit.*

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTI STEPHANI. COMPLETORIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 30. col. 1.

DEus, cui Eccleſia tua ſanctum Stefanum martyrem, primum meſſis ſuae manipulum dedit, & primitivam oblationem novellae confeſſionis oſtendit, * ac praeco, quem fructum fidei matureſcentis exibuit; praeſta univerſo caetui interceſſione Martyris memorati, ut Eccleſiam tuam * jubet ſuffragio, quam ornavit miniſterio: * ſabeat patrocinio, quam aedificavit exemplo.

* *Br. Moz.* ac praeconium. *Lege, ſi placet*: ac praeconem.
* *Lege*: juvet.
* *Lege*: faveat. *Br. Moz.* foveat.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 30. col. 2.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui primum ſuae paſſionis ſequacem Stefanum martyrem fecit, det vobis ſuae paſſionis exemplo victoriam ferre de Mundo; ſui quoque Martyris prece ſimilem, vobis tribuat, vim ſuae dilectionis habere, & adverſitates aequali tolerantia ſuperare: ut, inſtructi exemplo redemtoris, * & imitamento martyris, percipiatis plenitudinem veſtrae redemtionis.

* *Br. Moz.* & invitamento.

ITEM AD MATUTINUM.

ADeſt, Domine, illa tui martyris Stefani glorioſa ſollemnitas, in qua principum ſinagogae perſequutio inſolens, dum in diſcipulo veritatis veritatem nititur interire, veritatis illum fecit utique teſtem, dum ex paſſione protulit martyrem, qum utique * lapidaberat innocentem; Quaeſumus ergo, ut, qui invocantem eum pro inimicis dignatus es exaudire, pro noſtris facinoribus ad aures tuas ejus ſuffragia digneris admittere.

Ant. Sederunt principes.

* *Lege*: lapidaverat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 30. col. 4.

DOmine Jeſu Chriſte, qui in concilio lapidantium beatiſſimi martyris tui Stefani ita * glorificas vultum, ut ab his, qui eum lapidabant, lapidati aſpectus intueretur Angelicus, dum praeminens in illo monſtraretur magiſtra patientiae virtus; da nobis, * meritis ejus ita bono patientiae exornari, ut ex hoc mereamur praemio aeternitatis adtolli.

Ant. * Lapidabunt Stefanum.

* *Lege*: lapidabant.
* *Prim. c.* gloricas.
* *Cod.* meris.

ALIA.

COnportaberunt *, Domine, Stefanum teſtem tuum viri timorati; &, qui eum in timore tuo perſeveraſſe cognoverant, propter timorem tuum eidem obſequia deſerebant, ut dignas obſequentium haberet exequias, qui tot hoſtium reportaſſet triumfando manubias; & quum * nicil, ad te jam veniens, indigeret, officia terrena libenter ſuſciperet, ut aeterna beneficia fidelibus impetraret; adſiſtat ergo nunc, omnipotens Pater, tantus Martyr, & faveat credentium votis, ut ea, quae ſibi propter te inpendi cognoſcit, famulantibus tibi ex te uberiùs recompenſet.

All. Comportaverunt Stefanum.

* *Lege*: Comportaverunt.
* *Ita ferè ubique pro* nihil.

ALIA

ALIA.

ELectum, Chriſte Domine, de * pleve tua virum cognoſcimus primitivum eſſe Stefanum, quem dum primum voluiſti decorari gloriâ paſſionis, primaevâ eum ditaſti coronâ inter diſcipulos veritatis; Concede ergo nobis, ut veritas in ore noſtro ſemper ſpecioſa præpolleat, & a noſtris cordibus ejus efficientia non recedat: ut, dum praedicatores veritatis exiſtimus, veritati ſine * fine jungamur.

Reſp. Elegi virum de * pleve mea.
* *Lege*: plebe.
* *Supplevimus*, fine.

ALIA.

CHriſte, Deus noſter & Domine, per quem Stefanus Martyr tuus, plenus gratia & veritate, ſigna & virtutes fecit in populis; da nobis meritis ejus, a noſtris emundari contagiis: ut, qui in infidelibus ſigna operatus eſt ſanitatis, in credentibus operetur virtutes ſanctæ profeſſionis.

Ant. Stefanus plenus gratia & veritate.

ALIA.

Br. Moz. fol. 30. col. 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ita munere tuo beati Stefani animam muneraſti, ut non ſolum paſſionis tuae ſequeretur exemplum, ſet etiam patientia caperet documentum: ut ſupplicaret pro hoſtibus, qui non * cederet ſaevientibus: fortis ad perferenda vulnera, fortis ad non reddenda convicia: fortis dum * ab impiis lapidatur, fortior dum pro lapidantibus deprecatur; qui ergo inmemor ultionis pro lapidantibus exoravit, memor çaritatis in nullo ſupplicantibus deſit.

Ant. Cum lapidaretur Stefanus.
* *Codex*, crederit.
* *Codex*, ad.

ALIA.

Br. Moz. fol. 30. col. 3.

IMpetu facto, perſequentium turba non potuit, Chriſte Domine, Stefani tui martyris * turvare conſtantiam, cum & falſorum teſtium crudelitate carnis veſtimenta depoſuit, ovis tamen confeſſionem, qua te credidit, * non aſit, quum lapidatus etiam te Deum, ut ejus ſpiritum exciperes, exoravit; te ergo quaeſumus, & rogamus, ut illâ nos gratiâ tuae pietatis remuneres, qua illum coronaſti poſt lapides: &, qui ejus ſpiritum ſuſcepiſti in gloriam, aeterna, quaeſumus, a nobis propitiatus remove ſupplicia.

All. Impetum fecerunt unanimes.
* *Lege*: turbare.
* *Lege*: non amiſit.

ALIA.

Br. Moz. fol. 30. col. 4.

DOmine Jeſu Chriſte, qui animam beatiſſimi martyris tui Stefani tantâ munerum gratiâ decoraſti, ut ſuper acervum lapidum exultaret, & pro inimicis te, ut illis parceretur, expoſceret; reple corda noſtra munere gratiarum, & inmarceſcibili dono virtutum: ut interventu tui Martyris ita miniſtremus ſemper in conſpectu tuo de bonis, * quae praeſtitiſti nobis, qualiter & hic dilatemur ſanctitatis in opere, & pòſt vindemiemus fructus noſtros in pace.

Reſp. Super acervum lapidum laetata eſt.
* *Moz.* quae praeſtiteris.

ALIA.

GRatias tibi agimus, Domine Jeſu Chriſte, qui in beatiſſimum martyrem tuum Stefanum ita primum oſtendiſti totius patientiae documentum, ut veritatis pro certo eum adprobares eſſe diſcipulum: qualiter ad exemplum eorum, qui tibi crederent, novus bellator ac * primitibus exurgens, animam, quam tibi ſacraverat fide, paſſione etiam conſecraret; * fabe ergo precibus noſtris, qui * faborem ejus meritis tribuiſti, ut, ſicut ille lapidari pro veritate promeruit, ita nos pro fide, qua te credimus, coronandi ad te mereamur admitti.

Ant. Gratias ago Deo, qui me confortavit.
* *Lege*: primitivus.
* *Lege*: fave. & mox: favorem.

ALIA.

JEſu, Dei Filius, ad quem martyr Stefanus, dum paſſionis dirigit votum, in ſuis paſſionibus conlaetatur, dum ea, quae deſunt paſſionis Chriſti, in carne ſua impleſſe dinoſcitur; libera nos a paſſionibus ſpiritalium nequitiarum, ut credulitas Fidei Chriſtianae ſic nos virtutum ubertate remuneret, ut coronandos tibi poſt tranſitum, & placituros adſignet.

Ant. Gaudeo in paſſionibus meis.

ALIA.

CHriſte, Filius Dei Patris, qui beatiſſimum martyrem tuum Stefanum in multis laboribus conſtitutum de duorum lapidantium generibus victorem eſſe feciſti, dum & multipliciter linguis infidelibus, & ſemel reperitur infidelibus manibus lapida-

All. Alleluia, in * lavoribus multis fui.
* *Lege*: laboribus.

pidatus; libera nos ſuffragiis ejus a linguis iniquè loquentium, & ab inpugnatione carnalium vitiorum: ut mnnitione Fidei Chriſtianae, & externa bella ſuperantes, & intima, acternam mereamur pertrai ad coronam.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Martyrum tuorum triumphos propria paſſione primitùs adquiſiſti, ut illis vinceres, quos pro te vincere praeſtitiſſes, inter quos Stefanum teſtem tuum elegiſti, tempore & munere primum; quaeſumus tuae majeſtatis potentiam, ut interventu tanti Martyris nos digneris a malis omnibus liberare, quem pro inimicis orantem clementer dignatus es exaudire: ut, qui te apertis caelis videns pro inimicis * exorabit, ut parceres; publicatis confeſſionibus noſtris, te deprecetur, ut noſtra vulnera ſanes.

Reſp. Stefanus vidit caelos apertos.

* *Lege*: exoravit.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Stefanum tuum in medio fratrum, primum & diaconi ſtolâ, & coronâ martyrii decoraſti, ut ſanctificatus inter collegas, coronatus inter caelicolas refulgeret; ſit nunc, te adnuente, * plevi tuae praecipuus in patrociniis, qui primus extitit in electis: ut, cujus virtute multitudo devicta eſt infidelium, ejus ſuffragio firmetur ſpes aucta credentium.

* *Lege*: plebi.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui piiſſimum Stefanum teſtem tuum impiorum teſtium fallaciâ coronaſti, ut * perſo teſtimonio falſitatis * egredius ille teſtis fieret veritatis, inextimabili praemio, * inerrabili quo judicio bonum illius infeſtationi providens iniquorum, quum & illi malitiae ſuae fructum caperent, & beatus Martyr patientiae gloriam reportaret; praeſta igitur, omnipotens Deus, ut interventu tanti Martyris, a nobis famulis tuis falſitatis * commendata recedant, & veritatis praeconia in tuo honore adſiduâ confeſſione perſiſtant.

* *Lege*: perverſo.
* *Lege*: egregius.
* *Lege*: inerrabilique.
* *Lege*: commenta.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, ecce inſanientium Judeorum odia, quae in tua paſſione dudum extincta non fuerant, in martyris tui Stefani denuo invidia recrudeſcunt; perſequuutur denique veritatis diſcipulum, qui proditores ipſius extiterunt veritatis: metuentes, ne, ſi ille vera dicendo praevaleret, veraciter ipſi perirent: quibus melius fuiſſet, ut, re convicti, commiſſae rei paenitudinem gererent, quàm ſic ſaeviendo malorum cumulum adderent; Praeſta igitur, omnipotens Deus, ut nobis famulis tuis ita ſit amori veritas, ne omnino ſubripiat falſitas: ac ſi aliquo errore mortalium deviamus, interceſſione Martyris tui ſatisfactionis munere corrigamur.

ALIA.

ADjnba * nos, Domine, patrocinio beati Stefani teſtis tui: cujus fides januam confeſſionis aperuit: cujus devotio martyrii viam ſacravit: cujus triumphus principium remunerationis emeruit; & dignanter adtribue, ut omnis Eccleſia, quae nunc veneratur agonem Martyris glorioſum, mereatur exoratum ſuffragantis auxilium.

* *Lege*: Adjuva.

ALIA.

Br. Moz. fol. 31. *col.* 1. MEmores praeceptorum tuorum, Domine Jeſu Chriſte, quibus memoriis Sanctorum communicare praecepiſti, beatiſſimi Martyris tui ſparſos per Orbem meritorum titulos celebramus, qui coronam, quam nominis ſui interpretatione promeruit, privilegio ſanctitatis obtinuit; praeſta igitur, eodem interveniente, ut, qui praeconia ipſius, religionis cultu veneramur, patrocinia inpenſiùs conſequamur.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 31. *col.* 2. BEatiſſime Stefane protomartyr, vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit: ut, qui mortem pro illo ſumeres, coronam per illum & nomine & virtute ſuſciperes: primus in martyrio, primus in praemio: pri-

ALIA.

Br. Moz. fol. eod. Dilectus a te, Domine Jeſu Chriſte, ineffabile tibi teſtimonium Diſcipulus peribuit, dum quod admiranter tuo de pectore ſumſit, mirificè * ructare promeruit; principium ergo quod ille * & miſca fide cognovit, & vervis miſticis exaravit, eſto in ore noſtro ad complementum virtutis, ad effectum piae operationis: ut tibi ſine fine jungamur, cujus potentiam magnificè confitemur.

Ant. Dilectus a Domino teſtimonium peribuit.
* *Lege*: ructare.
* *Lege*: & myſtica fide, & verbis.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 32. col. 3. Chriſte, Dei Filius, qui te pricipium, quod ipſe es, in ore a te dilecti Diſcipuli ita confiteri dediſti, ut illuc cor ejus aſcenderet, quò nullus alius valuilet; fac, * tui muneris gratiâ cor ſemper in ſupernis habere: ut, exinde capientes veritatis omnimodae diſciplinam, quod hìc profeſſi fuerimus ex ore, futuro conſequamur in munere.

* *Br. Moz.* fac nos.

BENEDICTIO.

Unigenitus Dei Patris Filius, qui virtute dilecti Diſcipuli confractos lapides, gemmaſque ad ſuam fecit redire naturam, ab omni peccatorum fracmine vos immunes efficiat: Et qui, per illum mortuos ſuſcitavit ab inſcris, eodem ſuffragante, vos ſuſcitet & ab omni conluvione fetoris: ut dilectio & gratia, qua illum praeſtitit virginem eſſe, faciat vos de aeternis muneribus exultare.

* II. KAL. JAN.

* *Sec. coris.*

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTAE COLUMBAE.

COMPLETORIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 430. col. 4. Deus, qui beatiſſimam Columbam columbarum ſimplicitate feciſti eſſe mirificam, ut innocentiâ fidei Chriſtianae te & virgo ſequeretur, & martyr: dum tibi & corpus intactum ſervavit, & victrix Martyr adcſit: dum a te ad te, formatâ caelis voce, vocatur, & per te in caelis mirificè coronatur; optata noſtris mentibus gaudia praeſta, ut ejus meritis noſtrorum criminum victores effecti, in caeleſtibus mereamur ſedibus conlocari.

* *Br. Moz. mendosè*, dum data a te formata &c.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. eod. Deus, qui beatiſſimam Columbam virginem victricem eſſe voluit flammae, extinguat in vobis omnem carnis titillationis ardorem: &, per quem illa caeleſti voce meruit * evocari ad praemium, per eum vos mereamini ſanctitatis optinere propoſitum: ut exemplo ejus, ſicut illa pro Deo cervices ſuas materiali ſubdidit gladio, ita animas veſtras diviuo ſemper * ſubjuget imperio.

* *Br. Moz.* vocari.
* *Lege*: ſubjugetis.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 431. col. 1. Una, & perfecta es virgo Chriſti Columba, quae & unitate fidei clara, & perfectione operum monſtraris eſſe conſpicua; fac, nos ergo precibus tuis intra ſinum matris Eccleſiae ita * inculpaviliter degere, ut coronandi ad promiſſa mereamur caeleſtia pervenire.

* *Lege*: inculpabiliter.

ALIA.

Br. Moz. fol. eod. Una, nec diviſa proxima tua, Chriſte, Eccleſia, una eſt ecce Columba, quae * nen in fide habens rugam, nec in opere maculam; interpellet te, quaeſumus, pro criminibus noſtris, ut, in ejus corpore felicitate perpetua conſiſtentes, aeternorum civium mereamur eſſe participes.

* *Lege*: nec.

ALIA.

Br. Moz. fol. 431. col. 2. & fol. 378. c. 3. Bona eſt, Domine, proxima tua virgo Columba, quae, dum proxima tibi efficitur, ſoror tuo de ſanguine ſpecioſa monſtratur per * priam paſſionem; ejus ergo interventu paſſionum a nobis maculas terge, ut ſpecioſi a te & votis & operibus redditi, portas aeternae Jheruſalem mereamur introire beati.

* *Lege*: propriam.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol.431. col. 2. DOmine Jeſu Chriſte, qui ſermonibus Columbae beatiſſimae virginis * evertit ſenſum juvenis petulantis: * & qui, nomen Chriſti blaſphematurus, ad virginis proſtitutionem ingreditur, praedicator Chriſti eſſe, egrediens monſtraretur; da nobis meritis virginis tuae, ut de malis actibus vitam in melius commutemus, quò incentivis carentes libidinum, aeternorum mereamur percipere praemia gaudiorum.

* *Lege*: evertis.
* *Lege*: ut qui.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 431. col. 3. DEus, qui unitate & perfectione Columbae virginis gaudet, innocentiâ vos columbarum remuneret: &, qui ſidereis vocibus intonans apertos ejus meritis nuntiat caelos, vos in caeleſtibus conlocet ſedibus munerandos: ut, quo illa oblectatur poſt gloriam paſſionis, illic muneranda ſemper noſtrae * digatur acies mentis.

Lege: dirigatur.

ORATIONES DE OCTABAS NATIVITATIS DOMINI.
AD VESPERUM. * KAL. JAN.

* *Sec. curis.*

Br. Moz. fol. 35. col. 4. JEſu Domine, cujus admirabile nomen Angelus praedixit, Mater inpoſuit, Simeon cognovit, Anna laudavit; ſalva populum tuum in univerſo mundo, cujus eſt magnificum nomen in caelo: ut, qui ſolus es potentia glorioſus, ſis etiam * praepeditis miſerationis indulgentiâ pius.

* *Br. Moz.* perditis.

BENEDICTIO DE CIRCUMCISIONE DOMINI
AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 35. col. 4. DOminus Jeſus Chriſtus, qui ad confirmandas promiſſiones Patrum miniſter circumciſionis voluit eſſe, ipſe cordium veſtrorum inmunditias digneiur auferre. Idem, qui praecepto legis ſuae ſignum deſectae carnis accepit, omnes a vobis ſordes, ſui amoris connexione, depurget; &, qui vos filios Abraae in ſe ipſo, qui eſt ſemen ejus, benedicere repromiſit, haereditatis beatae vos conlatione municet.

ITEM AD MATUTINUM
DE PSALMO III.

TIbi ſemper gloria, cujus gloriam in adſumto homine vidimus, quaſi gloriam Unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate; praeſta ergo nobis, quaeſumus, habundantia pietatis te pro nobis humilem ſide agnoſcere veritatis, & coaeternum Patri credere permanentem in gloria Deitatis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 36. col. 4. CHriſte, Dei Filius, qui ſactus ex muliere, factus ſub lege, ad confirmandas promiſſiones Patrum miniſter circumciſionis es ſactus; ut, qui promiſſus fueras ex lege, plenitudo legis eſſes in tempore, dum octavi diei myſterium conſecras in glorioſa carne tua, * & circumciſionis verae ſignaculum excipis; largire nobis indignis, ut, qui haec myſteria tuae Incarnationis plena credulitate ſuſcipimus, pleniori te affectu mentium diligamus: ut te, in quo ſecundum legem Domini ſalutis noſtrae myſteria univerſa perfecta ſunt, ſic credamus, ſic amemus, ſic operum efficientia placeamus; ut de perfectione tuorum mandatorum & in hac peregrinatione conſiſtamus indemnes, & ad te poſt tranſitum mereamur pervenire ſelices.

Ant. Poſtquam conſummati ſunt dies octo.

* *Br. Moz.* & circumciſione veterem ſignaculum; *ſed lege, ut in noſtro Cod.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 346. col. 2. BEatam, Domine, illam juſti tui Simeonis vocem fac in nobis, quaeſumus, pari diligentia perſonare: ut, quia vidimus & credimus ſalutare tuum, in pace, quum juſſeris, dimittamur; non quò a te dimiſſos finis vitae accipiat, ſed per te abſolutos debito, in fine pax ſempiterna poſſideat.

Ant. Simeon in templo.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, qui aliis in ruinam, aliis in reſurrectionem es poſitus, dum infidelibus efficeris lapis offenſionis, & petra ſcandali: fidelibus autem oſtenſio

Al. Alleluja, poſitus eſt hic * in ruina.

* *Leg.* in ruinam &

ſio lucis, & gloria reſurrectionis; annue praecibus noſtris, ut, qui de ruina conquerimur criminum, fidei gratiâ expiemur: ut per te reſurgamus a vitiis, qui in reſurrectionem es poſitus credituris.

ALIA.

Br. Moz. fol. 35. col. 1. OMnipotens Deus Pater & Domine, largire credenti tuo populo pacem, ut, qui ſalutare tuum vidimus, viſionis tuae gratia muneremur: ut, qui lumen ad revelationem exſtitit gentium, indultor criminum ſibimet credentium ſentiatur. *Reſp.* Nunc, Domine, dabis populo tuo pacem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 346. col. 3. FAc nos, Domine, ut ſalutare tuum, quem oculo fidei vidimus, placavilem in Juditio ſentiamus: ut, qui ad revelationem praeparatus eſt gentium, non ad punitionem, ſed ad ſalvationem ſe Judicem ingerat redemtorum. *Ant.* Viderunt oculi mei.

ALIA.

Br. Moz. fol. 36. col. 1. AD praeſepe tuum, Domine, devotis cordibus accedentes, invenimus te, de quo ſcripſit Moyſes, & quem praedixerunt Prophetarum omnium voces; da ergo nobis, ut, qui notitiam nominis & majeſtatis tuae cognovimus, ad plenam notionem tuae dulcedinis veniamus: ut tu liverator in futuro nobis ſis omnibus, qui, verus Deus & homo, unus crederis Chriſtus. *Ant.* Quem ſcripſit Moyſes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 37. col. 1. DEus, qui notum feciſti in populis ſalutare tuum ante * conſpectu gentium, tuam revelando juſtitiam, miſerationum tuarum nobis copiam manifeſta, ut, qui ſalutaris tui notitia * relebamur, revelatione juſtitiae conſolemur. *Ant.* Notum fecit.

* *Lege*: conſpectum.
* *Lege*: relevamur.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſolus nominis tui ſcientiam habes, & magnificae virtutis potentiam obtines, quem nemo novit niſi Pater, cujuſque revelatione cognoſcitur Pater; revela nobis tanti myſterii majeſtatem, & ita te unum cum Patre & ſancto Spiritu credentes inſeparabilem cognoſcamus, ut fidei merito ſemper propitium mitemque in confeſſione praeveniamus. *Ant.* Hic, qui advenit.

ALIA.

COgnovimus, Salvator noſter & Domine, nomen tuum in iſto die, teque ipſum, qui dudum es in Prophetis loquutus, adeſſe; * praeve ergo nobis beneficio pietatis, ut, calciati pedes noſtri in praeparatione euangelii pacis, fructum conquirant aeternae poſſeſſionis: ut, & nunc pulcri efficiantur praedicando pacem, & pòſtglorioſiores perveniendo ad requiem. *Ant.* Cognoſce popule meus.

* *Lege*: praebe.

ALIA.

Br. Moz. fol. 35. col. 3. & fol. 345. col. 3. DOmine, quem * Johanne natum homines conſpexerunt, & praedictum fines terrae viderunt, qui * ante aliquod tempora praedictus es vocibus Profetarum, & in tempore viſus glorificatus es modulis populorum; concede propitius, vaſa nos tua tibi permanere puriſſima, ut lucis auctor nos & jugiter inluſtres, & indeſinenter inhabites. *Ant.* Viderunt omnes fines terrae ſalutare Dei noſtri.

* *Lege*: hominem natum. Br. Moz. fol. 35. ex homine.
* *Lege*: ante aliquot. Br. Moz. ante aliqua.

ALIA.

Br. Moz. fol. 230. col. 4. JUbilet te, Domine, omnis terra, pſalmum cantet nomini tuo, cujus nomen ab oriente & occaſu admirabile eſt & praeclarum, dum redemtor agnoſceris populorum; concede ergo Eccleſiae tuae precibus, ut, quos in fide vocas, in temtatione non deſeras: &, qui tibi jubilum perſonant laudis in ſaeculo, praemium mereantur aeternae beatitudinis in futuro. *Ant.* Jubilate Deo omnis terra.

ALIA.

Br. Moz. fol. 231. col. 1. MIravilia ſunt teſtimonia tua, Domine Deus, quibus Unigenitus Filius tuus revelatur in gentibus; praeſta ergo nobis, ut, qui revelata facie gloriam ejus ſpeculamur, a dextris ejus in Judicio conlocemur. *Reſp.* Videbitis odie mirabilia.

ALIA.

Br. Moz. fol. 36. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui, ſignris crebreſcentibus in lege veteri nuntiatus, in te impleta omnia oſtendiſti, dum in te vero Deo & homine & circumciſio ſecundum legem exprimitur, & veritas nominis adprobatur; adeſto plebi tuae, ad te ex circumciſione & praeputio venienti: & praeſta, ut incremento muneris, & gratiâ benedictionis multiplicetur in habundantia pacis.

Ant. Quum circumcideretur puer.

ALIA.

Br. Moz. fol. 346. col. 3.

DOmine Deus, qui omne maſculinum, adaperiens vulbam, ſanctum eſſe teſtaris; fac, nos tibi in ſanctitate & juſtitia deſervire, ut, qui vulbam materni uteri incorruptione ſanctificas, aeternae ſanctificationis praemio credentes attollas, & qni glorioſum nomen tuum in gentibus nuntiant, remuneratorem te ſuum in futuro cognoſcant.

Ant. Tulerunt Jeſum in Jheruſalem.

ALIA.

Br. Moz. fol. eod.

DEus, qui in expiatione parientium, par turturum, vel duos pullos tibi offerri praecipis columbarum, in vivam nos tibi * praepera hoſtiam, qui pro nobis ipſe factus es hoſtia: ut, qui legem adimplere veniſti, non ſolvere, in nobis euangelii gratiam digneris opulentiùs propagare.

Ant. Dederunt hoſtia pro Jeſu.

* *Lege*: praepara.

ALIA.

TRibue, Domine, nobis, ſcire & intellegere, quoniam tu verè es, qui ſemper es, & praeter te nullus alius eſt; tu ergo, Domine, adnuntians bona, fac nos in te bonos, quos ſine te adprobas utique malos: ut, qui ad non eſſe ex proprio tendimus, ad ſemper eſſe tuo munere perducamur.

Reſp. Cognoſce, plebs mea.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 37. col. 2.

NOtum factum eſt ſalutare * Domini virtutum, praedictum Prophetarum praeconio, viſumque populorum aſpectu, dum Simeon * ulni geſtavit ſenes, quod vates cecinerunt priores: pro quo & promiſſa, & in quo adimpleta cognoſcitur prophetia, ut requieſceret in pace, dum aſpiceret pacem: & Jeſus Dominus, lumen * in revelatione gentium, & gloriam plebis ſuae Iſrahel, & promiſſus prodiret, & prodiens appareret: lucemque ejus praevenirent in ſaeculo, quos caecitas oppreſſerat tenebrarum in mundo; Praeſta proinde, Domine, precibns Fcclesiae tuae, ut, qnos mirabilia haec feciſti cognoſcere, ad te facias pervenire in pace.

* *Br. Moz.* Domine virtutum.

* *Lege*: ulnis geſtavit ſenex.

* *Lege*: in revelationem.

BENEDICTIO AD MATUTINUM.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui ſe pro nobis circumcidi permiſit, ipſe in vobis mundi voluptates diviui Verbi gladio deſecet: &, qui ritum veteris legis, ut legem adimpleret, ſuſcipere voluit, ipſe vos novi teſtamenti gratiâ renovet: ut vetuſta quaeque recentes ex corde, nova, quae Domino placent opera, & mente perficiatis, & corpore.

ITEM COMPLETORIA IN EODEM DIE DICENDA, QUO MISSA CIRCUMCISIONIS DOMINI CELEBRATUR, AD VESPERUM.

CHriſte, Filius Dei Patris, qui miniſter factus es circumciſionis, & paternarum promiſſionum et omnimoda plenitudo, & adumbratae legis * rebelata perfectio; da nobis, horum myſteriorum gaudiis propenſiùs gratulari: &, qui factus ſub lege, praecepta legalia non ſolvere, ſet adimplere veniſti, de peracto Nativitatis tuae feſto nos jubeas jucundari.

* *Lege*: revelata.

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filins, qui olim ad complementum legis ſignum accepit circumciſionis, purificet vos ab omnibus iniquitatibus veſtris: Abſcidat quoque veſtri cordis praeputia, qui eſt * dedignatus ſuſcipere circumciſionem corpoream: ut, abſciſis omnium vitiorum inlecebris, de peracto gaudio tantae feſtivitatis & hic & in aeternum perenniter exultetis.

* *Idem hic, ac dignatus.*

IV. K. JAN.

* IV. K. JAN.

** Sec. curis.*

INCIPIUNT ORATIONES DE INITIO ANNI.

AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 26. col. 4. & fol. 410. col. 1.

BEnedic, Domine, coronam anni benignitatis tuae, ut & * montes copiâ doctrinae refulgeant, & campi donorum tuorum ubertate pingueſcant: quò ita nobis ſubſtantia cum tua gratia largiatur, ut & caro frugibus, & anima Divinis paſta conlaetetur virtutibus.

Ant. Benedic, Domine, coronam anni.

** Br. Moz. primo loco montes, ſecundò verò, mentes, quae lectio magis placet.*

ALIA.

PRaebe nobis, Domine, annum placabilem, ut ſalvationis dies nos ſine intermiſſione praeveniat, dum totius anni curſus optatae proſperitatis nobis exibuerit incrementa.

Ant. Conſolare, Domine, contritos corde.

ALIA.

DEus aeterne, qui idem ipſe es, cujuſque anni non deficient; renova annos noſtros dono gratiae tuae, ut, ſicut a principio promiſiſti patribus noſtris, & terra optatos pariat fructus, & animae noſtrae ſalutarium doctrinarum mereantur invenire proventus.

Ant. Renoba, Domine, annos noſtros.

COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 37. col. 4.

DEus ſine initio, ſine fine, a quo eſt totius mundanae creaturae initium; da nobis, ut extrema, vel media anni hujus * cum placita tibi proſperitate ducamus, qui initia ejus tibi dedicanda porrigimus, ut & ſubſtantiis habundemus, & ſanctitatis operibus fulgeamus.

** Br. Moz. complacita.*

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. eod. col. 4.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui eſt corona totius a ſe formatae Eccleſiae, det vobis hunc annum placabilem ducere. Conſoletur vos frugibus, & dignetur munerare virtutibus: ut, proſperitate ſibi placita laetabundi, totius anni ſpatia mereamini pertranſire inlaeſi.

*VIII. ID. JANUARIAS.

** Secundis curis.*

ORATIONES IN DIE APPARITIONIS DOMINI.

AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 49. col. 3.

A Et Ω. initium & finis, Deus & homo, infinitus & praefinitus: in quo A. & principium * Deitatis, & ultimum ſentitur humanitas: excedens omnia, vivificans cuncta, & continens univerſa; miſerere nobis, qui dignatus es naſci pro nobis, dum in te permanes, & nobis appares: dum in te ſubſiſtis, & nobis ſubvenis: dum nuſquam a Patre potentialiter dees, & ad ſalvandos miſeros clementialiter ades: dum caeleſtia reples, & terrena non deſeris; perfice in nobis, quaeſumus, benefitium piiſſimi Redemtoris, dum conſervas gloriam ineſtimabilis Conditoris: ut pietate, qua redemtor adſiſtis, indultor quoque criminum ſentiaris.

** Lege: Deitas.*

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. eod. col. 3.

BEnedicat vobis A. & Ω. cognominatus, omnipotentis Dei Patris unigenitus Filius: Qui eſt initium & finis, ipſe vos ſecum victuros adtollat temporibus infinitis; atque, ereptos a malis, ita inluſtret lumine claritatis, ut vos & gloriae praemiis, & donis ditet aeternitatis.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 50. col. 2.

REx omnium ſaeculorum, Chriſte Deus altiſſime, qui in diebus Erodis regis de Virgine natus, Magis, te quaerentibus, novo es in ſydere declaratus; appareat in nobis virtutis tuae praeſidium ad depellendas omnes pernicies tenebrarum, quò ſic Majeſtatis tuae ſydus in nobis reſplendeat, * & ad te quaerendum nulli ſe nobis errorum obices interponant, quò & ad te videndum curramus alacriter, & te viſo jucundemur inſtanter.

Ant. In diebus Herodis regis.

** Lege: ut ad te.*

ALIA.

DEus, qui Magos, errorum principes, ſtellae fulgentis indicio ſubſequentes ad agnitionem veritatis per viam recti itineris adduxiſti, & de manu perſequutoris ut princeps pacificus liberaſti: * quo utique Erodes occultè vocans, ut ad te accederent, inſtruebat, dum fraudem in obſequium ſimulat: ſicque evadunt ſimulantis * decipula, dum te reperiunt viam; te quaeſumus, ut in Eccleſia tua pacis jura conſerves, & nos ab omnibus ſcandalis, & temtatoribus liberes: ut, qui in fide Catholica Sacramentorum tuorum ſumus uſquequaque cuſtodes, cum omnibus Sanctis aeternae beatitudinis haberi meramur participes.

Ant. Erodes occultè.

* *Fortè legendum*, quos.
* *Lege*: decipulam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 52. *col.* 2.

CHriſte, Filius Dei, qui * praeceſſione radiantis ſtellae te ipſum in praeſepio poſitum Magis te quaerentibus voluiſti oſtendere; praecedente nos, vel ſubſequente gratia tua, aeternum fac nobis ſydus reſulgeat, quò te cotidie inveniamus edendum, qui cibus factus es redemtorum.

Ant. Praecedens.

* *Br. Moz.* proceſſione.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. *col.* 2.

DEus, Dei Filius, Patris ſummi ineffabilis Virtus, qui novo ſydere in gentibus rex regum hoſtenderis magnus, & in civitate illa beata appares gloriolus: quem inſulae tremunt: cui principes & nationes gentium obſequuntur, dum tibi omnia regna cedunt, tibique regum diademata ſubſternuntur; dignare jam per gratiam, noſtris te oſtendere in ſenſibus pium, & in converſationibus manifeſtum: ut primitias ſpiritûs habentes, ea tibi ſemper munera dedicemus, per quae introire beatam illam Jheruſalem * pacatis cordibus mereamur, ubi tibi mundiſſimum aurum noſtrorum operum deferentes, regni tui mereamur eſſe participes.

Reſp. Jheruſalem, ecce apparuit.

* *Br. Moz.* placitis.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Jordanis alveum & baptizandus & ſanctificaturus intraſti, quo documento juſtitiae, & humilitatis monſtrares exemplum, & ſanctificationis perficeres beneficium; purifica conſcientiam noſtram inexauſto tui muneris dono, quo, in baptiſmi ſacramento & Patris vocem, & Filii proprietatem, & Spiritus ſancti manifeſtam probamus hoſtenſionem, dum * in miniſterio beatae Trinitatis perficitur plenitudo noſtrae ſalutis.

Ant. Venit Jeſus a Gallilea.

* *Fortè etiam*, in myſterio: *ſed prima lectio magis placet.*

ALIA.

CHriſte, rex noſter & Domine, ſuper quo baptizato, peribentis Johannis teſtimonio, credimus Spiritum ſanctum in columbae ſpeciem deſcendiſſe; praebe nobis, ita myſteriorum tuorum arcana cognoſcere, quatenus id virtutibus proficiat, non ruinae: ut, qui de te viſionem percipimus gloriae, nulla inflemur ſuperviae vanitate; quò alta nos ſic ſemper miraculorum cognitio ad ethera pertraat, ut nullus vanitatis turbo corrumpat: ut, qui aquis Jordanis per miniſtrum humilem tingneris, nos in te jam renatos eleves a peccatis.

Ant. Johannes teſtimonium.

ALIA.

Br. Moz. fol. 52. *col.* 1.

DEus omnipotens, cujus continuò filii efficimur, dum tinctione ſalutaris aquae purgamur; fac, nos ita benedictionis tuae percipere donum, ut meritò ſupernae illius Jheruſalem filii appellemur: ut, qui gentibus es manifeſtatus in ſydere, credentibus appareas in ſalute; &, qui nos renobaſti benedictionis aqua per labacrum, renobes in futuro per indultae gratiae repromiſſum.

Ant. Jheruſalem deſcenderint.

ALIA.

Br. Moz. fol. 27. *col.* 2. *& fol.* 49. *col.* 4.

FAC nos, Domine, beatae illius Jheruſalem viſione laetari, & in gremio ejus perpetua jucunditate adtolli, in qua te, lux aeterna, radiare promittis, & cujus honor eſſe polliceris; largire ergo nobis, ejus deſiderio carnalibus exui peccatis, & veſtiri virtutibus copioſis: ut eam, cui tu apparendo factus es indeficiens lumen, nos amplectamur ſemper meritis Genetricem.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. col. 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ad interrogationem Erodis ita Magorum ora praeconio veritatis tuae inradias, ut te regem regum per eos nuntiatum oſtendas: dum ſe vidiſſe ajunt ſtellae refulgentis inditium, quod Mundum illuminet univerſum; te quaeſumus, te precamur, ut des in Eccleſia tua viſionis tuae lumen optatum: appareas etiam in ea ſydus omnibus pretioſum, quò, nulla adverſarii interrogatione deterriti, ſic magnalia tua praedicemus ore diffuſo, ut aeternae lucis radiemur uſquequaque praeſidio.

Ant. Interrogavit.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, cui reges & inſulae munera offerunt, qui invicta virtute liberare veniſti pauperem a potente, & ex hoſtis antiqui potentia fragile humanum genus eripere miſeratione ſuperna: cum nos, a te prolongati, tuarumque miſerationum inopes facti, illius *nequitati ſubditi, vinculiſque peccaminum teneremur * adducti; ſic tua nos jam nunc pietas & ab ejus ſaevitia eruat, & reſtitutos tibi tecum permanſuros commendet, ut qui nos te miſerante redemtos fatemur, remuneraturi te donante poſtmodum gloriemur.

Ant. Reges Tarſis.

* Br. Moz. iniquitati.

* *Lege, ſi lubet:* addicti.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. col. 4.

ADorabunt te, *Domine* Jeſu Chriſte, omnes viri ſublimes atque excelſi terrae, quoniam ipſe, ut ſalvares homines, humilis naſci es dignatus in terris; in te enim verè Deus eſt, quia tu Verbum in carne abſconditum, non mutatum, unum cum Patre poſſides regnum; Confundantur proinde omnes, qui adverſantur tibi: dum aut ſic erubeſcunt, ut ad te redeant: aut in te confunduntur, ſi ad te minimè convertantur; Noſter ergo Salvator ſalvandis nobis appareas, dum nos & in te credere, & ad te tranſire, & te toto corde diligere praeſtas.

Ant. Viri *ſublimis.

* *Lege:* ſublimes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 3.

FUlget, Domine, Caelum rutilâ ſerenitate aſtrorum, Terraque ipſa refulgenti lumine ſerenatur, quia apparere dignatus es Mundo de habitaculo ſancto tuo; ſana ergo cordis noſtri moeſtitiam, qui ad hoc veniſti, ut redimas univerſa: illutque noſtris oculis lumen adtribue, quo te purificati ſemper mereamur aſpicere: ut, qui apparitionis tuae gaudia laetabunda nuntiamus in gentibus, infinita tecum laetitia gaudeamus.

Reſp. Fulget caelum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 43. col. 4. & fol. 51. col. 3.

TU es, Domine, ſtella veritatis oriens ex Jacob, homoque conſurgens ex Iſrahel: & in novo ſydere oſtenderis Deus, & in praeſepio poſitus Deus & homo, unus crederis Chriſtus; propter magnam ergo miſericordiam tuam, viſionis tuae nobis * proroga gratiam: appareat in nobis lucis tuae radiabile ſignum, quod expellat omnes tenebras vitiorum: ut, qui viſionis tuae deſiderio anelamus, viſionis tuae praemio conſolemur.

Ant. Dixit auditor.

* *Fortè,* praeroga.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 4.

ALfa & Ω. principium & finis, radix, genus, filius, dominuſque David, Chriſtus, Deus & Homo, per quem utique eſt ille, ex quo eſſe dignatus es; eſto nobis propitius, dum nos & ùt David Dominus regis, & ùt humilis miſericors redimis: ut ſceptro tuo ſubiciens devotionem noſtram, ſolus nos poſſideas in aeternum, qui ſolus victor factus es infernorum.

Ant. Ego ſum alfa, & ω.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, quo oriente, viſitati ſumus ex alto, ambulantibus in tenebris lux magna reſplende, & ſedentibus in regione umbrae mortis vitale lumen appare, ut dum fulgore tuo peccatorum tenebras effugaveris, virtute tua mortis poteſtatem evacues: quò ſic te nunc apparente inluſtremur, ut te regnante a mortis imperio liberemur.

Ant. Viſitavit nos.

Digitized by Google

ALIA.

FAc nos, Domine, tuis praeceptis obedientiam exibendo, felices: ut per portas ſinceriſſimae veritatis introeamus in interiora aeternae & glorioſiſſimae civitatis; ſicque hic per Crucis lignum ſalvemur, ut illic lignum Vitae poſſideamus: quò ita nobis hic apparitionis tuae mirabile refulgeat ſydus, ut illic aeternitatis tuae reſplendeat glorioſus aſpectus. *Ant.* Felices.

ALIA.

OMnis terra, Domine, laetatur, exultatque multitudo * redentium, quia nova lux prodidiſti omnium ſaeculorum; da ergo nobis, hujus apparitionis tuae feſtum ita promtiſſimâ devotione excolere, ut quidquid promta credimus fide, aeternâ mereamur conſequi in mercede; ut te videamus in jubilo, qui olim es agnitus in ſydere declarato. *Ant.* Omnis terra.

* *Lege:* credentium.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 2. DEus ſanctificator diei odiernae, qui ſanctae hujus feſtivitatis nomen de mirabilibus indidiſti; * ad Eccleſiae tuae, ut ſicut Epyſania, id eſt odierna ſolemnitas, & declaratio & apparitio nuncupantur, ita in populo claritas Majeſtatis tuae fulgeſcat, & ſanctitatis lumen appareat, ut plebs haec, in tuo nomine conſecrata, hoc habeat jugiter in converſatione, quod haec feſtivitas appellatur ex nomine. *Ant.* Dies ſanctificatus.

* *Lege:* da Eccleſiae.

ALIA.

ADeſt, Domine, dies illa, in qua olim refulſiſti in gloria ſuper terram; exalta ergo, & clarifica eredentium plebem, quam de tenebris evocaſti ad lucem; & ſolus nobis ſtella matutina reſplendeas, dum nos in te ſine fine exaltas. *Ant.* In iſto die.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 2. STella illa, Domine, quae natum te in terris regem Magis ſtupentibus nuntiavit, non ſydereas in caelum vias tenuit, quum novo Virginis partu novum ſydus apparuit, ſed ad demonſtrandum te hominibus Chriſtum uſque ad ipſum nativitatis tuae loculum praecucurrit; unde profuſis te precibus implóramus, ut, qui ejus inditio abſque errore Magorum direxiſti itinera, noſtra te apparente ſanctifices corda: ut in aequitate coram te gradientes atque juſtitia, pervenire mereamur ad gaudia repromiſſa. *Reſp.* Stella, quam viderant.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. col. 1. DEus, Dei Filius, cujus inter homines & forma & aſpectus eſt glorioſus, glorificandos nos tibi adſume, & in partis dexterae coronandos conlocatione ſtatue, ut qui ora noſtra in tuis laudibus aperimus, carnis ſenſibus non grabemur: & qui glorioſi aſpectûs tui ſolamen exquirimus, viſionis tuae conſolatione omnimoda potiamur. *Ant.* Glorioſus eſt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. col. 3. DOmine, quem inclinato in terram plebes vultu adorant, dum tuo ſubiciuntur imperio univerſa; largire indefeſſam populis Chriſtianis laetitiam,& odiernae apparitionis tuae gaudia protende in gentibus dedicanda; Nobis quoque ita eſto ſemper placabilis, ut propitius in Judicio ſentiaris, quò vitae noſtrae ex vultu tuo tam indeſinens ſolamen exiſtat, ut a te noſtrorum nullus depereat, qui te unum & verum Deum expectat. *Ant.* Domine, qui nutriunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. col. 2. HAbundet, quaeſumus Domine, in diebus noſtris juſtitia & multitudo pacis: ut, quos apparitionis tuae luce inradias, abundantiâ pacis usquequaque ſuſtollas: ut, dum deputatis officiis obſequii dependimus votum, ethereae lucis luminoſum capiamus effectum. *Ant.* Orietur in diebus.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 13. *col.* 2.

DEus Pater omnipotens, qui nobis Filium tuum ſuſcitaſti in regem, quo apparente Mundo, Ecclesia tua, ut Fiſon, ſcientiâ inundatur: &, velut Eufrates, foecundatur intellectu cariſmatum; da nobis, in te habere & ſcientiae lumen, & virtutum omnium plenitudinem: ut, dum ſcientiae dona perquirimus, * inlaeſi ad te, qui es fons ſcientiae, veniamus.

* *Br. Moz.* iterum ad te.

ALIA.

Br. Moz. fol. 50. *col.* 4.

DEus, qui breviſſimum ſydus voluiſti gratiâ * repentinâ veſtire fulgoris; hoſtende, quaeſumus, faciem tuam populis Chriſtianis: ut, ſicut Magis errantibus tandem tramitem veri demonſtraſti itineris, ita nobis delinquentibus tribuas portum aeternae ſalutis.

Ant. In excelſis apparuit.

* *Br. Moz.* repentinâ.

ALIA.

Br. Moz. fol. 49. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Magorum munera, in myſterio oblata, Deum te, regemque, hominemque declarant: ut, primitias gentium in his acceptans, plenitudinem gentium in ſalute perficias; adeſto nobis per ea, quae in te * indiviſa inconfuſa conſtare veraciter credimus: dum pro nobis & ut homo innocens pateris, & ut rex * pontens vinces, & ut Deus omnipotens incorruptibilis * permanens; cujus utique & Paſſioni mirra, & Regno aurum, & Deitati debetur incenſum,

Ant. Rex magnus natus eſt.

* *Br. Moz.* diviſa, in confuſa.

* *L.* potens vincis.

* *Lege:* permanes.

ALIA.

ECce in Jheruſalem, Domine, apparet gaudium, in Eccleſia tua fides enitet populorum; inlumina ergo eam, quaeſumus, bonorum operum fructu, & vias ejus renova inpenſione caeleſtium gaudiorum.

Ant. Ecce in Jheruſalem.

ALIA.

REx regum inmenſe, qui in trono Patris ſedens, patriumque ſolium retinens, non ad judicaudum, ſed ad ſalvandum Mundum veniſti; da requiem populo tuo ab omnibus honeribus, quibus honerati conſiſtimus: ut, qui apparuiſti rex glorioſus in terra, mitis exiſtas, quum manifeſtata nobis fuerit gloria tua.

Reſp. Sedet rex.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 52. *col.* 4.

GLorioſe, ſancte, omnipotens, aeterne Deus, qui varios humani generis miſeratus ſemper errores, propterea ſine dubio etiam Magis, in tenebroſa ſuperſtitionis ſuae caligine conſtitutis, praevium ſyderis lumen uſque ad tua ſancta cubilia miniſtraſti: ut omnibus generaliter, in ſuo errore degentibus, deſiderium tuae agnitionis accenderes; * ecce nos etiam, precamur, ſalutiſero tui amoris ardore: ut, qui te jam dono tuae inluminationis agnovimus, tuae quoque dilectionis ardore flagrantes, tibi adaerere in perpetuum mereamur.

* *Lege:* accende nos etiam.

BENEDICTIO.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui odie apparitionis ſuae mirabile ſignum oſtendit in caelo, majeſtatis ſuae praeſidio vos gubernet in ſaeculo. Acceptet credulitatis veſtrae vota fidelia, ſicut Magorum ſuſcepit munera praetioſa. Jubeat peccatorum veſtrorum * ſordes abſtergere, qui, ut omnem juſtitiam adimpleret, non eſt dedignatus a ſamulo babtizari.

* *Primis curis,* cordis.

ITEM COMPLETURIA IN EO DIE QUA MISSA CELEBRATUR AD VESPERUM.

CHriſte, Dei Filius, qui * oſtenſone novi ſyderis glorioſus in gentibus demonſtraris; fac nos, ut, qui hodiernae ſolemnitatis feſtum laetantes ovanteſque peregimus, refulgentis tuae ſcientiae lumine inluſtremur.

* *Lege:* oſtenſione?

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filius, qui novo eſt oſtenſus in ſydere, ſui vos amoris innovet ubertate; Quique Magos admonuit, ne per viam, qua venerant, re-

ver-

Digitized by Google

verterentur, nunquam vos patiatur iter repedare iniquum: ut illi ſemper cor veſtrum fructificet, cujus odie apparitionis peregiſtis ſollemnitatem.

*VII. ID. JAN. *Sec. euris.*

INCIPIT ORATIO, VEL BENEDICTIO DE FESTIVITATE SANCTI JULIANI, DICENDA TAM AD VESPERUM, QUAM AD MATUTINUM. COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 332. col. 1. DOmine Jeſu Chriſte, qui beatis Juliano & Baſiliſſae, fida ſibi caritate conjugibus, caeleſtis conubii conſortia tribuiſti, dans illis, & corruptionis neſcire contagia, & ſanctitatis perficere vota: dum in utroque ſexu, & per Julianum virorum tibi multiplex numerus adgregatur, & per Baſiliſſam ſanctarum virginum multitudo conquiritur: dum & illa per confeſſionem ſuſcipitur, & hic per paſſionem glorificatur: dum & illa in virginibus floret; & hic in paſſionibus gaudet, dans utriſque ad te glorioſo tranſitu evocari: dum & illa ad te poſt inſultationem criminum evocatur, & hic poſt deciſam cutem ſui capitis glorioſo paſſionis fine concluditur; horum precibus atque ſuffragiis junge nos tibi indiſrupto foedere caritatis: ut, qui per eos tunc tibi conſecraſti vaſa mundiſſima, per te nos ſanctificatos corpore & ſpiritu perducas ad caeleſtia regna.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 332. col. 1. CHriſtus Dominus, qui inter Julianum & Baſiliſſam ſpiritale ſanxit eſſe conubium, ſpiritali vos faciat florere dono virtutum: ut, qui beatum Celſum a latere Martyris non paſſus eſt dividi, in nullo vos patiatur a ſuo corpore ſegregari; atque per eos capiatis aeternae vitae praeſidium, per quos ſibi Chriſtus multiplicia ſacravit vaſa mundiſſima.

ORATIONES IN DIE ALLISIONIS INFANTUM. AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 33. col. 1. CHriſte, inenarrabile lumen mundi, qui, adhuc in ipſis cunabulis conſtitutus, nondum effectus martyr, martyrii palmâ catervas Infantium dedicaſti: qui, nec dum loqui valentes, ſub munere ſaevientium varios feciſti mugitus emittere: quorum animas de abditis inferorum, te ſpontaneè pro nobis omnibus moriente, maluiſti eripere; inſpira eis, ſine intermiſſione orare pro ſervulis: ut, qui propriis non valemus ſupplicationibus emundari a crimine, eorum, qui te, quocumque ieris, cum hymnis & canticis adſecuntur, & hic & in aeternum poſtulationibus abluamur. ANTIQUA.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 33. col. 1. UNigenitus Dei Filius, quo naſcente in terris, Bethlemitica rura occiſorum pro ſe infantium cruore infecta ſunt, det vobis habere ſemper pro ſe optabile votum, & remunerationis parile proemium; Quique illos non ex aetate, ſed ex ſanguine victores effecit, ipſe vos victores efficiat criminis veſtri: ut cum his, quorum vox ſanguinis ad Deum clamat de terra, remuneratura quandoque admittatur ad Chriſtum confeſſio veſtra.

ITEM ORATIONES AD MATUTINUM.

TUrba Parvulorum, in Syon albis veſtibus decorata praefulgens, emitte ad Deum pro ſalvatione Eccleſiae preces: ut nivei candoris actu renovata reſplendeat; qualiter Chriſtus Dominus, qui inter vos eminens creditur ſingulis vobis pro martyrio tribuiſſe coronas, a nobis pro merito, quas meremur, arceat poenas. *Ant.* Vidi in Syon.

ALIA.

SUb ara tua, Domine, pro Vervo tuo Parvulorum animae interemtae, quibus aetas defuit eloquendi, adſit pro nobis ſtudium deprecandi: ut, quorum vita lactea interemta eſt gladio, eorum vox te* inpetrare non ceſſet pro populo Chriſtiano. *Ant.* Sub Ara Dei.

* *Fortè: implorare, vel interpellare.*

ALIA.

VIndica, Deus, effuſum pro te ſanguinem Parvulorum, qui, dum ipſe ad necem quaereris, pro te patenter effuſus eſt. Intret in conſpectu tuo gemitus *Al.* Allelnja, Vindica Deus.

Digitized by Google

mitus eorum, quò pro utroque, eorum ſupplicatio in conſpectu Majeſtatis tuae admiſſa, & credentibus pacem, & perſequentibus impetret ultionem.

ALIA.

COnſolatur ecce jam, Domine, mater Eccleſia de interemtis filiis lacrimoſa; quia illic aput te poſt exceſſum vitae ineffabile capiunt quietis arcanum, pro quibus hic, inauditum * inſaniâ, celebrandum ſuſceperat luctum; da ergo nobis, ut in ejus gremio numquam deploranda ſe actio noſtra effundat, ſed de bonis actibus noſtris ſemper gaudium habeat, quae in horum Parvulorum ſuorum ſic laetatur victoria. *Reſp.* Vox in Rama.

* *Fortè*, in rama.

ALIA.

Br. Moz. fol. 33. col. 3. MEmorare, Domine, mortes invictiſſimas Parbulorum tuorum pro tuo nomine occiſorum; & praeſta, ut vocem ſanguinis eorum, pro nobis ad te clamantis, ſic clementer exaudias, ut nobis omnibus peccata dimittas. *Ant.* Vocem ſanguinis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 1. MAgno te, Domine, clamore Sancti omnes mirabiliter inpetunt, dum ultionem perſequentium non vocibus corporeis, ſed deſideriis praeſtolantur; & ideo petimus, ut, qui illorum voces vel deſideria exaudis, ad votum confitentium te animas non patiaris aeternum pertrai ad tormentum. *Ant.* Sancti omnes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 3. O Filiorum Dei beatiſſime ſanguis, qui Juditii tempore vindicaberis; ante Judicium ſuccurre populis Chriſtianis: ut, quia pro te ultio reſtituetur a Domino inimicis, per te peccatorum remiſſio donetur omnibus Chriſtianis. *Ant.* Sanguis filiorum Dei.

ALIA.

OCcurre nobis, Salvator, ad liberationem, qui condolentis filiae Syon propter interfectos ſuos exaudire dignatus es vocem: ut, quia nullus virorum liberator humanitatis noſtrae inventus eſt, tu, qui & infirmitatis noſtrae particeps, & captivitatis redemtor es, illic nos in ſupernae illius Jheruſalem ſinu numquam ulterius caſuros, ſed perpetim laetabundos perducito, ubi ſumma & videns eſt gaudii plenitudo. *Reſp.* Vox filiae Syon.

ALIA.

VOx funeris in excelſo de interemtis Parvulis lugubri ululatu viſcera materni foetus intercipit, dum * Racel illa, deplorans filios, noluit conſolari; conſolare ergo tu, Domine, ſinum pietatis Eccleſiae tuae: ut, quae in interemtis vel cadentibus temporalem ſuſtinet luctum, in reſurgentibus nobis obtineat gaudium infinitum. *Ant.* Vox in Rama.

* *Lege*: Rachel.

ALIA.

FAC nos, Domine, ſub ara tua, occiſione vitiorum, inmaculatos adſiſtere: ut illic tibi deferamus purgatae conſcientiae hymnum, ubi pro te conſiſtere creduntur animae occiſorum. *Ant.* Vidi ſub ara Dei.

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 1. INdue nos, Domine, candore juſtitiae, qui pro te occiſis Parvulis perpetuam donaſti muneris claritatem: ut, qui illos per martyrium candidatos ſupra nivem pulcriores conſtituis, nos per confeſſionem purifices a delictis. *Al.* Candidati ſunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 2. VIde, Domine, & audi gementis Eccleſiae vocem, quae ſuorum deflet Infantium necem; eſto ergo illi conſolator de filiis, qui filiorum ejus pater agnoſceris, ut in te & de interemtorum numero gaudeat, & de adverſariorum reditu ilareſcat. *Reſp.* Vide, Domine.

Digitized by Google

ALIA.

COncede nobis, Domine, verae innocentiae tramitem perpetuò retinere, quò, Innocentibus juncti, atque inter Innocentes per manuum munditiam conſecraſti *, altare tuum circumdemus inlaeſi.

Ant. * Lababo. * *Lege*: lavabo. * *Lege*: conſecrati,

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 2. FAC nos, Domine, innocentes & rectos tibi ſemper adſiſtere, quò, tuae rectitudini conpage indiſolubili adhaerentes, pro te occiſorum Parvulorum mereamur eſſe participes.

Ant. Innocentes.

ALIA.

STi * ſunt, Chriſte Domine, qui non * inquinaberunt veſtem ſuam; quos utique nulla peccati ſaedaverat macula, quia nec aetas talium mali bonive dinoſcentiam ſecernebat; quaeſumus ergo, ut, qui non per aetatem, ſed per ſanguinem a te effecti ſunt digni, nobis efficiantur ſine * intromiſſione patroni; &, qui non viribus ſuis, ſed gratiâ tui vicerunt, non noſtro merito, ſed tuo dono nobis perpetim ſamulentur.

Al. Hi ſunt, qui non inquinaberunt. * *Lege*: Iſti ſunt. * *Lege*: intermiſſione.

ALIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 2. SAnguis innocens & juſtus innocentium animarum indeſeſſo vocis clamore te poſtulet pro nobis, Unigenite Filius Dei Patris: quò illic numeroſitas fidelium coronanda perveniat, ubi ipſorum innocentia coronata * perveniat.

Reſp. Sanguis innocens. * *Lege*: pervenit;

ALIA.

Br. Moz. fol. 33. col. 3. CHriſte, Dei Filius, qui parvulos ad te venire caeleſtis magiſterii doctrina invitas; fac nos ſemper malitia parvulos, & mandatorum tuorum obſervatione perfectos; & qui talium eſſe regnum caelorum praenuntias, nos illis, quos bonos aput te approbas, ſine fine conjungas.

Ant. Sinite parvulos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 33. col. 3. VEra Dei Sapientia Patris, os mutorum aperiens, & linguas infantium diſſertas efficiens; da ori noſtro perfectam legis tuae cuſtodiam: ut, te inmaculato corde ſequentes, illut ſemper labiis praedicemus, & opere inpleamus, unde & te, qui es vera Sapientia, ſine fine laudemus.

Ant. Sapientia aperuit * hos. * *Lege*: ea.

ALIA.

MAgnus es, Domine, & admirabilis valdè, qui ex ore infantium & lactantium perficis laudem; da ergo nobis in te * pro exceſſibus requiem, qui Parvulis his pro te morientibus aeternam crederis contuliſſe mercedem.

Ant. Ex ore infantium. * *Hic cubat error.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 33. col. 4. ISti ſunt, Domine, qui non polluerunt veſtimenta ſua, quibus nulla utique potuit peccandi ſuboriri inlecebra; concede ergo, nos per indulgentiae donum illis eſſe participes, quos apud te pro meritis adprobas eſſe ſelices.

Reſp. Iſti ſunt, qui non polluerunt.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 34. col. 1. TUrba innocentium Parvulorum, quae pro tui Redemtoris nomine proprio es * delibata cruore, non ceſſes Dominum pro ſerbulis exorare: quò, te * inpretrante, licèt inmeriti, poſt hujus vitae excurſum Sanctorum queamus adunari cohortibus, qualiter cum eis perhenniter hymnum decantare in jubilo mereamur, concedente clementia pietatis ejus, quo jubente, dicimus.

* *Br. Moz.* delibuta. * *Lege*: impetrante.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui pro ſe morientium Infantium animas aeterna conlocavit in requie, det vobis de bono innocentiae perfecta ſibi cordium veſtrorum puritate placere; &, qui inter Innocentes quaeſitus eſt a nocentibus peremturus, ipſe vos poſt tranſitum eiſdem Innocentium adſociet animabus: ut, quum illis remuneratura vox veſtra admittatur ad concinenda divinae laudationis praeconia, quorum meliùs vox ſanguinis, quàm aetatis, Creatoris ſui potentiam laudat.

XII. K. FE.

* XII. K. FRBAS. * *Sec. curis.*

INCIPIUNT ORATIONES * IN DIEM SANCTI FRUCTUOSI, AGURII, ET ULCGII. COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 350. *col.* 3.

PRobata ſatis, Domine, tuorum trium eſt vita Sanctorum, * ut qui auri fulgidum radiantis metallum, quorum fidem dum probabili camino examinas, laudabili judicio tibi placituram adſignas; Habes ergo in tribus * hi manipulis Sacerdotum, quos ad te mater noſtra Eccleſia miſit, diſcreta quidem ordinum, ſed veneranda officia: in Fructuoſo ſiquidem Pontificalis gratia ſulgens, * in Augurium, & Eulogium Leviticae dignitatis myniſterium clarens; noſtra ergo vota * hii tuis obtutibus ſanctificanda inſinuent: ille, * ut poſtremo ſacerdotii conſecranda peroret: horum miniſterio calicem ſalutaris ſumamus ad vitam: illius invocatione ſanctificati perducamur ad gloriam.

* *Fortè*, ut e uc. *Br. Moz.* ut auri &c.
* *Lege*: his.
* *Leg.* in Augurio, & Eulogio.
* *Lege*: ii.
* *Br. Moz.* ut pro te more Sacerdotii conſecranda peroret.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 350. *col.* 4.

CHriſtus, Dei Filius, qui tribus Pueris in camino poſitis quartum ſe dignatus eſt demonſtrare, gratiâ vos ſuae viſionis inluminet; & qui Fructuoſum cum ſuis Diaconibus ſacerdotem inter crepantes ignes calore amoris ſui non eſt paſſus extingui, nullo vos temtationum igne patiatur aduri: ut refectionem, quam illi poſt ignes ſaeculi percipere meruerunt, vos poſt vitae hujus excurſum capiatis in regione viventium.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol 351. *col.* 1.

MIra ſatis, Domine, tuorum trium eſt conſtantia Sacerdotum, Fructuoſi videlicet Epiſcopi, Augurii & Eulogii Levitarum, quorum unita nec diviſâ * devotio in ſuccenſione ſornacis: praeparantur ad conburendum conſtanter, perſiſtunt in conbuſtione viriliter, plus calentes amore tuo, quàm devicti incendio alieno: quum etſi corpora cedunt flammis, victrices animae rapiuntur * in aetheris; Da ergo nobis, eorum meritis a temtationum igne non tangi, ab aeternis ardoribus erui, & poſt excurſum ſaeculi ignitis tibi deſideriis copulari.

Ant. Dum ſuccenderetur ſornax.
* *Subaudi*, eſt.
* *Br. Moz.* in aethera.

ALIA.

Br. Moz. fol. 351. *col.* 1.

HIi tres pro tuo nomine in fornacis medio conſtituti, quaeſumus Domine, mereantur pro nobis in camino ſaeculi conſiſtentibus exaudiri, ut odor ignis, quo vitiorum fomenta nutriuntur, nullo modo ſe nos adtigiſſe laetetur: qualiter aſpectûs tui gloriâ inter flammas ſaeculi recreati, a lapſu criminum & abſoluti repperiamur, & liberi.

Ant. Hii tres miſli ſunt in medium fornacis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 351. *col.* 2.

TRes Pueri, Babylonico camino probati, laudis tibi hoſtiam, Chriſte Domine, inter ignes poſiti cecinerunt, quibus plus virtute tua calentibus non potuit nocere ignis admotus; erue ergo nos de ignibus vitiorum, & ſuccende vapore virtutum: ut, praecalidi caritatis tuae incendio, victoriam mereamur ferre de mundo.

All. Tres Pueri juſſu regis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 351. *col.* 2. & *fol.* 405. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Sanctos tuos in medio ignis viſitare dignatus es, dum de medio flammae eos coronandos adſumis, quos viriliter pro te certantes martyrium peregiſſe cognoſcis; erue vitam noſtram a camino facinorum, & viſita nos conlationibus gratiarum: ut cum his tribus Martyribus mereamur habere in caeleſtibus partem, quibus non paſſione, ſed fide dinoſcimur conſortes exiſtere.

Reſp. Haec dicit Dominus: Viviſicabo Sanctos meos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 351. *col.* 3. & *fol.* 405. *col.* 2.

ANanias, Azarias, & Miſael, tres illi pueri * babyloni quo igne probati, magnum ſpecimen his tuis, Domine, Martyribus praebuerunt, quibus exemplum praebuit eorum veneranda victoria; In illis quidem ignis fugiit, ne morerentur: in iſtis admiſſus eſt, ut coronarentur; dum & in illis, necdum tempore paſſionis * abto, poenalis ignis non potuit corpora ſacrata contingere: & in hiſ.is

Ant. Ananias, Azarias, Miſahel benedicite Domino.
* *Lege*: babylonico.
* *Lege*: apto. *Br. Moz.* alto.

hiſtis, tempore accepto, quo Chriſto moriente via jam Paradyſi aperta conſiſteret, adplicitus ignis tunc corpora extingueret, quando jam Beatis aperta Paradiſi janua eſſet; Benedicimus ergo te Deum, qui & illos liberaſti a flammis, & iſtos coronaſti poſt flammas; qui & pro liberandis illis ignes ſpargis, & pro adſumendis iſtis ignes admittis; da ergo nobis utrorumque exemplis atque ſuffragiis, ut ſic liberemur a vitiorum carnalium igne, ut ignita eloquiorum tuorum concremati dulcedine, ad te mereamur pervenire in pace.

ALIA.

Er. Moz. fol. 351. *col.* 3.

O Beatiſſimi Martyres Chriſti, ſervi Dei excelſi, magnus eſt Dominus, qui de igne non vos ad hoc liberare voluit, ut vita in vobis ſaeculi permaneret, ſed *hoc, ut inſeliciori vitae felicior vita ſuccederet; qui ergo inter calores ignium *vitas meruiſtis perpetuam, nos inter vapores ſaeculi prece operite continuâ.

Ant. Ananias, Azarias, & Miſahel, ſervi Dei excelſi.

* *Lege*: ad hoc.
* *Lege*: vitam.

ALIA.

Er. Moz. fol. 351. *col.* 4. & *fol.* 405. *col.* 2.

ECce, ad inſtar trium illorum Puerorum, hii quoque Martyres tui, in igne ſaeculi poſiti, & in camino pro tuo nomine conſtituti, ſimili te, Domine, devotionis more conlaudant; & illi quidem, timentes te Dominum, canticum tibi concinunt gloriae, qui erueras eos de medio ardentis flammae: hii verò, non ut ab igne non * tingantur, concinentes * laudem offerunt precem, ſed ut a te per ignis ſupplicia coronentur, imnum tibi deferunt conſcientiae libertate; da ergo nobis, ut curſum vitae noſtrae in pace ducentes, & ab ardoribus libidinum liberi, & a futuris mereamur ſuppliciis liberari.

All. Ananias, Azarias, & Miſahel, timentes Dominum.

* *Lege*: tangantur; *vel cum Er. Moz.* contingantur.
* *Er. Moz.* laudis offerunt precem.

ALIA.

Er. Moz. fol. 351. *col.* 4.

ADmirabile ſatis eſt, Domine, Chriſtianae Fidei ſacramentum, per quod Martyres tui regna vicerunt, juſtitiam operati ſunt, igniſque impetum extinxerunt; fac nos ergo, ad inſtar illorum ſimili fidei calore ferveſcere: ut, dum fortes extiterimus mundano in bello, aeterno mereamur munerari de praemio.

Reſp. Sancti, qui per fidem vicerunt regna.

ALIA.

Er. Moz. fol. 352. *col.* 1.

DOmine Jeſu Chriſte, quem Martyres tui in Caelis ſe habere Deum profeſſi ſunt, qui de manibus perſequutoris eos poſſes eripere, dum falſorum deorum ſimulacra contemnerent adorare; fac, nos te ſemper in veritate diligere, teque etiam fideliter adorare, ut omnimodâ ſimulacrorum *ſupreſtitione devictâ, placita tibi Martyrum tuorum imitantes ſequamur veſtigia.

Ant. Notum facimus rex.

**Ita & Er. Moz.*

ALIA.

Er. Moz. fol. 352. *col.* 1. & *fol.* 405. *col.* 3.

IGnis, qui Sanctis tuis, Domine, a perſequentibus non ſolùm minatus, ſed & praeparatus eſt ad comburendum, mirabile illis adtulit vincendi conpendium: dum ipſa acceleratio poenae citatim eos dirigit ad conſummationem victoriae: & per hoc, quod cito flammis aduſti ſunt, *promerentur; quaeſumus, ut meritis Martyrum tuorum futurus ille ignis, impiorum cruciatibus praeparatus, in nullo nos adtingere audeat; ſed, Deitatis tuae ex illo potentiâ liberati, ſceptrum mereamur caeleſtis percipere regni.

Ant. Ignem, quem tu, rex, minaris nobis.

* *Fſſ*, ſunt, *adde*, per hoc quantocius gradum coronae ſcandere promerentur &c.

ALIA.

Er. Moz. fol. 352. *col.* 2. & *fol.* 417. *col.* 1.

UNigenitus Dei Filius, qui Juſtos tuos tamquam aurum fornacis igne examinas; cordium noſtrorum, quaeſumus, vires inſpicias, & juxta poſſe noſtrum, ſi placet tibi, ita nos igne tribulationum temtari permitte, ut de bono patientiae hereditatem mereamur in caeleſtibus obtinere.

Ant. Tamquam aurum in fornacem.

ALIA.

Er. Moz. fol. 352. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, pro cujus teſtamento Sancti tui ad mortem ſuas animas tradiderunt, temti catenis, macerati carceribus, peruſti incendiis; eorum meritis, juſtitiae nos limâ conpone, & velut aurum puriſſimum in omni ſanctitatis opere effice, ut qui tibi devotis cordibus famulamur, nullo modo in perpetuum a Deitatis tuae conſortio ſegregemur.

Reſp. Iſti ſunt ſancti, qui pro teſtamento.

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 2.

CHriſte, Filius Dei, qui Martyres tuos, ùt aurum probatum igni, ita tibi in olocauſti hoſtiam acceptòs eſſe feciſti; annue precibus noſtris, ut ignitis reſultantes voluptatibus carnis, proventum mereamur obtinere aeternae felicitatis.

Ant. Ut aurum igni provati ſunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 3.

DEus, qui miniſterio deſcendentis de caelo Angeli tui trium Puerorum flammas mirificè diſperſiſti, ut vim naturae ſuae in illis urens ignis amitteret, qui tuis obtutibus placuiſſent; redde nos a concrematione vitiorum extraneos, a diaboli laqueis liberos, & tuis nos Martyribus poſt tranſitum adſocia coronandos.

Ant. Deſcendit Angelus de caelo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 3. Et fol. 405. col. 1.

MAgna, Domine, Sanctis tuis eſt lux, dum te in nocte hujus ſaeculi * igne ardentem columnam habere merentur, qua & inluminantur, quid faciant: & adjubantur, ut intellecta perficiant; praeſta ergo nobis obtentu Martyrum tuorum, ut luminis tui ducatu tenebroſum ſaeculi hujus iter agentes, ad aethereas manſiones perveniamus felices.

All. Sanctis tuis, Domine, magna erat lux.

* *Br. Moz.* ignem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 3. Et fol. 359. col. 4. Et fol. 392. col. 4. & fol. 405. col. 3.

DEus, qui probatione ſolitâ pietatis probari Sanctos tuos voluiſti in terris, nec plus eos temtari permittis, quàm quod in eis donum tolerantiae adeſſe conlatum tuo munere praeſpicis; erue nos ab omni temtatione, quae noſtram poſſit obruere mentem: ut placito tibi famulatu fideliter ſervientes, ſic nos temtari permittas, ut temtatio ipſa non nos in confuſionem erroris, ſed in amplexu veritatis valenter adſtringat.

Reſp. Probaſti nos, Deus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 4.

DEus, qui Sanctos tuos multiplicibus tormentis hominum ſubdere voluiſti, ut haberent de patientia lucrum, de paſſione * tropeum; erue nos a ſuppliciis inferorum, ut & hic nos devotio tibi beneplacita jungat, & in futuro fides, qua te credimus, in aeternis ſedibus introducat.

Ant. Sancti ab hominibus tormenta paſſi ſunt.

* *Leg.* tropheum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 352. col. 4. Et fol. 405. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, cujus potentia ſancti Martyres tui rotantem ignis impetum extinxerunt, & juſtitiam operati ſunt; peccatoribus nobis faborem tuae pietatis indulge: ut per fidem, qua Sancti regna vicerunt, per eam nos peccatores caeleſte mereamur obtinere conſortium.

Ant. Sancti omnes per fidem vicerunt regna.

ALIA.

Br. Moz. fol. 353. col. 1.

DEus, qui ineffabili ſplendore pia tuorum Martyrum pectora repleviſti, ut coronas tuo munere refulgentes, quas hic ex paſſione ſpei gratiâ mercaverunt, illic a te percipere in munere mererentur; fac, nos ſplendere & lucere de beneplacita tibi dulcedine proximorum, & dignitate operum perfectorum: ut, ſi effuſione ſanguinis coronas non meremur accipere, ex fructu dilectionis verae * perpetuum mereamur aput te hereditatem.

* *Leg.* perpetuam.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 354. col. 2.

CHriſte, Dei Filius, qui & tribus in camino poſitis Pueris liberator mirificus adſuiſti, & tribus his martyribus Fructuoſo, Augurio, & Eulogio, probatis ignibus claruiſti: dum & illis paratam camino mortem ebadere, & iſtis coronas invenire, flammis corpora extinguentibus, conceſſiſti: praebens in utriſque diſcreta gratiarum officia, dum & illos ignis non tangeret, & iſtos adtingens faciliùs coronaret; ſuſpendens ab illis mortem, conſumans in iſtis laudabilem paſſionem; utrorumque votis obſequenti famulatu ignis ipſe deſerviens, dum & ab illis, ne morerentur, recederet: & ad iſtos, ut coronarentur * praeoptatus veniret; da nobis, ut in utrorumque ſanctitate laetantes, ſic victorias Martyrum celebremus, ut infinitâ cum eis laetitiâ gaudeamus.

* *Primis curis,* praeoptata.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 354. col. 2.

CHriſtus Dominus, qui Fructuoſum Epiſcopum cum ſuis Diaconibus examinatos igne perduxit ad regnum, liberatos vos a camino libidinum heredes efficiat regni caelorum; Et qui corporum illorum cineres, uſurpatos a fratribus, uno in illo loco tumulandos voluit congregare, ab unitate vos non dividat ſanctæ matris Eccleſiae: ut cum inter flammas concupiſcentiae liberatorem mereamini invenire, in quo illi poſt eſuriem meruerunt invenire refectionem.

* XI. K. FEBRS — * Secundis curis.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIE SANCTI * VINCENTI.

* Lege: VINCENTII, & ita plerumque.

COMPLETORIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 339. col. 1.

ADeſt, Domine, teſtis tui ſollemne illut, atque * famoſiſſimus feſtum, quod annuis recurſibus mortalium obtutibus praeſentatur, in quo hic Vincentius martyr tuus mirabiliter vincens, & ſolo provatus & pelago, nec terrenis ſuppliciis vincitur, nec marinis gurgitibus conpeditur, vincens & tenebras pariter & catenas: dum praedicator luminis nec vinculorum vincitur poenis, nec tenebroſis remoti carceris ſuperatur anguſtiis; ſed potiùs, qui verè confeſſus nomen fuerat veritatis, in veritate famulantia ſibi videret caeleſtis obſequia lucis; Qui ergo devoti annuâ devotione tanti Martyris ſollemne feſtum ſuſcipimus, quaeſumus, ut ſuſceptionis hujus aput te praemio muneremur, quò memorati Martyris interventu removeas a noſtris finibus plagam, & totius nocivilitatis incommoda: quò & proventûs frugum placidos terra parturiat, & animae noſtrae divinis * fonte virtutibus concaleſcant: ut * exemplis tenebrarum operibus, in tuo Chriſte lumine cuncta ſuperantes adverſa, & hic & in futuro gaudia nobis in commune exoptata proveniant.

* Leg. famoſiſſimum
* Leg. ſi placet, fotae. Br. Moz. fonte, ut in editione.
* Fortè, exemptis; Br. Moz. expulſis.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 339. col. 2.

CHriſtus Dominus, qui viriliter * vincendi Vincentio, tenebroſo adſiſtenti in carcere, & lumine eſt infuſus & munere, ſic luce ſua vos viſitet, ut aeterni muneris conlatione laetificet; quique illi refulſit inter tenebras carceris, inluceſcat in cordibus veſtris ad evadenda futurae ſupplicia ultionis: ut, qui ipſo bocabulo ſui nominis victor conprobatus eſt * paſſionis, ſuis vos precibus conſortes efficiat in caeleſtibus regnis.

* Leg. vincenti.
* Br. Moz. paſſionis ſuae.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 338. col. 3.

Ant. Libera me, Domine, de luto.

DEus, qui multis paſſionum generibus mirificè vincentem Vincentinm coronaſti, liberans illum ab omni exitio tormentorum, ut veſtigia ejus, quæ luto non ineſerant vitiorum, mirificè calcarent omne crudelitatis ſupplicium: nec aquarum obſorberetur profundo, qui mente ſæculum calcans, jam heres eſſet proximus caelo; praebe nobis precibus tanti Martyris, nec luto vitiorum adtingi, nec profunda deſperationis voragine operiri: ſed candida conſcientiae livertate decori tibi praeſentemur in diem Judicii.

ALIA.

Ant. Circumdederunt me aquae.

CHriſte, Dei Filius, qui beatiſſimum Vincentium martyrem tuum geminis aquarum ponderibus circumdatum, victorem facis eſſe conſpicuum: dum & in morem aquae, confluentes in ſe perſequutorum impetus vinceret, & marinorum fluctuum gurgites ſuperaret, habens de utroque victoriam: dum & perſequentes plebes ſuperaret, & maria; annue nobis precibus ejus, ut qui vitiorum aquis circumdati obruimur, ereptionis tuae dextera ſublevemur: ac, ne pelagus criminum caput noſtrum operiat, oratio nos tui Martyris Vincenti ſemper ad alta ſuſtollat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 418. col. 1.

Ant. Infixus ſum in limo profundi.

DEus, qui conſecratum tibi corpus Vincenti martyris tui, infixum limo profundi, ad ſuperos * revocaſtis, ut cujus mens tibi placita devotione ineſerat, ejus corpori marina famularentur obſequia; te quaeſumus, te rogamus, ut meritis hujus Martyris nulla nos temtationum aqua operiat, nulla etiam tempeſtas

* Leg. revocaſti.

Digitized by Google

peſtas criminum in peccatorum profundo dimergat; ſed, * leni manus tuae remigio ſuſtentati, ad litus mereamur pervenire juſtitiae liberi.

* Br. Moz. levi.

ALIA.

CHriſte, Deus omnipotens, qui multis in lavoribus conſtitutum beatiſſimum teſtem tuum Vincentium coronaſti ſtigmate paſſionum, ut verberibus caeſus, carceribus deditus, profundum maris triumſator adiret: teque Deum ac Dominum, liberatorem ſuum in his omnibus ſibi proveniſſe laetabundus agnoſceret; porrige nobis ſubſidium pietatis tuae; ut obtentu Martyris memorati diſcrimina hujus ſaeculi feliciter tranſeuntes, regni tui mereamur exiſtere coheredes.

Reſp. Ego in laboribus multis ſui.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 3. & fol. 397. col. 4.

DOmine Jeſu Chriſte, qui mirabiliter Vincenti huic martyri tuo & coronam de victoria praeſtas, & columnam in templo tuo, quaſi decorem aedificii, futurum eſſe adſignas: dum ei & coronanda vincendi ſtudia ſuggeris, & invictam perſeverantiae voluntatem in paſſionibus praelargiris; da nobis exemplo ejus, & diligendi te votum * aequalem, & vincendi ſimilem volumtatem: ut ita nomen civitatis illius novae Jheruſalem noſtris in pectoribus ſit adſcriptum, qualiter, dum indeſinenter obtutum mentis noſtrae in illius viſione deſigimus, in ejus pace perenniter jucundemur.

Ant. Vincenti dabo coronam.

* *Leg.* aequale.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 2.

DEus, qui * vincendi Vincentio potentialiter ſemper * in cuncti ejus & operibus & paſſionibus claruiſti, dum pro his omnibus * & coronam illum vitae ditificas, &, ut a morte non laederetur, matutinae ſtellae pro miſſione conroboras: quae utique reſurrectionis lucem inſinuans, matutina proinde vocata, quia noctem fugat, & lucem adnuntiat: dum, depulſa nocte ſaeculi, promittitur Vincenti ſydus muneris ſempiterni; hujus ergo ſtellae matutinae nos, Domine Jeſu Chriſte, facito conpotes eſſe: ut promiſſionis tuae conſolatione laetantes, ad fructum juſtitiae mereamur pervenire indemnes.

Ant. Vincenti dabo coronam vitæ.

* *Leg.* vincenti.
* *Leg.* in cunctis.
* *Leg.* & corona.

ALIA.

MAgnus ſatis, Domine, atque ineffabile donum eſt, quod a te Vincenti tribuitur, ſedere ſcilicet tecum in trono claritatis, quum dederis Judicium Sanctis; rovora ergo cor noſtrum adverſus inſurgentia vitia, ut vincentes quidquid nobis de carnali converſatione adludit, ſedes illas percipere mereamur Judicii ſempiterni.

Al. Vincenti dabo, alleluja.

ALIA.

Br. Moz. fol. 418. col. 3.

DEus, qui corpus beatiſſimi martyris tui Vincenti infixum limo profundi nulla marinorum fluctuum feciſti lege terreri, ut altitudo illum nullo modo maris dimergeret, qui inſurgentes contra ſe pro tuo nomine catervas hoſtium deviciſſet; interventu Martyris tui a cunctis nos temtationibus libera, & a profundo flagitiorum ereptos in tibi placita converſationis luce exalta: ut, te opitulante, & vitiis careamus, & virtutibus habundemus.

Reſp. Infixus ſum in limo profundi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimo martyri tuo Vincentio obedientiae aurem tribuere dignatus es, qua ſalubri cordis intellectu agnoſceret, quid ſibi Spiritus diceret; da nobis meritis ejus, edere de ligno vitae, & fructum capere hereditatis perpetuae: ut cives Paradiſi tui mereamur exiſtere, qui nunc tui Martyris incolimus devotiſſimè paſſionem.

Ant. Qui habet aurem audiendi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 3.

UNigenite Dei Filius, qui beatiſſimum Vincentium martyrem tuum, dum inſuperabilem & invictum in ſuis paſſionibus reddidiſti, aeternae illum claritati donaſti, ut qui innumera viciſſet paſſionis ſupplicia, fieret in templo tuo columna, quae utique mirificum in tuo aedificio decus exiſteret, dum ſequuturis exempla tolerantiae demonſtraret; quaeſumus Divinitatis tuae potentiam, ut imitamento ejus & vota noſtra pro tuo nomine ſint * accenſa, & noſtrorum ope-

Ant. Qui vicerit, faciam illum columnã.

* *Br. Moz.* accepta.

operum efficientia tibi maneat in omnibus placitura: ut, vincentes mundi diſcrimina, mereamur effici perennis aedificii conſtructura.

ALIA.

OMnipotens unigenite Filius Dei, qui * vencendi Vincentio martyri ſedere in trono Patris tui mirabiliter praeſtitiſti, ut glorioſae ſeſſionis mereretur faſtigium, qui Chriſtianae Fidei devicerat inimicum; precibus ejus atque ſuffragiis, qui cum ſ dere aput te promiſiſti pro meritis, nos ſalubriter facito ſtare in operibus ſanctis: ut pedes noſtri in atriis tuis ſine offenſione criminum perſiſtentes, & hic a peccati lege abſoluti, & in futuro mereantur inveniri a ſuppliciis liberi.

Al. Alleluja, omnis,qui vicerit.
* *Leg.* vincenti.

ALIA.

DOmine Deus, qui ſalutem regibus donas, & martyrem tuum Vincentium de malignorum gladio liberas, eruens illum de aquis multis, & victorem efficiens in paſſionibus univerſis; libera nos de manu filiorum alienorum, ut inſidiantibus inimicis vita noſtra laedendo non pateat: nec illorum procacitas ſaeva de ruinae noſtrae caſibus ilareſcat; ſed gladio verbi tui accinti, & hic adverſa ſuperemus intrepidi, & pòſt ad te mereamur perbenire beati.

Reſp. Domine, qui das ſalutem regibus.

ALIA.

Br. Mot. fol. 339. col. 3. CHriſte Filius Dei, protector beatiſſimi Vincenti martyris glorioſi, qui ejus manum mirabiliter auxilii vice ſuſtentans, nec flammis aduri, nec aquis paſſus es ſuperari; da nobis, ut nec ignes libidinum nos in quocumque contaminent, nec flumina odiorum in quocumque conturbent: ſed protectionis tuae dextera, quâ teſtis tuus adjutus eſt, ut * marinas ſuperaret diſcrimina, nos quoque adjubemur, ne futuram veniamus in poenam.

Ant. Protector tuus ego ſum.
* *Leg.* marina.

ALIA.

Br. Mot. fol. 339. col. 3. DEus, qui mirabiliter * vincendi Vincentio daturum te manna abſconditum promiſiſti, ut qui mortalium devicerat genera tormentorum, ſignificatione mannae * immortalitati utique munere ditaretur; concede nobis meritis ejus, qui te fide nomine & paſſione ſequutus eſt, ut nomen novum, quod nobis in Chriſtianitatis titulo eſt conlatum, & in hac vita poſſeſſionem bonorum operum nobis adcumulet, & in futurâ aeternum nobis regnum praeparet ſine fine.

Ant. Vincenti dabo manna.
* *Leg.* vincenti.
* *Leg.* immortalitatis.

ALIA.

DEus, qui beatiſſimum martyrem tuum Vincentium plevi tuae murum aereum praeſtitiſti, ut bellantes contra ſe mirabiliter nominis tui virtute devinceret; da nobis, illo te ſemper * adore fidei ſequi, quo & hic adverſa per tolerantiam ſuperemus, & futura a te praemia conſequamur.

Al. Dedi te plevi murum aereum, fortem.
* *Leg.* ardore.

ALIA.

Br. Mot. fol. 339. col. 4. DOmine Jeſu Chriſte, qui tuum eſſe Vincentium martyrem ex nomine ipſo pronuntias, dum tibi utique vicit, pro tuo nomine militans, * ut in tranſfretatione aquarum, & combuſtione ignium: dum illi adeſſe dignaris, inſuperabilem illum in ipſis paſſionibus reddis; auxilium, quaeſumus, pietatis tuae porrige ſupplicationibus noſtris, ut qui in illo viciſti pondus aquae, & flammas, a nobis aeternorum ignium poenas extinguas.

Reſp. Haec dicit: Dominus meus es tu.
* *Leg.* & in.

ALIA.

Br. Mot. fol. 339. col. 4. & fol. 315. col. 1. & fol. 415. col. 4. CHriſte Domine, qui es Eccleſiae tuae Caput, praeſta, ut Vincentius beatiſſimus martyr tuus in corpore Eccleſiae conſtitutus, qui tunc membra pro Capite dedit, nunc Caput pro membris adire non ceſſet; Capiti proximus regat totum, & protegat corpus: id inpendens uberiùs, quod ſe exultat obtinuiſſe feliciùs.

ALIA.

OMnipotens Pater, qui beatiſſimo Vincentio martyri praecipuo munere praeſtitiſti, ut per te fieret de fragili fortis, de minimo grandis, de milite

lite dux, de ſervo amicus, de ſupplici mirificus advocatus; praeſta placatus, ut interventu ſedulo, hiſdem nunc, de quibus ipſe electus eſt membris, adibeat fragilitati potentiam, humilitati gloriam, militiae diſciplinam, ſervituti libertatem, neceſſitati advocationem * inpendat.

* Τὸ inpendat, abundare videtur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 2. & fol. 318. col. 3.

DOmine Deus, praeſta propitius, ut beatiſſimus * Vincentium martyr tuus vincat ſuis meritis noſtra flagitia, qui non ſuis, ſed divinis viribus ſævientium potuit ſuperare ſupplicia: & qui dudum in illis vicit impietatis atrocitatem, in nobis malae cupiditatis ſuperet voluptatem.

* Leg. Vincentius.

ALIA.

FAmulo tuo, Domine, praeſtitiſti honorem magnum, dum per eundem dignaris vincere mundum: ut qui te coram hominibus confeſſus eſt in hoc ſaeculo, tu illum coram Patre, & Sanctis Angelia confitearis in regno; ejus ergo precibus nobis infirmis famulis tuis bonae confeſſionis gloriam praeſta, ut ſcandalum Crucis in nobis fiat plenitudo virtutis, & praedicatio Dominicae paſſionis nobis adquirat munus aeternae ſalutis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 339. col. 3.

OMnipotens Deua, qui Martyrem tuum aeterno nomine muneraſti, ut, qui cauſâ nominis tui blaſfemantium ſuſtinuiſſet invidiam, in tuo nomine laudantium ſumeret obſequellam; tribue ergo exultantibus famulis indefeſſum ſuffragium triumfantis, ut interceſſione ſedula reformet male ſciſa indumenta babtiſmatis, quem pro te dimicantem martyrii cruore reſperſâ ſtolâ induiſti decoris.

ALIA.

Br. Moz. fol. 340. col. 1. & fol. 397. col. 3. & fol. 418. col. 1.

OMnipotens Deus, qui beatiſſimum Vincentium martyrem tuum paſſionum ſtimulis, quaſi minantium fluctuum cumulis, probari, non obrui, permitti: quum eum dimicantem nec poena ſuperaret, nec inmerſum unda ſubprimeret: quia ei & illic adſuiſti, ne cruciatibus vinceretur, & hic praeſtitiſti, ut contra naturam fluctibus portaretur; miraculis tantis fidem omnibus praeſta, * ut quod a celebrantibus inpenſiſſimè conferatur.

* Br. Moz. ut vota celebrantibus impenſiſſimè conferantur. Sed rectius in eodem pag. 418. col. 1. ut quod a celebrantibus devotiſſimè creditur, credentibus impenſiſſimè conferatur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 339. col. 2.

BEnedicimus te, omnipotens Deus, qui beatiſsimum Vincentium martyrem tuum, ſicut quondam tres pueros, ab ignis incendio liberaſti: cum ejus utique membris * adivita flamma, etſi eſſet quae exureret, non tamen eſſet quae vinceret; ejus ergo precibus rorem miſericordiae tuae noſtris infunde viſceribus, ut madeſacto igne carnalis incendii, flamma in nobis tepeſcat peccati: quae etſi a nobis naturaliter non deſiſtat, quaeſumus, ne fragilitatem noſtram materialiter ſuccenſa conburat; ſed ita gratia naturae ſubveniat, * & quod origine non caremus, munere reſtinguere valeamus.

* Lege: adhibita.

* Leg. ut quod origine.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 341. col. 1.

DOmine clementiſſime Deus, tribue, ut fortiſsimus Vincentius martyr tuus, qui, pro te viriliter dimicans, tuo munere vicit, ita nobis in tuo nomine jugiter adſit, ut * victor exiſtat peccati: cottidianas abluat culpas, qui tot tantaſque ſupergreſſus eſt poenas; ut, qui pro Domino mirificus * exiſtit triumfator, pro ſervis exiſtat magnificus interceſſor.

* Br. Moz. victor equlei, victor &c.

* Br. Moz. extitit.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 342. col. 1.

DOmine Jeſus Chriſtus, qui potenter vincenti martyri ſuo Vincentio matutinam ſtellam donavit in munere, & primae reſurrectionis * ut futurae vos gaudiis ditet; Et qui eidem vincenti manna dedit abſconditum, obtentu ejus glorioſo vos inmortalitatis veſtiat indumento: ut exemplo memorati martyris & * carcere vincentes, & flammas, educti a carcere ſaeculi, flammas evadatis aeterni ſupplicii.

Br. Moz. & futurae.

* Leg. carceres, vel carcerem.

INCL-

* VIII. KAL. MARTS — * *Sec. turb.*

INCIPIUNT ORATIONES DE CATHEDRA SANCTI PETRI.

COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 354. *col.* 4.

CHriſte, Dei Filius, qui, ſupra petram aedificaturus Eccleſiam tuam, beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium principi claves regni caelorum dediſti: ut in illo primùm aedificata Eccleſia ſurgeret, qui te non ſolum diligere, ſed & confiteri prius caeteris meruiſſet; da nobis, ut in hac die, qua ille recturus Eccleſiam, ſuſcepit pontificalis gratiae culmen, ſuſcipiamus nos perfectionis omnimodae ſanctitatem: ut per eum, cui ligandi & ſolvendi conceſſiſti in Eccleſia poteſtatem, * per eum noſtra jubeas peccata dimittere, & ad regnum nos vitae perpetuae introire.

* Per eum, *abundat.*

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 354. *col.* 4.

CHriſtus, Dei Filius, qui in beatiſſimo Petro Apoſtolo ſuam primùm fundavit Eccleſiam, fundatos vos in ſe ſine macula & ruga poſſideat; & qui illum elegit primum ſui clavicularium regni, vos conſervatores efficiat ſui praecepti: ut per quem pateſcit juſtis janua caeli, per eum peccatores evadatis portas inferni.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 355. *col.* 1.

Ant. Beatus es, Simon Barjona.

JEſu, Salvator noſter & Domine, qui Primatum apoſtolicae dignitatis in beatiſſimo Petro Apoſtolo tuo conferre dignatus es, cujus prima vocatio nominis Barjona legis dilectam generationem ſignificat, Petrique vocabulum in Chriſto firmamentum Eccleſiae ſonat; largire nobis, eo ſuffragante, ut doctrinis ejus votorum obſequia dependentes, perpetuae hereditatis mereamur eſſe conſortes: ut caro & ſanguis, quae rebelationem tui ignorant, in nobis dominatum non habeant: ſed Spiritus tuus, quo ille plenus te confeſſus eſt Filium Dei, nos impleat ad promereudum praemium Judicii pòſt futuri.

ALIA.

Br. Moz. fol. 354. *col.* 4.

Ant. Si diligis me, Simon Petre.

CHriſte, Dei Filius, qui oves tuas ſub teſtimonio dilectionis tuae Apoſtolorum omnium principi Petro * conmendans, quò, & te interrogante, & illo reſpondente, dignus probaretur Paſtor eſſe Eccleſiae; fac, nos veridicè amatores tuos ſemper exiſtere: ut per eum, cui claves datae ſunt regni, * per eum nos intrare mereamur januas Paradyſi.

* *Leg.* commendaſti.
* Per eum, *replicatum.*

ALIA.

Al. Tu Petre, cum eſſes juvenior.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſancto Apoſtolo tuo Petro, cui navem Eccleſiae tuae gubernandam primitùs conmiſiſti, qua te morte clarificaturus eſſet, ſignificas, quum illum ſenem, futurum extenſis manibus quò nollet ire, alio praecingente, praenuntias; notum facito nobis finem vitae noſtrae, ut ſicut illi per paſſionem praeparatum eſt regnum, ita nos per poenitentiam perducamur ad praemium.

ALIA.

Br. Moz. fol. 355. *col.* 1.

Reſp. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram aedificabo.

CHriſte, Filius Dei vivi, quem Petrus ſupra petram ſolidatus verè confeſſus eſt, quia & utique non petra a Petro, ſed Petrus eſt vocatus a petra, in qua tua eſt fundata Eccleſia; te ſupplices deprecamur, ut idem, qui accepit claves regni caelorum, peccatoribus pandat caeleſtis viae introitum: ut per quem doctrinae ſublimis exempla ſuſcipimus, per eum aeternae vitae nos ſuſcepiſſe commoda ſentiamus.

ALIA.

Ant. Benedictus Dominus Deus, qui te conſtituit Principem.

BEnedictus es Domine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Petrum Apoſtolorum omnium Principem conſtituiſti ſuper domum Eccleſiae tuae; & ideo petimus, ut qui illi adfuiſti, uſque dum perficeret omne opus miniſterii domûs tuae, nobis ſemper adſis, uſque dum ad te perveniamus in pace: ut aedificationis illius exemplum & votis & actibus exequentes, non ſolum tui nominis confeſſores, ſed & regni tui mereamur eſſe participes.

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 355. col. 1.

DEus, Dei Filius, qui in te ſolidiſſimâ petrâ exaltaſti Petrum, & per Petrum Eccleſiam, effectus illi in tribulatione fiducia, quò poſſit adverſa cuncta ſuperare praeſentia; porrige nobis auxilium dexterae tuae, ut per eum, qui in te poſt negationem * reditu ſalutare meruit ſolidari, per eum nos digneris a vitiorum temtationibus erui: ut fides noſtra in nullo coram te apparens nutabunda, & animas & corpora pertraat ad ſuperna.

Ant. In petra exaltaſti me, Domine.

* *Br. Moz.* redditus ſaluti.

ALIA.

IN te, Chriſte Domine, qui es firmiſſima petra, ſolidatum primum Apoſtolum tuum Petrum eſſe gaudemus: qui, dum te Caput omnium noſtrorum ſuper inimicos * ſuos exaltatum fuiſſe laetatur, immolaſſe in tabernaculo tuo hoſtiam jubilationis agnoſcitur; perfectionis ergo illius nos, quaeſumus, ſacito adire veſtigia, nt etſi humanitùs in quocumque lapſi fuerimus errore, reſipiſcentes tamen poſt lapſum, ad glorioſum ſalutaris viae redeamus triumphum.

All. In petra exaltavit me Dominus, alleluja.

* *Leg.* tuos.

COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 355. col. 3.

APoſtole Dei beatiſſime Petre, petra Eeeleſiae, paſtor caeleſtis aulae, qui ob hoc, quod primus, Filium Dei eſſe, eonfeſſus es, Chriſtum, claves meruiti percipere regni caelorum; perceptae hujus privilegio poteſtatis noſtrorum omnium vincla diſſolve, ut illic, ubi glorioſus janitor adſtas, nos peccatores feliciter introducas.

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Filius, qui beatiſſimum Petrum Caput voluit eſſe Eccleſiae ſuae, membra vos efficiat ſibi ſemper placabilia eſſe; & qui illi conmiſit Catedrae pontificalis faſtigium, vos a dominatu eripiat peccatorum: ut idem, qui poteſtatem accepit peccata dimittere, ſuis vos precibus & a peccatorum lapſibus purget, & regni, de quo claves accepit, faciat participes eſſe.

ORATIO IN CARNES TOLLENDAS.

Br. Moz. fol. 80. col. 2.

ALleluja in caelo, & in terra: in caelo perpetuatur, in terra cantatur: ibi * ſonans jugiter, hie fideliter: illic perenniter, hìc ſuabiter: illic feliciter, hìc concorditer: illie ineffabiliter, hìc inſtanter: illic ſine defectu, hìc ex affectu: illic ſine ſillabis, hie modulis: illic ab Angelis, hìc a populis; quam, Chriſto Domino naſcente, in laude & confeſſione nominis ejus non ſolùm in caelo, ſed & in terra Caelicolae cecinerunt, dum gloriam in excelſis Deo, & pacem in terra bonae volumtatis hominibus nuntiaverunt; Quaeſumus ergo, Domine, ut quorum miniſterium nitimnr imitari laudando, eorum mereamur conſortium beatè vivendo, te praeſtante, * quo jubente, * dicimus & terris.

* *Br. Moz.* ſonat.

* *Deeſt* in caelis.
* *Leg.* in terris.

ITEM BENEDICTIO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 80. col. 2.

ALleluja, quae ineffabiliter concinitur caelis, efficaciùs declaretur in laudibus veſtris; & quae illie ſine intermiſſione decantatur ab Angelis, hie per momenta affectiùs concinatur a populis univerſis: ut haeè ipſa, quae laus dicitur Dei, in ea, qua nunc laude initiari populos ſacit, aeternae vos adſcribat ſocios manſioni.

ITEM AD MATUTINUM.

DEus, cujus laus ſemper inmenſa eſt, fae nos cum laetitia ingredi ſemper in ſancta tua, & cum exultatione reverti ad te de hae peregrinationis aerumna: nt tibi ſemper, dum vivimus, devotis mentibus decantantes, ad te quandoque mereamur pervenire felices.

ALIA.

COncede nobis, Domine, tua imitari veſtigia, tuaqne indeſinenter ſequi praecepta: ut te deſiderantes ſincero ex corde, vita noſtra in perpetuum coronata tripudiet, quo * tem, quem nunc in laudibus canimus, pòſt in praemio capiamus.

* *Leg.* te.

ALIA

ALIA.

DEus omnipotens atque ſanctiſſime, cujus laus uſque in conſummationem permanet jugis, & ſapientia extat mirabilis; concede nobis, ut vita noſtra auro comparata reſplendeat: & laus tibi ex ore noſtro probata ſic placeat, ut nos tibi haec obſequia ſine fine conjungant.

Al. Uſque in conſummatione.

ALIA.

AD te, Domine, diem feſtum celebrantes, concurrimus, & annuis recurſibus votiva tibi gaudia dedicamus; proinde pietatem tuam expoſcimus, ut qui nos tuis feciſti officiis obſequentes, tui nos regni efficias eredes.

Reſp. Univerſus populus.

ALIA.

DUlce nobis, Domine, quum tibi pſallimus, ſatis eſt, cujus laus inmenſa, cujus odor ineffabili potentia flagrat; non ergo, quaeſumus, deficiat de ore noſtro tua laudatio, ut ſine intermiſſione tuae in nos dulcedinis fructificet plenitudo.

Ant. Quam dulcis eſt.

ALIA.

O Quam ſuavis eſt ſonus, quum conſono te, Chriſte, fideles cuncti ore laudamus; magnificetur ergo in nobis tuae laudationis amplitudo perennis, ut bonis actibus ornati per tempora, cum exibitione debita laudum perveniamus ad gaudia repromiſſa.

Ant. Quam ſuavis ſonus eſt.

ALIA.

ALleluja, nomen magnum, ſuave, inclitum, ac jucundum, quod in animas timentes Deum inenarrabile gaudium feris, & in caeleſtium officiis declararis; dilata in nobis, concedente Deo noſtro, amabilitatis tuae gaudia infinita, praeconia clara, ceptra perennia: ut, qui te in laudem Redemtoris noſtri diffuſo ore concinimus, te in praemio poſt tranſitum capiamus.

Al. Alleluja, ſonus ſuavis eſt.

ALIA.

IN Domo tua, Deus, orantes, in oratione noſtra ſapientiae tuae lucem exquirimus, & laudationis tuae jubilum exibemus; quaeſumus proinde, ut donec florens vitae noſtrae fructus incorruptionis maturitate ditefcat, ſine intermiſſione laetetur cor noſtrum in Eccleſia tua.

Reſp. Quaeſivi in oratione mea.

ALIA.

IN caelo & in terra mirabile nomen eſt Alleluja: haec in caelis ab Angelis continna modulatione concinitur, haec in terris obſeqnentibus fidelibus declaratur; quaeſumus ergo, Deus, ut qui ſupernorum civium nitimnr imitari concentum, eorum mereamur beatae vivendo promereri conſortium.

Al. Allelnja, in caelo & terra.

ALIA.

DEus, cujus ab initio ſunt teſtimonia glorioſa, teſtimoniis legis tuae cor noſtrum inradia, ut qui glorioſum nomen tuum * devita laudum exibitione attollimus, laudis perpetuae munera capiamus.

Al. Ab initio.
* *Leg.* debita.

ALIA.

LArgire nobis, Domine, ut ſermo tuus bonus, qui ùt mellis eſt favus, ſit nobis perpetuus civus, quo inradiati adque conpuncti ad intellegenda mirabilia tua efficiamur idonei: ut & corda noſtra ſint libera, & oris expedita officia: ſicque pulcritudo linguae medicina ſit animae noſtrae, ut odiernae laudationis myſterium aeterno nobis in munere praeparetur.

Al. Favum mellis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 51. *col.* 1.

DEus, qni nos elemoſinam facere praecipis, ut quod gurges humanae prolapſionis * pedorum ſqualore ſordificat, haec velut porrectum boni operis tegmen operiat; fac, nos dignas nobis ipſis primùm elemoſinas erogare, & ſic indigentibus conpatientes exiſtere, ut primùm vitae noſtrae parcamus, piam-

Reſp. Elemoſina, & fides.
* *Ita & Br. Moz. ſed legendum cum diphtongo*, paedorum.

piamque nobis bonorum operum ſubſtantiam miniſtremus, dum mores noſtros a male actis corrigimus: & ſic, de bono conſcientiae ditiores effecti, proximorum corda & inſtructione inluſtremus doctrinae, & inopiam reficiamus ſubſidio gratiae.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 81. *col.* 3.

ALleluja, nomen, * quod inprecatione tui laudem reſonas Dei, eſto conſummatrix matutini officii; praebe quoque tu Deus nobis hanc tibi, dum vivimus, diffuſo ore concinere, hanc etiam tibi poſt tranſitum, peracto mundi termino, decantare: ut, cujus hic * revoatione dulceſcimus, in ejus te concentu poſt noſtrum obitum copioſiùs amplectamur.

* *Leg. ſi placet*, quod interpretatione ſui laudem reſonat Dei,

* *Leg.* reboatione. *Br. Moz:* ut in cujus hic renovationem dulceſcimus.

BENEDICTIO.

ALleluja, quae nominis interpretatione laus Dei ſignificatur, ſe ſe in veſtro ore vel corde ad laudandum Deum diffundat omnimodâ diffuſione cariſmatum: & quae jucundior declaratur in Angelorum obſequiis, efficacior exiſtat in his officiis veſtris, ut qui laudum Deo vota perſolviſtis, aeternum jubilum in praemio capiatis.

ITEM COMPLETURIA POST EXPLICITAS LAUDES, QUAS PSALLENDO VADUNT USQUE AD, *SANCTA JHERUSALEM*, QUAE IN SANCTO FRUCTUOSO DICENDA EST.

LAEtare Jheruſalem, quoniam * fili tui collecti numeroſae collectionis tibi perſonant laudes; quaeſumus proinde, Deus, ut in hujus ſanctae Matris gremio conſtituti, perpetuum tibi alleluja & ſpiritu & mente pſallamus: ſicque, quod nunc in peractione matutini officii per multiplicationem laudum devotè conſummantes perſolvimus, poſt noſtrum obitum cum Sanctis tuis omnibus tibi uberiùs decantemus.

* *Leg.* filii.

ITEM COMPLETURIA DOMINICO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 81. *col.* 4.

ECce laus tua, Deus, quae eſt Alleluja, & caelos implet & terram: cum & ſupernorum inefabili concentu exprimitur, & terrenorum officiis declaratur; quaeſumus ergo, Deus, ut quum te in illa die viderint oculi noſtri in gloria, laetetur cor noſtrum ſuper alleluja: ut per laudis hujus exibitionem devotam, & hic promereamur criminum veniam, & pòſt, aeternam perducamur ad gloriam, quum manifeſtata nobis fuerit facies tua.

ITEM BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 81. *col.* 4.

ALleluja, nomen pium atque jucundum, dilatetur in laudem Dei in ora omnium populorum: ſit in vocibus credentium clara, quae in Angelorum oſtenditur concentibus glorioſa: ut quae in aeternis civibus ſine ſonorum ſtrepitu enitet, in veſtris cordibus affectu pleniori fructificet.

COMPLETORIA AD * SANCTO PETRO.

* *Leg.* SANCTUM PETRUM.

MUltimoda in laudum conſummatione, tua Chriſte odierni diei ſollemnia peragentes, quaeſumus, ut in ore noſtro perfecta laus tua ſine intermiſſione fructificet, & cum effectu mentium noſtro ſe dilatet in pectore: ut quam nunc concinendo peregimus, ad glorioſum reſurrectionis tuae feſtum devotis cordibus concinamus.

BENEDICTIO.

DEus, in cujus laudibus haec ſollemnia peregiſtis, glorioſos vos efficiat dono ſuae laudationis; Laus quoque ejus in ore noſtro ſemper ſpecioſa appareat, cujus glorioſa laudum odierni feſti peregiſtis officia: ut laus, quae nunc in conſummatione officii in veſtris vocibus declarata eſt dulcis, ſuavior reſultet in veſtris cordibus tempore reſurrectionis.

ORATIO IN PRIMA EBDOMADA QUADRAGESIME.
DIE SABABTO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 105. *col.* 2.

CHriſte Deus, luminis perenne principium, qui * ſeptimi diei curriculum ſanctificatione potius, quàm operatione voluiſti eſſe * contentum; quaerimus ecce faciem tuam, ſed impedimur conſcientiae noſtrae tenebrâ conſuetâ: conamur adſurgere, ſed relavimur in errore; Non ergo abicias te quaerentes, qui non quaerentibus apparere dignatus es. Ecce dierum noſtrorum decimas ſancto tuo nomini annuis recurſibus perſolventes, ſeptimum nunc ex ipſis decimis peregimus diem; Da ergo nobis adjutorium in hujus laborioſi itineris * viam, quò inlibata tibi noſtra dedicentur obſequia: ut labores noſtros amoris tui deſiderio relebes, & ſocordiam ſensûs noſtri fervida dilectionis tuae ubertate exſuſcites: ut in te vita noſtra non habeat caſum, ſed fides inveniat praemium.

* *Br. Moz.* ſeptimum.
* *Br. Moz.* confitentium, *mendosè*.
* *Leg.* via.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 105. *col.* 2.

OMnipotens Deus per obſervantiam horum dierum purificet corda veſtra ab omni contagione peccaminum: ſic vos in ſervitute ſua timoris ſui lege conſtringat, ut amoris praemio ſobeat: quò deſiderio aeternitatis labores veſtros copioſè reficiens, regni ſui vos efficiat coheredes.

ITEM DIE DOMINICO AD MATUTINUM.

EXurge, Domine, & corda noſtra tibi praeparentur in requiem: ſitque in ſingulis arca tuae ſanctificationis, meditatio ſanctitatis: ut operum noſtrorum lucernam Chriſto tuo, Deo noſtro ac Domino, praeparantes, & fructu juſtitiae repleamur ad gratiam, & verbum vitae contineamus ad gloriam.

Ant. Exurge, Domine, in requiem tuam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 117. *col.* 3. & *fol.* 143. *col.* 4. & *fol.* 129. *col.* 1.

EXurge, Domine, qui judicas terram: & qui fidem omnium gentium pius poſſeſſor * hereditas, ne patiaris nos in tenebris remanere; ſed fac nos lumen tuae veritatis aſpicere, ut fundamenta fidei noſtrae numquam temtationis turbo deiciat; ſed ſupra petram, cujus tu es firmitas, conlocata permaneant.

Ant. Exurge, Deus, judica terram.
* *Br. Moz.* inhabitas.

ALIA.

Br. Moz. fol. 89. *col.* 4. & *fol.* 135. *col.* 2. & *fol.* 154. *col.* 2.

EXurge, Domine, adiuba nos contra omnem malitiam perſequentium, & libera a contractu ſpirituum inmundorum: ut, qui nos in loco humiliaſti afflictionis, exaltes * item in remuneratione virtutis.

Ant. Exurge, Domine, exurge.
* *Br. Moz.* iterum.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 107. *col.* 1.

EXpectatio ſalutis noſtrae Domine, verba, ſupplicum precibus ad te directa, ſacris auribus percipe, & occultum cordis clamorem occultus ſcrutator intellege: ut ea, quae non timemus admittere, & erubeſcimus pandere, tu Rex noſter miſeratus dimittas, & placatus indulgeas: ut oratio confitentium manè ad te perveniat, & tuae clementiae pietas a te nobis donata ſuccurrat.

BENEDICTIO.

MAnè Chriſtus Dominus clamores veſtros exaudiat, & miſerationis ſuae lumen vobis clementer oſtendat; Viſione vos interni luminis ſobeat, & cor veſtrum ad ſe diligendum ſine intermiſſione accendat: ut ardore ſuae dulcedinis & flamma vitiorum a vobis diffugiat, & dona virtutum in * vos copioſiùs inardeſcant.

* *Leg.* in vobis.

ITEM IN SECUNDA EBDOMADA.
DIE SABBATO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 128. *col.* 3.

QUarti nunc, & decimi diei de noſtrorum dierum decimis curriculo jam peracto, ad te levamus oculos noſtros, Domine, qui habitas in caelis; inpende jam & miſericordiam miſeris, & medellam porrige vulneratis; Tu nobis ad greſſum iter placidum effice: tu cor noſtrum in mandatorum tuorum ſemitis dirige: per te lucis inveniamus viam: per te luminoſa amoris tui capiamus incendia: tu laboribus requiem, tu laborantibus tribue manſionem; ut horum

horum dierum obſervatione tibi placentes, gloriae tuae mereamur eſſe participes.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 118. col. 3.

CHriſtus Dei Filius labores veſtros propitiatus aſpiciat, & cordis veſtri tenebras inluminando ſubmobeat; In mandatis quoque illius ita viae veſtrae feliciter dirigantur, ut juſtificationum ejus mereantur ſemper optinere proventum: quò & curſum veſtri laboris propitius * adibet, & caecitatis veſtrae tenebras miſeratus inluſtret.

* *Leg.* adjuvet.

ITEM DIE DOMINICO AD MATUTINUM.

EXſurge, Domine Deus, in praecepto quod mandaſti, & fac nos mandati ipſius obſervatione conſurgere: ut, quum tu ſignificatione non tuae, ſed noſtrae elevationis exſurgis; dum noſtro, non tuo, profectui proficit, quod affectu humanae eloquutionis tu ipſe erigi proteſtaris, ſtare nos jugiter facias; atque erectionis titulum, dum ipſe praeparas, ipſe ſuſcipias.

Ant. Exſurge, Domine Deus meus, in praecepto quod mandaſti.

ALIA.

EXſurge, Domine, non praebaleat contra nos adverſans noſtrae fidei homo, atque malignantium multitudo: peccatorum quoque ſic contere bracia, ut peccandi eos delectatio nulla ſubripiat; ut inimicus obſiſtens humano generi ſunditus conteratur, quum tu ſolus in nobis tuum auctâ poſſeſſione * dilataberis regnum.

Ant. Exurge, Domine, non praevaleat homo.

* *Leg.* dilataveris.

ALIA.

EXſurge, Domine, exaltetur manus tua in ſigno noſtrae ſalutis, & ne pauperis, ideſt redemtae a te plevis, aliquando obliviſcaris: ut, dum hic redemtos ſanctificas, ſine fine, quos redemiſti, poſſideas.

Ant. Exurge, Domine Deus, & exaltetur manus tua.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 56. col. 4.

AUribus tuis, Domine, percipe verba oris noſtri, clamoremque matutinum pius ſcrutator intellige: ut orandi ad te nobis ſit fida devotio, tuaque donetur nobis diluculo contemplatio.

BENEDICTIO.

REdemtor noſter, & Dominus, diſcuſſa noctis caligine, in rectis vos faciat ſemitis ambulare; Det quoque vobis exultare in lumine, qui caecato homini reddidit viſionem: ut & * lucis ejus veſtra ſemper claritate reſplendeat, & donorum illius ubertate corda veſtra ſine fine praepolleant.

* *Leg.* lux.

ITEM IN VICESIMA DIE SABATO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 153. col. 1.

PAſſionis tuae feſtum, Chriſte Dei Filius, devotis cordis officiis recurſu temporis incoantes, quo pro nobis & * lingua fuiſti perſequentium paſſus, & tradentium te vulneribus crucifixus; rogamus atque expoſcimus, ne te elonges a nobis: ut, qui aproximante tribulatione non eſt qui adjubet; * ne tradas ergo nos inimicis noſtris in malum; ſed excipe ſervos tuos in bonum: ut caluminiantes ſupervi, inimici ſcilicet animarum noſtrarum, virtutis tuae potentiâ proterantur; Tu es enim Divinitatis lucerna per humanitatem ſuper candelabrum Crucis inpoſita: ideo te rogamus, ut nos accendas, ne veniamus * in poena. Quos ergo perſpicis initiatum paſſionis tuae feſtum devotis cordibus excepiſſe, facito eos paſſionis tuae communicare: ut tenebrarum noſtrarum orrore diſcuſſo, lucis tuae muniamur praeſidio * quo juvente dicimus.

* *Leg.* linguas.
* *Supple*, tu ſolus paſſionis tuae nos ſubleves ope.
* *Br. Moz.* in poenam.
* *Sic. codic.*; *leg.* jubente.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 153. col. 1.

CHriſte * Dominus, cujus paſſionis vulnera gratiſſima devotione praecinenda ſuſcipitis, liberos vos efficiat a paſſionibus veſtris; Et qui per adſumtam carnem voluit crucifigi, per Divinitatis ſuae potentiam participes vos efficiat regni ſui: ut * in cujus paſſionem amareſcitis, in ejus reſurrectione pleniſſime gaudeatis.

* *Leg.* Chriſtus.
* *Leg.* in cujus paſſione.

ITEM AD MATUTINUM IN VIGESIMA.

EXſurge Domine, praeveni inimicos tuos ſanctae fidei dono, & * ſubvertere illos rectae converſationis ſtudio, dum infidelem cordis eorum terram manifeſtâ praeveniendo ſubverteris gratiâ: quò nec ſtatus Eccleſiae tuae in illorum infidelitate ullo modo concidat, nec ipſi perpetuae incredulitatis errore tabeſcant; ut paſſionis tuae vulneribus, non tam ſolentur credentes, ſed etiam veritatis viam percipiant infideles.

Ant. Exurge, Domine, praeveni inimicos meos.

* *Leg.* ſubverte.

A L I A.

EXſurge, Domine Jeſu, qui pro nobis occiſus es, & dormiſti in paſſionem, exſurge, quaeſumus in cordibus infidelium, qui te a mortuis reſurrexiſſe non credunt, ut & redemtae Eccleſiae obtata beneficia tribuas, & in corda eorum, qui te non credunt, manifeſtus exſurgas: quò per tuam paſſionem & redemti gaudia aeterna poſſideant, & inimici tui reducantur ad viam.

Ant. Exurge, qui obdormis, Domine.

A L I A.

Br. Moz. fol. 415. *col.* 3.

EXſurge gloria noſtra Deus, exſurge, & libera ab hoſte captivos, ut parato corde diluculo ſurgentes pſallamus, & fidei pſalmum in populis decantemus. Tu itaque, Domine, pro quibus es magnificatus uſque ad caelos, hos in te confidentes intuere placatus: & ipſe da nobis in tribulatione auxilium, qui noſtrae ſalutis es complementum: & ipſe tribulantes ad nicilum redige, ipſeque ad protegendum potentiam tuae virtutis in nobis oſtende.

ORATIO DE QUINQUAGESIMO PSALMO.

Br. Moz. fol. 308. *col.* 3.

CHriſte Deus noſtrae ſalutis, qui paſſionibus tuis noſtrorum criminum paſſiones extinguis, libera nos de ſanguinum viris, & ab omnibus corruptionibus noſtris, ut ſacta carnis * & ſanguinum praecipitio interiri, ſed placentium tivi mereamur numero adgregari.

Hec oratio totiens dicenda, quotiens & verba hujus antiphonae fuerint decantata, id eſt ſive in dominica de Lazaro, ſive in caena Domini, ſeu etiam quando in cujuſlibet martyris feſtum occurrit.

* *Leg.* & ſanguinum declinantes, non virorum ſanguinum praecipitio interire.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 156. *col.* 2.

DEus, Dei Filius, qui volumtariè * decipula venantium paſſus, volumtariè utique crederis crucifixus; concede nobis & paſſionis tuae exceptione ſingulariter jucundari, & reſurrectionis tuae gaudio fidenter adtolli: ut qui paſſionis tuae ſollemnia devotis praecinenda canticis incoamus, reſpectu lucis tuae copioſius * inluſtremus.

* *Leg.* decipulam.

* *Br. Moz.* inluſtremur.

B E N E D I C T I O.

Br. Moz. fol. 156. *col.* 2.

CHriſtus, Dei Filius, qui olim, mediante hujus diei feſti tempore, detrahentium ſe pertulit linguas, veſtrorum omnium faciat eſſe diſertas; & qui pro impiis paſſus eſt innocens, vos ſibi efficiat ſine fine conſortes: ut, cujus nunc paſſionem * maeſtificati excipitis, ad reſurrectionis ejus diem laetificatis cordibus accedatis.

* *Br. Moz.* juſtificati.

INCIPIUNT ORATIONES DE RESPONSURIIS, SIVE DE ANTIFONIS PSALMOGRAFIS DE * TRADICTIONE, QUAE DECANTANTUR COTIDIE EXTRA DIES DOMINICOS A DIE SECUNDA FERIA POST VICESIMAM, USQUE IN SABBATTO DE RAMOS PALMARUM.

* *Leg.* de traditione.

Br. Moz. fol. 153. *col.* 4.

CHriſte, Dei Patris ineffabile Verbum, contra quem & Reges terrae atrociter fremuerunt, & populi inania meditati ſunt; da Eccleſiae tuae membris, obtabilem de adverſis poteſtatibus ferre triumphum, quò & perſequentium mucro, obſiſtente * ſivi veritate, vaneſcat, & credentium te fides ſuper inimicos ſuos invicta praepolleat.

Ant. Quare fremuerunt gentes?

* *Leg.* ſibi; *mox Br. Moz.* vanitate vaneſcat; *mendosè*.

A L I A.

IN tribulatione noſtra, Deus noſter, citus conſolator occurre: ut, qui pro impiis tribulationum es perpeſſus injuriam, ſupplicantibus nobis dones indulgentiam copioſam.

Ant. In tribulatione mea, Deus meus.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 156. col. 4.

DEus, qui hodie habes omnes, qui operantur iniquitatem; caritatis nos munimine reple, ut aliquando ad te * converſuri, doloris noſtri ſentiant cumulum, qui contra te loquuntur mendacium. *Reſp.* Suſceperunt me, ſicut Leo.

Ant. Odiſti, Domine, omnes, qui operantur iniquitatem.

* *Br. Moz.* converſi, doloris tui.

ITEM AD TERTIAM.

DEus, Dei Filius, qui in carnis conſtitutus abjectione, virum impium, gradientem ore perverſo, ut te in dolo deciperet, libentiſſimè ſuſtinuiſti: dumque ab eo ſolus Homo putaris, in praenoſcendis tamen ſcandalorum ejus decipulis verus Deus agnoſceris; te fuſis piiſque precibus flagitamus, ut ſic nos, qui te Deum pariter & Hominem veraciter confitentes, unum credimus Chriſtum, Divinitatis tuae cuſtodiâ protegamur, qualiter & hic paſſioni tuae communicantes, ab omni cordis pravitate purgemur, & in futuro ſanctorum coetibus adgregemur.

Reſp. Ecce vir inpius gradiatur ore perverſo.

ALIA.

DEus Pater unigeniti Filii tui, qui habitans in caelis, inridendos atque ſubſannandos omnes reges terrae & principes, adverſus Chriſtum tuum convenientes, oſtendis; da in nobis ſpeciale munus hoc gratiae, ut adverſis neſciamus ullo modo cedere: quò ſic in furore tuo infidelitas conturbetur, ut ex tuo adjutorio noſtra credulitas coronetur.

Ant. Adſtiterunt reges terrae. mal.

ALIA.

Br. Moz. fol. 156. col. 4.

IN ore inimicorum tuorum, Domine, veritas non eſt: quia dum a te in intimis avertuntur, cor eorum vanitate deſtruitur; da ergo nobis, ut ſic lingua noſtra cum puritate conſcientiae acceptum tibi deferat ymnum, ut patens malignitatis non efficiatur ſepulcrum.

Ant. Quia non eſt in ore inimicorum veritas.

ALIA.

Br. Moz. fol. 158. col. 4.

DEus * Patris Unigenite Filius Chriſte, cujus Divinitatis oculum ſic paſſionis injuria * non turbat, ut tamen paſſionem * ipſam in ſolo homine adſumto excipiat; nos famulos tuos, quorum via amaritudinis, & oculus caligavit, & vita inter inimicos poſita vetereſcit, ſic a nobis acceſſum exclude totius malitiae, ut compotes habeamur felicitatis aeternae.

Ant. Caligavit.

* *Lege*: Dei Patris .... Fili.
* *Fortè legendum*, conturbat.
* *Br. Moz.* ipſa mox *mendosè*, aſſumpta.

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 222. col. 4.

CHriſte, Dei Patris individua Proles, qui adſumto homine laqueos iniquae linguae perpeſſus es; tu Eccleſiam tuam ab omnium paſſionum inlecebris libera, & a nocibilitate labiorum detrahentium inlaeſam conſerva: quatenus iſtis a rugientibus, miniſtris ſcilicet diabolicae poteſtatis, exempta, tibimet caeleſti * in curia perenniter inaereat glorioſa.

Reſp. A laqueo linguae.

* *Primis curis*, injuria, *mendosè*.

ALIA.

Br. Moz. fol. 158. col. 4.

CHriſte, Dei Filius, cujus oſſa & anima in paſsione turbata ſunt, ſana plagam cordis noſtri: ut, confirmatis virtutum oſsibus, ſic paſionis tuae concinamus praeconia, ut reſurrectionis conlaetemur inpenſiùs glorià pòſt futurà.

Ant. Sana me, Domine.

ALIA.

Br. Moz. fol. 149. col. 2.

TE Jeſum pro nobis impiis laboraſſe in gemitu credimus paſsionis; ideo petimus, ut ſingulare exemplum patientiae tuae proficiat ad emolumentum animae noſtrae, quò per ſingulas noctes ſic lectum ſtratumque noſtrum rigemus in lacrimis, ut continua capiamus praeſidia ſanctitatis.

Ant. * Lavoravi in gemitu meo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 153. col. 4.

DOmine Deus, * ſpirantem in te Eccleſiam tuam a perſequentibus omnibus libera: ut potentia paſſionis tuae, qua eam primùm liberaſti a captivitate diaboli, liberes etiam ab ardoribus ſupplicii ſempiterni.

Ant. Domine Deus meus, in te ſperabi: libera me.

* *Leg.* ſperantem.

ITEM

ITEM AD NONAM,

Br. Moz. fol. 162. col. 4.

IN pace in idipſum, in te, Domine, quietis noſtrae fiducia conlocetur; ut cujus mortis gloria nobis facta eſt requies, nos in ſpe tua conſtituendo exaltes.

Ant. In pace, in idipſum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 162. col. 4.

DIſcendant * a te, Domine, omnes maligni, quos utique infidelitatis ſuae vorago a te diſcedere fecit; non, quò ipſi poenali ultione a te perituri recedant, ſed ut infidelitatis eorum diſcedente protervià, mitiſsima leni jugo tuo ſua colla ſubmittant.

Ant. Diſcedite a me maligni.

* *Leg.* Diſcedant.

ALIA.

Br. Moz. fol. 162. col. 4.

DOmine Deus, ſperantem in te Eccleſiam ſalva: quò per te, qui pro ea paſſus es, & omnibus perſequentibus liberetur, & cum omnibus, qui te diligunt, perpetim jucundetur.

Ant. Domine Deus meus, in te ſperabi: ſalba me ab omnibus, qui me perſequuntur.

ITEM AD MATUTINUM.

ERubeſcant & confundantur omnes inimici tui, Domine, qui & inriſores ſunt Crucis tuae, & captatores orationis noſtrae; Suſcipe ergo orationem fidelium, & caſtra abice externorum: ut dum oratio Eccleſiae ad te dirigitur, omnes per te * infidelitas confundantur.

Ant. Dominus orationem meam ſuſcepit.

* *Leg.* infideles.

ALIA.

Vide bis ſupra. Et fol. 183. col. 4.

DOmine Deus, ſperantem in te Eccleſiam a perſequentibus omnibus ſalva, & de manu perſequentium potentialiter libera: ac ne quando rapiat ùt Leo * anima ejus, tuis ſemper inroretur affectibus: ut cujus primùm paſſionis * conpluta eſt ſanguine, ejus invictâ liberetur a malis omnibus poteſtate.

Ant. Domine Deus meus, in te ſperavi, ſalva me, & libera me, ne quando rapiat.

* *Leg.* animam.
* *Leg.* completa.

ALIA.

DEſtrue, Domine, inimicum & defenſorem, qui dum fictè defenſionis tuae oraculo callet, inimicum veneni poculum obtegit melle; quia ergo admirabile ſemper eſt nomen tuum, ſic dentes contra te inſanientium contere, ut ex ore infantium & lactantium perficias laudem.

Ant. Deſtrue inimicum.

ITEM AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 178. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, cujus vitam viri impii & opprimendam definiunt, & declutiendam ùt inferi ſtatuerunt, nitentes memoriam tuam auferre de terra, qui creaveras & caelos & terram; te petimus & rogamus, ut qui in ſpoliis veſtis tuae miſſam ſortem * patenter perſerre dignatus es, lapſus fragilitatis noſtrae benegniſsimè toleres, & a cunctorum nos elogio criminum expiatos conſerves: quatenus, dum nos malae conſuetudinis ligamine reddideris abſolutos, Sanctorum catervis in futuro conſocies laureandos.

Resp. Viri impii dixerunt.

* *Br. Moz.* patieneer.

ALIA.

Br. Moz. fol. 177. col. 4.

PSallat ſemper Eccleſia tua nomini tuo, altiſsime Deus, qui per paſsionis tuae triumphum convertiſti inimicum animae noſtrae retrorſum; quaeſumus proinde, ut eodem cum ſuis ſatellitibus infirmatis & perditis a facie tua, nos ſemper tua protegat paſsio glorioſa.

Ant. Pſallam nomini tuo, Altiſſime.

ALIA.

Br. Moz. fol. 173. col. 4.

ADverſus te, Chriſte Domine, peccatores malignitatis praetendentes arcum, doloſitatis ſuae nicilhominus ſagittis transfixi ſunt: quia igitur te in obſcuro nequitiae jaculis linguae ſuae, ùt * quonati ſunt, transfigere nequiverunt, nos, quaeſumus, ab eorum dentibus tuae paſsionis munimine extraamur: ut te, quem rectum corde perſequuti ſunt impiè, ſentiant noſtrum in omnibus protectorem.

Ant. Peccatores tenderunt arcum.

* *Leg.* conati.

ALIA.

Br. Moz. fol. 160. col. 3.

SAlvum fac, Domine, populum tuum, qui glorioſâ paſſionis tuae exceptione laetatur, ut lavia doloſa non habeamus in corde, ſed ore ſimplici & vana loquentibus finem ponere, & in te credentium poſsimus accendere caritatem.

Ant. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit ſanctus.

ALIA.

ITEM AD SEXTAM.

DEus, cujus quaedam menbra inimicorum vulnerantur ſagittâ; tu Eccleſiam tuam ab omni haereticae pravitatis ſagittâ intemeratam conſerva, & a ſimulatione *horis pacifici libera: quò non occultas inſidias perverſorum incurrat, nec dolos forinſecùs *ſive praeparatos laceranda excipiat.

Reſp. Sagitta vulnerans.
* *Leg.* oris.
* *Fortè*, ſibi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 158. col. 1.

DOmine Deus, ſalvum ſac populum tuum ſecundùm acceptum a te juſtitiae donum, in quo ſanctae fidei nobis tribuiſti myſterium: ut porrecto titulo Crucis ſic conſumatur nequitia peccatoris, ut dirigatur juſtus per ſemitas aequitatis.

Ant. Domine Deus, ſalvum me ſac ſecundùm juſtitiam meam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 179. col. 3.

MIſerere noſtri, Domine, & vide humilitatem noſtram de inimicis noſtris: ut qui nullis teneri potuiſti dolorum infernalium vinculis, nos a portis mortis potentialiter exaltare digneris.

Ant. Miſerere mei, Domine, & vide humilitatem meam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 160. col. 2.

DEus, cujus oculi in pauperem reſpiciunt, in te confidenti animae noſtrae dona auxilium: ut, qui ſanari nos paſsionis tuae vulneribus inprecamur, te auxiliante a noſtris paſsionibus liberemur.

Ant. In Domino confidet anima mea.

ITEM AD NONAM.

Br. Moz. fol. 161. col. 2.

VAna ſatis, Domine, de te loquuntur, qui te Dei Filium confiteri nefariis vocibus dedignantur; diſperde ergo labia doloſa a coetu Eccleſiae tuae: ut, deſtructâ vanitate ſuperviae, candor in nos rutilet humilis diſciplinae.

Ant. Vana loquuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum.

ALIA.

USquequò, Domine, oblivisceris nos in finem? Jam tandem aſpice gemitum precis noſtrae; & qui in paſsione poſitus Petrum reſpexiſti poſt lacrimas, nos, quaeſumus, reſpicias poſt inmaniſsimas culpas.

Ant. Uſquequò Domine, obliviſceris me in finem?

ALIA.

CHriſte Dei Filius, qui deceptoris diſcipuli fraude innocens traderis ad ſupplicium Crucis, & ſuper quem innocentem munera accepta ſunt captionis; da nobis, ut nec jurando decipere proximos, nec noxiis moribus ſtudeamus perdere noſmetipſos: quin potius, patientiae doctrinam ſequentes, internos externoſque valeamus evincere hoſtes.

Ant. Qui jurat proximos ſuo, & non decipit eum.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 160. col. 4.

USquequò, Domine, exaltavitur inimicus animae noſtrae, qui nos cotidiana vitiorum abrodit rubigine? Reſpice jam, & exaudi nos:* hac, ne quando inimicus noſter adverſum nos praebaluiſſe ſe jactet, victoriâ Crucis tuae ſemper ad ſuperna nos erige: & eum, qui nos quonatur capere, ſub noſtris pedibus conterendum inmerge.

Ant. Uſquequò Domine, exaltavitur inimicus meus.
* *Leg.* ac.

ALIA.

Br. Moz. fol. 179. col. 4.

JEſu, Dei Patris ineffabile Verbum, * qui inſipientium corda ideo verum Deum eſſe non credunt, quia in ipſo corde ſuo corrupti & abominabiles facti ſunt; te petimus, & rogamus, ut cognoſcant te & ipſi, ſicut & nos cognovimus: ut ſic * fideliter per veram fidei cognitionem laetabundi jungantur, qualiter pleniſſimè gaudeant ſe ipſos additos ad numerum redemtorum.

Ant. Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus.
* *Leg.* quem, *vel* quod.
* *Br. Moz.* fidelibus hi per *&c.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 179. col. 4.

CHriſte Filius Dei, cujus animam circumdantes inſatiabiles inimici, adipe ſuae malitiae obcaecati, loquebantur ſuperviam; eripe ab impiis animam noſtram: & ſic paſſio tua paſſiones noſtras extinguat, ut numquam oculos noſtros ſtatuamus declinare in terram. *Reſp.* Ne elonges a me, Domine.

Ant. Inimici mei animam meam circumdederunt.

ITEM

ITEM AD TERTIAM.

PRaevaricatos in te, Chriſte, mortalitatis noſtrae vera redemtio, inimicos tuos agnovimus: eoſque contra te loquutos mendacium, piâ oris noſtri confeſſione fatemur; idcirco ſupplices quaeſumus, ut Eccleſiam tuam in hujus vaſti gurgitis fluctibus volutantem ita virtutis tuae excubiis praemunire digneris, ut & hic * doloſarum arcus, ac jacula perverſorum dogmatum inconcuſſo fidei calle pertranſeat, & poſt ad te, nos omnes in ſinus ſui gremio retinens, laetabunda perveniat.

Reſp. Haec dicit Dns: praevaricati ſunt.

* *Leg.* doloſorum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 178. col. 1.

DIſperde, Domine, univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam: ut qui in Salutare tuum fidenter agere nolunt, labiorum ſuorum malitiâ confundantur: ſicque illis in Chriſto Domino noſtro vocatis per poenitentiam, * unâque nobiſcum illis fidei linguâ effectâ, labia doloſa in utrumque a nobis uſquequaque diſpereant.

Ant. Diſperdat Dominus univerſa labia iniqua.

* *Br. Moz.* unique nobiſcum fidei linguâ effecti, ut labia doloſa utrumque &c. *Lege*, unâque nobiſcum illis linguâ fidei effectis. *mox*, in utriſque.

ALIA.

DOmine Jeſu, cujus caro Crucis patibulo affixa pertulit ſepulturam, cujuſque in infernum non derelicta eſt anima; tu carnes noſtras Crucis tuae clavis affige, & de manu inferni potentiâ virtutis tuae nos exime: ut tu, cujus ſanctum corpus non vidit corruptionem, ab aeterna nos mortis liberes poteſtate.

Ant. Caro mea requieſcet in ſpe.

ALIA.

DEus adjutor & protector noſter, qui es invictiſſimum cornu ſalutis noſtrae; redime nos ab omni corruptione, qui olim nos laviſti per ſanguinem: ut paſſionis tuae gloriam contuentes, felicitatis aeternae mereamur effici coheredes.

Ant. Deus meus, adjutor meus, ſperabo in eum.

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 213. col. 3.

CHriſte, Dei Virtus, & Dei Sapientia, cujus vias dum antiquus hoſtis perſequendo concludere nititur, a te, qui via es, mirificè conculcatur; ita nos, quaeſumus, tuae gratiae uſquequaque munimine circumvalla, ut nec in via peccatorum antiqui hoſtis obice concludamur, & iterum te * jubante per vias volumtatis tuae dilatato corde curramus.

Reſp. Concluſit inimicus viam meam.

* *Leg.* juvante; *Br. Moz.* jubente.

ALIA.

Br. Moz. fol. 164. col. 2.

IN tribulatione ſua te Deum liberatorem ſuum invocat Eccleſia tua; Petimus proinde, ut eam ſalves ab inimicis, qui eam redemiſti pretio tui cruoris: quò ita vias tuas in hac peregrinatione cuſtodiat, ut obans ad tua mereatur pervenire promiſſa.

Ant. In tribulatione mea invocabi Dominum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 160. col. 2.

CHriſte, Deus noſter, qui contumacis populi contradictionibus es contemtus, & ob hoc in capite gentium conſtitutus; nos, quibus per paſſionem & reſurrectionem tuam Caput te fieri voluiſti, non patiaris a te aliquando praecidi: ut te duce de aeriis poteſtatibus * triumphemur, quem pro nobis in Crucis patibulo credimus exaltatum.

Ant. Domine, ſalva me a contradictionibus populi.

* *Leg.* triumphemus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 162. col. 3.

FRuctum inimicorum, Domine, de terra diſperde, & ſemen eorum a filiis hominum, qui te, unum Chriſtum, Dei & hominis filium confiteri refugiunt: ut Crux tua, quae Judaeis eſt ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia, utroſque populos ad fidei regulam dirigat, tibique connectendos ac coronandos ſine fine conjungat.

Ant. Fructum inimicorum, Domine, de terra perdes.

ITEM AD NONAM.

Br. Moz. fol. 162. col. 2.

AUxiliare, Domine, & adjuba Eccleſiam tuam, quam adverſarius noſter nititur ſuſcipere devorandam, ſicut leo paratus ad praedam; Exſurge jam, Domine, & noſtros praeveni inimicos, ſubvertens eos & paſſionis gloriâ, & reſur-

Ant. Suſceperunt me, ſicut leo paratus ad praedam.

reſurrectionis tuae potentiâ: ut converſis illis, & paſſio tua victoriae nobis in commune praeparet titulum, & reſurrectio praemium conſerat ſempiternum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 162. *col.* 2.

DA nobis, Domine, clipeum ſalutis tuae, ut dextera tua nos ad alta ſemper provehendo coofortet, quò acciocti ſortitudine tua ad praelium per inſigoe Crucis tuae * tropeum deiciamus adverſantem nobis humani geoeris inimicum.

Ant. Da mici, Domioe, clipeū ſalutis tuae.

* *Leg.* tropaeum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 164. *col.* 2.

DEns noſter, ſalva nos ab inſurgentibus inimicis, & a reſiſtentibus victoriae Crucis libera oos potentiâ Deitatis: ut nomini tuo cantaotes, te ſemper glorioſum confiteamur io gentibus, cujus ſanguine redemtus eſt mundus.

Ant. Deus meus ſalva me ab inimicis meis.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 165. *col.* 4.

EXaudi, Domine, de templo ſancto tuo vocem Eccleſiae tuae: ut qui in paſſione poſitus rivulos ſanguinis patiendo exſudas, nos mortis * gentibus circumdati ſolaturus aſpicias: ut torrentes iniquitatis in oullo nos noceant, cùm inperturbatos reddiderit adjutrix gratia tua.

Ant. Exaudi, Domine, de Templo ſancto tuo vocem meam.

* *Leg.* gemitibus circumdatos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 151. *col.* 4.

INveniatur maous tua, Domine, omnibus ioimicis tuis in vindictam, qui oolunt Cruci tuae ſua ſubdere colla: inveniatur quoque & in eis, qui te oderuot, dextera tua parceos, cum eos ipſos dexterae tuae feceris eſſe participes: ut in tempore vultus tui, quum manifeſtata fuerit nobis facies tua, non pooantur * ut in clibanum igois, ſed transſerantur nobiſcum coronandi in caeleſtibus regois.

Ant. Ioveoiatur manus tua Domioe.

* *Br. Moz.* ut clibanum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 153. *col.* 4.

AD defenſionem familiae tuae adteode, Domine, & jam eripe animam ejus a framea perſequentis, & manu canis: qui ſolus animam tuam ponere dignatus es pro omnibus nobis. *Reſp.* Sicut bonus.

Ant. Ad defenſionem meam adtende, Domine.

ITEM AD TERTIAM.

O Dei Patris Verbum, adverſus quem falſiloquus ſuſcitatus erigitur, & per quem lumborum tuorum pars lanceis inpetitur; concede membris Eccleſiae tuae, ut nec inimici lanceis circumſaepta, ad inclita voluptatum opera dilabantur, nec convulneratione lumborum ad incentiva libidinis excitentur: ſed tu, qui es Judex noſter io caelo, & conſcius in excelſo, & a praeſenti nos libera malo, & futuro nobis requiem dona in ſaeculo.

Reſp. Caligavit ab indignatione oculus meus.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, reſpice nos, & ne nos derelinquas, currentes in ſtadio hujus muodi, qui de Cruce Patrem, ut quid te derelinqueret, adclamaſti: * ut quia tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adjubet, tu oportunum nobis e caelo auxilium mitte.

Ant. Deus, Deus meus, reſpice in me; & ne derelinquas me.

* *Leg.* & quia.

ALIA.

CHriſte Domine, qui pro nobis carnem ſuſcipiens * in circumdatus concilium perpeſſus es maligoorum; concede nobis, ut manus & pedes tui, quae eſtoſſae clavis afflixerunt Crucis, praeſidia nobis, praeparent (praeſidia) ſanitatis: ut ioſignia paſſionis tuae vexilla ad conſequenda nobis emolumenta proficiant ſempiterna.

Ant. In pulvere mortis deduxerunt me, Domine.

* *Fortè legendum*, te circumdantium.

*Leg. quae effoſſae (vel qui effoſſi) clavis affixerunt Crucis & dele, praeſidia.

ALIA.

Br. Moz. fol. 209. *col.* 4.

LIbera nos, Domine, de ore leonis, qui injuriam perpeſſus es Crucis: ut in medio Eccleſiae te laudaotes, narremus nomen tuum fratribus noſtris, qui ſolus victor factus es mortis.

Ant. Libera me, Domine, de ore leonis.

ITEM AD SEXTAM.

OMnes, tuam, Chriſte, perſequentes Eccleſiam, ſub ejus veſtigiis converten- dos humilia: quique te in membris tuis perſecuntur ac detrahunt, ſalutari confuſione & verecundia perfundantur: ut Eccleſiae tuae animam, non ad poenam, ſed ad emulationem boni ſemper exquirant.

Reſp. Omnes perſequentes me confundе, Domine.

ALIA.

Br. Moz. fol. 176. col. 3. & vide fol. 254. col. 4.

AD defenſionem Eccleſiae tuae reſpice, paſtor animarum, Domine Jeſu Chriſte, liberans miſericorditer animam noſtram de ore leonis, cujus anima a framea & manu liberata eſt canis.

Ant. Ad defenſionem meam reſpice.

ALIA.

CHriſte, Filius Dei, cujus virtus igne paſſionis decocta, velut teſta, firmior fuit, cujus lingua faucibus * eſit, dum per illos etiam loqueris, linguaque in illis glorioſa efficeris, qui tuis inerent uſquequaque mandatis; da nobis, ut igne tribulationis decocti, non frangamur in camino hujus ſaeculi conſtituti: ſed in hoc nos veritas linguae tuae poſſideat, ut, infatigabili curſu tua ſervantes praecepta, patienter adverſa cuncta toleremus praeſentia.

Ant. Lingua mea adaeſit faucibus meis.

* *Leg.* haeſit, *& ſic accomodè ſimilia.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 166. col. 3.

CHriſte, Dei Filius, quem hominem purum, non Deum credentes, vitulorum multitudo circumdat, & taurorum pinguium perſequens craſſitudo dilaniat; da nobis, ita invicto Crucis tuae ſignaculo frui, ut omnis * per hanc a nobis congregatio diſpereat inimici.

Ant. Circumdederunt me vituli multi.

* *Br. Moz.* per hoc.

ITEM AD NONAM.

Br. Moz. fol. 281. col. 4. & fol. 208. col. 2.

ERipe animam noſtram a framea potentiſſimi inimici, Chriſte Filius Dei, ut tu noſter ſis ſemper liberator de ore leonis, qui animam tuam potenter eduxiſti ab inferis.

Ant. Eripe a framea animã meam, Domine.

ALIA.

CHriſte, Deus noſter, qui impiorum crucifixus es linguis; ne perdas animas noſtras cum impiis, nec cum viris ſanguinum mortis deducamur in lacum, qui te pro nobis Dominum credimus crucifixum.

Ant. Ne perdas cum impiis animam meam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 204. col. 2.

NE tradideris, Domine, Eccleſiam tuam in perſequentium ſe manu cruenta: ut inſurgentes, ab ea teſtes falſi reſileant, cum in ea Crucis vexilla fuerint elevata.

Ant. Ne tradideris me, Domine.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 287. col. 4.

NE tradas, Domine, in perſequentium manu animas tibi confitentium populorum: ut qui falſorum pertuliſti mendacium, colentium te glorificeris vocibus redemtorum.

Ant. Ne tradas me, Domine, in manu perſequentium me.

ALIA.

Br. Moz. fol. 277. col. 1.

CHriſte, Deus noſter, qui inter peccatores, cum latronibus ſcilicet, Crucis te ſupplicio tradi perpeſſus es; quaeſumus, ne nos ſimul cum peccatoribus tradas, neque cum operantibus iniquitatem pariter punias: ut, quos paſſione tua a diaboli poteſtate liberare dignatus es, hic & in aeternum ab infernali peccatorum ſorte diſſocies.

Ant. Ne ſimul tradas me cum peccatoribus.

ALIA.

ESto nobis, Domine, in Deum protectorem, qui ſolus pro nobis pertuliſti ſupplicii Crucem: ut in loco paſſionis tuae munito altiùs conlocati, cruentum mare ſaeculi tranſeamus inlaeſi.

Ant. Eſto mihi in Deum protectorem.

ITEM

ITEM AD TERTIAM.

INgeniti Dei Patris unigenite Filius, qui in verae carnis mortalitate redempturus hominem veniens, non ſolùm * infidi es Judeae populis in proverbium veteris, ſed etiam & ab his, quos diligebas, paſſionis procella intercurrente, longè factus agnoſceris; tu nos tuae caritatis ubertate reſertos in odore unguentorum tuorum poſt te ſacito excurrere expeditos.

Ant. In hoc cognovi.
Reſp. Ecce ſactus ſum omnibus.
* *Leg.* inſidae Judeae populis in proverbium veteris.

ALIA.

Br. Moz. fol. 204. col. 2.

CUm operantibus iniquitatem ne perdas nos, Domine: & qui paſſionis tuae tempore loquentes foris pacem, mala antem in cordibus meditantes, ſingulari patientia perſerre dignatus es, nos ſamulos tuos & a totius ſimultatis vitio liberes, & a talium conventu & hic & in futuro reddas extorres.

Ant. Quum operantibus iniquitatem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 163. col. 4.

ERubeſcant, Domine, impii, & deducantur in inſernum; qni te Chriſtum Dei Filium negaverunt: ut ora te loquentium * aucto praedicationis culmine polleant, dum adverſus juſtum iniquitatem loquentia deſtruxeris labia.

Ant. Erubeſcāt impii, & deducantur in infernum.
* *Br. Moz.* alto.

ALIA.

Br. Moz. fol. 166. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, non infirmetur, quaeſumus, in peregrinationis hujus paupertate vigor Eccleſiae tuae: ac ſi contigerit in nobis virtutum oſſa pro tempore conturbari, exemplo paſſionis tuae erecti, non incidamus uſquequaque in laqueos inimihi.

Ant. Infirmatus eſt in paupertate vigor meus.

ITEM AD SEXTAM.

DOmine, qui nos conſoletur, non eſt in terris, niſi tu de ſancto auxilium miſeris; tu ergo, qui olim in noſtro corpore & adverſantem tibi diſcipuium, & extenſam contra te pertuliſti adverſarii manum, manus noſtras ab omnibus inlicitis actibus coibe: ut pro nullis operibus noſtris, dum judicaturus vivos & mortuos veneris, confundamur, ſed oſtenſâ nobis vultûs tui gloriâ conſolemur.

Reſp. Domine, qui conſoletur, non eſt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 199. col. 1.

INeffabili, Domine Jeſu, enituiſti patientiâ, dum congregata omnis ſimul adversùm te infidelium turba, ut acciperent animam tuam, nitebantur conciliis, quò in verbo te caperent, quem utique Verbum Dei eſſe neſcirent; & ideo, qui tam potentialiter mundum viciſti * in dilectoribus ſuis, glorificare te dignare in confeſſionibus noſtris.

Ant. Dum congregarētur omnes ſimul adversùm me.
* *Br. Moz.* in delicto, viribus tuis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 270. col. 4.

TU nobis es, Domine, refugium a preſſura, quae circumdedit nos; & ideo, qui patiendo pro nobis, exultatio factus es noſtra, redime nos a circumdantium inimicorum muſcipula.

Ant. Tu, Domine, es refugium a preſſura.

ALIA.

Br. Moz. fol. 263. col. 4.

JUdica, Domine, nocentes nos, & impugnantes nos ipſe expugna: ut qui primùm es inpugnatus in corpore noſtro, nunc nos inexpugnabiles reddas, permanentes in corpore tuo.

Ant. Judica, Domine, nocentes me. mal.

ITEM AD NONAM.

COnfundantur & revereantur, Domine, omnes inimihi Eccleſiae tuae, qui te in eam nituntur evincere: ut dum tu, qui pro ea paſſus, auxilia ei exobtata porrexeris, erubeſcant omnes, qui cogitant adverſus eam mala in cordibus ſuis.

Ant. Confundantur, & revereantur inimihi mei.

ALIA.

Br. Moz. fol. 289. col. 4.

SUrgentes in te, Domine, teſtes iniqui, quae ignorabas, interrogabant te: quid enim ignorabas, qui eorum, qui te oderant, dolos ante praeſpexeras, & ſuturorum praeſcius omnia praeſciebas? Qui ergo interrogantium blaſphemias alto pietatis * myſterio te ignoraſſe deſignas, ſcire nos veraciter, & amplectere facito, & redemtionis

Ant. Surgentes in me teſtes iniqui.
* *Primis curis*, miſerio.

tionis noſtrae myſteria plena fide cognoſcere, & ea ipſa interrogantibus inimicis * cognota declarare.

* *Leg.* cognita.

ALIA.

Br. Moz. fol. 170. *col.* 4.

DA nobis, Domine, ut mortificationem tuam circumferamus in corpore noſtro, qui nos vivificaſti in corpore tuo: ut quum moleſti nobis fuerint inimihi, non eamus contra illos redditurì vindictam: ſed induti cilicio, noſtramque humiliantes in jejunio animam, tibi Domine in ſinu noſtro refuſam orationem deferamus acceptam.

Ant. Ego, Domine, cum * mici moleſti eſſent.
* *Leg.* mihi.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 109. *col.* 4.

DEus, Dei Filius, ſuper quem exſurgentes teſtes iniqui, dum ignoranda interrogant, ſe ipſos caecitatis ignorantiâ jugulant, reddentes tibi pro bonis mala praeſentia; da nobis ſic in tuis paſſionibus conlaetari, ut in caeleſti gloria mereamur coronandi admitti.

Ant. Exſurgentes teſtes iniqui, quae ignorabam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 160. *col.* 2.

INimihi tui, Domine, adverſus te convenerunt, non ut compungerentur poenitentâ ſalutari, ſed ut diſſoluti tentandum te adirent inriſione crudeli; qui ergo innocens perpeſſus es inimicorum & inriſiones & vulnera, noſtra in his ablue propitiatus peccata.

Ant. Inimici mei adversùm me convenerunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 166. *col.* 4.

CHriſte, Salvator noſter & Domine, quem inimici tui gratis oderunt, cuique annuentes oculis pacificè loquebantur; da nobis, ut & amicos in te, & inimicos propter te veraciter diligere mereamur: ut, quum tu Dominus fueris ſolus in cauſa, ſimplex ad omnes procedat conſcientia noſtra.

Ant. Qui oderunt me gratis, annuebant oculis.

ITEM AD TERTIAM.

JEſu, fons & origo noſtrae ſalutis, qui ſine tempore aeternus de aeterno Patre Filius naſceris, & in fine temporis natus homo ex Virgine declararis, propter quod & derelictum te ſuper terram a Patre teſtaris; non nos, dum terra hujus corporis circumdamur, derelinquas: neque a facie tua proicias; ſed praeſta nobis, propter hoc quòd paſſionum tuarum * ſtigmatam fidei ulnis amplectimur, ut tecum poſt tranſitum infinito jubilo jucundemur.

Reſp. Quare triſtis es anima mea?
Reſp. Omnes adverſarii mei.
* *Fro*, ſtigmata.

ALIA.

JEſu, Deus noſter & Domine, qui verba inimici, iniquitatem & dolum recolentia, ſupportaſti; fac nos ut, nequaquam meditantes iniquitatem in cubili cordis noſtri abſcondito, impleri mereamur tuae gratiae dono.

Ant. Verba inimici, iniquitas & dolus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 163. *col.* 4.

CHriſte, Dei Filius, qui ſtridentium inimicorum dentibus non es commotus, ſed ſingulari patientiâ, & ferinis ſtridoribus ſpicula, & humanis languoribus porrigis medicinam; reſtitue tibi per veram poenitentiam animas noſtras: ut a te reſpecti non feramur * praecipiti irâ damnabiles, ſet exemplo tuae paſſionis reddamur ad omnia mites.

Ant. Stridebãt in me dentibus ſuis.
* *Br. Moz.* praecipites in ira; ſed &c.

ALIA.

Br. Moz. fol. 169. *col.* 3.

OBſervat, Domine, peccator juſtum, inſidians fideliſſimum gregem tuum ad perdendum eum, viventem ex fide, & de tua miſericordia praeſumentem; non ergo nos perituros derelinquas in manibus ejus, qui propter nos * ligno es crucifixus.

Ant. Obſervabit peccator juſtum.
* *Br. Moz.* ligno crucis affixus es.

ITEM IN EBDOMADA SECUNDA POST VIGESIMA.

Br. Moz. fol. 171. *col.* 1.

DEus noſter & Domine, Jeſu Chriſte, tu ſemper eſto in cauſa Eccleſiae tuae, * per quem eam ſemper patienter diſcernas a caeteris, qui ſolus pro ea pertuliſti vulnera paſſionis.

Ant. Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam.
* *Neſcio, an legendum ſit*, partemq. meam.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 195. col. 2.

INimici tui, Domine, vivent in poenis, quos deſtruxiſti potentiâ Crucis; non ergo ſuper Eccleſiam tuam ulterius confortentur, qui ſemel gloriâ paſsionis tuae evicti ſunt: ut membra tua, vexillo Crucis erecto, de hoſte victoriam capiant, & exobtata de ſpoliis hoſtium lucra conquirant.

Ant. Inimici mei vivent, & confortati ſunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 185. col. 3.

ECce, Domine, veteres ſunt poſiti dies noſtri, quia in veterem adhuc hominem ambulamus, dum novitatem vitae uſquequaque non capimus; operum ergo dignorum exibitione nos amplia, qui fidei tuae nobis contuliſti vexilla: ut non vetereſcamur in hactibus pravitatis, qui tuae nos credimus innovatos gloriâ paſsionis.

Ant. Ecce veteres poſuiſti dies meos.

ITEM AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 204. col. 2.

JEſu, Salvator noſter & Domine, adverſus quem omnes *Juda principes congregati, inmane facinus perpetrantes, ſanguinem innocentem effundunt: quò & mundus veternoſi criminis *elogione mundatur, & cuncta, quae in caelo & quae in terra ſunt, unione pacis ſociata noſcuntur; nos ejuſdem tui cruoris perceptione a cunctis ſordibus delictorum emacula, & innocentiae bono exorna: quatenus vinculo alternae pacis innexi, tempore Judicii tui tibi ùt verae pacis filii praeſentemur, & ex tuae viſionis intuitu nullatenus confundamur.

Reſp. Ab homine iniquo & doloſo libera me, Domine. *Reſp.* Congregati ſunt adverſus juſtum.

* *Fortè* Judeae.
* *Leg.* elogio emundatur.

ALIA.

COnſiſtenti peccatori adverſum nos, Domine, tu pro nobis obſiſte: ac, ne nos vitio loquacitatis inquinet, ſalutari ori noſtro ſilentium pone: ut tu, qui in paſsione productus ante Judicem ſiluiſti a bonis, & loqui & tacere nos facias temporibus oportunis.

Ant. Dum conſiſtit peccator adverſum me.

ALIA.

CHriſte, Dei Patris ineffabile *Vervum, qui ſuſurrantem contra te catervam ſuſtines perfidorum, dona Eccleſiae tuae, nec ſuſurris malignantium deici, nec detraentium linguis adtingi: ut qui patienter ſuſtinuiſti eos, qui adverſus te *inicum verbum deponentes jurgati ſunt, nos pauliſper ſuſtinens in coeno merſos peccaminum, ad obtabilem perducas poenitentiae fructum.

Ant. Suſurrabant omnes inimici mei adverſum me.

* *Leg.* Verbum.
* *Leg.* iniquum.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, qui unum ex duodecim malum pateris, magiſter bone, diſcipulum, qui, accepto a te pane, proditionis conſilium agit, quò te Dominum plebi traderet perſequenti; da nobis, ut panes tuos edamus ad gratiam, & non ſumamus ad poenam: ut, paſsionis hujus recreati dulcedine, & levantes contra te calcaneum valeamus comprimere, & tibi ſoli mereamur in ſanctitate & juſtitia deſervire.

Ant. Qui edebat panes meos mecum.

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 167. col. 3.

DEus, cujus animam leonum rugientium voracitas nequivit abſumere in eo, quod juſtitia in te inventa eorum videbatur rabiem effugare; emitte ſanctum Angelum tuum, qui os leonis illius, qui per mundum rugiens currit, quaerens quem *deboret, concludat: atque animas noſtras de ejus perſuaſione atque dominatu eripiat.

Ant. Miſit Dominus Angelum ſuum.

* *Leg.* devoret.

ALIA.

Br. Moz. fol. 169. col. 1.

CHriſte Deus noſter, qui in corpore noſtro & inludi, & *ververari te paſſus es; tu animam noſtram, inluſionibus repletam, ab omni pollutionum ſorde depurga: ut, verâ ſanitate habitante in carne noſtrâ, ad coronam mereamur pertingere deſtinatam.

Ant. Anima mea completa eſt inluſionibus.

* *Leg.* verberari.

ALIA.

Br. Moz. fol. 193. col. 2.

INimici tui, Domine, cupientes de terra perdere nomen tuum, mala de te loquuti ſunt, dicentes: quando morietur? nomen videlicet volentes perdere Chri-

Ant. Inimici mei dixerunt mala mici.

Chriſtianum; ſed tu, Domine, cujus promiſſum tenemus, quod permaneas nobiſcum uſque in conſumationem ſaeculi, miſerere noſtri, & reſuſcita nos propter innocentiam fidei, qua in te credimus; ut non gaudeat de nobis inſatiabilis inimicus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 199. col. 2.

DEi Patris unigenite Filius, qui paſſione tuâ diſcernis cauſam populi tui a grege inſatiabilis inimihi, diſcerne cauſam noſtram a gente non ſancta per paſſionis tuae manifeſtam potentiam: ut tu ſolus in cauſa Eccleſiae agnoſcaris, qui te voluiſti fieri pretium noſtrae redemtionis.

Ant. Diſcerne cauſam meam, Domine.

ITEM AD NONAM.

Br. Moz. fol. 185. col. 3.

CHriſte, Dei Filius, adverſus quem & ſuſurrantia inimicorum labia mota ſunt, & contra qnem verbum *inicum falſis finctionibus formaberunt; tu nos ab omni temtationum genere protectionis tuae munimine tege: ut per te ſuſurris non cedamus adverſis, qui ſemper *vicis in nos patientiâ Deitatis.

Ant. Suſurrabant adversùm me omnes inimici mei.

* *Leg.* iniquum.
* *Leg.* vincis in nos potentia *&c.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 165. col. 1.

TU, Deus noſter, & fortitudo noſtra, qni pro nobis Crucis ſubiſti injuriam, ne repellas Eccleſiam tu m; ut quae contriſtata affligente inimico incedit, te ſibi parcente, gratuletur ſe in perſequutionibus dilatari.

Ant. Tn Deus meus, & fortitudo mea.

ALIA.

Br. Moz. fol. 169. col. 2.

INgeniti Patris unigenitum Verbum, qui gloriantem contra te in malitia populum ſuſtines ſupervorum, confitentem tibi gregem ſalva fidelium: ut, dum turba *multorum tota die in lingua ſua injuſtitias cogitat, plbs nomini tuo credula, cantica tibi deferat ſine fine accepta.

Ant. Quid gloriaris in malitia?

* *Br. Moz.* malorum.
* *Leg.* plebs.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 169. col. 4.

DEus, qui gloriantem contra te in malitia diſcipulum pateris; da nobis ſublimiter gloriari in paſſionibus tuis: ut, in quem malitia porrecto arcu doloris emiſit ſpiculum vulneris, in eo credulitas defigat vota ſuae confeſſionis.

Ant. Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?

ALIA.

Br. Moz. fol. 584. col. 1.

DEus, qui in exercitatione noſtra contriſtari nos inſpicis; da nobis potentiſſimum auxilium in victoria ſanctae Crucis: ut qui exemplo tuo mundum decertamus evincere, Caelos mereamur poſt tranſitum poſſidere.

Ant. Contriſtatus ſum in exercitatione mea.

ALIA.

MIſerere noſtri, Domine, ne conculcans inimicus homo nos uſquequaque deiciat, quos ſanguinis tui redemiſti potentia: neque nos totius diei debellatione humiliet, quos tuâ redemtos inſpicit paſſione; ut auxilium Crucis tuae valeat in nobis & ad evincendam ejus inſidiam, & ad conſequendam gratiam tuam. *Reſp.* De manu inferni.

ITEM AD TERTIAM.

CHriſte Dei, hominiſque admirabilis Filius, qui non conpulſione infidelium, ſed poteſtatis propriae *vote dilectam animam tuam tradidiſti in manibus inimicorum: dum hereditas tua, plebes ſcilicet Judaica, facta eſt tibi quaſi leo in ſilva, crudeli contra te *ritu, ut crucifigaris, exclamans; ita nos infuſione ſancti Spiritus reple, ut caritatis igne ferventes, & innocuae vocis clamorem ad *auditus tuae omnipotentiae dirigamus, & animas noſtras pro fratribus ponere totis niſibus inſiſtamus.

Reſp. Animam meam dilectam.

* *Lege, ſi placet,* voce.
* *Fortè*: niſu.
* *Leg.* auditum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 208. col. 1.

COntriſtamur ecce, Domine, *a voce, dum feralia ſuper nos cadunt jacula odii; ſed tu, qui acerva pro nobis ſuſtuliſti obprobria, nos famulos tuos & a tribulatione peccatoris elonga, & declinantes in nos iniquitates virtutis tuae diſperde potentiâ.

Ant. Contriſtatus ſum a voce inimici.

* *Br. Moz.* a voce inimici.

ALIA

ALIA.

TOta die, Domine, inimicorum lingua contra te meditata eſt injuſtitiam, quum te mundi Dominum ooo ſolùm ſuppliciis, ſed & linguis acriter crucifigunt; *dextrae ergo eos, Deus, in finem, qui converti ad te noluerint ante finem: ut te Finem ſuum plebs liberatorum agnoſcat, qui & malitiam deſtruis, & benignitatem ad alta ſuſtollis.

Ant. Tota die injuſtitiam cogitavit lingua inimicorum.

* *Leg.* deſtrue.

ALIA.

Br. Moz. fol. 273. col. 2.

DEus, vitam noſtram adnuntiamus tibi, qui inferna moriens devicisti: tu enim firma infirmaque noſtra agnoſcis, qui ſolus inſpector es cordis; pooe, quaeſumus, in cooſpectu tuo lacrimas noſtras: nt repromiſſionis percipiant donum, dum per eas comparaverimus indulgentiae fructum.

Ant. Deus, vitam meam adnuntiabi ubi.

ITEM AD SEXTAM.

UNigenite Dei Filius, qui ſubeundae paſſionis in tempore non ſolùm ab his, qui tibi adverſabantur, inluſionum ſuſtines probra, ſed & viri pacis tuae, traditoris utique diſcipuli, fraudulentia perpeſſus es oſcula; votis fidelibus quaeſumus, ut te protegente ſic benignitatis moribus decoremur, quò & inludentes nobis amicos per caritatem vincamus, & * os, qui nobiſcum fraudulento eſu conmunicant benigniſſimè toleremus.

Reſp. Omnes amici mei.

* *Leg.* eos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 273. col. 3.

ECce, Domine, poſiti in perturbatione mundanâ, quietem ſolitndinis eligentes, eloogari fugiendo a terrenis actibus cupimus, ut a puſillo animo, & tempeſtate ſalvemur; quia ergo non in loco, ſed in te, qui locorum es conditor, praeparatam requiem expectamus, praebe nobis, ut exploſo omni humano ſtrepitu, in ſola dulcedinis tuae contemplatione laetemur.

Ant. Ecce elongavi fugiens.

ALIA.

COntriſtatur ecce, Domine, Eccleſia tua in exercitatione ſua, dum externorum hoſtium nititur ſpiculis contraire, & internorum ſimultates molitur coupeſcere; ab utroque ergo eam diſcrimine libera, qui ſolus pro ea pertuliſti Crucis injuriam: ut & exercitatio ejus habeat fructum, & vota illius ad aeternum perveniant gaudium.

Ant. Contriſtatus ſum in exercitatione mea.

ALIA.

MIſerere noſtri, Domine, nec conculcari nos ab inimico homine patiaris, qui redemiſti nos pretio Crucis: ut infeſto adverſario noſtro tu ſolus pro nobis obſiſtas, qui praeſtrepentis mundi eviciſti procellas.

Ant. Miſerere mei, Domine, quoniam conculcavit me homo.

ITEM AD NONAM.

IN te Deum, Verbum Patris, ſermonem laudamus, a quo id ipſut accepimus, ut te ſine fine laudemus; & ideo te poſcimus, ut invicto Crucis tuae nos munias ſigno, ne quando timeamus, quid nobis faciat homo.

Ant. Io Deo * laudavo verbum.

* *Leg.* laudabo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 211. col. 4.

POne, Domine, in conſpectu tuo contra eos, qui nos oderunt, noſtrarum obices lacrimarum: ut jam tandem inimici noſtri convertantur retrorſum, qui nos inſano odio perſequuntur; ſicque rogum noſtri criminia ubertas lacrimarum extinguat, ut paſſionis tuae celebritas per artam gradientes viam ad gaudia nos pertrahat infinita.

Ant. Pone, Domine, lacrimas meas in conſpectu tuo.

ALIA.

DEus juſte, qui juſtum gregem fidelium in hoc proficere facis, quum vindictam illi peccatoris oſtendis: ut in eo juſti ſemper manus * labentur, io quo viſâ peccatoris poenâ opera ejus ad melius diriguntur; tu, qui ſolus ſine alterius participatione es juſtus, per tuam paſſiooem nos effice juſtos: ut in poenis, quas pro nobis innocens pertuliſti, & decoctionem criminum adſumamus, & conlatione virtutum opulentiùs triumphemus.

Ant. Laetus erit juſtus.

* *Leg.* laventur.

ITEM

Digitized by Google

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 169. *col.* 4.

INruentes * in te fortes, Chriſte Domine, virtutis tuae valore compeſce, quique tuam in paſſione animam occuparunt, jugo ſervitutis tuae eorum * gemina occupentur: ut tu ſolus Dominus redemtor ſaeculi agnoſcaris, quum in occurſum Eccleſiæ tuae ſurrexeris,

Ant. Irruerunt in me fortes.

* *Br. Moz.* in me.
* *Br. Moz.* gemini na.

ALIA.

Br. Moz. fol. 183. *col.* 3.

ERipe nos, Domine, de inimicis noſtris; & qui tuam pro nobis dignatus es eſponere animam, ab inſurgentium nos libera uſquequaque procellâ.

Ant. Eripe me de inimicis meis, Deus.

ALIA.

EXaudi, Deus, orationem Eccleſiae tuae, quò, in ſanctae fidei rectitudine gradiens, nec timore inimihi frangatur, nec adverſantium jaculis ſupplantetur, credens te unum Chriſtum, hominem ſimul & Deum, quem pro ſe fatetur piis vocibus crucifixum.

Ant. Exaudi, Deus, orationem meam, quum tribulor.

ITEM AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 212. *col.* 2.

OMnipotens Dei Filius, Chriſte, cujus verba ſtilo ſerreo, ſorti ſcilicet ſententiâ, Patrum ſcripta dinoſcuntur in petrâ, in praeduriſſima videlicet gentilium * corda univerſa membrorum Eccleſiae tuae corda emoliens; nomina eorum in pagina libri vitae digiti tui ſancti * ſtola conſcribe: quò & naturali turgedine careant, & verae humilitatis gratiâ eniteſcant.

Reſp. Quid gloriaris?
Reſp. Quare perſequimini me?

* *Ita ſcribitur in in Codice.*
* *Leg.* ſtylo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 174. *col.* 1.

DEus, qui admirabilis reſponſionis objectu dentes conteris inimicorum, molaſque frangis leonum, dum & interrogationibus eorum inexpugnabile praeparas telum, & eorum clamoribus inſultans, viventem te oſtendis poſt vulnera crucifixum; ſrange & nunc, quaeſumus, ſaevientium contra te inimicorum audaciam, * quod ad nicilim, velut decurrens aqua, * devenient, qui malitiae ſuae geſtiunt intra tuam Eccleſiam ſpargere documenta.

Ant. Deus conteret dentes inimicorum.

* *Leg.* quò ad nihilum.
* *Leg.* deveniant.

ALIA.

Br. Moz. fol. 174. *col.* 1.

OCcupantes animam tuam, Chriſte Domine, fortes ſuper te acriter inruerunt, quum tempore paſſionis cuneus ſuper te inruit ſupervorum; & ideo, quaeſumus, ad precem Eccleſiae tuae jam reſpice, & cruentum ſaevientis hoſtis de manu gladium tolle: & mucrone ſuo deciſum ſe ſentiat, dum per eos, quos tenuerat, fidei tuae cognoverit praedicari doctrinam.

Ant. Occupaverunt animã meam inimici mei, Domine.

ALIA.

IMproperium & miſeriam, Domine, expectaſti, eorum ſcilicet, quos perſequentes ſingulari patientia pertuliſti; da ergo nobis, & mundanorum lapſuum miſeriis ex toto carere, & opprobria hujus vitae uſquequaque contemnere; quique in ea pro illis, qui te perſequebantur, triſtitiâ arebaris, * non inveniſti condolendi participes, nobis dona, ut & * fides hic triſtitiae comites, & gaudii pòſt futuri mereamur * invenire conſortes.

Ant. Inproperium & miſeriam expectabit anima mea.

* *Hic aliquid deeſſe videtur.*
* *Leg.* fideles.
* *Leg.* inveniri.

ITEM AD SEXTAM.

DEi Patris unigenite Filius, loquere Deo Patri ſine intermiſſione pro nobis, qui tempore paſſionis interrogatus a judice, ſtudium tacendi adſumis: ſit vox tua interpellans Patrem pro populo Chriſtiano, quia neſcimus, quid loquamur in defenſionis noſtrae ſuffragio: quò per ſalutaris ſilentii cultum juſtitiae muneribus praepollentes, nec greſſus noſtri in amaritudine currant, nec accuſantis linguae nos noceant falſa conmenta.

Reſp. Loquere pro me.

ALIA.

Br. Moz. fol. 190. *col.* 4.

ATimore inimici, Domine, libera animam noſtram, & a conventu malignantium eripe eam: ut quae vulnere paſſionis tuae educta eſt de lacu miſeriae, in te credens perducatur ad aeternae gloriae libertatem.

Ant. A timore inimici, Domine, libera animam meam.

Digitized by Google

ALIA.

PRotege nos, Domine; a conventu malignantium inimicorum, qui Crucis pertuliſti opprobrium: ut, qui contra te linguas ſuas exacuerunt ut gladium, ſaluberrimo conquiſiti devorentur Eccleſiae morſu.

Ant. Protege me, Domine, a conventu malignantium.

ALIA.

Br. Moz. fol. 106. col. 3.

CHriſte Dei Filius, qui ultimo paſſionis exitu felle & aceto potatus es Judeorum; praeſta nobis, ut per hoc, quod tu amaritudine propinatus es, amaritudinum tuarum nos potione deebries: ut & amaritudo mortis tuae dilectionis in nos augeat flammam, & reſurrectionis potentia perfectam faciei tuae nobis repraeſentet gloriam repromiſſam.

Ant. Dederunt in eſcam ei fel.

ITEM AD NONAM.

Br. Moz. fol. 198. col. 4.

EFfunde, Domine, ſuper inimicos* tuos iram tuam; ut habitatione eorum permanente deſtructa, tandem aliquando agnoſcant locum quietis ſuae, qui perdiderunt locum furoris & injuſtitiae ſuae: ut converſionis ad te illis aditus in Eccleſia pateat, qui terrenae civitatis Jheruſalem perdiderunt auxilia.

Ant. Effunde, Domine, ſuper inimicos meos iram tuam.

* *Br. Moz.* meos.

ALIA.

JEſu Deus noſter, qui, facto de reſticulis flagello, vendentes, & ementes è tuo eximis templo; da nobis, in Eccleſia tua nec quaeſtu poſſe rerum temporalium capi, nec intra eam ſordidis moribus converſari: ſed ita zelus domûs tuae nos* conmendat, ut placita tibi fratribus de nobis praebeamus exempla.

* *Leg.* comedat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 174. col. 1.

DEus in adjutorium noſtrum intende: ut qui paſſionibus tuis* communicari votis ſinceriſſimis anelamus, adjutorem te noſtrum in ipſis noſtris conatibus ſentiamus.

Ant. Deus in adjutorium meum intende.

* *Br. Moz.* communicare.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 173. col. 1. & fol. 186. col. 2.

NOn erubeſcant in nobis, Domine Deus virtutum, qui te expectant de humanis hactibus judicium eſſe facturum: ut Crucis tuae potentia & placitos nos tibi* operaris ſalutis exibeat, & caeleſtis militiae curiam de noſtris actibus contriſtari non ſinat.

* *Leg.* operarios.

ALIA.

FIrmamentum noſtrum, Chriſte Deus noſter, eſto refugium Eccleſiae tuae:* &, in virtute Crucis tuae de manu peccatoris eam eripiens, ſine macula & ruga eam tibi in futuro adſignes.

Ant. Firmamentum meũ & refugium meum es tu.

* *Leg.* ut.

ALIA.

Br. Moz. fol. 201. col. 3.

DEus noſter, * ne elonges a nobis, qui longe factus es a perſequutoribus tuis: ut tu ſolus in adjutorium noſtrum reſpicias, qui in Cruce tua poteſtates hujus mundi triumphas. *Reſp.* Eripe me de inimicis meis, Domine.

* *Br. Moz.* ne elongeris.

ITEM AD TERTIAM.

DEus, cujus* medibus caterbæ infidelium populorum muſcipulam paraberunt, cujuſque animam de caelis deponere, & ad infirma conati ſunt incurbare; pedes noſtros in pacis itinere dirige, & animas noſtras de dominatu poteſtatis doemoniacae redime: quatenus & ſobeam in noſtri perniciem praeparatam poſſimus evadere, & ad te coronandi feliciter valeamus poſt noſtrum obitum pervenire.

*Reſ.** Muſcipula paraberunt.

* *Leg.* Muſcipulam paraverunt.

* *Leg.* pedibus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 176. col. 3.

FIrmamentum noſtrum atque refugium te Dominum poſcimus crucifixum: ut, de manu peccatoris nos liberans, in locum munitum coronandos ſtatuas.

Ant. Firmamentum meũ & refugium meum, Deus meus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 189. col. 4.

IN excelſo, Domine, contra te peccatores loquuti ſunt, quum latentem cordis ſui ſuperviam altis vocibus clamaberunt; qui ergo contra te in caelum ſua

Ant. Peccatores iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.

ſua nituntur ponere ora, redeant in terram, conliſuri per poenitentiam: ut, nobiſcum te Dei Filium humilem agnoſcentes, non ſupervia ſapiant, ſed tuis ſemper monitis adquieſcant.

ALIA.

Vide Br. Mor. ſol. 190. col. 2.

CHriſte Deus, ingeniti Patris unigenite Fili, ſalva nos de manu impii: de manu etiam iniqui nos libera, & nocentis, qui noxium denotaſti oſculum traditoris: ut, quia tu es expectatio noſtra, expectatum te in munere capiamus in gloria ſempiterna.

Ant. Deus meus, ſalva me de manu impii.

ITEM AD SEXTAM.

DEus virtutum, qui dum eſſes dives, ſpontaneè humiliari dignatus es: ſuper quem paſſionis illo in tempore fortes inruerunt* quum ei ſupervorum, cujuſque animam malignis temtamentis occupare moliti ſunt; libera nos a propriae confidentiae voto, & a noxiae fortitudinis malo: quò humilitatis bono praediti, & oculos noſtros ad te ſolùm dirigamus efficaciter humiles, & de tua tantùm ſimus miſericordia confidentes.

Reſp. Ecce occupaberunt animam meã.

* *Leg. ſi placet*, cunei.

ALIA.

Br. Mor. ſol. 190. col. 3.

DEus noſter, eripe nos de manu peccatoris, qui pro nobis poenam perſerre dignatus es Crucis: ut tu ſolus ſis patientia noſtra, qui pro nobis paſſus es ſepulturam.

Ant. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.

ALIA.

Br. Mor. ſol. 173. col. 2.

LIngua noſtra, Domine, mediretur juſtitias tuas: ut laus totâ die ex ore noſtro procedat in eo, quod paſſionis tuae a nobis praedicata fuerit gloria: ut in ea juſtitia, qua ex fide vivimus, te nunc & ſemper ſine fine laudemus.

Ant. Lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, Domine.

ALIA.

CHriſte Deus noſter, fac nos ſemper ad eripiendum egenum & pauperem promtiores exiſtere, qui pro nobis pauper egenuſque effectus, perferre dignatus es Crucem: ut miſericordiae operibus affluentes, aeternorum civium mereamur eſſe conſortes.

Ant. Eripite pauperem & egenum.

ITEM AD NONAM.

CHriſte, Dei Patris ineffabile Verbum, ſupra quem peccatores iniquitatem in excelſo loquuti ſunt, quum te crucifigendum verbis ſuperviſſimis clamaberunt; blaſſemantium te linguas ad nicilum redige: ut, te * imagine illorum de tua diſperdente nicilhominus civitate, nos, qui imaginis tuae decorem per paſſionem tuam in nobis reſormare optamus, in caeleſti illa Jheruſalem obantes intremus.

Ant. Peccatores iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.

* *Leg.* imaginem.

ALIA.

UNigenite Chriſte Filius Dei, quis ſimilis tibi, qui & mortem moriens ſuperaſti, & caelos poſt reſurrectionem potentialiter aſcendiſti? ne ergo taceas ultra: * ut, quia inimici tui odientes te lebaberunt caput, tu es caput noſtrum, & viciſſitudinem jam reſtitue inimicis, & credentibus in te oſtende tuae gloriam viſionis.

Ant. Deus, quis ſimilis tibi? ne taceas.

* *Fortè interrogendi modo legendum, ut quid? vel hic lege* Et, *&* mox, Tu, qui es Caput, *&c.*

ALIA.

DOmine Deus noſter, pone inimicos Eccleſiae tuae * ùt rota, ut ſtabiles non ſint in eo, quod cogitant: ſicque, dum eos in ipſa cogitatione deſtruxeris, etiam fidem in illorum cordibus opereris: quò, unum nobiſcum effecti, in caeleſtibus mereamur pariter ſacrariis introduci.

Ant. Deus meus, pone inimicos meos * ùt rota.

* *Leg.* ùt rotam.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Mor. ſol. 207. col. 4.

SAlvator noſter, & Domine, quem & injuſta ſuper te inſurgentium malitia perculit, & ſinagoga impiorum linguis ſaeviens crucifixit; da nobis alto pietatis te ſemper myſterio ſequi: ut in eo, quod tu pro nobis & Crucem paſſus es & ſepulcrum, nos devicto ſaeculo victores tranſeamus ad caelum.

Ant. Deus, injuſti inſurgũt ſuper me.

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

Br. Moz. fol. 187. col. 4.

REdemtor noſter, & Domine, pone inimicos tuos, ut rotam, quibus myſterium Crucis tuae eſt ſtultitia: ut illis ſicut ſtupula ante faciem venti diſperſis, credentibus in te, vel credituris, donetur aethereae receptaculum manſionis.

Ant. Deus, meus, pone illos ut rotam.

ALIA.

NE repellas, quaeſumus Domine, orationem tuae Eccleſiae, quae in laboribus a ſua prima jubentute: ut, quae te in paſſionibus adſequi delectatur, te etiam ſe * capuiſſe in muneribus gratuletur. *Reſp.* Propter te, Domine, ſuſtinui.

Ant. Quare, Domine, repellis orationem meam?

* *Barbarè, pro coepiſſe.*

ITEM AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 169. col. 2.

DEus Dei Filius Chriſte, qui tempore paſſionis tuae, dum multiplicantur ſuper capillos capitis tui, qui oderunt te gratis, exolvis ea, quae non rapuiſſe probaris; tu nos a numeroſitate peccaminum libera, quò & ſuper numerum capillorum noſtrorum copia virtutum excreſcat, & * devita nobis poenalis exolutio inpenſione tuae miſerationis effugiat.

* *Leg.* devita.

ALIA.

Br. Moz. fol. 207. col. 4.

EGenti, & in laboribus conſiſtenti Eccleſiae tuae, Chriſte, citus liberator occurre: ut, tu qui pro ea egens & pauper effectus es, donis caeleſtibus eam in futuro munifices.

Ant. *Eges ſum ego.

* *Leg.* Egens.

ALIA.

Br. Moz. fol. 376. col. 3.

INdigentiae noſtrae inopiam, bone Chriſte paſtor, conſidera: ne quando avertens a nobis faciem tuam, abicias animam noſtram; ut, qui pauperes & erumnoſi ab aduleſcentia ſumus, delitiis aliquando recreati caeleſtibus, aeternâ nos veſtitos inmortalitate laetemur.

Ant. Quare, Domine, abicis animam meā.

ALIA.

Br. Moz. fol. 190. col. 3.

DA nobis, Domine, poſſibilitatis obtabilem facultatem, quò valeamus & adverſus malignantes conſurgere, & malignantium * ſermonum contraire: ac, ſicut operantibus contra te iniquitatem parata eſt ſobea, ita credentibus nobis praeparetur in caeleſtibus manſio glorioſa.

Ant. Quis conſurget meeum?

* *Leg.* ſermonibus.

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 193. col. 3.

CHriſte Rex noſter, qui dura pro impiis ſubportaſti obprobria, dum adverſùm te vino malitiae crapulata, turba omnis infidelium * exereetur in porta; tu nos miſeratione adſiduâ & omnium * pedorum contagione emunda, & piae actionis efficacia * opimando glorifica: quò in termino vitae noſtrae non confundamur loqui inimicis noſtris in porta, ſed ſanctorum Angelorum occurſione adtollamur laetitiâ infinitâ.

Reſp. Adverſùm me exercebantur.

* *Br. Moz.* exercetur.

* *Br. Moz.* & ab omnium peccatorum

* *Leg.* poedorum.

* *Br. Moz.* operando.

ALIA.

Br. Moz. fol. 218. col. 2.

CHriſte, Filius Dei Patris, qui notis tuis, longè adſtantibus in paſſione, diſcipulis * viſu bigeris Crucis; ne elongari te, quaeſumus, patiaris a nobis, ſeu notas nobis effice vias tuae dulcedinis: quique traditus, non egrederis, ſcilicet * dum occultus interioribus tuis, Deum te hominibus monſtrare non pateris, verâ cognitione nos ſatia tuae Divinitatis: ut in eâ te poſt tranſitum viſuri potiamur ſubſtantiâ, qua cum Deo Patre & ſancto Spiritu unus permanes in gloria ſempiterna.

Ant. Longè feciſti notos meos.

* *Leg.* viſum ingeris, *Br. Moz.* viſionem ingeris.

* *Br. Moz.* dum in oculis interioribus Deum &c.

ALIA.

Br. Moz. fol. 218. col. 4.

MUltiplex nos, Domine, turba circumdat iniquitatis: & ideo, niſi tu redemtor adiuberis, paulo minus * animas noſtras in lacum proruet mortis; libera ergo nos & de operibus, quae inferorum * militant poenis, & de poenalibus tartarorum ſuppliciis: qui, devictis confractiſque infernalibus portis, ereptam praedam reportaſti in caeleſtibus regnis.

Ant. Niſi Dominus adjubiſſet me.

* *Br. Moz.* anima noſtra.

* *Br. Moz.* invitant.

ALIA.

DEus Pater omnipotens, qui * bera laude glorificas Filium tuum in eo, quòd tuus Unigenitus praedicatur; da nobis, ad laudem nominis ejus, & ora donis fidei habere flagrantia, & pectora praecalidis amoris ejus ignibus concremanda: ut tu, ſuper quem eſt os peccatoris apertum, ſis in ore noſtro ad conquirendum animarum multiplex lucrum, & conſequendum aeternae beatitudinis praemium.

Ant. Deus, laudem meam.

* *Leg.* vera.

ITEM AD NONAM.

Er. Moz. fol. 191. col. 3.

LOquuti ſunt adversùm te, Domine, inimici tui lingua doloſa: tunc utique, quando te magiſtrum bonum captioſa adulatione laudabant; Qui ergo odioſis eorum ſermonibus circumdari & expugnari te paſſus es, confeſſionis noſtrae ſupplices, jam quaeſumus, ſuſcipe preces.

Ant. Loquuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ.

ALIA.

Er. Moz. fol. 206. col. 2.

UNigenite Filius Dei, cujus genua prae jejunio in tuo corpore infirmata ſunt, cujuſque caro inmutata eſt propter oleum; fac nos poſt te efficaciter currere in odore unguentorum tuorum: ut, qui factus es in opprobrium inimicis, nobis efficiaris protectio ſalutaris.

Ant. Genua mea.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, quem moventes capita ſua inimici viderunt, non reſurgentem de ſepulcro, ſed pendentem in Crucis patibulo; fac nos videre faciem tuam in jubilo, ut majeſtatem tuam, quam impii * obtenebranti malitia ſua videre non poſſunt, nos videamus ad praemium adunati cum coetibus Angelorum.

Ant. Viderunt me, & moverūt capita ſua.

* *Leg.* obtenebrati.

ITEM AD MATUTINUM.

QUi inſurgunt in nos, Domine, confundantur: ut, quum fideles paſſionis tuae ornaberit gloria, infideles confuſio poſſideat ſempiterna.

Ant. Qui inſurgunt in me, confundantur.

ALIA.

SAEpe expugnatam a juventute ſua Eccleſiam tuam dexterâ virtutis, Chriſte, exalta: ut, qui in illa cotidie pateris, tecum eam facias conlaetari in caeleſtibus regnis.

Ant. Saepe expugnaberunt me.

ALIA.

Er. Moz. fol. 170. col. 3.

ECce, Domine, ſupra Eccleſiae tuae dorſum iniquitas honeroſa peccantium fabricata eſt ſupervorum, quum incorrigibiles moribus membra tua atrociter premunt; da ergo, quaeſumus, nobis, ita tolerantiae virtute * fuleire, ut eos, quos in dorſu animae noſtrae ſanandos portamus, ſalubriter nobiſcum ad caeleſte ſtabulum reportemus: quò uno ac ſingulari denario cum illis accepto, & nos * de praedicatione mereamur percipere lucrum, & ipſi de obedientia capiant nobiſcum praemium ſempiternum.

Ant. Supra dorſum meum fabricaberunt.

* *Leg.* fulciri.

* *Er. Moz.* dedicatione.

ITEM AD TERTIAM.

Er. Moz. fol. 200. col. 1. & fol. 191. col. 1.

CHriſte Dei Filius, quem zelus domûs Dei, Eccleſiae videlicet Patris tui, comedit, dum iniqua gerentes de ea funiculo audacter expellis; ab omnium nos funiculo iniquitatum abſolbe, atque in medio domûs tuae dignè habitare concede: quò, & ipſi domus tibimet ſpiritualis effecti, a te mereamur caelitus laureari.

Reſp. Eu me, quod peregrinatio mea.
Reſp. Deus Iſrahel, propter te ſuſtinui improperium.

ALIA.

CHriſte Dei Filius, cui & inferna & caeleſtia patent: quique inferna penetrans in hominem moriens deſcendiſti, eundemque hominem ad caelos remeans reportaſti; da nobis, pretio ſanguinis tui ſic mundari a crimine, ut nec pro meritis inferna nos teneant, & pro bene geſtis in Caelum aſcendere poſſimus cum gloria, ubi tibi * ſedis eſt praeparata.

Ant. Si aſcendero in caelum, Domine.

* *Leg.* ſedes.

ALIA.

ALIA.

Br. Moz. fol. 168. col. 1. & fol. 399. col. 4.

EDuc, Domine, de tribulatione animam noſtram, qui ſputa pro nobis perpeſſus es, & flagella: ut Mundi uius educti de carcere, triumphos Crucis tuae * devita poſt noſtrum obitum praecinamus cum laude.

Ant. Educ, Domine, de tribulatione animam meam.

* *Leg.* debitâ.

ALIA.

EMitte manum tuam, Domine, de alto, & libera nos de inferiori inferno: ut, qui illic volens dignatus es pro liberatione multorum deſcendere, nos illic nolentes non patiaris cruciandos abire.

An. Emitte manum tuam, Domine, de alto.

INCIPIUNT ORATIONES * PSALMOGRAVAE, QUAE RELIQUAE SUNT DE ANTIFONIS, QUAE IN TRADICTIONE DICUNTUR.

* *Leg.* PSALMOGRAPHAE.

DEus, Dei Filius, qui paſſione tuâ mundum reconcilias Patri; da nobis, ut nec circumdantium nos luxurians vitiorum multitudo deludat, nec taurorum ſcelerata auctoritas ad erroris nebulas pertraat: quò, crucis tuae praedicando inſignia, malorum ſemper evadamus * decipula.

DE PSALMO XXI.
Ant. Circumdederunt me, Domine, vituli multi.

* *Leg.* decipulas, vel decipulam.

ALIA.

NON erubeſcant in noſtrorum operum lapſu, qui te expectant, Domine Deus virtutum: nec ſic malorum perturbemur ſcandalis, ut confundatur plebs liberatorum de exceſſionibus noſtris; ut qui te Deum Iſrahel in nobis jam reſurrexiſſe gaudemus, per hujus paſſionis tuae excurſum ethereis ſociari civibus mereamur.

DE PSALMO LXVIII.
Ant. Non erubeſcant in me.

ALIA.

Br. Moz. fol. 177. col. 1.

ERipe nos, Domine, ab * omine malo, qui traditus es pro ſcelere alieno: ut paſſio tua futuris nos eripiat a tormentis, quae * in deriſu facta eſt impiis.

DE PSALMO CXXXVIIII.
Ant. Eripe me, Domine, ab homine malo.

* *Leg.* homine.
* *Leg.* in deriſum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 101. col. 3.

ERipe, Domine, gregem populi tui a laqueis viri iniqui: ut paſſionis tuae circumſulta praeſidio, nec hominem iniquum ſimplicitas Chriſtiana incurrat, nec linguae doloſae in cauſis fidei jacula * pertimeſcant.

DE EODEM PSALMO.
Ant. Eripe me, Domine, ab homine malo.

* *Leg.* pertimeſcat.

ALIA.

ACuerunt, Domine, contra te linguas ſuas venenoſa multitudo ſerpentium, quum tibi in Cruce poſito ſuorum operum aceto conditum poculum porrexerunt; qui ergo a talibus temtari & inludi te voluiſti, nobis dona, ut nec captantium nos poſſimus inluſionibus falli, nec ſerpentini dogmatis veneno contingi.

DE EODEM PSALMO.
Ant. Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentis.

ALIA.

CHriſte, Filius Dei Patris, qui noſtris vulneratus es pro peccatis; ne tradas nos in deſiderium peccatoris: ut derelictos nos a te uſquequaque non ſentiant, qui adverſum nos cogitant mala.

ITEM DE EODEM PSALMO.
Ant. Ne tradas me, Domine, a deſiderio meo peccatori.

ALIA.

EMitte manum tuam, Domine, & libera nos de manu filiorum alienorum, qui viciſti mundum per Crucis tuae invictiſſimum ſignum: ut per te ab aetheriis hujus mundi poteſtatibus inſigniter liberati, triumphantes & ovantes petamus intimum Caeli.

DE PSALMO CXLIII.
Ant. Emitte manũ tuam Domine, de alto.

ALIA.

Br. Moz. fol. 399. col. 4.

DEus, qui in Cruce ſalutem regibus praeſtas, tempera jam tandem miſeriarum noſtrarum erumnas: ac, ne gladio maligno noſtrae feriantur cervices, gladio vervi tui nos reddito efficaces.

ITEM DE EODEM PSALMO.
Ant. Qui das ſalutem regibus.

INCI-

INCIPIUNT ORATIONES, ET BENEDICTIONES COMPLETURIAE DE TRADICTIONE PER SINGULOS DIES. SECUNUDA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 157. col. 4.

LIbera nos, Domine, a labiis iniquis, & a lingua magnlloqua, qui in Crucis adpenſus es ſtatera; & praeſta, ut nec accuſatori accuſandi aditus pateat, nec plebs tua ejus decipulis adquieſcat, nec iram tuam ſugeſſio fallax commobeat; ſed tu, Domlne, ipſum humani generis callidum inſidiatorem framea divina concide, & pro miſeriis pauperum inclita bonitate exſurge.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui paſſione ſua mundum redemit, liberet vos ab omnibus inſidiis inimihi; Quique in veſtro corpore Crucis ſuſtulit vulnera, membra vos ſua ſemper efficiat glorioſa: ut corporl ſuo vos perpetim laetabundos adſociet, qui volumtariam perferre pro vobis dignatus eſt paſſionem.

ITEM IN ECDEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 164. col. 1. & fol. 182. col. 1.

BEllantium muerones, quaeſumus Domine, victricis ſemper poteſtatis tuae virtute retunde, & contra ſortem tuam meditantes inania veritatis tuae corrige diſciplinâ: qulque adverſus Chriſtum tuum blaſphemiam dec lamant, ad praedicationem verae fidei ſua corda convertant: ut & vincla peccatorum, quibus vincti detinentur, miſeratus diſrumpas, & cunctos juſtificatos * digitus tui calamo in libro vitae conſcribas.

* Leg. digiti.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui ſe ipſum noſtrae ſalutis pretium fieri voluit, luerum nos efficiat ſanguinis ſui; & qui peccata veſtra in corpore ſuo transfixit in ligno, det vobis hereditariam poſſeſſionem in Caelo: ut ſicut ille in ſe ipſo principatus & poteſtates triumphavit confidenter in gloria, ita vos per illum evincatis omnia mundana decipula.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 55. col. 4. & fol. 160. col. 3. & fol. 182. col. 3.

GLorioſe, potens, ac miſericors Deus, erue nos ab incidiis inimici; &, ne anima noſtra rugientis leonis raptu rabido rapiatur, protectio dexterae tuae in noſtri cuſtodiam deputetur: ne dum non eſt qui redimat, ille ſaevus occidat: aut, ſi non eſt qui ſalvum faciat, ille ſubertat; ſed tu, Leo de tribu Juda in ira tua exſurge, & ſeveritate judicii inſidioſi hoſtis catervas interime: noſque in praecepto, quod mandaſti, credere & permanere concede.

BENEDICTIO.

FIdes veſtra Deo fructificet, cujus redemti eſtis inclita paſſione; ſpeſque veſtra, in Cruce ejus defixa, provideat vobis munera ſempiterna; eoque caritatis ardore traamini in Caelum, quo ille pro vobis in terra & mortem pertulit, & ſepulcrum.

ITEM TERTIA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 154. col. 4.

AD defenſionem noſtram, Domine, reſpice; &, ne doctrinae pateamur laetali, tu nos tua in aeternum rege virtute: ſimul, & de ore leonis, rapere nos cupientis, libera: & ab oblatrantis perfidia canis ſollicita nos protege cura.

BENEDICTIO.

STatera Crucis Chriſti, quae ruituro mundo ſubvenit ad vitam, operetur in vobis ſalutis obtabilem medicinam; &, quae mundi hujus devicit auctorem, evincat in vobis libidinis hoſtem: ut, in qua exaltata eſt Sapientia * Patri, in ea ſit redemtio omnibus miſeris.

* Leg. Patris.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 185. col. 4.

EDuc, Domine, animam noſtram ab inferis: & a deſcendentibus * in lacu nos erue; &, qui virtute inenarrabili mundum redemturus, deſcendens a ſupernis, inferni confregiſti receſſus, ne peccato duce illic deducamur, cuſtodi

* Leg. in lacum.

ſtodi propitius: & praeſta, ut quum his, qui ad vitam aeternam * praeſcripti ſunt, tibi modulo pietatis pſallamus, atque in delectationibus tuis conſortium beatitudinis mereamur.

* Br. Moz. perſcripti.

BENEDICTIO.

HUmilitas paſſionis Dominicae omnem tumorem mentis veſtrae ſanando humiliet; medeatque vobis Crux ejus ad vitam, quae a Gentibus putata eſt ſtultitia: ut, quae naufrago vitale munus exibuit mundo, ethereas manſiones * proroget populo Chriſtiano.

* Leg. praeroget

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 186. col. 3.

SAlva, Domine, de neceſſitatibus animas famulorum tuorum: & in tua juſtitia ſperantes ne concludas in manibus adverſantis; ſed reſpice humilitatem noſtram, & in loco nos munito ſalvifica, qui moriens devoviſti inferna: ut, confuſis conſiliis perſequentium, ſine pavore in civitate ſanctiſſima tua feliciori proventu caeleſtem gloriam conſequamur.

BENEDICTIO.

SAnguis Chriſti, qui pro vobis eſt effuſus elementer, ornet vos virtutum generoſitate foecunditer: ut quod pro vobis datum eſt pretium, hoc etiam vobis efficiatur in praemium: quò in eo careatis omnibus vitiis, in quo pridem liverati eſtis de manu praedonis.

ITEM QUARTA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 165. col. 2.

DOmine, qui olim in corpore noſtro pati dignatus es, quando ad nos reſpicies, & ad ſolitudinem, atque inplorationem noſtram? quando propitius convertes obtutum? nec moreris, nec tardes; jam intende, jam converte-re, jam reſpice: ut oratio noſtra, quae nunc in ſinum noſtrum pro ſecretorum ſuorum conpunctione convertitur, ante conſpectum tuum purgato cordis ſui gemitu dirigatur.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui detraentis ſibi linguae ſuſtulit jacula, linguas veſtras faciat ſemper meditare juſtitiam ſuam; & qui, Verbum Patris, verba ſuſtinuit detraentium, victores vos efficiat omnium carnalium perturbationum: ut, tranquillo Crucis Chriſti vexillo praebalidi, vincatis omnes inſidias inimihi.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 190. col. 1.

AD defendendam hereditatem tuam, tui ſanguinis pretio emtam, Domine Jeſu Chriſte, adpraehende arma victricia: & exurgens in adjutorium noſtrum, fidei nos * munera ſcutu: ut mentem noſtram non queant inimici jacula penetrare; ſed ipſum inimicum tu, Rex noſter, framea divina concide; & quia tu es animae noſtrae ſalus, id nobis, petimus, tribuas munus, ut mentis vigilantiâ te ſequamur, & honere peccati depoſito, ad promiſſorum tuorum bona perveniamus.

* *Cod. primis curis*, munere; *Leg.* munera ſcudo. *Br. Moz. mendosè*, munere ſcutom corrige, ut *&c.*
* *Leg.* onere.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui animam ſuam pro obibus poſuit, interna inſpiratione vos doceat, & fratres diligere, & Chriſtum in fratribus plus amare; detque vobis exundantem ſuavitatis ſuae dulcedinem, qui amaritudinis propinatus eſt potione: ut in veſtris actibus dulce poculum ſumat, qui pro veſtris meritis amaram mortis * ſubuit poenam.

* *Leg.* ſubiit, *vel* ſubivit.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 190. col. 2. Et. vide fol. 302. col. 2.

DIc animae noſtrae, Domine: Salus tua ego ſum; nec deſeras noſtra intima, dum ſe iniquitas prodiderit violenta; ſed nocentes nos tu judica, tuâque poteſtate nos inpugnantes expugna.

Digitized by Google

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 302. col. 2.

CHriſtus Dominus, qui innocens expanſis manibus pependit in ligno, Crucis ſuae vos ſalvificet ſacramento; Appenſione quoque ſua ſurſum vos * allebet, qui pro vobis dignatus eſt exaltari in Cruce, ut verè lucrum ſanguinis ejus ſitis, * quique in illo confidentiam cordis veſtri dirigitis.

** Leg. allevet.* ** Leg. qui.*

ITEM QUINTA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 192. col. 2.

INtende, & exaudi nos, Domine, quos vox frendentis inimihi conturbat, & tribulatio perſequentis exagitat: ut, dum * cernis mentes in nos deſaevire rebelles, magnanimos nos efficias, & invicta virtute ſuccingas.

** Cod. primis curis, carnis.*

BENEDICTIO.

DE trono Crucis vos reſpiciat Chriſtus, qui pro vobis eſt innocens crucifixus; Det poſtulantibus veniam, qui paſſionem ſuſtulit volumtariam; &, qui in Cruce poſitus Patrem pro perſequentibus orat, ipſe credentes ſibi dignos efficiat.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 193. col. 3. & fol. 300. col. 1.

MIſerere nobis, Deus, miſerere nobis, & in te confidentes exaudi: averſantium arma confringe, & laqueos nobis deſtrue praeparatos: ut circumdati claritate caeleſti, non * incedamus in ſobeam mortis: ſed, parati corde, tuam in populis exaltemus miſericordiam veritatis, qui pro nobis ſuſtuliſti opprobrium Crucis.

** Ita & Br. Moz. ſed Leg. incidamus in foveam.*

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, cujus capnt glorioſum in ſublime Crucis eminuit, eminere vos faciat in ſorte caeleſti; &, qui exaltatus eſt in Cruce ſuſpenſus omnia traat ad ſeipſum, in omnibus regnaturus; ut cum Cruce ſua ad Judicium veniens, per eam vos efficiat ſine fine felices.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 193. col. 4. & fol. 298. col. 3. & fol. 259. col. 4.

SAlvum fac populum tuum, Domine, dexterâ tua; &, qui dediſti timentibus te Crucis ſignificationem, da pleniſſimam fidei dignitatem: ut, quos peccantes repuleras, convertentes ſuſcipias; & tu da in tribulatione auxilium neceſſarium, qui pro peccatoribus factus es pretium; & ipſe tribulantem inimicum ad nicilum redigas, ipſe redemtos in civitatem circumſtantiae introducas.

BENEDICTIO.

DEi Filius, qui in Cruce poſitus Patrem pro perſequentibus exoravit, pro ſupplicibus quoque Patrem interpellare non ceſſet; quique oblatum ſibi amaritudinis guſtando reſpuit poculum, ipſe vobis ineffabile ſuae dulcedinis porrigat alimentum: ut, palato mentis veſtrae ex omni parte ſanato, poſſitis conpraehendere cum omnibus Sanctis, quae ſit Crucis Chriſti altitudo, & latitudo, ſublimitas, & profundum.

ITEM SEXTA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 172. col. 1.

IN die tribulationis noſtrae, Domine, precem, quam effundimus, ſuſcipe: & extenſis in nocte manibus, quae deſideramus intellige; occurre animabus noſtris obtimus conſolator, & indulgentiali ſabore exiſte redemtor: &, qui nos adquiſiſti paſſione volumtaria, erue nos de laqueo venantis invicta potentia.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 300. col. 1.

MOrtis Chriſti admirabile ſacramentum depellat a vobis omnium conlubiones facinorum: Sanguinis ejus ineffabile pretium extinguat in vobis omnem ſomitem vitiorum: Crucis ejus inſigne vexillum conſortes vos efficiat Angelorum.

ITEM

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 199. col. 1.

SUrge, Deus, & judica terram: ut qui cunctis dominaris in gentibus, jam reſurrexiſſe credaris, a quibus es crucifixus: quò ſibi uterque populus caritate conſentiat, dum circumciſio & praeputium nexu fidei chriſtianae adglomerat.

BENEDICTIO.

VErbum Patris, quod in ſuſcepto homine pertulit mortem, ſua vos juſtificet paſſione; Ipſutque Dei Verbum, quod exſors fuit ab injuria Crucis, alienos vos efficiat ab omni actu mortiferae voluntatis; quique inclinato in Cruce capite tradidit ſpiritum, ſine intermiſſione inclinet vobis pietatis ſuae auditum.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 199. col. 3.

REſpice, Domine, in populum tuum, & ſuper odientes te exaltare magnificus; & eos, qui adverſum te fideles tuos declinare feſtinant, in praecipitem converte ruinam: ut confuſi & turbati, te ſolum altiſſimum in omni terra Dominum recognoſcant.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui triduano dierum noctiumque ſpatio mortis pertulit ſepulturam, a ſomno facinorum excitet corda veſtra; & qui ſurrecturus tribus diebus in monumento latuit, quietus infinitis temporibus ſe veſtris fruendum ingerat ſenſibus: ut cum illo ſit in caelo vita veſtra abſcondita, qui manifeſtam in terris paſſus eſt ſepulturam.

ITEM DIE SABBATO AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 41. col. 3. & fol. 97. col. 4. & fol. 144. col. 1. & fol. 200. col. 4.

COgnoſcant gentes, Chriſte, quòd nomen tibi ſit Dominus, pro quibus es patibulo Crucis appenſus; quoſque * ignabia ignorantiae dedit, ſcientia reſtituat conditori: ut fidei convertantur conſtantiâ, & ſpe laetentur in gloria. * Leg. ignávia.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui tenet clavem David, clave Crucis ſuae abſconditos vobis teſauros revelet ſapientiae: ſolidumque cibum exibeat ſenſibus veſtris, qui Verbum creditur Patris: ut in quo mortis aculeum devictum eſt, & contritum, in eo paſtionis aeternae vobis praeparetur edulium.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 201. col. 4.

EXaltare, Domine, qui judicas terram; & qui ultionem reddis ſupervis, pietatis medellam * inperti redemtis; & ipſe praeroga miſericordiam reis, qui pro nobis es Cruci adjudicatus ab impiis. * Br. Moz. imperti-re.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui morſu ſuo * debellabit inferna, potentiâ ſuâ devincat in vobis omnium libidinum incentiba: ut, qui morte ſua vitam reddidit mundo, ipſe vos vitae ſuae reddat heredes in caelo: quique, adjudicatus Cruci, voluit mori pro impiis, donet fidelibus beatae receptacula manſionis. * Leg. debellavit.

ITEM IN SABBATO DE LAZARO AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 177. col. 2.

CHriſte, Deus noſter, qui pro nobis omnibus paſſionis ſuſtuliſti injuriam, quum inter odientes pacem pacificus * inveneris, & innocens a nocentibus crucifigeris: ſicque quadriduanam mortem humani generis morte tua transfigis; da nobis, ut multiplicata ſuper nos ſupervorum iniquitas non praebaleat, quò a meditatione legis tuae cordis noſtri ſtudium non recedat: ut, quia tu ſolus pro nobis omnibus & mortem paſſus es & ſepulcrum, credentibus tibi & lumen aeternae vitae dones, & praemium. * Leg. inveniris.

Digitized by Google

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui morte ſua quadriduanam humanitatis noſtrae mortem devicit, victores vos efficiat criminis veſtri; & qui tradi ſe permiſit ab impiis, ab aeternorum vos ſuppliciorum eripiat poenis: ut quum eo ſine fine vivatis, qui victor ſactus eſt mortis.

ITEM DE LAZARO AD MATUTINUM.

EXſurge, Domine, & intende judicio Eccleſiae tuae, ut qui te in eam blaſfemiis perſequuntur, per te ad eam converſi ſpiritu revertantur: quò in cauſa ejus tu ſolus Dominus agnoſcaris, qui ſolus pro ea ſuſtinuiſti vulnera paſſionis.

Ant. Exſurge, Domine, & intende.

ALIA.

EXſurge, Domine, in occurſum Eccleſiae tuae, ut eam videndo placatus reſpicias, & reſpiciendo praſſurae ejus pius ſemper occurras: ut qui in ſingulis collectus ejus cotidie pateris, myſterio Crucis tuae liberes eam ab inſurgentibus inimicis.

Ant. Exſurge in occurſum mici.

ALIA.

EXſurge, Domine, diſpargantur inimici tui, & ſpirituales nequitiae vultûs tui inluminatione diffugiant. Repellat David * frequectatus in Eccleſia, quod adſtans fugabat in cithara; & reddat ſuavitatem modulatione Pſalmorum, quam olim reddebat pulſatione cordarum: ut doctrinâ ipſius te benedicentes, atque ejus ſuffragiis te precantes, exultemus in conſpectu tuo, & delectemur in laetitia, quae Sanctis tuis eſt perhenniter praeparata.

Ant. Exſurge Deus, & pereant inimici tui.

* *Leg.* frequentatus.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

UNigenite Dei Filius, qui paſſiones mortalitatis noſtrae in te * ſuſcipiens, paſſionis tuae nos boluiſti eſſe participes; effice nos & ſectatores lucis, & operarios veritatis: ut, quadriduanae mortis noſtrae nauſragia evadentes, quadrifluo euangeliorum tuorum amne uberiùs inluſtrati, paſſionis tuae exemplo mereamur eſſe idonei.

Br. Moz. fol. 179. col. 1.

* *Cod. primis curis*, ſuſpiciens.

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Filius, qui adſumtum hominem paſſus eſt appendi in ligno, Crucis ſuae vos dignetur ſalvare myſterio; & qui perſequentium vulneratus eſt linguis, os veſtrum remobeat ab omni caſu temtationis; quique ſingulari morte ſuâ quadriduanum morſum veſtrae mortis devicit, a cruciatu vos eripiat ſempiterni ſupplicii.

Br. Moz. fol. 179. col. 2.

ORATIO DIE SABBATO IN RAMOS PALMARMUM, AD VESPERUM.

DEus, qui maniſeſtus ad Judicium cum Sanctis omnibus venies, & tamen nunc in gremio matris Eccleſiae facis per fidem populos habitare unanimes; ſuſcipe precem tuae familiae, & benedic hereditati tuae in pace: ut & renatis jam nobis omnibus per aquam & Spiritum ſit remiſsio peccatorum, & his, qui ſacramentis fidei initiantur, perfectae credulitatis inprimatur myſterium: quò & in nobis & in illis ita verae fidei ſacramenta fructificent, ut tu, ſolus ſacramentorum ipſorum auctor, in nobis nunc & in aeternum ſolus exultes.

Br. Moz. fol. 202. col. 3.

ITEM BENEDICTIO.

DEus, qui Eccleſiam ſuam ditat multiplici ſoecunditate credentium, & regeneratis ſuam praebeat gratiam, & regeneraturis concedat ad conſumata ſanctae fidei pervenire myſteria. Sit utrorumque plena ſalvatio, qui Chriſtianorum eſt vera redemtio: ut in illo & credentes habeatis vitam, & cum credituris gaudia poſſideatis caeleſtia.

Br. Moz. fol. 202. col. 3.

ITEM ORATIONES IN EODEM DIE IN RAMOS PALMARUM, AD MATUTINUM DE PSALMO III.

TU es, Domine, ſalus, & tua eſt ſalus: hanc gaudemus nobis largitam, hanc etiam uſque in finem a te petimus largiendam; effunde, quaeſumus, ſuper

Br. Moz. fol. 26. col. 4. & fol. 346. col. 1.

popu-

Digitized by Google

populum tuum benedictionem tuam, ut pribetur maledictio paenae, & diteſcat in nobis fructus juſtitiae.

ALIA.

Ant. Hii ſunt filii.

HIi ſunt, Domine, filii, quos tibi parit vera mater Eccleſia, velut no*bella plantationis ſtabilita; introduc ergo eos, quaeſumus, ad regnum gloriae tuae, quos per adnotationem officii ſuſcepimus in gremio matris Eccleſiae: ut in regno vel patria, in qua eos curamus adſcribere, mereamur eum illis perenniter exſultare.

* *Fortè*, novellae plantationes ſtabilitae.

ALIA.

Ant. Expectatio gentium.

CHriſte, Dei Filius, Dux verus de Juda, qui expectatio factus es gentium, dum non ſolùm ex circumciſione, ſed etiam ex praeputio multitudines ad fidem tuam adgregas populorum; praeſta, ut, qui ad tuae fidei ſignaculum veniunt, labent ſtolam ſuam, ideſt carnem ſuam, in vino illo Sanguinis tui, qui pro multis effunditur in remiſſione peccatorum: ut *regenaturi cum regeneratis per labacrum aeternae ſalvationis mereantur obtinere ſolacium.

* *Pro*, regeneraturi.

ALIA.

Br. Moz. fol. 203. col. 4.

Ant. Haec eſt generatio quaerentium.

HAEc eſt, Domine, novellae generationis inclita fides,* quae & exquirit, ut videat, quae te concupiſcit, ut in te feliciter vivat; aperi ergo eis, quaeſumus, ſanctae fidei ſacramentum: ut in qua nos fidei perfectione conſcendiſſe cognoſcimus, in ea etiam & hos inluſtres exiſtere gratulemur: ut & illi ad redemtionis ſuae perveniant gaudia, & nos perceptae redemtionis inlibata in nobis conſervemus myſteria.

* *Br. Moz.* quae te.

ALIA.

Br. Moz. fol. 203. col. 2.

Resp. Oves meae.

CHriſte, Filius Dei Patris, qui ad obes, quae perierant domûs Iſrahel, te miſſum eſſe teſtaris; ùt verus paſtor ſuper obes tuas invigila, & guvernacula in eis praetende paſtoria: quò tuae cuſtodiae defenſione vallati, & credentes & credituri morſum evadant inſatiabilis inimici.

ALIA.

Br. Moz. fol. 203. col. 1.

CHriſte, qui propter incredulitatem relinquens populum ſinagogae, innumeram tibi plebem Eccleſiae ex omnibus gentibus ampliaſti; imple, quod prophetali vaticinio praedixiſti, ut reminiſcantur & convertantur ad te Deum univerſi fines terrae, adorentque te omnes patriae gentium, qui ſolus ſalvas utique mundum; ſuſcita ergo tibi filios credulitatis, ex circumciſione & praeputio venientes: ut & quotquot veniunt, proveantur ad fidei regnum: & quotquot venerint, nullis meritorum ſordibus a tua hereditate priventur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 203. col. 1.

ECce, Domine, venturam, quam praedixtit olim generationem Profeta, quae utique per fidem currit, ut ad te veniat; ſuſcipe ergo eam, ut perfectione ſalutaris labacri tincta, aeternae Jheruſalem nobiſcum poſſideat gaudia infinita.

ITEM COMPLETURIA IN EODEM DIE AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 203. col. 3.

NE obliviſcaris, Domine, vocem quaerentium te, ut ſuperviâ eorum, qui te oderunt, aſcendente in ſempiternum, hii, qui per adnotationem officii gremio Eccleſiae matris ſuſcepti ſunt, ad ſacri babtiſmi accedere gratiam mereantur: quò & illis, talia *optantes, perceptum, in nos labacri non *denegeremus myſterium, & ipſi nobiſcum poſſideant gaudium infinitum.

* *Leg.* optantibus.
* *Mox.* denegemus.

ITEM BENEDICTIO IN RAMOS PALMARUM.

Br. Moz. fol. 203 col. 4.

CHriſtus Dominus, qui ſalutis ſuae ſigno, humano generi dat ſalutem, det vobis cum his, qui nunc ad ejus veniunt fidem, pervenire ad aeternam hereditatem; donet quoque vobis, inlibatum redemtionis veſtrae capere fructum, & il-

& illis feliciter ad ſalutaris lavacri pervenire myſterium : ut & regeneratis & regeneraturis ſic divinae protectionis gratia * ſabeat ut nullum ex his ab aeterna poſſeſſione excludat.

ITEM SECUNDA FERIA IN EBDOMADA MAJORE AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 160. *col.* 4. NE obdures, Domine, aurem tuam ad orationem Eccleſiae tuae ; in auſilium ejus accede: ut, qui pro ea paſſus es paſſionum dura ſupplicia, * innocentem eam tua Deitas non ſpernat: * ut quae tuis paſſionibus conſormatur, tuis quoque muneribus conſoletur.

Ant. Ne obduraveris aurem tuam ad orationem meam.

* *Br. Moz.* invocantem.

* *Codex prim. curis,* ut qui tui.

ALIA.

DE lacu inferni vocem noſtram, Chriſte Deus, exaudi: ut, qui pro nobis infernum moriens deſcendiſti, a cruciatu nos eripias ſempiterni ſupplicii.

Ant. De lacu inferni exaudi, Domine, vocem meam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 219. *col.* 2. ADmirabile ſatis eſt, Domine, quod pro noxiis innocens, piuſque pro impiis animam poſuiſti, dorſum utique ad flagella ponens, maxillas verò ad palmas conſtituens, ſaciem quoque tuam a conſuſione ſputorum non retraens; Qui ergo tanta & talia in ſuſcepto * a nobis paſſus * es corpore, ſac nos perenniter in tuae Deitatis viſione laetari.

Ant. Dorſum meum poſuit ad flagella.

* *Br. Moz.* pro nobis.

* *Cod. primis curis,* eſt, *μεκέσω*.

COMPETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 205. *col.* 4. EXaudi, Domine, lamentabilem Eccleſiae tuae gemitum, qui pro ea ſuſtuliſti injurias paſſionum; da ei, quaeſumus, ut paſſionum ignominiis careat, * quae ſe ſalvatam tuis paſſionibus non ignorat : ut aeternitatis tuae judicio & a preſurarum eam tribulationibus relebes, & tibi coronandam ſine fine adſocies.

* *Cod. primis curis,* qui.

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Filius, qui patienter ſuum pertulit traditorem, patientiae bono vos ſibi faciat conplacere; Et, qui manſuetudinem uſque ad mortem * ſervabit, ipſe vos dono manſuetudinis ſuae muniſicet: ut, qui nec contumeliorum nec vulnerum perſecutoribus ſuis reddidit vicem, nullam in vobis, qui in eum creditis, nec pro male geſtis, nec pro male cogitatis reſpondeat ultionem.

* *Leg.* ſervavit.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

CHriſte, Dei Filius, cujus vias obcludere inimicus humani generis cupiens, incredulas perſequutorum ſuſcitat mentes, quò te moriendum inpeterent; te ſuppliciter poſtulamus, ut qui pro nobis inebriatus es amaritudine, nos liberes a noſtrorum criminum paſſione: ut, quia in te vita humanae condicionis uſque ad lacum deducta eſt mortis, vita noſtra per mortem tuam & hic exuatur a vitiis, & in futuro te judicante liberetur a poenis.

Reſp. Concluſit vias meas inimicus.

ALIA.

DEus & homo, unigenite Dei Patris Filius, Chriſte, quem Iſrahel non meruit reprobatus agnoſcere, nec populus fide alienus intelligere; da nobis, & verâ te fide cognoſcere, & idoneâ operum tibi exibitione placere: ut cum ſceleratorum filiis non puniamur ùt blasſemi; ſed, te Sanctum Iſrahel cognoſcentes, remuneremur ùt filii.

Ant. Iſrahel me non cognovit.

ALIA.

Br. Moz. fol. 213. *col.* 4. ADverſus tuam, Chriſte, animam mala cogitantes patienter equidem ſuſtines, utpote bonum tuus paſtor exemplum gregibus praevens : dum & perſequentium jacula toleras, & pro perſequentibus Patrem efflagitas; da ergo nobis, paſſionis tuae ſacramento a noſtris paſſionibus elui: ut, qui blasſemantes te patientiſſimè toleraſti, credentes tibi ab aeterna eruas damnatione Judicii.

Ant. Cogitaverunt mala adverſus animam meam.

Digitized by Google

ITEM COMPLETORIA AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 206. col. 2. DEus, Dei Filius, qui in ſuſcepta hominis carne paſſionum injurias pro nobis dignatus es tolerare; tu nos paſſionis tuae myſterio a morte perpetua liberos redde: ut quos moriens & reſurgens liberaſti de tenebris, judicans & regnans eruas a tormentis.

BENEDICTIO.

SAlvator noſter, & Dominus, qui volumtariam mortem ſuſcepit injuriam, ipſe a vobis aeternam mortis arceat poenam: ut qui incredulorum blaſfematus eſt linguis, ipſe in vobis ſenſum remuneret credulitatis; ut per eum a paſſionibus veſtris liberi ſitis, qui ſe ſponte pro noſtris tradidit malis.

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 157. col. 1. DOmine Jeſu Chriſte, qui traditurum te morti, ante mortem praeſcius praedixiſti: & illic, ubi conſtituta eſt domus omnis viventis, ad inferna utique moriens deſcendiſti; da nobis, ut quum tempus vocationis noſtrae advenerit, illic non deveniamus retenturi in poenam, quò tu moriens liberator acceſſiſti* per gratiam; ſed emittens manum tuam * tunc nos de profundo inferni manifeſtâ potentiâ libera, qui ſolus pro impiis tuam ponere dignatus es animam.

Reſp. Scio, Domine, quia morti me tradituras es.

* *Br. Moz.* per veniam.
* *In Br. Moz. deeſt*, tunc nos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 212. col. 2. COngrega, Domine, inimicos tuos, quaſi gregem ad victimam, quò aut reſipiſcentes ad veniam redeant, aut in malis perdurantes aeternitatis Judicio contabeſcant: ut tu ſolus, qui victima pro nobis munda oblatus es Patri, victores nos efficias criminis noſtri.

Ant. Congrega, Domine, inimicos meos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 215. col. 1. DEus, probator juſti, qui rebelatam tibi cauſam Filii tui, paſſionis utique ſuae injuriam * infidelibus puniturus agnoſcis; videamus, quaeſumus, ultionem de inimicis ejus, itaut aut reſipiſcentes ab infidelitate ipſi ſe poenitendo * ulciſcant, aut perdurantes in perfidiam, per ejus puniantur juſtitiam, cujus nunc contemnunt miſericordiam manifeſtam.

Ant. Domine, probator juſti.

* *Br. Moz.* in infidelibus.
* *Br. Moz.* ulciſcantur.

COMPLETURIA AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 206. col. 4. DEus, qui pro impiis paſſus es innocens; placita tibi nos innocentiae dignitate perluſtra, & paſſionis tuae nos ignominiis ſalva: ut per indevita ſupplicia mortis tuae, debita ebadamus tormenta iniquitatis noſtrae.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui ſuſtulit pro nobis injurias paſſionis, a cunctis vos eripiat in commune flagitiis; & qui amaritudinis auſtu eſt potatus in Cruce, dulcedinis ſuae vos dignetur enutrire ſapore: Ut guſtantes, quàm ſuavis ſit, qui pro vobis poſuit animam, perfectionem dulcedinis illius capiatis, quum manifeſtata vobis fuerit gloria ſua.

ITEM TERTIA FERIA AD MATUTINUM.

CHriſte, Dei Filius, qui ab omnibus amicis paſſionis tempore derelictus es, dum Synagogae, ex qua natus fueras, jaculis moriturus inpeteris, & a Diſcipulis imminentis perſecutionis turbine deſolaris; da nobis, ut glorioſae paſſionis tuae injuria non ad timorem, ſet ad victoriam nos vitiorum ſemper accendat: ut in eo, quod tu pro nobis eum, quem diligebas, traditorem ſuſtuliſti patienter diſcipulum, nos beneplacitum tibi ſine intermiſſione perſolvamus noſtrorum operum famulatum.

Ant. Omnes amici mei dereliquerunt me.

ALIA.

Br. Moz. fol. 157. col. 2. COnfundantur omnes, Domine, qui perſequuntur in nos ſanctum nomen tuum, & non confundamur nos, qui veneramur & credimus, & paſſionis tuae injuriam, & reſurrectionis tuae potentiam; praevaleat ergo virtus gloriae tuae, quae & perſequentes te a pravitate deterreat, & credentes in aeternum tibi laetabundos conjungat.

Ant. Confundantur omnes, qui me perſequuntur.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 275. col. 3.

MUltis te pro nobis vulneribus, bone Chriſte,* conſeſſum eredimus, & fatemur: cum exceptis ſuppliciis carnis, & loquens & tacens dolores ſuſtines paſſionis: te etenim loquente, blasfemaſſe te clamart, qui converti debuerant: & te tacente, in furoris copiam exardeſcunt, qui humilitatis tuae manſuetudinem non verentur; da ergo nobis, ut qui paſſionis tuae dolores concinimus, noſtris doloribus liberemur: ut maguo diſcretionis articulo praediti, & loquentes de te, & praedicantes quae vera ſunt, & tacere noſtrum ſit utile, & loqui aeternam nobis proficiat ad mercedem.

Ant. Si loquutus fuero, non quieſcam.

* *Leg.* confeſſum.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 269. col. 2.

DEus, Dei Filius, qui diligens oderis, & parcens *occidus inpeteris, dum in perſequutoribus tuis & benignus oſtenderis, & miſericors inveniris; da nobis, ut per paſſionis tuae vulnera, noſtra expientur delicta: ut qui humilis pro nobis paſſus es mortem, glorioſus aeternam nobis tribuas claritatem.

* *Leg.* occidendus. *Br. Moz.* occidendos, *mendosè*.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, cujus latus vulneratum eſt lanceâ, vulnere ſuo veſtra piacula tergat; & qui in tenebroſis conlocatus eſt patiens, ipſe vos a tenebris eripiat parcens: ut illius paſſio vitiorum veſtrorum paſſiones exſuperet, qui dolores veſtros in ſua ſuſtulit carne.

ITEM AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 167. col. 1.

TU, Domine, in cithara & in cantico inimicorum diguatus es verti, dum linguas tibi derogantium pertuliſti: te utique infideles in fabula obtrectaberunt, a quo *cedentes abominati ſunt, & in cujus faciem expuere non pepercerunt; Salus proinde noſtra, atque Salbator, ſalvandis nobis inlabere: ut, qui perſequentium te fuiſti doloribus eruciatus, credentium te & confeſſionibus placeris, & actibus.

Resp. ....

* *Leg.* recedentes

ALIA.

DEus, qui dies ſaeculi creans, diem hominis non concupiſti; erue nos a concupiſcentiis noſtris: ſicque confundantur omnes, qui in tuis membris acriis perſequuntur, ut ultra non confundantur membra tua, qui in tuis paſſionibus gloriantur: ut tu, qui ſolus * mortem volumtariam ab impiis ſuſtuliſti injuriam, noſtris devitam meritis arceas poenam.

Ant. ....

* *Leg.* morte voluntaria.

ALIA.

Br. Moz. fol. 171. col. 1.

QUid tibi, Domine, a te formata creatura reſtituet, pro qua exprobantium opprobria ſuſtinens, ſolus ſedens conminatione repletus es? Pro quibus ergo tanta paſſionum vulnera ſuſtuliſti, quaeſumus, ut eos, nec carnis paſſionibus deici, nec Inferni patiaris baratro dimergi.

Ant. Tu ſcis Domine, quia ſuſtinui pro te.

COMPLETURIA AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 210. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, quem atrox perſequentium turba caeco furore perſequitur, & perſequens obcaecatur: dum Hominem in te paſſionibus punit, & Deitatis in te ſubſtantiam non agnoſcit; concede nobis, ut te verum Deum, & Hominem, unum Chriſtum eſſe fateutes, ab aeternis ſuppliciis haberi mereamur *extorres.

* *Br. Moz.* exortes

BENEDICTIO.

CHriſte * Deus noſter, qui in humilitate judicium ſuſtulit paſſionis, humiles vos efficiat in cunctis actibus veſtris; & qui injuſtè judicatus eſt ab iniquis, judicium remobeat a vobis ſuae damnationis: ut qui pro perſequutoribus precem obtulit Patri, pro credentibus in ſe interceſſor ſibi ipſe exſiſtat in die Judicii ſui.

* *Leg.* Chriſtus.

ITEM

Digitized by Google

ITEM AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 172. col. 2. DOmine Jeſu, qui dolorem Eccleſiae tuae, quo ad nicilum redacta ſunt oſſa ejus, pius guvernator intelligis, dum alios extra eam infidelitatis vorago praecipitat, alios intra eam temtationum foeditas necat; concede nobis, ut quia tu ſolus pro nobis & temtatus & paſſus es, tu nos & a temtationibus & a paſſionibus noſtris ſolus ipſe eripias: quò teſtimonium noſtrum intra tuam Eccleſiam ita ſit utile, ut mereamur tibi ſine fine placere. *Reſp.* Ecce nunc venit in me dolor.

ALIA.

Br. Moz. fol. 190. col. 4. REcordare, Domine Jeſu, abſintii & fellis, quibus pro impiis amaro poculo propinatus es; & ideo amaritudo tua ſit, quaeſumus, dulcedo noſtra perpetua: ut in quo tu pro nobis amaricatus es volens, in eo nos & hic & in aeternum gratulemur felices. *Ant.* Recordare Domine.

ALIA.

VIde, Domine, quoniam tribulatur corpus tuum in eo, quod tu pro nobis tribulatus es Caput noſtrum; da ergo nobis, ita in tuis paſſionibus amareſcere, ut plenitudinem gaudii ex hoc in futuro mereamur perenniter obtinere. *Ant.* Vide, Domine, quoniam tribulor.

COMPLETURIA AD SEXTAM.

Br. Moz. fol. 210. col. 3. CHriſte Deus, qui injuriam mortis & crucis pro nobis omnibus ſuſtuliſti; da nobis, ut per te victores efficiamur noſtri piaculi: ut ideo quod tu poſt mortem reſurgis in gloriam, nos a morte vitiorum, nunquam ulterius caſuri, reſurgamus per gratiam.

BENEDICTIO.

JEſus, Dei Filius, qui inlatae mortis paſſionem ſuſtinuit aequanimiter, vos ſuſtinere adverſa quaeque faciat mundi. Det vobis exemplo ſuo perſequentes patientiâ ſuperare, & de patientia fructum aeternitatis percipere: ut communicantes paſſionibus ejus, participes quoque poſſitis eſſe gloriae illius.

ITEM QUARTA FERIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 214. col. 4. UNigenite Dei Filius, qui in carne moriturus apparens, in concilio ludentium non ſediſti, ſed ſolus ſedens amaritudine pro nobis ipſe repletus es; concede nobis, ut de paſſionibus tuis nullo modo erubeſcentes, gloriae tuae mereamur ſine fine eſſe participes. *Ant.* Non ſedi in concilio.

ALIA.

JEſu, Dei Filius, qui paſſionis tuae tempore dorſum ad flagella, maxillas ad palmas ponens, nec contumax nec contradicens inventus es; da nobis, ut veſtigia tua ſequentes, ita tibi fructum bonorum operum in patientia deferamus, ut ad te per hoc coronaturi poſt tranſitum accedamus. *Ant.* Non fui contumax.

ALIA.

Br. Moz. fol. 212. col. 3. REdemtor humani generis, Domine Deus, bellator fortis, qui torcular ſuſtinens paſſionis, ipſut quoque torcular, in quo calcatus es, conculcare dinoſceris, dum & a morte reſurgis, & eos, qui te perſequuti ſunt, corruentes infirmanteſque oſtendis; praebe nobis, in tuis paſſionibus & ilariter amareſcere, & opulentiùs conlaetari: ut dum infideles perfidia cruciat, fideles confeſſio ab iniquitate abſolvat. *Ant.* Dominus ....

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 213. col. 1. JUſtus es, Domine, qui pro nobis injuſtè judicatus es innocens; & ideo quaeſumus, ut qui punitus es ſine crimine tuo, abſolvas nos a facinore noſtro.

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filius, qui ductus eſt velut ovis ad victimam, mundet ab omnibus iniquitatibus corda veſtra. Temporalibus quoque doloribus ſuis reſol-

ſolvat in vos dolores aeternae damnationis: ut paſſionum ejus ſequentes exempla, ad promiſſionis illius mereamini pervenire promiſſa.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 553. col. 4.

CHriſte Deus, cujus locus in Syon magnus eſt, converte ad te corda noſtra: ut in ſpeculatione ejus conſtituti, te pro nobis flagellis alapiſque caeſum, morti quoque adjudicatum, fideliter fateamur: & qui ſecundùm tempus es paſſus pro impiis, perenniter a fidelibus conlauderis.

Reſp. Facta eſt Syon.

ALIA.

Br. Moz. fol. 556. col. 3.

CHriſte, Dei Filius, qui adversùm te cogitantes iniqua, cruentaque malignorum conſilia in te patiens tolerasti; da nobis, exemplo tuo habere cor patiens, & adverſos aequali tolerantiâ ſuperare: ut qui te habere Deum Patrem cognoſcimus, & cognitionis hujus fide ſalbemur: & qui paſſionis tuae dies * incolimus, a noſtrarum paſſionum ſordibus expiemur.

Ant. Dixerunt aput ſe.

* *Br. Moz.* recolimus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 218. col. 2.

JEſu, Deus noſter, qui maxillam praebuiſti percuſſoribus tuis, ſaturatus pro nobis ipſe opprobriis; concede nobis miſeris ſervis tuis, ut paſſionis tuae exemplo inſtructi, jugum ſuabe tuum portemus ſemper idonei: quò a te diſcentes, quàm mitis ſis & humilis corde, & paſſionis tuae communicemus exemplo, & beatitudinis aeternae potiamur ſubſidio.

Ant. Sedebit ſingularis.

ITEM COMPLETURIA AD TERTIAM. ANTIQUA.

Br. Moz. fol. 213. col. 4.

EXurge Deus, & miſericorditer judica terram, qui es pro nobis judicatus in terra, qui condemnatus abſolvis reos, qui moriens vivificas mortuos, qui reſurgens confirmas dubios, & confundis iniquos. In tuam namque hereditatem gentes credendo laetentur, quem reſurrexiſſe pro ſalute confitentur.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui pro totius mundi ſalute voluit pati, ab omni vos paſſionum ignovilitate depurget; & qui ad hoc venit, ut paſſurus mundum redimeret, ad hoc iterum veniat, ut quod redemit, juſtificet: ut ligno Crucis ejus & mare tranſeatis ſaeculi, & cruciatus evadatis Inferni.

ITEM IN EODEM DIE AD SEXTAM. ANTIQUA.

FAc nobiſcum, Domine, ſignum in bono, ut Crux tua, quae a pereuntibus ſtultitia creditur, in te credentibus virtus indeficiens demonſtretur: videant & confundantur in oſtenſione gloriae, qui tua dedignantur redimi paſſione; tu es enim Dominus Deus noſter, qui nos adjubas in labore, & conſolaris in munere.

Reſp. Habitato res Hieruſalem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 219. col. 2.

CHriſte, Dei Filius, cujus facies pro nobis ſputis patuit infidelium; da nobis, ut quod in te infidelitas habuit abjectum, nos ad noſtrae habeamus fidei tutamentum: & in quo illa offenſa eſt, ut te Dominum crucifigeret gloriae, nos tibi ſtabiliamur, te noſtrum ſemper & liberatorem expectantes, & judicem.

Ant. Faciem meam.

ALIA.

CHriſte Deus, qui mundum veniens liberaturus, in canticum es infidelium verſus: dum te non agnoſcerent Deum, & ideo quaſi hominem laceſcendum conviciis appetunt; erige nos paſſionis tuae exemplo, & Crucis circumballa praeſidio: ut & infidelitas per te confuſa diſpereat, & ſurſum fidelitas ad te coronatura perveniat.

Ant. Verſus ſum in eorum canticum.

COMPLETURIA.

JEſu, redemtor noſter omnipotens, qui humanitatis noſtrae factus particeps, mortem pro impiis paſſus es, ut vulnere tuo redimeres reportatum ad vitam, quod malignus arſurum retinebat in poena; annue precibus noſtris, ut qui te non ſolùm traditum pro nobis, ſed & paſſum confitemur & mortuum, a dextris tuis tempore Judicii conlocemur.

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui pro vobis infidelium ſuſcepit ſputa, infidelitatis a vobis nubila pellat; & qui pro vobis eſt judicatus in mundum, vos ad ſuum praeparet regnum: ut cum eo perpeti in gloria maneatis, cujus hic celebritatem paſſionis accipitis.

ITEM COMPLETURIA IN EODEM DIE MERCORIS AD VESPERAM, QUANDO CENA DOMINI INGREDITUR.

Br. Moz. fol. 214. col. 3.

PRopinqua paſſionis tuae ſollemnia, Chriſte Deus, plebs devota ſuſcipiens, praeparari tibi in hoſtiam vivam deſiderat; proinde quaeſumus, ut qui in craſtino ad tuum acceſſuri ſumus convivium, in ſuſceptione hujus venerandae noctis & culparum tenebris careamus, & tui amoris ignibus inflammemur.

In hac oratione oratio paterna non dicitur, ſed tantum benedictio, & dicit Diaconus humiliate vos * benedictionarie.
* *Leg.* benedictioni.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 214. col. 3.

PAſſio vos Chriſti conſervet jure perenni;
Crimine vos odie labet, & cras munere ditet:
Quò, pulſis vitiis, Paſcha cum illo celebretis.

ITEM IN CENA DOMINI AD MATUTINUM DE PSALMO III.

Br. Moz. fol. 38. col. 4. & fol. 74. col. 4.

QUamvis, Domine, p'urima malignantium multitudo abneget, ſalutem noſtram eſſe in te Domino Deo noſtro; nobis tamen * in hoc robur ſpei multum * augetar, quia tu ſuſceptor noſter eſſe dignatus es; obſtruatur itaque os loquentium iniqua, quum ſperantes in te miſericordia circumdat adſidua.

* *Br. Moz.* ob hoc.
* *Leg.* augetur.

ALIA.

CHriſte Deus, qui humanitatis noſtrae particeps factus, paſſionum noſtrarum triſtitias in te ſuſcepiſti paſſurus; da nobis, ut triſtitiam illam, quae ſecundum Deum poenitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, continuâ ſedulitate in noſtris cordibus habeamus: quò, in ea conpuncti, & paſſionibus tuis, ut veri dilectores tui, in aliquo communicemur, & ob hoc tuis in futuro muneribus repleamur.

Ant. Quare triſtis es, anima mea?

ALIA.

Br. Moz. fol. 295. col. 4.

JEſu Dei Filius, quem impia malignorum turba inaniter perſequens, dum conſilium contra te agit conpraehenſionis, fugat potius a ſe beneficium pietatis: dum * viſa eſt, delendo vitam, conpraehendere, quem utique neſciebat vitae eſſe auctorem; praebe nobis, ut te, quem illi maligna volumtate perſequuti ſunt, nos pia devotione in bonis actibus adſequamur: ut in quo inimicis erit * perpetuum luctum, in eo ſit nobis perpetuum gaudium.

Ant. Conſilium fecerunt.
* *Br. Moz.* viſa eſt volendo, *mendosè*.
* *Leg.* perpetuus luctus.

ALIA.

CHriſte Dei Filius, in cujus conpraehenſione verbum iniquum malignae cohortes infidelium tractaverunt; praeſta nobis orantibus, ut inimici Eccleſiae, qui te in tuis membris cotidie perſequuntur, per te ad verae fidei myſterium convertantur: quò nobiſcum plena fide cognoſcant, & traditum te eſſe pro impiis, & impios juſtificaſſe tuae gloriâ paſſionis.

Ant. Tractaverunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 356. col. 2.

NOvimus, Domine, quòd traditoris tui perpeſſus injuriam, uſque ad mortem non reliqueris patientiam: & quum inſatiabilis homicida te magiſtrum tradiderit occidendum, tu tamen ne ipſum quidem volueris moriturum; da ergo, quaeſumus, nobis, ut patiendi malos habeamus conſtantiam, * patientiae tuae teneamus exempla: non nos * vorago praecipitet, nec per noctem hujus ſaeculi temtator malignus, quaſi fur * in quocumque contaminet: quò paſſionis tuae ſtigmata ſint nobis ad cuſtodiam indefeſſam.

Reſp. Manc * conſurgit.
* *Leg.* conſurget.
* *Suppl.* et.
* *Br. Moz.* vorago irae.
* *Br. Moz.* in hora quocumque.

ALIA.

MAledictus eſt utique, Domine, omnis homo, qui in corde ſuo fabricat malum, ſcilicet qui te vel hominem negat eſſe, vel Deum; da ergo nobis, ut temtatione incredulitatis nullâ tangamur, qui te plenâ credulitate agnovimus: ut qui dudum veniſti innocens pati pro impiis, ad hoc in futurum venias, ut cum his, qui te credunt, ſine fine laeteris. *Ant.* Maledictus homo.

ALIA.

SAlvator noſter, & Domine, qui gloriantes in malitiam, & potentes in iniquitate ineffabili patientia toleraſti, dum in conpraehenſione paſsionis tuae probroſa contra te Judaeorum infidelium turba, & ut crucifigaris clamat, & ut moriaris expectat; ſuſtenta nos munere patientiae tuae, actuſque noſtros in bono converte: ut non cum odientibus nomen tuum crucifigamus te in actibus noſtris, ſed cum dilectoribus tuis inlibata conſervemus in nos tuae praemia caritatis. *Ant.* Quid gloriaris?

ALIA.

CHriſte Dei Filius, qui ſine cauſa delicti & morti es traditus, & venantium laqueis inretitus; facito, ut per indebitam mortem tuam mors nobis debita devincatur, ut qui pro nobis es traditus innocens, pro innocentiae bono ad te nos facias quandoque pervenire felices. *Ant.* Venantes coeperunt me.

ITEM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 235. col. 4. CHriſte Deus, Dei Filius, quem Deus Pater pro nobis omnibus tradidit, quum veram te pro nobis hoſtiam ipſe ſuſcepit; ſuſcipe deſiderium populi tui: quos redemiſti, conſerva: quos liberaſti, vivifica: non ſinas in perpetuum luctum ire, quos, ne perpetualiter perirent, veniſti redimere; clavis timoris tui confige cor noſtrum, qui pro nobis omnibus & Crucem paſſus es, & ſepulcrum: ut per te & hic nobis ſit remiſsio criminum, & in futuro perpetuum gaudium, quem pro omnibus credimus crucifixum.

BENEDICTIO.

CHriſtus, qui ſe ab impiis tradi permiſit, nulla vos a ſe patiatur occaſione divelli; & qui pro *bovis multiplicem pertulit paſsionum injuriam, ipſe in vos peccati paſsiones extinguat; ut & ſocii paſsionum ejus ſitis, & conſolationis ejus munera capiatis.

* *Leg.* vobis.

ITEM IN EODEM DIE AD TERTIAM.

Br. Moz. fol. 235. col. 2. CHriſte Dei Filius, qui tranſiturus ex hoc mundo ad Patrem, ſpeciali ſigno tuum praedicis traditorem; quò non ſolùm *ut non lateret in coeteris, ſed ut potius diſcerneretur a coeteris; te quaeſumus, te rogamus, ut non *praecidamus ab Eccleſiae membro, qui redemti ſumus tuo Sanguine pretioſo: necve illius, qui te tradidit, quiſquam in Eccleſia tua conſtitutus *incurrat; ſed glorioſis patientiae tuae exemplis *provocentur ad gloriam: quò, proditoris tui in nullo imitantes ſtudia, bonorum diſcipulorum & doctrinam capiamus, & praemia.

* *Ut*, abundat.
* *Leg.* praecidamur.
* *Supple*, torporem.
* *Leg.* provocetur.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui traditionis tuae praeſcius orae, aput quem, quove in loco celebraturus ſis ſollemnia Paſcae, diſcipuli miſsione voluiſti ſignificare; te quaeſumus, ut ad nos venias, aput nos etiam Paſca facias, nec ullo modo a corde noſtro recedas; quò in hac praeſenti traditionis tuae ſollemnitate tu noſter ſis cibus, tu etiam ſuaviſsimus potus, qui pro nobis factus es advocatus. *Ant.* Ite ad civitatem.

ALIA.

Ant. Magiſter bone.

O Bone magiſter Jeſu, Deus noſter & Domine, quem ter negando Petrus dilavitur, a quo reſpectus fletibus reparatur; praeſta nobis, ut inconcuſſa fide paſſionis tuae gloriam praedicantes, nulla infidelitatis maculâ continguamur, nulliſque occaſionibus a tua caritate privemur: ſed paſſionis tuae communicantes exemplis, dum praedicamus gloriam Crucis, coronaturi perducamur ad gaudia redimentis.

COMPLETURIA ANTIQUA.

Br. Moz. fol. 99. col. 4. & fol. 216. col. 4. & fol. 263. col. 2.

CHriſte, qui de patibulo ad Patrem, ut quid te dereliquerit, adclamaſti: qui Cruce tua * hominum peccati perditum redemiſti, illumque peccati auctorem aeternis arſurum ignibus tradidiſti; poſtulamus ſanctam clementiam tuam, ut nos, qui in te credimus, numquam derelinquas: nec confidentiam noſtram a tua Deitate repellas; ſed propitius clamorem noſtrum ſuſcipe, & tibimet placito ſamulatu ſervire concede.

* *Leg.* hominem peccato.

ITEM BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui pro vobis Crucis ſuſcepit injuriam, ab omni futura cruciatione vos eruat; & qui ſuam pro vobis tradidit animam, animabus veſtris donet requiem ſempiternam: ut in cujus mortem conſepulti eſtis, cum eo ſine fine vivatis.

ORATIO DICENDA IN PARASCEBEN POST INDULGENTIAS EXPLICITAS.

Br. Moz. fol. 119. col. 2.

INgeniti Patris unigenite Chriſte, qui pro nobis impiis odie occideris innocens; tui ſanguinis reminiſcere pretium, & totius populi dele peccata; Quique pro nobis perferre dignatus es ſputa, probra, vincla, calaſos, alapas, & flagella, crucem, clabos, amaritudinem, mortem, lanceam, ac nobiſſimè ſepulturam; nobis miſeris, pro quibus haec paſſus es, caeleſtis regni tribue beatitudinem infinitam: ut qui paſſionem tuam venerando proſternimur, reſurrectionis tuae gaudiis ad caeleſtia ſublevemur.

ITEM ORATIO IN EODEM DIE DICENDA AD PENITENTES

EXaudi, Domine, ſupplicum preces, & tibi confitentium parce peccatis: ut, quos conſcientiae reatus accuſat, indulgentia tuae miſerationis abſolbat.

ORATIO, QUAE DIE SABBATO AD VENEDICENDAM LUCERNAM IN SACRARIO DICITUR.

EXaudi nos, lumen indeficiens, Domine Deus noſter, unici luminis lumen, fons luminis, lumen auctor luminum, quae creaſti & inluminaſti, lumen angelorum tuorum, ſedium, dominationum, principatuum, poteſtatum, & omnium intelligibilium, quae creaſti: lumen ſanctorum tuorum. Sint lucernae tuae animae noſtrae; accedant ad te, & inluminentur abs te. Luceant veritate, ardeant caritate; luceant & non tenebreſcant; ardeant & non cinereſcant. Benedic hoc lumen o lumen; quia & hoc, quod portamus in manibus, tu creaſti, tu donaſti. Per haec lumina, quae accendimus, de hoc loco expellimus noctem: ſic & tu expelle tenebras de cordibus noſtris. Simus domus tua lucens de te, lucens in te; ſine defectu luceamus, & te ſemper colamus; in te accendamur, & non extinguamur.

ITEM ORATIO, QUAE IN EODEM DIE AD BENEDICENDUM CEREUM IN SACRARIO SIMILITER DICITUR.

OFferimus tibi, Domine, cerei hujus rutilantis ſpeciem divino igne ſuccenſam, quem per * multimodo materia nutu tuo * prodici juſſiſti *, a quibus. Eum indignis manibus noſtris oblatum accendimus, precantes bonitatem tuam, ut emiſſione Spiritus ſancti tui, qui condam in ſimilitudinem ignis, diviſionemque linguarum, in Apoſtolorum tuorum corda praeſpicuus fulgenſque apparuit, eum benedicere & ſanctificare digneris: & ſicut hic cereus exuberans largâ

* *Leg.* multimodam materiam.
* *Leg.* produci.
* *Hic cubat error, quem corrigerem legendo*, apibus, *loco* a quibus.

 viſione

viſione, noctis hujus ;ugulat caecitatem, & devotiſſimae plebis tuae reſplendet obtutibus: iſta & nos, Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui ſplendore repleti, internis mentibus fulgeamus: ut, peccatorum caecitate deterſa, lux in nobis ſempiternae fidei perſeveret.

ITEM ORATIO, QUAE IN EODEM DIE POST LUMEN LEBATUM * ANTE ALTARE DICITUR.

* Leg. LEVATUM.

PRima tibi & principalia, Deus Pater omnipotens, haec luminum munera in exordio venerandae hujus noctis obtulimus, quae unigenitus Filius tuus Dominus noſter adventûs ſui faciat myſteriis * luminata, per quem te, Deus, ſupplices exoramus, ut hoc ſanctum munus libens accipiens, hiis ſamulis tuis, quos ad enarrandam laudem * deſtinabimus luminis, propitius ac benignus adſpires, efficiaſque tibi placita, quae in * hore tuo, eorum fuerint ſermone * probata: in nobis quoque pervigilem devotionem * flagrantia ſpiritalis uccendens., omnes terrae noctis inſidias lucis tuae candore diſcutias.

* Leg. illuminata.
* Leg. deſtinavimus.
* Leg. honore.
* Fortè, prolata.
* Lege, ſi placet, flagrantiae ſpiritalis accendens.

ITEM ORATIO, QUAE POST BENEDICTIONEM LUCERNAE ANTE ALTARE SIMILITER DICITUR.

DEus, qui filios Iſrahel educis ex Egypto, palpabiles Egypti tenebras reliquendo. Deus, qui, duce luminis gratiâ, pondus orrendae noctis exterminas. Deus, qui, praecedente Angelo tuo in columna nubis in diem, eodemque in columna ignis in noctem poſteriora * ſervantem, curam noſtrae ſalutis exequeris: teque nobis in eo praeſtas, in quo lucere nos in lumine ſcientiae tuae jubes; fac nos Divinitatis tuae fieri conſortes, & largâ tuâ pietate ex inviſibilibus bonis viſibilia dona concede, quae nos & offerri doceant, & tuam in omnibus conpleri faciant volumtatem, Chriſte Domine Deus noſter, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto glorioſa Divinitate * vibis, & dominaris per infinita ſemper ſaecula ſaeculorum.

* Leg. ſervante.
* Leg. vivis.

ITEM ORATIO, QUAE POST BENEDICTIONEM CEREI ANTE ALTARE DICITUR.

EXpectati temporis, dilectiſſimi fratres, ſeſta ſollemnitas, & annuum per ſaecula ſacrae Reſurrectionis arcanum votivae noctis advenit. Hoc illut eſt, quod in perennem memoriam conſecratum credentibus populis altiſſima de caelis gratia ſpiritalis adtribuit. Hylares vigilias glorioſis laudibus perſeramus, diemque vincentes, qua * funalibus crebris Eccleſia ſancta reſplendens coruſcat in lumine. Praeconie * Dominicae paſſionis indeſeſſis precibus celebremus, intendentes auditu lectionibus ſanctis, ac ſedulis obſecrationibus patientiam non negantes: ut ille regalis ſolii habitator altiſſimus a ſede arcis etheriae populo ſuo, qui ſollemnia redditurus ad haec ſeſta convenit, per Spiritum ſuum Sanctum, clementer inlapſum, placabilis ac propitiatus adſpiret.

* Fortè, funalibus.
* Lege, Praeconia.

INCIPIUNT ORATIONES, QUAE PER SINGULAS LECTIONES IN VIGILIA * PASCE DICUNTUR. IDEST, EXPLICITA PRIMA LECTIONE, DICITUR HAEC ORATIO.

* Leg. PASCHAE.

ANniverſaria, fratres dilectiſſimi, ſeſta votis ſollemnibus incoantes, auxilium Domini poſcamus e caelis, ut digni * habeamus Eccleſiaſticae ſunctionis officiis; (Imminet enim cura pro cunctis.) Illi pro omnibus ſupplicemus, qui mori pro omnium ſalute dignatus eſt; cui eſt honor & gloria. DEINDE CLAMAT DIACONUS.

Pro ſollemnitate Paſchali precemur Dominum.

* Leg. abeamus.

COLLECTIO EJUSDEM.

SAnctifica, Domine, famulos tuos, ut ſanctificatae noctis hujus dignis obſequiis ſerviamus; quia Deus es benedictus. SIMILITER PER CETERAS LECTIONES ISTE ORDO TENEBITUR.

ITEM SECUNDA ORATIO.

ECcleſiaſtica unitate connexi, Deum Patrem petamus, ut eandem Eccleſiam, concordiae vinculo cohaerentem, individuae caritatis nunc ſtudiis, pòſt praemiis muneretur; quia multae miſerationis eſt Dominus. DEINDE DICIT DIACONUS.

Pro pace Eccleſiarum, & quiete populi precemur Dominum.

COL-

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, qui Eccleſiae tuae fide & utilitate laetaris, dona ei perfectae religionis affectum, quam ſanctae congregationis honore donaſti; quia Deus es glorioſus.

ITEM TERTIA ORATIO.

OMnipotentem Deum, qui Sacerdotes ſuos in ſuam Eccleſiam praeſules * ordinabit, ſupplici oratione poſcamus, ut fideli noſtrae * devotiones obſequio ſuo quaeramus reſpondere judicio; cui eſt honor. Deinde dicit Diaconus.

Pro Sacerdotibus & Miniſtris precemur Dominum.

* *Leg.* ordinavit.
* *Leg.* devotionis

COLLECTIO EJUSDEM.

DOna, Domine, Sacerdotibus tuis, ut convenire facias fructum operum cum eminentia dignitatum: ut mercedem potius habeant de labore, quàm judicium de honore; quia Deus es benedictus.

ITEM QUARTA ORATIO.

PAcem dominicam, pacem quoque noſtram, Deum Patrem omnipotentem, qui pacis auctor eſt, poſtulemus, ut adſit in ordinatione ſua catbolicis Ducibus, & barbaras gentes refrenet: quatenus, rebus omnibus ſua lege compoſitis, ejus ſolummodo imperiis ſerviamus; cujus regnum. Deinde dicit Diaconus.

Pro proſperitate Principum, & tranquillitate temporum precemur Dominum.

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, qui fidelium pace laetaris, dona ſervientibus tibi pacem, omneſque eorum actus, qui tibi ſervire cupiunt, placibili miſeratione conpone; quia Deus es pius in ſaecula ſaeculorum.

ITEM QUINTA ORATIO.

DEum Patrem omnipotentem, agentes ipſi gratias, poſtulemus pro his, quos ſaeculi neceſſitas, aut inquietudo detentat: vel pro his, qui ſecundum carnis infirmitatem diverſis aegritudinum generibus affligantur: ut in hac ſollemnitate Paſcali, quia corporibus abſunt, animis & utilitatibus miſceantur, condonante Deo noſtro; qui regnat in ſaecula ſaeculorum. Deinde dicit Diaconus.

Pro his, qui huic ſanctae feſtivitati intereſſe non poſſunt, precemur Dominum.

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, cui ea, quae nobis ſunt abſentia, deeſſe non poſſunt, & quae putantur longè, ſunt proxima; praeſta, ut famuli tui, quorum neceſſitates vel infirmitates Eccleſiae ſollicitudo commendat, pietatis tuae muneribus vel remediis perfruantur; quia tibi ſoli eſt omnis honor & gloria in ſaecula ſaeculorum.

ITEM SEXTA ORATIO.

DEum, fructuum largitorem, aurarum moderatorem, qui in ſupplementum humani uſûs terras * foecundabit, creabit fruges, area temperavit, fratres kariſſimi, deprecemur, ut omnia haec, quae ſponte noſtris uſibus tribuit, noſtris quoque obſecrationibus largiatur; quia Deus * es pius in ſaecula ſaeculorum. Deinde dicit Diaconus.

Pro habundantia frugum, & tranquillitate aerum precemur Dominum.

* *Leg.* foecundavit, creavit.
* *Forte*, eſt.

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, creator omnium bonorum, rogamus inmenſam miſericordiam tuam, ut non tam peccatorum, quàm precum conſiderator, munera tua, quibus & vivimus * & vibamus, non quia non meremur, neges; ſed, quia precamur amplifices; quia tibi ſoli eſt regnum in ſaecula ſaeculorum.

* *Leg.* & vivemus.

ITEM SEPTIMA ORATIO.

DEum Patrem omnipotentem pro ſacris virginibus & continentibus deprecemur, ut infirmitati corporum adſit robur animarum, quò vitam valeant cuſto-

cuſtodire virtutum mortificatione nmnium vitiorum, adjubante * te Deo noſtro; qui gloriatur in ſaecula ſaeculorum. Deinde dicit Diaconus.

* Te, abundat.

Prn virginibus, & continentibus precemur Dominum.

COLLECTIO EJUSDEM.

TRibue his, Domine Pater ſancte, pervenire ad ſexageſimi fructûs cnronam, quibus integritatem vnvere tu dediſti. Nulla ex is ſtultis virginibus miſceatur, ſed ſint in numerum ſapientium puellarum, quarum vaſis oleum, quo lampades ſuae inluminentur, exuberet; quia Deus es clemens in ſaecula ſaeculorum.

ITEM OCTAVA ORATIO.

PIae voluhtatis retributnri Domino ſupplicemus, ut Eccleſiam ſuam bnnn largitatis accinctam, per ſtudium miſericordiae ad ſuam miſericordiam * abeat pervenire; quia Deus eſt benedictus in ſaecula ſaeculnrum. Deinde dicit Diaconus.

* Lege, ſi placet, faciat.

Pro his, qui elemnſinas ſaciunt, precemur Dominnm.

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, qui elemnſinis extingui peccata docuiſti, dnna famulis tuis ſanctam largiendi devotinnem: neque enim non habere poterunt poſſibilitatem, quibus tu dederis volumtatem; quia ſolus cum Deo Patre, & Spiritu sanctn vivis & gloriaris Deus in ſaecula ſaeculorum.

ITEM NONA GRATIO.

CErti de prnmiſſinne divina, quae ingentia peccata deſlentibus indulgendum a ſe eſſe promiſit, ſupplices Deum rogemus, ut confitentes nnmini ſuo ſuo judicio judicari non in his, quae ante commiſſa ſunt, ſed in his, quae ſuerint correcta, mereantur; quia Deus eſt miſericnrs, & regnat in ſaecula ſaeculorum. Deinde dicit Diaconus.

Pro Pnenitentibus, & Confitentibus precemur Dominum.

COLLECTIO EJUSDEM.

DEus, qui mutare ſententiam per miſericordiam tuam noſti, quum ſe peccator emendatione mutaberit; dona his poenitentiae fructum, qui ad tuam miſericordiam convolantes, recipiendos ſe in locum revertentis filii crediderunt; quia multae miſerationis es, Domine, & regnas in ſaecula ſaeculnrum.

ITEM DECIMA ORATIO.

CAElestium & terreſtrinm Deum, ſratres dilectiſſimi, deprecemur, ut in ſratribus noſtris, quicumque peregrinationis neceſſitatibus ſubjacent, potenti auxilio ſun conſolator & redux eſſe dignetur: neque ab eo peregrinentur, qui uni Deo & nati ſunt, & renati; concedente clementiâ pietatis ejus, cujus regnum manet in ſaecula ſaeculnrum. Deinde dicit Diacnnus.

Prn peregrinantibus, & nabigantibus precemur Dominum.

COLLECTIO EJUSDEM.

SUpplices tibi, Domine, ſundimus preces: ut qui per omnia Deus es, nos ubique non deſeras.

ITEM UNDECIMA ORATIO.

DEum judicii aeterni, ſratres kariſſimi, pro ſpiritibus pauſantium deprecemur, ut eos Dominus aeternae qnietis placabilitate receptos, in illa ſelici beatorum ſede conſtituat: qui ſicut ob hoc ſe renatos eſſe, ut reſurgerent, crediderunt, ita beatificatos ſe, quia reſurrexerint, gratulentur, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Deo Patre, & ſancto Spiritu in unitate gloriatur in ſaecula ſaeculorum. Deinde dicit Diaconus.

Pro defunctorum requie & quiete precemur Dominum.

COL-

COLLECTIO EJUSDEM.

Br. Moz. fol. 235. *col.* 2.

PRecamur te, Deus, ut defunctorum animae in te credentes, ac de tua pietate ſperantes, ſic a delictis omnibus abſolvantur, ut nulla in aeternum confuſione obnoxiae teneantur; quia multae miſerationis es Domine, & regnas in ſaecula ſaeculorum.

INCIPIUNT ORATIONES DE RESURRECTIONE DOMINI. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 224. *col.* 1.

INcomparabili, Chriſte, Deus noſter & Domine, gaudiorum ſerenatur ex luce conventus omnis Eccleſiae, quòd te ab inferis excipit reſurgentem. Qui ergo tam potenter & mortis aculeum vincis, & ultra non moreris, nos, quos potenter redemiſti, in aeternam mortem ire nullo modo patiaris. *Ant.* Chriſtus ſurgens ex mortuis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 223. *col.* 4.

CHriſte, qui olim glorioſae noctis hujus diluculum Reſurrectionis tuae myſterio conſecraſti, dum primus ipſe numquam moriturus, ùt verae primitiae dormientium ſurrexiſti; da nobis, ut in te reſurgamus a vitiis, & vires reparemus perditae ſanitatis: ut in te vivificemur ad ſtatum verae ſalutis, qui pro nobis es mortificatus uſque ad ſupplicium Crucis. *Ant.* Reſurrexit Dominus Jeſus Chriſtus.

ALIA.

QUantùm, Chriſte Domine, beatae Mariae tuae ſervidae devotionis incaluerit votum, dum te in loculo ſepulchri ſollicitâ inſpectione perquirens, angelico promeruit oraculo commoneri, ne te ùt mortuum fleret, quem illico reſurgentem agnoſceret; da nobis, parem devotionis hujus fervorem habere, & ſimiliter ſollicitos in te quaerendo exiſtere: quò tu, qui in proprietate ſuſceptae carnis reſurrexiſti a mortuis, in manifeſtatione verae Divinitatis reſurgendo ſemper eluceſcas in cordibus noſtris. *Ant.* Noli flere Maria.

INCIPIUNT ORATIONES MATUTINAE, VEL VESPERTINAE COMPLETURIAE DE RESURRECTIONE DOMINI, QUAE PER SEPTEM DIES UNIUSCUJUSQUE EBDOMADAE DICENDAE ET REPLICANDAE SUNT, USQUE IN ASCENSIONEM DOMINI.

COMPLETURIA AD MATUTINUM IN DOMENICO DIE.

Br. Moz. fol. 223. *col.* 2.

CHriſte Dei Filius, qui venerabilis diei hujus excurſum, & prius a te conditae *luci, & pòſt tuae reſurrectionis myſterio conſecraſti, dum ſingularis triumſator inferni, olim in hoc die, devicto diabolo, triumfaſti; da nobis, ut de ſepulcris vitiorum exeamus ad te lumen verum, qui es reſurrectionis noſtrae principium: ut, quia in te mors ultra nullo modo dominabitur, per veram Reſurrectionis tuae potentiam, quam veriſſimè profitemur, peccata noſtra amodo nobis nullatenus dominentur, ut qui matutinum ſacrificium pro nobis ipſe oblatus es, in hoc Reſurrectionis tuae tempore matutino ab omni nos jubeas *purificare piaculo.

Haec completuria in Paſca & uſque in aſcenſione Domini per omnes dies Dominicos ad matutinum dicenda eſt excepta in octabas Paſchae, ubi ſpecialis completuria habetur ad matutinum.

* *Leg.* lucis.

* *Leg.* purificari.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui odierni diei curſum, & in creationis principio *lumini, & nunc Reſurrectionis ſuae myſterio dedicavit, ipſe in vobis, & quod *creabit, inluminet, & quod redemit, ſine fine ſantificet; quique Reſurrectione ſua juſtificationem exibuit mundo, ab omni vos expurget humanae *conlubionis contagio: ut per eum vobis mors vitiorum occurrat, per quem reſurrecturi cupitis pervenire ad gloriam.

* *Leg.* lumine.

* *Leg.* creavit.

ITEM COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 223. *col.* 3.

DEus, cujus unum hunc ex omnibus duximus diem, in quo creatis rebus omnibus voluiſti eſſe & praeſentis lucis indicem, & aeterni luminis teſtem, ut in eo ſurgeret inluminatio temporum, atque in eo ſurgeret inluminatio animarum: quique dominicae & operationis primus, & reſurrectionis idoneus revolutus in circulo, & reductus in calculo, Paſchalis ſollemnitatis inciperet myſterium,

Haec completuria in paſcha die Domenico, & uſque in diem Dominicum in octavas paſche ad veſperum dicenda . . . . aſcenſionem Domini.

ſterium, & concluderet ſacramentum; reſpice in hoc tempore acceptabili, & in hac die ſalutis ſuper ſervos tuos, Domine, quos redemiſti de captivitate nequitiae ſpiritali * tropeo dominicae paſſionis: quò Agni tui ſanguine * tinctis, ne vaſtator laederet, liberaſti; eſto nobis praevius in ſolitudine vitae hujus, quò & * in diem calorem temtationis noſtrae quaſi nubs protegens obumbres, & in nocte a tenebris peccatorum nos quaſi columna ignis inlumines; ut dum ades ad ſalutem, perducas ad requiem.

* *Leg.* trophea. * *Leg.* tinctos. * *Leg.* in die.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 223. *col.* 4.

CHriſtus, qui diem iſtum reſurrectionis ſuae conſecravit myſterio, reſurgendis vobis praebeat efficaciam a delicto; & qui olim odierna die a mortuis reſurrexit, mortificationis omnimodae vobis conferens donum, reſurgere vos faciat caeleſtium dono virtutum: ut in eo ſemper vitam habeatis, in cujus mortem conſepultos vos eſſe gaudetis.

SECUNDA FERIA
COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 224. *col.* 3.

ADeſt, Domine, ſecundi illius diei luminoſa ſpecies, in qua matutina lux, Chriſtus videlicet noſter, in firmamento * legis a ſe condito ſe indicet agnoſcendum. Praeſta ergo nobis, ut, qui luce reſurrectionis coruſcavit in mundo, habundantiâ pietatis redundet in ſaeculo: qualiter ita firmamento legis ſuae corda noſtra praemuniat, ut inlaeſos nos ad aeternam pertrahat vitam.

* *Br. Moz.* legis a ſe conditae ſe indicit agnoſcendum.

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filius, cujus reſurrectionem ex mortuis omnis confitetur Eccleſia, ab omni labe facinorum reſuſcitet corda veſtra; & qui pro vobis voluit ſacrificium ſe Deo Patri * offerri, ipſe carnes veſtras ſuae dignetur affigere Cruci: ut in eo mortem criminum perpetuam habeatis, quem fideliter reſurrexiſſe nunc creditis.

* *Magis placet*, offerre.

ITEM IN EODEM DIE
AD VESPERUM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 224. *col.* 4.

CHriſte Deus noſter, qui ſecundo die firmamentum, * quaſi ſolidamentum ſcripturarum in Eccleſia praeparas, quo caeleſtes populos Angelorum ab infirmitate inferiorum hominum, quaſi aquas ab aquis, diſcernere voluiſti: quique dua teſtamenta conſtituens, figuram veteris ſacrificii per teſtamentum novum in inmolatione tui corporis complevisti; da nobis, ut intellectu prudentiae angelicis poteſtatibus, quaſi aquis ſuperioribus, ſociemur, & ſemper ad ſuperna tendamus: qualiter ita ſolidamentum utriuſque legis in corde noſtro praepollcat, ut reſurrectionis tuae potentiâ ad gaudia nos pertraat infinita.

* *Br. Moz. addit*, formans.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 224. *col.* 4.

CHriſtus Dei Filius, qui in corpore noſtrae mortalitatis ſuſtulit obprobrium Crucis, ab omni vos cruciatu nocibilis eripiat paſſionis; & qui in vera corporis noſtri carne ſurrexit ab inferis, in omnimoda veritate ſanctificationis exſuſcitet corda veſtra ab omni lapſu facinoris: ut fides, qua illum & mortuum fuiſſe, & reſurrexiſſe agnoſcitis, aeternae vobis praeparet receptaculum manſionis.

ITEM COMPLETURIA III. FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 225. *col.* 3.

LUcidum diei tertii * ſpiculum agnoſcentes, in quo * poſt conditum firmamentum legis diviſae ſunt aquae ab aquis, fideles utique ab infidelibus ſegregati; te Deum rogamus & petimus, ut verâ fide nos inſtruas, * ab infidelitate diſiungas: ut qui tertia die te ſuſcitatum ab inferis credimus, lucis aeternae praeſidio muniamur.

* *Br. Moz.* ſpeculum. * *Br. Moz.* per. * *Supple*, &.

BENEDICTIO.

DEi Patris Filius, qui tertio ab inferis ſuſcitatus eſt die, ab omni vos delictorum conlubione mortificet; & qui veraciter ea, qua eſt mortuus, reſurrexit in carne, tempore Judicii ſui non ad poenam, ſet ad gloriam vos coronatu-

naturos exſuſcitet: ut cum eo ſine fine vivatis, cujus hic reſurrectionem promtiſſimâ devotione incolitis.

ITEM IN EODEM DIE COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 225. col. 1.

OMnipotens Deus Pater, qui die tertio ab infidelium cordibus, quaſi ab inferioribus ſalſis aquis aridam, ideſt populum fontem fidei ſitientem, ſegregare dignatus es; da nobis, ut ab infidelium laqueis ſegregati, reſurrectionem Filii tui praedicemus indubii: ut qui tertio ab inferis ſuſcitatus eſt die, trina nos virtutum copulatione reſuſcitet: quò fide ſpe & caritate robuſti, de aeterno reſurrectionis mereamur munere conſolari.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 225. col. 4.

DEus, Dei Filius, qui reſurrectionis ſuae gloriam toto dilatavit in mundo, credulitatis hujus vos juſtificet ſacramento; & qui reſurgens ultra non moritur, ab infinitae vos mortis eripiat dominatu: quò in eo nobis ſit perpetuum gaudium, in quo nobis praeceſſit verae reſurrectionis exemplum.

ITEM COMPLETURIA IIII. FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 226. col. 4.

LUminoſa diei quarti lux matutina refulget, in qua tu, Deus omnipotens, magna luminaria in firmamento caeli conſtituens, quadrifluo Euangelii amne mundum viſitans inrigaſti, quum eum pretioſo tuo Sanguine redemiſti; da ergo nobis, ita lucere in firmamento Eccleſiae, ut aeternam mereamur pervenire ad requiem: ut qui primogenitus ex mortuis crederis, indultor quoque criminum in Judicio ſentiaris.

BENEDICTIO.

REdemtor noſter, & Dominus, qui ſuam pro nobis ad mortem tradidit animam, redimat de interitu vitam veſtram: ut qui ad hoc mortuus eſt, ut mortem extingueret, a perpetuae mortis vos liberet poteſtate; Quique poſt mortem reſurrexit in gloriam, det vobis poſt crimina reſurgere ad vitam aeternam.

ITEM IN EODEM DIE COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 226. col. 4.

ECce, Domine, veſperum quarti hujus diei officioſis luminaribus frequentamus, in quo luminaria in firmamento caeli, quaſi in ſolidamento legis inſigens, quattuor videlicet Euangeliſtarum * una voce canentium corda inluſtrare dignatus es: quò te in quatuor mundi partibus, & mortem pro nobis guſtaſſe, & a mortuis ſurrexiſſe, unitis vocibus nunciarent. Te ergo petimus, te rogamus, ut in hujus vitae obſcuritate ita reſurrectionis tuae in nobis praefulgeat gratia, ut reſurrecturi mereamur pertingere ad coronam.

* *Br. Moz.* unâ te voce.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 226. col. 4.

VErus Dei Agnus, qui pro nobis eſt inmolatus in Cruce, ab omni vos conlubionis macula purget; & qui occiſus, ex infirmitate ſurrexit potenter, potentialiter devincat omnes libitus carnis veſtrae; Quique, devicta morte, mortis devicit auctorem, devictis criminibus veſtris, in ſe vos faciat vivere ſine fine.

ITEM COMPLETURIA V. FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 227. col. 3.

LUcidi exortûs diei quinti primordium contuentes, in quo vivarum reptilia animarum, & volatilia tu, Deus noſter, formare dignatus es, te poſcimus, te rogamus, ut quos vivificans renobaſti Baptiſmatis undâ, hos reſuſcitando a vitiis pertraas ad ſuperna; & qui te valdè diluculo a mortuis ſurrexiſſe gaudemus, nos ſemper ad caeleſtia evolaſſe reſurrectionis tuae munere gratulemur.

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filius, qui devicta morte triumfavit ab inferis, triumfare vos faciat de libidinum incentivis; & qui reſurrectionis ſuae gloriam * declarabit in mundo, ipſe vos aeternae caritatis muniſicet dono: ut in eo & nunc reſurgatis a vitiis, & pòſt perveniatis ad aeterna praemia libertatis.

* *Leg.* declaravit.

O ITEM

Digitized by Google

ITEM IN EODEM DIE COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 227. col. 4.

DEus, qui in operatione quinti diei reptilia animarum vivarum, homines ſcilicet renobatos per Sacramentum Babtiſmatis, condidiſti: & volatilia caeli, animas videlicet Sanctorum ad ſuperna volantes manifeſta virtutum luce, formaſti; *praeve animabus noſtris invictum de tua reſurrectione ſolacium: ut per te renovati reſurgamus ad gloriam, per quem regenerati ſumus ad vitam.

* *Leg.* praebe.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 227. col. 4.

GRatia, qua vos per fidem Chriſto conſepultos eſſe gaudetis, mortificet vos ab omni contagio iniquitatis; * & quae reſurrectionis illius gaudia dilatavit in mundo, ſanctificationem omnimodam exibeat cordi veſtro: ut qui illum ſuſcitavit a mortuis, vos quoque reſuſcitet ad gloriam aeternae remunerationis.

* *Br. Moz.* & qui, *malè*.

ITEM COMPLETURIA VI. FER. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 228. col. 3.

ADeſt ſulgidum diei ſexti curriculum, ſextae aetatis continens ſacramentum. In illo formatur homo ex nicilo, in iſto reparatur ex aliquo: in quo tu, Dei Filius, dum pro nobis indebitam ſuſcipis mortem, mortis deviciſti auctorem; da ergo nobis, ut quos de manu tanti hoſtis tuo ſanguine redemiſti, non patiaris aeternis doloribus cruciari: ut qui triumfo reſurrectionis tuae ea, quae ſurſum ſunt, nos quaerere praecipis, modificatione pietatis corda noſtra mortifices a delictis.

BENEDICTIO.

UNigenitus Filius Dei Patris, qui venit ſalvare mundum in ſanguine teſtamenti aeterni, ab aeterna vos liberet damnatione Judicii; quique pro vobis mortem pertulit & ſepulcrum, ab omni vos eripiat dominatu flagitiorum: ut reſurrectionis ejus gandium, qnod vobis hìc dulceſcit in fide, poſt efficaciùs declaretur in munere.

ITEM IN EODEM DIE COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 228. col. 4.

DEus, Dei Filius, qui hominem, quem ſexto die formaſti ex nicilo, ſexta aetate ſaeculi redemiſti ſanguine tuo, *quum qui tunc benè conditus malè cecidit, nunc in melius reformatus ſurrexit; da nobis, ut ita veraciter redemtionis noſtrae myſterium perpendamus, qualiter in morte & reſurrectione tua perenniter gloriemur: ut qui tempore ſalutis, mundo occurrens, mortem noſtram moriens deviciſti, ab aeterna nos liberes damnatione Judicii.

* *Br. Moz.* ut qui tunc.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 228. col. 4.

DEus, Dei Filius, qui patibulo pro impiis affixus eſt Crucis, ſuae vos ſalvificet gloria paſſionis; & qui mortem moriendo devicit, ipſe a vobis omnes cruciatus avertat inferni: * & in eo reſurgatis ad gloriam, cujus nunc reſurrectionis ſuſcipitis gaudia.

* *Br. Moz.* ut in eo, *quae magis placet*.

ITEM DIE SABBATO AD MATUTINUM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 229. col. 3.

CHriſte, Dei Filius, qui exortum diei ſeptimi * ita requie conſecraſti, qnum otium ſabbati in ſepulcro poſitus conplebiſti; da requiem cordi noſtro beneplacitam tibi, ut ab operibus noſtris ita in te veraciter quieſcamus, ne in otio ſabbati peccatorum noſtrorum honeribus adgrabemur: ut qui te e ſepulcri quiete ſurrexiſſe fideliter credimus, e caelis item ad Judicium venientem mitiſſimum ſentiamus.

* *Leg.* in tua requie.

BENEDICTIO.

UNigenitus Dei Filius, qui injuriam pro vobis ſuſtulit Crucis, cor veſtrum mortificet a delictis; quique ſanguine ſuo * labit mundum a crimine, ab omni vos corruptionis contagione expurget: ut idem, qui reſurgens redemtor eſſe voluit captivorum, ſit liberator futuro in Judicio redemtorum.

* *Leg.* lavit.

ITEM

Digitized by Google

ITEM IN EODEM DIE
COMPLETURIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 230. col. 2.

CHriſte, Dei Filius, noſtrarum requies animarum, qui otium ſabbati requieſcens in tumulo conplevisti: ut in quo olim requieveras ab omni opere faciendo, in eo etiam requieſceres in ſepulcro, hunc * vobis veraciter ſanctificans diem, cujus veſperum in prima nobis ſabbati, quae & octava * eſt, die luceſcit: ut, qui dixeras de tenebris lumen ſplendeſcere, manifeſtè a mortuis reſurgens appareres in carne; dirige curſum vitae noſtrae in viam ſanctificationis omnimodae, qualiter ita in his ſeptem diebus, quibus mundus iſte peragitur, & in quibus cotidie nobis Agnus occiditur, & Paſca cotidie celebratur, ſalubriori vitae curriculo * converſemus: ut abſque fermento malitiae verum Paſca mereamur cotidie celebrare: & ita ab omnibus operibus noſtris in hoc die ſanctificatione tibi placitâ quieſcamus, ut octavi illius aeterni diei de reſurrectionis gloria conſolemur.

* *Leg.* nobis.
* Eſt, *in Br. Moz. non legitur.*
* *Br. Moz.* converſemur.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 230. col. 2.

CHriſtus, Dei Filius, qui in hoc die moriens requievit in tumulo, det obtatam requiem cordi veſtro; tribuatque vobis ceſſare ab omni opere criminis, qui in ſepulcro ſuſtulit injuriam mortis: ut obtabile vos reſurrectionis ejus gaudium & hic devotos efficiat, & in futuro de munere aeternitatis ſuſtollat.

ORATIONES DE OCTABAS PASCAE AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 231. col. 2.

CHriſte, vera redemtio mundi, qui, revoluto per Angelum lapide ab oſtio monumenti, mira reſurrectionis potentiâ triumfaſti, cum ſexus mulierum infirmior, * quae te ardenti deſiderio perquiſivit, prior caeteris te reſurgentem, Angelo nuntiante, audire promeruit; da nobis, ut fragilitatis noſtrae * torpore ſecluſo, indeſinenti ſervitutis tuae potiamur ſolacio, ut, te ardentiùs diligentes, oris noſtri oſtium nulla in confitendo tibi immoti lapidis duritiâ obſtruente, aeterno mereamur conſolari de munere.

Ant. Angelus Domini deſcendit de caelo.

* *Leg.* qui.
* *Br. Moz.* corpore recluſo, *malè.*

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, cujus reſurrectionem ex mortuis quaerentibus te mulieribus vox angelica nuntiavit, ac ne te viventem cum mortuis quaererent, interdixit; praeſta nobis, ut virtutum omnium aromatibus pleni, in perquirendo te ſemper habeamur idonei: & tam fructuoſa in nobis ſit ipſa tui quaeſitio, ut aeterna nos ex hoc ſequatur gloriae plenitudo.

Ant. Angelus Domini dixit mulieribus.

ALIA.

CHriſte Deus, ingeniti luminis lumen, fac nos ſemper fructuoſo in otio quaeſitionis tuae perſiſtere: ut ad te venientes ſic reſurrectionis tuae potentiam cernant, ut ſe a malis actibus ſurrexiſſe agnoſcant: qualiter ad tua venientes promiſſa, te Dominum noſtrum, quem nunc reſurrexiſſe certa credimus fide, pòſt in aeterna te videre mereamur gloriae majeſtate.

Ant. Venite, & videte, ubi poſitus erat Dominus.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 231. col. 1.

DEcurſo, Chriſte Domine, Paſchalis ſollemnitatis officio, & tuae reſurrectionis gaudio conſummato, quo verum lumen mundo de tenebris effulſiſti, quo coecis mentibus coruſcaſti; adoramus, ecce proſternimur ante te Deum, qui veteris fermenti malitiam azimis ſinceritatis & veritatis excludens, omnem corruptionem adulterinae permixtionis intra puritatem ac ſimplicitatem fidei non relinquis, & azimorum diem nobis ipſe abſque humani ſeminis fermento * azimus dedicaſti: petentes, ut publica fidei vota arbiter devotionis aſpicias: ut completum paſſionis ac reſurrectionis tuae * cultu pius propitiator intendas; & quoniam per te gratia & veritas facta eſt, veritate tua inſtruas ad intellectum, quos gratia perduxit ad cultum.

Haec completuria oratio, vel benedictio ſolummodo in octavas Paſcae dicenda eſt.

* *Br. Moz.* azimos, *malè.*
* *Leg.* cultum.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui clauſis ad diſcipulos ingreſſus eſt januis, omnem obcluſionem a veſtris cordibus remobeat coecitatis; quique manibus illorum

 palpa-

palpabile * ſe voluit demonſtrare, inviſibilis gratiae in vobis dona multiplicet; & qui, corda illorum confirmando, verum Paſca peregit in ſaeculo, ipſe vos perfectione ſpiritalis laetitiae ſuſtollat in caelo.

* *Leg.* palpabilem.

ORATIONES DE RESURRECTIONE DOMINI, QUAE IN PRIMO DOMINICO POST OCTABAS AD MATUTINUM JUXTA ANTIFONAS CONGRUENTES DICENDAE SUNT.

Br. Moz. fol. 230. col. 2.

OMnipotens Deus Pater, qui nos Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui pretioſo ſanguine redemiſti, non patiaris in te credentes aeterni ſupplicii baratro dimergi: ut per eum confeſſiones noſtrorum criminum ad te mereantur admitti, in quo iniquitates noſtrorum omnium poſuiſti: ut ejus, cujus libore ſanati ſumus, indeſinenti praeſidio protegamur.

Ant. Libore ejus ſanati ſumus.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, qui inter * inimicos deputatus, * tuam uſque ad mortem tradidiſti; cura nos indeſinenter vulneribus Crucis tuae, ut a peccatorum noſtrorum cruciatibus liberati te ſemper habeamus in praemium, quem pro nobis credimus crucifixum.

Ant. Tradidit in morte animam ſuam.

* *Fortè legendum*, iniquos.
* *Supple*, animam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 230. col. 2. & fol. 366. col. 3.

JUſte quidem, Domine, judicans, peccata noſtra in corpore tuo ſuper lignum portaſti, quum diabolum non poteſtate, ſed juſtitiâ deviciſti: ut qui * per devictam mortem noſtram ſervituti ejus ſubjugati eramus, per * indevictam mortem tuam ad libertatis gratiam rediremus; fac nos ergo, ut in te ſemper liberi eſſe poſſimus, qualiter tecum & hìc & in aeternum ſine fine vivamus.

Ant. Juſtè judicans * praecepta noſtra.

* *Leg.* peccata.
* *Leg.* per debitam.
* *Leg.* indebitam.

ITEM ORATIONES IN SECUNDO DOMINICO POST OCTABAS. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 225. col. 1.

MOrtuum te peccato fuiſſe non tuo, ſet noſtro, Jeſu Domine, confitemur; & ideo, quia ſemel pro impiis mortuus, Deo vivis, fac nos, ut ſic ſemel moriamur in vitiis, qualiter coronaturi reſurgentes laetemur ſemper de muneribus ſempiternis.

Ant. Quod Jeſus mortuus eſt peccato.

ALIA.

Br. Moz. fol. 225. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, qui mortuus es propter peccata noſtra, & reſurrexiſti propter juſtificationem noſtram; da nobis, & mortem * abere vitiorum, & reſurrectionem obtinere virtutum: ut ita mortis & reſurrectionis tuae * in novis vigeat ſacramentum, qualiter ad te ſine confuſione poſt noſtrum tranſitum accedere mereamur.

Ant. Mortuus eſt Chriſtus propter peccata noſtra.

* *Leg.* habere.
* *Leg.* in nobis.

ALIA.

JEſu redemtor inclite, qui reſurgens a mortuis ſedes in gloriam Patris, fidelibus tuis praeparans manſiones aeterne ſalutis; porrige fragilitati noſtrae invictum protectionis tuae auxilium, ut qui de nobis habemus proprium ut cadamus, de te ſemper obtinere mereamur ut ad virtutes poſt vitia reſurgamus.

Ant. Reſurrexit Chriſtus a mortuis.

ITEM ORATIONES IN TERTIO DOMINICO POST OCTABAS. AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 219. col. 1.

GRatias tibi agimus, Deus Pater, qui eripuiſti nos de poteſtate tenebrarum, transferens in regnum Filii tui; da ergo, quaeſumus nobis, ut quos per mortem revocavit ad vitam, per pietatem reſuſcitet ad gaudia ſempiterna.

Ant. Gratias agamus Deo Patri.

ALIA.

Br. Moz. fol. 219. col. 1.

QUas tibi, Domine, gratias referre poterimus pro eo, quia nobis victoriam per * eſum Filii tui ſanguinem praeſtitiſti? & ideo, quia defectum noſtrum inſpicis, ſupplementum tuae porrige pietatis: ut quidquid mens in conceptione laudis tuae ſuggeſſerit enarrandum, fideli relatione * hos proferat ad aeternitatis emolumentum.

Ant. Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam.

* *Leg.* effuſum.
* *Leg.* os; *Br. Moz.* f.dei rrlaxatione tos, *malè*.

ALIA.

Br. Moz. fol. 225. col. 2.

DOmine Deus noſter, qui es & qui eras & qui venturus es, gratias tibi creatura a te condita refert, quia factum eſt regnum hujus mundi Domini noſtri Jeſu Chriſti; quaeſumus ergo, ut quos regnum ejus voluiſti eſſe, aeterno eos conſoleris in munere.

Ant. Gratias tibi agimus, Deus noſter.

ITEM ORATIONES IN QUARTO DOMINICO POST OCTABAS. AD MATUTINUM.

ECce venimus ad te Dominum * reverentes, qui pretium factus es noſtrae ſalutis; tu ergo, qui coepiſti, perfice * in nos beneficia ſanitatis; & qui in corpore noſtro percuſſus es vulnere Crucis, cura nos medicaminibus tuae Divinitatis; quique nos poſt duos dies vivificans, tertia utique die corpus mortalitatis noſtrae a mortuis dignatus es ſuſcitare, praeſta nobis, ut per te ſuſcitati, per te etiam vivificati, in aeternum quoque tecum ſine fine victuri, poenas evadamus aeterni ſupplicii.

Ant. Venite, revertamur ad Dominum.

* *Fortè*, revertentes.

* *Leg.* in nobis.

ALIA.

COncede nobis, Domine, per fidem reſurrectionis tuae gaudium beatitudinis infinitae: ut in hac prima reſurrectione partem hebentes, illius ſecundae reſurrectionis gaudia mereamur invenire felices.

Ant. Beati, qui ad coenam nuptiarum Agni vocati ſunt.

ALIA.

PSallimus tibi, Domine, in voce pſalmi, qui nos morte tua a mortis imperio redemiſti: petentes a te, ut qui nos reſurgens ſuſcitaſti ad vitam, tempore Judicii tui non ad poenam, ſed ad aeternam nos reſuſcites gloriam.

Ant. Pſallite Domino in voce pſalmi.

ITEM ORATIONES DE RESURRECTIONE DOMINI JUXTA QUOD ANTIFONAE IN ORDINE POSITAE SUNT; QUAE AD MATUTINUM USQUE IN ASCENSIONEM DOMINI DICENDAE ET REPLICANDAE SUNT.

Br. Moz. fol. 227. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, quo moriente, optata mundo vita ſaluſque donata eſt; dona nobis, in hoc reſurrectionis tuae feſto copioſè laetari: ut qui tecum nos fuiſſe mortuos credimus, ſimul etiam tecum ſine fine vivamus; & qui tibi mortem ulterius dominari non credimus, a dominatu mortis perpetuae liberemur.

Ant. Si mortui ſumus cum Chriſto.

ALIA.

Br. Moz. fol. 227. col. 1.

TEcum nos, Chriſte, jam per fidem conſurrexiſſe * exundati ilaritate laetamur; & ideo fac, nos ſemper ea, quae ſurſum ſunt, quaerere: ut a flagitiorum noſtrorum nequitiis reſurgentes, illuc, ubi tu in dextera Patris ſedes, mereamur aliquando pervenire felices.

Ant. Si conſurrexiſtis cum Chriſto.

* *Br. Moz.* exundanti.

ALIA.

Br. Moz. fol. 225. col. 2. & fol. 228. col. 2.

CRedimus te, Domine, * indevita pro nobis morte damnatum, & virtute propria ſuſcitatum; & ideo profluenti lacrimarum exundatione depoſcimus, ut qui te reſurrexiſſe pro juſtificatione noſtra nunc credimus, placabilem te ac mitem in Judicio ſentiamus.

Ant. Pro juſtificationibus.

* *Leg.* indebita.

ALIA.

Br. Moz. fol. 226. col. 1.

COncede nobis, Domine, ut mortis opera non agamus, qui reſurrectionis tuae triumfos plena fide incolimus: ut inſultantes morti perpetuae per bonam vitam, novae hereditatis capiamus praeſidia.

Ant. Ubi eſt mors.

ALIA.

Br. Moz. fol. 226. col. 1.

DEus, Dei Filius, cujus mors mortem obſorbuit, & maledictum abſtulit mundi; fac nos ita ſemper in tuae reſurrectionis victoria conlaetari, ut dum praedicamus gloriam Crucis, indeſinenter potiamur praemio veritatis.

Ant. Abſorta eſt mors.

ALIA

ALIA.

IN te nos, Chriſte Domine, & ſurgere & quieſcere ſine fine concede: & quia tu virtute Patris es ab inferis ſuſcitatus, Divinitatis tuae potentiâ corda noſtra, flagitiorum conſuetudine conſepulta, a ſepulcris vitiorum exſuſcita.

Ant. Alleluja: quievi, & reſurrexi.

ALIA.

REdemtor noſter, & Domine, cujus veſtimentum paſſionis cruore rubrum oſtenditur; da nobis, ut veſtimentum Baptiſmatis, quod peccando polluimus, te in nobis reſurgente, efficaciùs * innobemus.

Ant. Quis eſt iſte, qui venit?

* *Leg.* innovemus.

ALIA.

CHriſte Deus noſter, qui virtute Patris tui de morte, quaſi e ſomno, es ſuſcitatus; praeſta nobis, ita opulentiâ virtutum adtolli, ut ſomnus mortis corporeae non ad poenam nobis eveniat, ſed ad fructum aeternitatis nobis ſine fine dulceſcat.

Ant. Ego quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum.

ALIA.

DEus, Dei Filius, qui a Deo Patre & probatus crederis eſſe, & cognitus; ad te optutum cordis noſtri dirigimus, poſcentes, ut qui te pro nobis humiliari voluiſti uſque ad mortem, nos * perpetuum ſanguinem perducas ad aeternam hereditatem.

Ant. Domine, probaſti me.

* *Leg.* per tuum.

ALIA.

DEus Pater, qui eduxiſti paſtorem magnum * obium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum a mortuis, edue nos de noſtrorum vitiorum ſepulcris: ut in illo & per illum futuro nobis requies donetur in ſaeculo, qui virtute propria ſuſcitatus eſt e ſepulcro.

Ant. Deus Pater eduxit paſtorem magnum a mortuis.

* *Leg.* ovium.

ALIA.

Br. Moz. fol. 235. *col.* 2.

OMnipotens Deus Pater, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuſcitaſti a mortuis, ſuſcita in nos ſtudia omnimodae ſanctitatis: ut illi ſoli religatae ſint primitiae ſpiritûs noſtri, qui a mortuis reſurgens, mortis principem propriâ virtute devicit.

Ant. Deus Pater, qui Dominum Jeſum Chriſtum ſuſcitavit a mortuis.

ALIA.

JEſu, Dei Filius, qui vino illo paſſionis, ſanguine utique Crucis, ſtolam tuam & * palleum labare dignatus es, dum adſumptae carnis noſtrae mortalitatem Cruci moriendam voluiſti affigere; da nobis, ut ſanguis tuus, qui pro multis effuſus eſt * in remiſſione peccatorum, * labet nos cotidie ab omni conlubione ſcelerum: ut qui per fidem reſurrectionis tuae ſtamus, ſtolam noſtrae fidei nullis malae cogitationis vel operationis inpulſibus maculemus.

Ant. Lavavit vino ſtolam ſuam.

* *Leg.* pallium lavare.

* *Leg.* in remiſſionem.

* *Leg.* lavet ..... conluvione.

ALIA.

Br. Moz. fol. 222. *col.* 1. & *fol.* 334. *col.* 3. & *fol.* 410. *col.* 2.

SUblatum te, Domine, e ſepulcro fructuoſa Mariae illius inquiſitio fletuum effuſione conqueritur, quae utique igni tui deſiderii cremabatur; quaeſumus ergo, ut deſiderium amoris tui ſimiliter in nobis accendas: ut & in perquirendo te valentiores, & in inveniendo te mereamur ſine fine eſſe felices.

Ant. Tulerunt Dominum meum; & ubi poſuerunt eum neſcio.

ALIA.

Br. Moz. fol. 227. *col.* 2.

CHriſte, qui ſurgens a mortuis jam non moreris; concede, ut nulla in nobis ulterius mors praevaleat criminis: ut qui reſurrectionis tuae myſterium fide promtiſſimâ veneramur, a nocibili mortis dominio liberemur.

ALIA.

SPiritu tuo adnuntiante, Chriſte, cognovimus, quòd tanquam potans a vino crapulatus ſurrexeris, ultionem tuis reſtituens inimicis; quaeſumus ergo, ut ita reſurrectionis tuae gaudia in toto mundo dilates, ut & potantes tui ſanguinis auſtum, aeternum habeant praeminm, & contemtores tui ad verae credulitatis mereantur accedere ſacramentum.

Ant. Alleluja: reſurrexit Dominus.

ALIA.

ALIA.

Br. Moz. fol. 228. col. 2.

LAEtatur ecce, Domine, Jheruſalem, fidelis in victoriam Crucis, & potentiam Salvatoris; ſac ergo, ut & diligentes eam in ejus pace conſiſtant, & recedentes ab ea ad ejus amplexum quandoque perveniant: ut, ablato luctu, de reſurrectionis aeternae gaudiis recreati, in ejus pace mereamur ſine fine conſtitui.

Ant. Laetare, laetare Jheruſalem.

ALIA.

REpletum eſt, Domine, gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione, dum Jeſu Chriſti Filii tui Domini noſtri & mortem carnis, & gloriam reſurrectionis fide integra praedicamus; da igitur nobis, ut gaudium praedicationis hujus ita in corde noſtro fructificet, ut numquam * permittamus diaboli laqueis inretiri.

Ant. Repletum eſt gaudio.

* *Leg.* permittamur.

ALIA.

GAudemus, Domine, & laetamur devotione fideli, quia venerunt nuptiae Agni; quaeſumus proinde, ut quum ad Judicium veneris, ita nos idoneos facias ſuturis nuptiis intereſſe, ut quidquid nunc de gloria reſurrectionis tuae credimus, totum pòſt in remuneratione vel cultu nobis profuiſſe aeterni muneris ſentiamus.

Ant. Gaudeamus, & laetemur: alleluja.

ALIA.

COnvivifica nos, Deus Pater, unigenito Chriſto tuo per indulgentiae donum, qui olim nos illi convivificaſti per mortis & reſurrectionis ejus ineffabile ſacramentum: ut, quia tu ſolus dives es in miſericordiam, ita nos per eum tuae dilectionis conſocies, ut aeterna nos per eum in futuro remuneratione corones.

Ant. Deus, qui dives es in miſericordia.

ALIA.

AD te, Chriſte, revertentes venimus; in nobis ergo, quaeſumus, tua pietatis beneficia perfice, qui nos in tuo corpore tertiâ ſuſcitare dignatus es die: ut qui mortis vel reſurrectionis tuae myſteria veneramur, a noſtris in futuro piaculis obſolvamur.

Ant. Venite, revertamur ad Dominum.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, * laba nos a conlubionibus univerſis: ut, qui dudum nos labiſti a peccatis noſtris in ſanguine tuo, nunc quoque nos interminabili juſtifices indulgentiae dono: ut per te habeamus vitam, per quem vocati ſumus ad gratiam.

Ant. Dominus Jeſus Chriſtus, qui es teſtis fidelis.

* *Leg.* laval.

ALIA.

DEus Pater, qui in populis mirâ per Filium virtute coruſcas; libera in bracio tuo, quos ejus redemiſti ſanguine ſacro: ut * quodquod in mortem Filii tui conſepulti ſumus, infinitâ cum eo laetitiâ exultemus.

Ant. Oſtendiſti in populis.

* *Leg.* quotquot.

ALIA.

Br. Moz. fol. 226. col. 1.

CHriſte Deus, a quo mors in victoriam abſorta eſt, qui mortis victoriam ſimul & aculeum deſtruens, magnum mundo redemtionis praeſidium contuliſti; da nobis, ut, vitiorum morti virtutum profectibus inſultantes, ad aeterna gaudia mereamur perduci quandoque beatiores.

Ant. Abſorta eſt mors.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, cujus morte & reſurrectione redemti ſumus, benedicito nobis, & confirma corda noſtra reſurrectionis tuae potentiâ: ut in te & reſurrectionis noſtrae myſterium agnoſcamus, & ſuturae beatitudinis gaudia capiamus.

Ant. Alleluja: redemit nos.

ALIA.

Br. Moz. fol. 228. col. 2.

FAc nos, Deus Pater, ita fructificare tibi, ut ejus tantùm ſimus, quem ex mortuis ſuſcitaſti, Chriſti ſcilicet Filii tui: quò, ſuſcitando nos tandem de vitiis ad virtutem, pervenire nos ſacias ad aeternam hereditatem.

Ant. Fructificemus Deo.

ALIA.

ALIA.

NOs omnes, qui tuo, Chriſte, redemti ſumus ſanguine pretioſo, quaeſumus, ut tantae pietatis pretio liberati, non repedemus noxam criminis conſueti: ut qui ſuſcitati ſumus a te per fidem, per te quoque ſuſcitemur, vel potius transferamur de labſibus ad virtutem.

Ant. Nos omnes redemti ſumus pretioſo ſanguine.

ALIA.

Br. Moz. fol. 230. *col.* 3.

CHriſte, Dei Filius, qui voluntariè pro nobis carnis ſubiens mortem, diſciplina factus es pacis noſtrae; fac nos tuis ſemper diſciplinis ſubjectos exiſtere: ut qui libore tuo ſanati ſumus, volumtatis tuae ſemper judiciis obſequamur.

Ant. Diſciplina pacis noſtrae ſuper eum.

ALIA.

TU in nobis es, Domine, & teſtis Chriſtus tuus, qui veram in nobis reſurrectionis ſuae potentiam manifeſtat; praeſta ergo, ut idem teſtis tuus, qui mortuus eſt, & reſurrexit pro nobis, & nunc & in aeternum liberet nos a doloribus ſempiternis.

Ant. Dominus in nobis eſt.

ALIA.

DOmine Deus noſter, qui pro nobis uſque ad mortem decertans, admirabili reſurrectionis triumpho viciſti; tu pro nobis uſque ad noſtrum obitum* pugnatus, eſto noſtra victoria: ut qui redemtor voluiſti eſſe mortuis, efficiaris credentibus cauſa ſalutis.

Ant. Dominus Deus noſter, ipſe pro nobis pugnabit.

* *Leg.* pugnaturus.

ALIA.

ESto, Domine, memor noſtri per indulgentiae donum, qui olim memor fuiſti nobis per reſurrectionis tuae myſterium: ut benedictio & ſanctificatio tua ſemper ſubſequatur eos, quos feſtum reſurrectionis tuae facit eſſe devotos.

Ant. Dominus memor fuit noſtri.

ALIA.

DEus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem ſuſcitaſti a mortuis in ſanguine teſtamenti aeterni; ſuſcita in nobis deſiderium beneplacitum tibi: ſicque nos abta in omni bono, ut ſancta deſideria in bonorum operum efficaciam transferentes, aeternis illis civivus aliquando mereamur eſſe participes.

Ant. Deus pacis, qui eduxit.

ALIA.

FAc nos, Chriſte Domine, laudes tuas diffuſo oris officio narrare, & mirabilia tua patulâ devotionis relatione concinere: ut qui reſurrectionis tuae gaudia plenâ fide concinimus, reſurgere te propitio a mortis actibus mereamur.

Ant. Narrate laudes Domini.

ALIA.

Br. Moz. fol. 224. *col.* 1. & *fol.* 222. *col.* 2. *Chriſte.*

JEſu, Dei Filius, quem vox angelica a mortuis ſurrexiſſe praedixit, * & ut euntes diſcipuli, quòd te in Galileam viſuri eſſent, innotuit; da nobis plenum gaudium de tua ſemper reſurrectione habere: ut qui in Galileam, in tranſmigratione ſcilicet incorruptionis, manifeſtum te in carne voluiſti oſtendere diſcipulorum aſpectibus, digneris etiam in nobis apparere virtutibus manifeſtus: ut a corruptione in incorruptionem tranſitum facientes, aeternae illius & verae tranſmigrationis poſſidere gaudia mereamur.

Ant. Surrexit, ſicut dixit Dominus: alleluja.

* *Ex,acceſſ in Br. Moz.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 228. *col.* 1.

CHriſte, cui conſepulti ſumus in mortem, ut reſurgeremus tibi per fidem reſurrectionis tuae; * laba nos a peccatis noſtris in ſanguine tuo: ut quos dudum mundaſti aqua babtiſmatis, indefinenter purifices indulgentia pietatis.

Ant. Conſepulti eſtis Chriſto.

* *Leg.* lava.

ALIA.

SAlvator noſter, & Domine, qui nos redemiſti de maledicto praevaricationis; libera nos ab omnibus criminibus noſtris: ut qui reſurrectionis tuae feſta concinimus, tempore reſurrectionis non puniturì, ſed coronaturi tibi jungamur.

Ant. Redemit nos Deus de maledicto.

ALIA.

ALIA.

COnvivificari, Chriſte, tibi facti ſumus per fidem; dona ergo nobis, ut fidei dono aboleantur delicta noſtra, quibus pro merito aeterna debentur ſupplicia: ut qui noſtro vicifti in corpore, remunerator nobis efficiaris ad aeternam ſalutem. *Ant.* Convivificati eſtis Chriſto.

ALIA.

TE, Chriſte Domine, pro totius mundi ſalvatione occiſum Agnum, ſeptem cornibus, ſeptemque oculis reſulgentem, tota coors fidelis fatetur Eccleſiae; ideo poſcimus & rogamus, ut qui verè imolatus Agnus pro delictis noſtris agnoſceris, delicta noſtra ſolvas * carnibus poteſtatis: quò ita ſeptiformi illo Spiritu, cujus miſſio per orbem terrarum notitiam tui nominis indidit, impleamur, ut per te Dominum in futuro non ad poenam, ſed ad gloriam ſuſcitemur. *Ant.* Vidi agnũ quaſi occiſum, habentem cornua ſeptem. * *Leg.* cornibus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 233. col. 2.

CHriſte, Dei Filius, qui occiſus Agnus reſurgis in gloriam, & habens poteſtatem magnam, humani generis inluminare diginatus es terram, quò, paſſionis & reſurrectionis tuae plubiis inrigata, te ſolum ſequeretur ad vitam, quae ſe olim mortis eliſerat in ruinam; noſtris, quaeſumus, precibus ſabens, dona nobis & reſurgendi copiam in actibus bonis, & moriendi efficaciam in operibus pravitatis. *Ant.* Vidi agnũ quaſi occiſum, habentem poteſtatem.

ALIA.

UNigenite Filius Dei Patris, cujus deitas, atque humanitas unius perſonae copulatione conexa in medio candelabrorum, tanquam in medio . . . . *Ant.* Ego vidi in medio candelabrorum.

* *Hic deeſt pagina in Codice.*

*

ALIA.

Br. Moz. fol. 366. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, in cujus nomine per Crucis myſterium omne flectitur genua; da nobis in Cruce tua copioſiùs* exultari, ut in ejus victoria, & inlaeſi mare ſaeculi tranſeamus, & ad te coronaturi poſt noſtrum tranſitum accedamus. *Ant.* In nomine Domini omne genu. * *Leg.* exultare.

ALIA.

REdemtor noſter, & Domine, qui nos olim redemiſti per ſanguinem Crucis tuae; redime nos a perpetuae mortis conditione, ut in Cruce tua, & victoriam de vitiis capiamus, & aeterno poſt mortem de munere conſolemur. *Ant.* Redemiſti nos Domine.

ALIA.

JEſu, Dei Filius, teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, praeſta, ut teſtimonium Crucis ſit nobis ad emolumentum aeternae ſalvationis: ut qui ſanguine tuo labaſti miſeros a peccatis, miſericordia conſueta confitentes tibi liberes ab aeternis ſuppliciis. *Ant.* Gentis fidelis primogenitus mortuorum.

ALIA.

JEſu Deus noſter, qui offenſam ligni praevaricationis ligno tuae deſtruis Crucis, quum fructus vitae ligni in tempore ſuo producis; praebe ſupplicantibus nobis, ut * ambuleſignum Crucis fructus in nobis operetur tuae dulcedinis, & ita horum fructuum ubertas in corde noſtro fructificet, ut tuam * in reſurrectionem laetabundi mereamur faciem contuere. *Reſp.* Alleluja: erit tanquam lignum. * *Fortè*, amabile. * *Leg.* in reſurrectione.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 366. col. 4.

INeffabile ſatis eſt, Domine, myſterium Crucis tuae, quo & mortis poteſtatem evacuas, & reſurrectionis luce coruſcas; Da ergo nobis & initia, & perfectionem ſanctae virtutis: ut dum praedicamus gloriam Crucis, ad praemium mereamur pertingere inmortalitatis.

P BENE-

BENEDICTIO.

CRux Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit ſublimitas veſtra . Sanguis ejus maneat in vos redemtio vera. Reſurrectio ipſius ſit vobis claritas ſempiterna.

ORATIONES IN DIE ASCENSIONIS DOMINI AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 235. col. 2.

AScenſionis tuae, Chriſte Domine, feſta ſuſcipientibus adeſto propitius, & * ſabe placatus; quique carnis noſtrae fragilitatem tecum glorificandam in caeleſtibus devexiſti, culparum veterum tolle putredinem, & vitae nobis priſtinae reddito dignitatem: ut illic te credendo conſcendere mereamur, quò te veraciter conſcendiſſe nunc credimus.

* *Leg.* fave.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 235. col. 3.

CHriſtus Dominus, qui adſumtum hominem paternam aſcendendo perduxit ad ſedem, perducat vos ad aeternae gloriae libertatem; Quique, ſi exaltatus eſſet a terra, promiſit omnia traere ad ſe ipſum, nullum ex vobis patiatur a ſuo eſſe corpore ſeparatum; ſed ſibi vos * in fine coronandos ſtatuat, qui ſolus in veſtro corpore aſcendendo caelorum penetravit ſecreta.

* *Br. Moz.* fine fine.

AD MATUTINUM DE PSALMO III.

CHriſte, gloria noſtra, gloriam ſummam tibi ſoli debitam per noſtram dignanter ſuſcipe, quaeſumus, obſequellam; atque illic, quò ipſe glorificatus aſcendiſti poſt mortem, cordis noſtri caput erige poſt ſoporem: ut & in monte ſancto tuo Sanctorum conſortiis connectamur, & cum eis caeleſtis regni * janua ſolventes intremus.

* *Fortè* 1 januas ovantes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 237. col. 4.

DOmine, qui aſcendiſti in altum, captivam ducens captivitatem, nos a captivitate diaboli victoriae tuae conquire triumphis: ut dona tua dum hominibus tribuis, ipſos homines donorum tuorum reddas ex toto participes.

Ant. Aſcendit in altum.

ALIA.

DOmine, qui in Cruce pro nobis humilis pependiſti, & ad caelum triumphali jubilo conſcendiſti; fac, nos & Crucem tuam te ſequendo portare, & aſcenſione tua ſemper ad excelſa pertendere: illa nos tibi ſociet, iſta glorificet: ut & paſſioni tuae corporis mortificatione jungamur, & gloriae cordis aſcenſione participemur.

Ant. Aſcendit Deus in jubilatione.

ALIA.

Br. Moz. fol. 237. col. 1.

DOmine Jeſu, qui aſcendiſti ſuper caelos caelorum ad orientem, occaſum noſtrum tuo occaſu devincens, quos in te ſuſcepiſti redimendos; in te pertice ad excelſa tollendos, ut ubi Caput praeceſſiſti glorificatum, illic totum corpus adtraas honorandum: nec in occiduum mundi relinquas, quos ad orientem prope tuum verus triumphator exaltas.

Ant. Regna terrae cantate Deo: alleluja.

ALIA.

Br. Moz. fol. 237. col. 4.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ſublebatus in ethera, exaltaſti tronum tuum in Jheruſalem civitatem tuam, quae eſt utique Eccleſia ſancta tua, dum eam glorioſè conquiris, & ab ea triumphaliter ad Patrem aſcendis, dilatans videlicet in * eam imperium Euangelii tui, & tronum poteſtatis tuae, glorificandum in adſumto homine, aſcenſionis tuae gloriam * manifeſtas; praeſta, ut in te ſit nobis laetitia magna in hereditate tua, dum hoc, quod nunc credimus in ſpe, te donante meruerimus contemplari in ſpecie; ſint ergo in nobis, & tota tibi placita, & operatio ipſa accepta: ut continuò tecum poſſideamus regnum in gloria ſempiterna.

Reſp. Jheruſalem civitas ſancta, exaltavitur tronus.

* *Leg* in ea.

* *Leg.* manifeſtans.

ALIA.

Br. Moz. fol. 235. col. 4.

SAlvator noſter, & Domine, qui aſcendens * in caelis, intuentium clarificatus apparere dignatus es oculis: dum ita, ut aſcenderas, te venturum ad Judicium polliceris; fac nos odiernae aſcenſionis tuae feſtum pura cordium devotio-

Ant. Viri Galilei.

* *Leg.* in caelos.

votione ſuſcipere: ut ita in te ſemper ad melius vita noſtra aſcendendo proficiat, qualiter, te ad Judicium veniente, inconfuſibili contuitu te ſemper viſionis aſpiciat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 236. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, qui & in nube glorioſus aſpiceris, & in caelis glorioſus triumphator aſcendis; da nobis, ut te ſemper in veritate videntes, viſionis tuae ſemper lucro fruamur: ut qui devicta morte paternam aſcendendo repetis ſedem, peracto mundi termino placabilis nobis jubeas apparere in aeternitatis illius tuae gloriae majeſtate,

Ant. Vidi nubem candidam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 235. col. 4.

UNigenite Dei Filius, qui devicta morte de terrenis ad caeleſtia tranſitum faciens, quaſi a corde maris aſcendens elevatus in nubibus exaltaris; praeve nobis, ut nullis flagitiorum vinculis in corde hujus ſaeculi inligemur, qui te ad Patrem aſcendiſſe glorioſa fidei devotione concinimus: ut illic indeſinenter cordis noſtri dirigatur obtutus, quò tu aſcendiſti poſt vulnera glorioſus.

Ant. Vidi virum aſcendentem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 236. col. 2.

DOmine Jeſu Chriſte, creator aſtrorum, qui inclinaſti capita nubium, dum te humiliaſti in converſatione mortalium: ut in eo corpore, quo pro nobis probra ſuſtinuiſti impiorum, in ipſo aſcenderes ſuper omnes caelos caelorum, & laudes ſumeres Angelorum; exaudi nos propitius, & hoc nobis concede placatus, ut, abſoluti criminibus, illic te nunc praevium ſequamur corde, quò tu aſcendiſti glorificatus in homine: ut te etiam tunc contemplari poſſimus conditorem & dominum aeternum in majeſtate, quem nunc verum Deum praeſtolamur & Judicem.

Reſp. * Curbati ſunt caeli.

* *Leg.* curvati.

ALIA.

GAudemus, Domine, qui mundum viciſti, & ad Patrem triumphaliter aſcendiſti; nobis ergo, in civitate Domini virtutum, ideſt in conplexu Eccleſiae tuae catholicae reſidentibus, ab alto infunde virtutem, qui in altis habitans virtus Patris agnoſceris, & cum ipſo in unitate Spiritus Sancti dominaris.

Ant. Gaudete, quia vici mundum.

ALIA.

JEſu, Dei Patris Filius, qui te poſt vulnera Crucis aſcenſurum ad Patrem eſſe teſtaris; dignare in noſtris cordibus aſcenſus beneplacitos tibi diſponere: ut qui noſtro ſolus aſcendendo es glorificatus in corpore, ad eum, qui tibi natura nobis * adobtione eſt Pater, facias nos quandoque placituros aſcendere.

Ant. Aſcendo ad Patrem meum.

* *Leg.* adoptione.

ALIA.

SAlvator Chriſte Domine, Dei Filius, qui * conſolationem Paraclitus miſſurum te Diſcipulis, ſi ad Patrem aſcenderes, promiſiſti; da nobis, illut de perfectione tuae dulcedinis obtinere, ut qui aſcenſu fidei Chriſtianae te verum Deum & verum hominem caelos aſcendiſſe fatemur, ſpiritali ſemper deſiderio praeſentemur: ut te non corporaliter, ſed ſpiritaliter perquirentes, ad promiſſa tua mereamur pertrai beatiores.

Ant. Si abiero, Paraclitus veniet ad vos.

* *Leg.* conſolatorem Paraclitum.

ALIA.

DOmine, qui & in caelo aſcenſum tuum aedificas, & pollicitationem tuam in terra confirmas; praeſta nobis, ita in terra hujus ſaeculi radices operum bonorum extendere, ut glorioſo aſcenſu ad te in caelis mereamur poſt noſtrum obitum evolare: qualiter a corruptionis noſtrae miſeria abſoluti, ad te coronaturi perveniamus jam liberi.

Reſp. AEdificabit Dominus in caelo.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 236. col. 2.

DOmine Rex gloriae, qui patefactis & impletis Prophetarum oraculis, tamquam elevatis aeternalibus portis paternam repetis ſedem, quia * tua Deitas eò, quò nunquam diſceſſit, regreditur, humano generi caelorum aditus aperitur; dona, ut illic extendatur noſtra intentio, quò praeceſſit tua redemtio: nec inhaereamus captivâ delectatione terrenis, quum jam noſtri corporis Caput tecum regnet in caelis.

* *Supple ex Br. Moz.* dum.

P 2 BENE-

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 237. col. 2.

CHriſtus, Dei Filius, qui triumphali jubilo aſcendit ad Patrem, caeleſti vos cordium aſcenſione glorificet; & qui in forma veſtri corporis * exaltatus a terra, Divinitatis beneficiis vos pertraat ad ſuperna: ut illic veſtrorum omnium remunerandam pertraat fidem, quò ipſe glorificatus aſcendit in homine.

* *Adde*, eſt, *ex Br. Moz.*

ITEM COMPLETURIA IN DIE, QUO MISSA DICITUR AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 236. col. 3.

CHriſte, Dei virtus, & Dei ſapientia, qui propter nos & noſtram ſalutem deſcendens e caelis, humani generis carne veſtiri dignatus es, ut dignautiſſima ſocietate nos tua Deitate veſtires, & quod mortale deſcendendo ſuſceperas, inmortalitati aſcendendo donares; tribue nobis interventu ſollemnitatis odiernae, qua te caelos aſcendentem & ſequi cupimus & gaudemus, ut benigniſſimae diſpenſationis hujuſce munera cognoſcentes, reddamus pietati, quod ſolùm poſſumus, vota laudum: expectantes ſecundi adventus tui aeternorum ſolacia gaudiorum.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 236. col. 4.

JEſus Chriſtus Dominus pacem, quam ad caelos remeans diſcipulis ſuis tradidit, integram in vobis inlibatamque conſervet; Angelos quoque ſanctos, quos caelos aſcenſurus ſuo delegit obſequio, vobis deputet in praeſidio: ut ipſo auctore illic erigamini fide, quò vos adſumendos ſperatis in requiem.

ORATIONES IN DIEM SANCTUM PENTECOSTEN AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 248. col. 4.

FIat ſuper nos, Domine, miſericordia tua, & fulgor Spiritus tui interiora noſtra inradiet: ut ipſe accendat frigidos, & inluſtret obſcuros, qui ſemper tecum permanet praeclarus & glorioſus.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 248. col. 4.

SPiritus Paraclitus, qui olim in Diſcipulos manifeſto ignis eſt declaratus in munere, ignis ſui calore a cunctis vos peccatis emaculet; & qui moeſtificatis eorum cordibus clemens Conſolator occurrit, * magno vos ſui inſtruat gratia ſacramenti; quique tunc Apoſtolos docuit veritatem, vos & nunc enutriat fide, & poſt aeternam perducat ad requiem.

* *Leg.* magna.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 250. col. 4. & fol. 410. col. 3.

Ant. In principio erat.

DEus Pater omnipotens, qui in principio, ideſt in Filio tuo Jeſu Chriſto Domino noſtro, caelum terramque feciſti; da nobis, ut Spiritus ille tuus, qui ſuper aquas, ideſt ſuper cor noſtrum tenebroſum ac fluvidum fertur, fructus tibi in nobis beneplacitos operetur: ut in corde noſtro copioſa virtutum exundatione fructificans, indeſinenti nos igne amoris tui accendat.

ALIA.

Br. Moz. fol. 250. col. 4.

Ant. Verbo Domini caeli facti ſunt.

TUo, Domine, Verbo caeli ſunt facti, & Spiritu oris ornati: quia aput beatam Trinitatem nicil diſcretum in opere, nicil reperitur ſequeſtratum in munere, quando ea quae Pater facit & Filius, ea etiam indiviſè operatur & Spiritus ſanctus: caeleſtis ergo fabrica ſpiritu oris perficitur; tribue proinde nobis, ut opera tua cognoſcamus in fide, dum te Deum Trinitatis & eſſentialem credimus & aequalem.

ALIA.

Br. Moz. fol. 245. col. 4.

Ant. Spiritus, qui a Patre meo procedet.

O Spiritus ſancte, qui a Patre Filioque procedis, doce nos facere veritatem: ut, qui de Patre Filioque accepiſti proceſſionem, indiviſibili nos his, a quibus tam ineffabiliter procedis, adſocies caritate.

ALIA.

Reſp. Diſciplina & ſapientia.

DIſciplinâ & ſapientiâ reple nos omnipotens Deus, ut ſanctus Spiritus diſciplinae fictos non effugiat, dum bonos ac ſinceres efficiat: ut cor noſtrùm intellectu prudentiae ditet, dum gratiam nobis affluentem clementer infundit.

ALIA

ALIA.

Br. Moz. fol. 149. col. 2. DEus, qui in virtute Spiritus ſancti, & doemonia eici, & infirmos poſſe ſanari in tuo nomine diſcipulos docuiſti; da nobis, ita repleri hujus ſancti Spiritus dono, ut ab omnimodo doemoniorum mereamur eripi temtamento: quatenus per eum a noſtris infirmitatibus relevati, bene per illum poſſimus habere, quum pro bonis operibus bonum perenne perceperimus in munere. *Ant.* Dominus loquutus eſt Diſcipulis ſuis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 149. col. 2. CHriſte, Dei Filius, qui per Spiritum ſanctum dimitti intra Eccleſiam peccata tibi confitentibus promiſiſti, quum ligandi & ſolvendi poteſtatem tuis, Magiſter bone, contuliſti Diſcipulis; da nobis, hujus * bono copioſius aflui, quò igne ejus & condenſâ in nobis exurantur facinora, & pacis tuae donentur commoda manifeſta. *Ant.* Accipite Spiritum ſanctum. * *Br. Moz.* dono.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Spiritu ſancto repletos Apoſtolos perſonare feciſti variis linguis; praeſta Eccleſiae tuae, ut in ea & linguarum & pectorum tibi armonia concinatur: & ita te laudet concorditer diverſitas gentium, ut te unanimiter adtollat univerſitas populorum. *Ant.* Alleluja: Repleti ſunt omnes.

ALIA.

ADtendimus, Domine, & deſiderantes audire cupimus mandata vitae; quaeſumus ergo, ut Spiritus a te procedens impleat nos munere ſuo, qualiter verba tua non recedant de ore noſtro: quò ejus plenitudine ſatiati, ſic praedicatione ſpiritûs fulgeamus, ut dicta factis conprobare poſſimus. *Reſp.* Adtende Iſrahel, & audi mandata vitae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 149. col. 2. & fol. 410. col. 2. OMnium rerum Creator & Dominus docuit ſapientiam, in qua eſt ſanctus Spiritus, unicus, ſimplex, multimodus, ſubtilis: * & unus Pater, unus Filius, unus Spiritus ſanctus, non pluralitate deitatis oſtenſi, ſed unitate virtutis innexi: & unione perſonae careant, & in unitate naturae permaneant: nec ſit illic aliquid diverſum, ubi in ſingulis reſonat unum. * Haec igitur te, ſancta Trinitas, fidei cognitione credentes, poſcimus & rogamus, ut manifeſtatione Spiritus tui ita cor noſtrum inradies, ut & carnis opera declinemus, & perfectionem ſanctitatis omnimodae conſectemur. *Ant.* Omnium rerum Creator & Dominus. * *Leg.* ut. * *Leg.* Hac.

ALIA.

Br. Moz. fol. 150. col. 3. DEus Spiritus ſancte, a quo creata ſunt omnia, & reſtaurata ſunt univerſa, qui animas amas, quas inabitando ſanctificas: bonus enim Spiritus es in omnibus, dum infunderis cunctis individuus, & in ſingulis permanes unus; qui ergo mirabiliter dona gratiarum partiris in ſingulis, ſingulariter te manifeſtum oſtende in remittendis iniquitatibus noſtris. *Ant.* A te creata ſunt, Domine.

ALIA.

SPiritum Paraclitum deſolatis, Chriſte Domine, cordibus mitte, qui a Patre tuo procedens fulgore ſuo & neſcientiam doceat, & peccata extinguat: quò per illum & peccati laqueos caveamus, & aeterna munera inpetremus. *Ant.* Spiritum Paraclitum, quem mittam vobis à Patre meo.

ALIA.

DEus omnipotens, qui Spiritum tuum te in Jacob dediſſe teſtaris; dona ſancti Spiritus * proroga in cordibus noſtris, quò manifeſtatione divinorum donorum & divina in ore noſtro verba praefulgeant, & operum dignitas de ore noſtri ſeminis non recedat. *Reſp.* Alleluja: Spiritum meũ dedi in te Jacob. * Prororoga, *pro*, praeroga, & *pe ubique*.

ALIA.

Br. Moz. fol. 148. col. 3. COnſolare, Jeſu, per donum ſancti Spiritus * deſtinatas bonis ſtudiis fidelium mentes, ut afluentiam donorum Spiritus ille Paraclitus, quem Patrem in tuo nomine miſſurum eſſe teſtatus es, nobis exibeat, qui tecum & cum Patre indi- *Ant.* Spiritum Paraclitum quem mittet Pater in nomine meo. * *Br. Moz.* deſtinatas.

indiviſa poteſtatis ſubſtantia regnat: ut omnia nos, illo docente, & pacem tuam ſequamur idonei, & affectum tuum numquam relinquamus inſtructi.

ALIA.

DA nobis, Domine, Spiritum tuum bonum, qui nos doceat bonitatem, & auferat a nobis iniquitatem: ut qui tecum eſt eſſentialiter bonus, nos miſericordialiter faciat bonos: ut participes aeternae bonitatis effecti, mali eſſe ceſſemus, dum per ſummum bonum benigni reddimur, bonique perpetuamur.

Ant. Spiritum tuum bonum dediſti eis, Domine, qui doceret eos.

ALIA.

Br. Mor. fol. 251. col. 1. & fol. 410. col. 3.

POne, Domine, Spiritum tuum in medio noſtri, qui mundis nos aquis poenitentiae labans, praeparet nos tibi ſemper in hoſtiam bibam: quò nec libido templum cordis noſtri contaminet, nec flamma ignis aeterni terram noſtri corporis poenaliter in quocumque contriſtet.

Ant. Spiritum meum ponam in medio veſtri: alleluja.

ALIA.

Br. Moz. fol. 250. col. 4.

DOmine Deus, ſuſcita Spiritum Ducis Juda, quo tua foecundetur Eccleſia: ut Spiritûs dona idem Spiritus nos in medio noſtri poſitus doceat, replens domum tuam inenarrabili gloria: qualiter in loco iſto & ubertas pacis redundet, & habundantia gratiarum exuberet.

Reſp. Haec dicit Dominus: nolite timere.

ALIA.

DEus, cujus gloria ineffabiliter non localiter benedicta eſt de loco ſuo; da nobis Spiritum vitae, ut eo vivificante, te in omni loco & benedicere glorioſum, & laudare mereamur inmenſum.

Ant. Spiritus Domini, Spiritus in te, Eſter benedicta.

ALIA.

DA nobis, Deus omnipotens, Spiritum veritatis, per quem & te diligere, & mandata tua valeamus implere: ut, ipſo nobiſcum in aeternum manente, nullis poenis cruciemur in futuro examine.

Ant. Si diligitis me, mandata mea ſervate.

ALIA.

EFfunde, Domine, de Spiritu tuo ſuper omnem carnem, ut ejus munere non jam carnalia ſapiamus, ſed ſpiritualia ſentiamus: ut idem Spiritus, qui in patribus extitit praeſentiâ divinus, in filiis appareat intelligentiâ manifeſtus.

Ant. Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.

ALIA.

ACcede ad nos, Spiritus veritatis, & imple domum cordis noſtri igne amoris tui, qui olim domum illam, ubi Diſcipuli conſedebant, ineffabili dono tuae magnitudinis repleviſti; & qui illos linguis variis feciſti loqui magnalia Dei, nos diverſitate virtutum introducas ad atria caeli.

Reſp. Spiritus ſanctus de caelo deſcendit, & implevit domum illam.

ALIA.

EFfunde caritatem tuam, Domine, in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum tuum: ut in eo te copioſiùs diligamus, in quo & habundantiùs auriamus.

ALIA.

SPiritu & intellectu reple cor noſtrum omnipotens Deus, ut inſpirati donum tuum intellegamus, & intellegendo uberiùs auriamus; ejuſque capaciores effecti, tanto impleamur munere, quanto dilatamur ex fide.

ALIA.

REple nos, Domine, virtute Spiritus ſancti tui, ut idem infirmitatem noſtram ſanet, qui in ſe potens * hac fortiſſimus permanet.

* *Lege*, ac.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 250. col. 1.

DOmine Jeſu Chriſte, infunde Spiritum ſanctum promiſſum Patris in nos, qui vivificet & doceat nos plenitudinem veritatis in myſterio beatae & individuae Trinitatis: ut in ejus dono ſit perfectio noſtrae ſalutis, in quo omnis conſiſtit ſumma virtutis.

BENE-

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 150. *col.* 3.

SPiritus ſanctus, qui repenti ſonitu de caelo igneis ſuper Diſcipulos apparuit linguis, plenitudinem in vobis operetur ſuae ſanctificationis; & quo docente, Diſcipuli ſunt praelocuti Dei magnalia, eodem vos inſpirante, confiteamini peccata veſtra ad conſequendam miſericordiam oportunam: ut per quem illi omnium gentium eloqui linguis edocti ſunt, per eum ſit vobis remiſſio peccatorum.

ITEM COMPLETURIA, EXPLICITO IPSO DIE DOMINICO, AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 150. *col.* 2.

SPiritus tuus bonus, Domine, deducat nos in viam rectam: ut in nobis * malitiam ſuperet, & in cunctis Divinitate redundet.

* *Br. Moz.* malitiam. *Leg.* (malitia) non ſuperet.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 150. *col.* 2.

SPiritus Dei bonus deducat vos in viam rectam, & a lapſu peccaminum itinera veſtra disjungat; ſitque dux itineris veſtri, qui olim in Diſcipulos manifeſtus apparuit: ut eodem repleti, & mare hujus ſaeculi tranſeatis inlaeſi, & aeterno mereamini de munere conſolari.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTORUM ADRIANI ATQUE NATALIAE. COMPLETURIA AD VESPERUM XVI. KAL. JULIAS.

Br. Moz. fol. 370. *col.* 1.

CHriſte, qui multiplici diverſitate virtutum, & copioſo certamine paſſionum beatos martyres Adrianum, atque Nataliam provexiſti ad regnum: dum & illum robore patiendi, & iſtam praevenis gratiâ obſequendi: quum & per illum ſubſternis fidei hoſtes, & per hanc * victos pro te * efficis martyres; da nobis, utraque virtute poſſe diſcere quod optamus, evadere quod paveſcimus: ut, vitiorum & carnalium victores effecti, bonorum exibitione obſequiorum coram te efficiamur idonei: & qui corporei ſanguinis effuſione non meremur coronam, votorum inpenſione perducamur ad gloriam.

* *Leg.* vinctos. * *Leg.* reficis.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 370. *col.* 2.

CHriſtus Dominus, qui ſanctos ſuos Adrianum, atque Nataliam alterna decertandi decoravit virtute, devotionem veſtram unione caritatis exornet; quique potentiali obſequio famulae ſuae Nataliae Martyres refrigeravit in poenis, corda veſtra juſtificet a delictis, & vota remuneret pro ſuſceptione feſtivitatis: ut * per quam Sanctis miniſtravit ſolacii verbum, per eam vobis * proroget petitionis effectum.

* *Br. Moz.* per quem ... per eum. * *Leg.* praeroget.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 370. *col.* 2.

CHriſte, qui diverſis beatorum certaminibus, Adriani ſcilicet, atque Nataliae, & Martyrum mederis diſcrimini, & exemplum ſequuturae * prorogas plebi: dum & in illo corpus ad agones corroboras, & hujus os beneficentiae ſatisfactione inflammas; eſto inluminatio noſtra, & ſalus: valeat corpus noſtrum ſervitutis tuae ducere jugum: * hos ſalutis meditare praeconium: nicil poſſit caro, quod tibi diſpliceat: nil os praedicet, quod a tua praeceptione diſſentiat; exultet ergo cor, & caro noſtra in te Deum vivum, ut te opitulante illis jungamur poſt tranſitum, quibus hic viventes dependimus famulatum.

* *Leg.* praerogas. * *Leg.* os.

ALIA.

Br. Moz. fol. 370. *col.* 3.

DEus, qui gaudio Beatorum atque certamini votum Adriani tui martyris miſcuiſti, dum aeterna promiſſa ſollicitat, dum ſe adnotari cum Martyribus condemnatis exoptat; concede nobis ejus meritis, elui funditus a delictis: ut eraſo noſtrorum cirografo criminum, nomen noſtrum adnotetur in catalogo electorum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 370. *col.* 3.

OMnipotens ſempiterne atque ineffabilis Deus, praeſta nobis, ut optentu beatae famulae tuae Nataliae ſalvemur in mundo, quae repauſatio Sanctis tuis extitit in ergaſtulo: & quae plagis Beatorum exibuit diligentiam, peccantibus curam praeroget indeſeſſam.

ALIA.

ALIA.

MAgna eſt, Chriſte Domine, Adriani tui martyris conſtantia paſſionis, qua Conjugis ortatu * provocitus, plus voto durat, quàm corpore; ob hoc te quaeſumus, Domine, ut nos, quos carnis inbecillitate reſpicis fragiles, & opere juſtifices, & gratiâ votorum exornes: ut qui non habemus bonorum operum fiduciam, ſuſceptione hujus feſtivitatis remiſſionem criminum capiamus optatam. * Leg. provocatus.

ALIA.

GLorioſa eſt, Chriſte, memoria famulae tuae Nataliae, quae virile decus adepta, pudorem faemineum foenore multiplicato nobilitat, dum & Martyres ſuſtentat in poenis, & ſe dono perluſtrat gratiae obſequentis; praeſta ergo nobis ejus ſuffragiis, ut conpatienti virtute praediti, ſic triumfis conlaetemur certantium, ut futuris conſeramur gaudiis Electorum.

ALIA.

CHriſte Domine, & Sanctorum meritis glorioſe, qui tantam martyri Adriano dediſti conſtantiam, ut linguis peſſimis caeſus, uſque in ſupremo te confeſſus duraret * increpidus; porrige nobis victricis tuae dextrae ſolatium, quò inmobiles inter mundialium curarum turbines perdurantes, illic conſcendamus póſt tranſitum, quò idem aſcendit poſt ſtigmata paſſionum. * Leg. intrepidus.

ALIA.

NOn ſinas, Domine, plebem tuam errare, nec devios calles itinerum pavore contingere: ut ſicut famulae tuae Nataliae, viro apparente in mari, ſalutis patefacta eſt via, ita nobis eiſdem in te credentibus portus indulgentiae donetur ad veniam.

ALIA.

REx Deus glorioſe atque ſanctiſſime, abſterge noſtri criminis labem; quique decertanti Adriano martyri Conjugem vincendi praeparas in ſuffectum, nobis porrige ex tua pietate ſolacium: ut qui in illius voto martyrium perficis, nos fide & voto juſtifices a delictis.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 371. col. 1.

INgeniti Dei Patris Filius alme, qui alternantem viri vel conjugis fidem, Adriani videlicet atque Nataliae, alternanti fervore corroboras, alternoque voto coronas: dum contra ſexum virum faemina fingens, & ultra * natura vir per faeminam valens, alter iu alterius virtute tripudiat, alterque in altero victor exultat; da nobis, ut, alternis amicitiae profectibus gratulantes, proficiamus in melius: habeamus ſocios ad virtutem, quos innexos tenemus in foedere · per hos provocati * ad gratiam, quibus ſimiles conſiſtimus in natura: ut, alterutro exemplo accenſi, habeamus meritis alternis poſt tranſitum veniam, qui ſingulari bonorum operum efficaciâ non meremur promereri coronam. * Leg. naturam. * Br. Moz. ad gloriam.

BENEDICTIO.

REx Deus inmenſus, cui Adrianus atque Natalia conjugalis munditiae talamum in ſuis cordibus paraverunt, dignetur creare in vobis cor mundum, & ſpiritum rectum; & qui in Natalia Sanctorum remuneravit obſequium, ipſe votum veſtrum ſuſcipiat munerandum; quique & in illius decertatione, & hujus magnanimitate laudabilis celebratur, ipſe in hac devotione veſtra conlaetari dignetur.

INCIPIUNT ORATIONES DE NATIVITATE SANCTI JOHANNIS BAPTISTAE, AD VESPERUM COMPLETURIA VIII. KAL. JUL.

Br. Moz. fol. 373. col. 2.

ADſunt, Domine, principia Chriſtianae laetitiae, quibus olim, naſciturum in carne, Verbum Vox ſanctificata praeceſſit, & Luminis ortum Lucis proteſtator inſigniter * nuntiabit: ex quo & Chriſtianae fidei ſacramenta, & ſalutaris labacri prodierunt inſignia: cujus conceptus miraculum, cujus nativitas gaudium adprovatur; quaeſumus ergo, ut qui natale nunc Praecurſoris tui ovantes ſuſcipimus, * Leg. nuntiavit.

mus, ad feſtum quoque natalis tui purgatis cordibus accedamus: ut Vox, quae te praedicavit in eremo, nos purget in ſaeculo; &* quae viam venturo Domino praeparans, corpora viventium ſuo lavit babtiſmate, noſtra nunc corda ſuis precibus a vitiis & errore depurget: qualiter Vocis ſequendo veſtigia ad Verbi mereamur pervenire promiſſa. * *Leg.* qui.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 373. col. 2.

OMnipotens Deus Pater, qui Unigenito ſuo naſcituro* in carnem Johannem voluit fieri praecurſorem, angelicis vos cuſtodiis muoitos a malis omnibus dignetur eripere; & qui in nativitate ejus multis tribuit gaudium, in prece quoque illius vota ſupplicantium munificet populorum: ut per eum, quem voluit luceroam fieri Luminis, iureprachenſibiles vos efficiat diſcipulos Veritatis. * *Leg.* in carne.

ITEM AD MATUTINUM.

DEus, qui os Zaccariae ſacerdotis tui repleri ſancto Spiritu voluiſti, ut os ejus, quod damna ſilentii pro incredulitate ſuſtinuit, reſeratum ad veritatem repleretur vaticinio profetali: ut veritas, quae incredulum interceptae vocis, ſilentio juſſit arguere, ipſa etiam poſt credentem profetalis gratiae muneribus adimpleret; reſera os noſtrum ad enarranda magnalia tua, ut quem ille nuntiavit ex nomine, nos ſequamur devotione: qualiter fructus noſtrae fidei ſic * hora noſtra in tua referet laude, ut aeternae ſalutis mereamur compotes eſſe.

Ant. Zaccarias ſacerdos.

* *Leg.* ora.

ALIA.

MAgnum, Chriſte, nomen eſt praecurſoris tui Johannis, quod, patris digitis in pugillaris ſerie exaratum, paterno ori loquutionis reſtaurat officium, per quod & infidelitas damnatur ſilentio, & credulitas obſequens remunerata eſt praemio; quaeſumus ergo, ut qui vinculatum os Zaccariae publicato nomine prolis aperire dignatus es, publicatis confeſſionibus noſtris, aditum nobis aperias vitae caeleſtis: ut, quod noſtro nobis merito clauditur, tuo munere reſeretur.

Ant. Innuebaot Zaccariae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 363. col. 3.

VOx Verbi, amicus ſponſi, qui, Chriſtum in eremo venturum eſſe promuncians, viam illi in infidelium cordibus paras; eſto cordium noſtrorum & mentium praeparator pariter & purgator: ut quod in illis olim egiſti praedicatione vocis, in oobis ounc exeras cotidianis ſuffragiis: quo, ſicut per te Domino in Iſrahel praeparata eſt via, ita per te nobis praeparetur poſt tranſitum manſio in caeleſtibus laetabunda.

Ant. Vox clamantis in eremo.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, quem Deus Pater ad terras miſit ſanare contritos corde, & caecis reddere lumen: dum praeeuntis lucernae lumine adventum tuum in carne caecata cordi cognoſcerent, & ſuſpiraotia contritorum vota deſiderabiliter praeſtolarent; precibus hujus praecurſoris tui Johannis ſana contritiones vulneris ooſtri: qualiter, totius caecitatis depulſa caligine, tuis ſemper veſtigiis ioerentes, dum vocis feſtum incolimus, ipſius vocis precibus ad Verbi munera veniamus.

Reſp. Miſit me Dominus ſanare.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, qui, verbum ſalutationis formans in matre, praecurſorem tuum Johannem feciſti in ſuae matris utero exultare: ut ad vocem verbi laetaretur amicus ſponſi, & te, pro quo naſciturus ſuſciperet paſſionem, antequam naſceretur, praemiſſis gaudiis praedicaret; adeſto nobis meritis ejus, qualiter dum auditum noſtrum aeternae vitae adnuntiationibus reples, ſempiterni muneris nos conlatione munifices.

Ant. Ecce, ut facta eſt vox.

ALIA.

Br. Moz. fol. 373. col. 4.

DEus, qui ſterili Eliſabeth, ſenioque infructuoſae, Johannem promiſſionis filium condooaſti, qui dum adue incluſus ejus utero portaretur, Deum in oſpitium Virginis habitantem ſua ſalutatione profetavit; te petimus, & rogamus, ut,

Ant. Quum vidiſſet Maria Heliſabet.

Digitized by Google

ut qui praedicatione ejus regni caeleſtis aperuiſti credentibus januam, ſuffragio ejus in regno tuo nos perducas ad gloriam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 373. *col.* 4.

CHriſte, Dei Filius, qui Praecurſorem tuum, & ante * hortum ſuo nomine vocas, & poſt * hortum nomine ipſo glorificas: dum & ab Angelo ex nomine naſciturus praedicitur, & natus in ipſo nomine a populis admiratur; te quaeſumus, ut per eum, quem praedicare pacem populis voluiſti, per eum tergas ſordes noſtri piaculi: ut, qui plebem tibi perfectam paraturus advenit, credentium populos tuae inluſtrandos reſtituat claritati.

Ant. Ex utero matris.

* *Leg.* ortum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 373. *col.* 3.

PLena ſunt, Domine, & redundantia beneficia tua, quibus ſacerdotis Zaccariae pectus, Angelo apparente, dignatus es perluſtrare: dum illi, & precationis ſuae fructum, & ſterilis uxoris conceſſiſſe inſinnas partum, dignè tibi ſervientem remunerans: ſcilicet, ut qui ordines vicis ſuae placito tibi famulatu perageret, Angelicae viſionis & viſu foveretur pariter, & ſermone: quo munere ditatus agnoſceret, vel quid in praeteritis figuris tipicis tenuiſſet, vel quid in oſtenſa ſibi * nobitatis gratia appareret. His ergo exemplis inſtructi, te quaeſumus, ſanctiſſime Deus, ut credula ſemper arcana pectoris noſtri te capiant, & in tuis nuntiis praefixam fidem adponant: ut Praecurſoris tui ſuffragio ita tibi via in noſtris cordibus praeparetur, quò aeternum, te in nobis permanente, evadamus ſupplicium.

Reſp. Zaccarias ſacerdos dum in ordine.

* *Leg.* novitatis.

ALIA.

OMnipotens Deus noſter, & Domine, qui miſſum a te Johannem, dum praecurſorem vis fieri luminis, amicum efficis veritatis: ut, teſtimonium peribendo, dulce ipſe quoque maneret in lumine; fac nos ejus ſuffragio tutos permanere in ſaeculo, cujus nos inſtruxit teſtimonii plenitudo: ut per te, quem ille teſtificatus eſt voce, nos quoque perducamur ad requiem.

Ant. Fuit homo miſſus a Deo.

ALIA.

Br. Moz. fol. 373. *col.* 2.

DEus, qui nos in nativitate praecurſoris tui Johannis voluiſti gaudere; fac nos plenum gaudium a te in futura examinatione percipere: ut meritis ejus, qui adventum tuum in ſpiritu & virtute Eliae praeceſſiſſe agnoſcitur, & hìc & in aeternum copioſis gaudiis conlactemur.

Ant. Multi in nativitate ejus gaudebunt.

ALIA.

Br. Moz. fol. 374. *col.* 2.

CHriſte, Dei Filius, qui, ab utero ſanctificatum tibi Johannem puerum formans, in principio viarum tuarum, utpote praecurſorem, illum ante te boni nuntii deſtinas; concede nobis ſurſum ſemper cor habere, ut Verbum, quod vox adhuc temta praedicavit in utero, peccatores indulgentiae & pietatis munificet dono.

Ant. Dominus ab utero formavit me.

ALIA.

Br. Moz. fol. 372. *col.* 3.

DEus Pater, qui unctionis tuae Spiritum ſuper Johannem puerum contuliſti, quo praecurſor effectus Unigeniti Redemtoris pacem praedicaret in populis, & lugentium daret gaudia votis, qui plenus eſſet Spiritu veritatis; praebe nobis, tanti Vatis munimine annum placabilem ducere, & in ſanctitate & juſtitia tibi uſque ad noſtrum obitum deſervire: quò & in hac vita tuae dulcedinis fructum, & in aeterna capiamus gaudium ſempiternum.

Reſp. Spiritus Domini ſuper me.

ALIA.

CHriſte, Dei Filius, qui praecurſorem tuum Johannem, non ſolùm gratia profetandi, ſed & munere demonſtrandi facis eſſe mirificum: dum te, quem longè venturum praecinentes Profetae in ſpiritu praedixerunt, iſte digito adeſſe te * oſtendere Dominum manifeſtum; adeſto noſtris in oculis, ut, per oſtenſionem tanti Vatis te praeſentem habentes, liberemur a lapſibus noſtris: ut per te, quem ille Agnum Dei tollentem peccata mundi praedixit, nos & peccatis ablui, & futuris mereamur ſuppliciis liberari.

Ant. Johannes digito oſtendens Dominum.

* *Leg.* oſtendente.

ALIA.

ALIA.

Ecce, Domine Jeſu Chriſte, quem Johannes in carne venturum praedicaos, dicit, quòd poſt illum venires, qui ante illum factus exiſteres: ante illum utique factus, quia illi praelatus: nam poſt illum veniens naſciturus de Virgine, ante illom factus es non tempore, ſed honore; Te ſuppliciter imploramus, ut, in domo tua digoitate operum decorati, non ſit in * productoribus annis vel menſibus noſtrae dignitas vitae, ſed io adeptione virtutum finem ooſtrum juſto conſumemus in opere: ut pro cujus deportandis calciamentis Praecurſor tuus indigoum ſe miniſtrum eſſe pronuntiat, pro eo nos animam ponamus tranſeuntes ad gloriam.

Ant. Johannes praedicabat, dicens.

* *Leg.* productioribus.

ALIA.

Deus, Dei Filius, qui, extendens manum tuam, os Praecurſoris tui Johannis tangere voluiſti, dans verba tua in ore ejus, quò te, & in utero adhue matris poſitus profetaret, & pòſt natus valenter in deſerto adſuturum praediceret; imple os noſtrum laude tua, * ut ora praeceptis tuis & judiciis famulantes, dum te auctorem praedicant luminis, ad fructum perveniant veritatis.

Ant. Extendit Dominus manum ſuam.

* *Leg.* ut ore.

ALIA.

Br. Moz. fol. 371. *col.* 3.

Homo miſſus a te, Chriſte, Johaooes, tibi redditurus teſtimonium in mundo advenit, quia utique effectus initium gratiae teſtaretur * dulce, convertens corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum; da ergo nobis meritis ejus, ut converſis cordibus te ſequamur: ut, etſi vitae noſtrae teſtimonium propriis lapſibus inpeditur, tuis tamen muneribus decoretur: ut quum tuam fecerimus in omnibus volumtatem, tibi ſoli videatur vita noſtra teſtimonium reddidiſſe.

Reſp. Fuit homo miſſus a Deo.

* *Br. Moz.* de luce convertente.

ALIA.

Br. Moz. fol. 372. *col.* 2.

Domine Jeſu Chriſte, qui noo ſolùm in nativitate praecurſoris tui Johannis multos gaudere & exultare deountias, ſed ipſum quoque Johannem gaudium & exultationem futurum eſſe ſignificas: ut qui te in mundo magnificis vocibus ountiaret, ab ipſo matris utero ſanctificatus procederet; ſanctificationis tuae nos indue libertate, ut Spiritu ſaocto repleti, mundialium curarum faſce depoſito, Angelorum mereamur adunari conſortio.

Ant. Johannes erit gaudium, & exultatio.

ALIA.

Br. Moz. fol. 374. *col.* 1.

Deus, qui Johannem praecurſorem tuum ardentem lucernam atque lucentem in templo tuo conſtituiſti: ut ardore fidei, quo calebat, aliis quoque inluceſceret ſuorum operum flammâ; da nobis meritis ejus, & ardorem tuae dulcedinis habere, & lucem aeternitatis tuae adtingere, concedens fragilitati noſtrae, ut ſic lucernae tuae ſint animae noſtrae, qualiter dum illis oleum ſuavitatis iofundis, futuris * ea gandiis cooſoleris.

Ant. Johannes erat lucerna.

* *Leg.* eas.

ALIA.

Domine Deus omnipotens, qui inter natos mulierum neminem eſſe majorem Johanne Baptiſta proountiaos, oon illum * praeferre caeleſtis; da nobis, ut a quibus merito disjongitour, devotionis obſequio ſocienıur: & eorum, quibus pares non poſſumus eſſe in opere, ſocietatem mereamur obtinere per fidem.

Ant. Amen dico vobis, quia ioter natos.

* *Emendet felicior aliquis.*

ALIA.

Chriſte, Dei Filius, qui, naſciturus per carnem io mundo, Johannem feciſti matris exultare in utero: dum & Eliſabeth profetico repleta ſpiritu veoientem ad ſe Mariam geſtatricem utique Verbi cognoſceret, & in ſalutatione Verbi gaudium Vox utero aduc concluſa ſeotiret; da nobis, ut, vocis tuae andiendo praeconium, ad Verbi munera perducamur: ac dum devotionis vota perſolvimus, aeternitatis gaudia inpetremus.

Reſp. Unde mihi adfuit.

ALIA.

MIrabilis, Domine, Johannes praecurſor tuus effectus eſt Nazareus . . . . *Ant.* Nazareus vocabitur puer iſte.

* *Hic in Codice deſideratur una; vel, ut potius crediderim, duae paginae, immo tres.*

*

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Petrum & Paulum duo magna luminaria Eccleſiae tuae contuliſti, per quos & dies ejus proſperitate fulgeret, & nox adverſitate nicil demeret; adſiſte nobis reſpectu clementiae, ut ſic in te proficiamus in proſperis, ne frangamur adverſis: ſic laetis adtollamur, ne triſtibus obruamur. Splendeat ergo dies noſter Apoſtolorum gloriâ, temperetur nox eorundem patientiâ, ut & fides clareſcat eorum praedicatione, & virtus conſummetur in munere.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimi Petri Apoſtoli confeſſione Eccleſiam tuam ſuper firmiſſimam petram aedificare dignatus es; promiſſionis tuae imp e ſollemnia, ut adverſus eam portae inferi non praebaleant, quam in te fundatam Apoſtolorum tuorum excubiae circumvallant.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui claves regni caelorum beatiſſimo Petro tradidiſti, ſummo Apoſtolorum; praeſta nobis quoque indignis, ut pietate ejus reſeretur caelum, & poteſtate claudatur infernum: illic nos, te praeſule, benignus intromittat, hic fortiſſimus eruat: dum & illic ſuggerit ut recipias, & hic intervenit ne relinquas.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui in tantum peccatoribus proſpexiſti, ut beato Petro Apoſtolo ligandi ſolvendique poteſtatem tribueres peccatorum: ut illi hanc dares licentiam, cui* necanti conceſſeras veniam; eodem interveniente, ſuccurre miſeris, cujus placatus es lacrimis: ut dum idem conpatitur fragilitati peccantium, peccatores abſolvat potius, quàm adſtringat. * *Leg.* neganti.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ligandi ſolvendique peccata beatiſſimo Apoſtolo tuo Petro dediſti*; confugiendi ad te per eum peccatoribus tuis aditum pande, ut idem, qui reos alligat, confitentes abſolvat: & donet magis, quàm inputet culpas: ſolvatque nodos potius, quàm adſtringat: ut hoc ſit maximum pietatis effugium, dum idem cenſor interceſſor exiſtit, & idem, qui examinat, intervenit, ut ignoſcat. * *Supple, ſi lubet,* poteſtatem.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Apoſtoli tui Petri trina confeſſione trinam expiare voluiſti negationem: ut in illo oſtenderes, & quid ſine te non poſſit humana infirmitas, & quantum per te valeat humana credulitas, dum idem, & de ſe praeſumens te negaverit, & in te confidens animam poſuerit pro te: ut qui prius timuerat exprobrantem, crucifigentem poſtmodum non metueret; praeſta nobis, ut pro te nunquam de nobis praeſumendo vincamur, ſet ſemper in te confidendo vincamus.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui* ingeniti pietate Apoſtolum Paulum de blaſſemo & injurioſo vas effeciſti ſanctificum interminabili bonitate; nos quoque indignos, non vaſa irae apta in interitum, ſed vaſa miſericordiae ad vonum opus praepara, forma, imple, ſanctifica, ita ut in nobis redundes ad propriam fraternamquo ſalutem, faciaſque nomen tuum non ſolùm in nobis honorabile, ſed etiam in populis praediacavile: ut, tanti magiſtri & praeceptis & praeſidiis fulti, cum ipſo miſericordiae tuae conſortes aeterni Sacramenti mereamur eſſe participes. * *Leg.* ingenti.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, exemplo vel ſuffragio beatiſſimi Pauli tui Apoſtoli adſiſte nobis in omni loco, vel tempore proſpero vel adverſo, & conforta nos in te propter te: vel ſi perſequutor ingruat, ſeu vel ſi deſerat frater ignavus, in te nobis & contra perſequutorem infirmitas, & in deſertore oportuna ſit longanimitas: in cunctis liberemur ab omni opere malo, dum adverſis per te non cedimus, & in te proximos ſuſtinemus.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Paulum Apoſtolum tuum liberaſti ab ore leonis, & ſalvum in regnum tuum caeleſte feciſti; interventu ejus omnem * ſaevitiam contra nos, crudelitatemque * daemonum, hominumque conpeſce: ut nos in hoc mundo liberes a malo, & Sanctis tuis inaeſtimabili pietate conjungas in regno ſuperno.

* *Prim. cur.* ſervitium.
* *Prim. cur.* demum.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Apoſtolo tuo Paulo legitimè decertanti coronam juſtitiae praeparaſti, quem idem quoque non ſolùm ſibi, ſed & omnibus adventum tuum diligentibus repromiſit; adeſto nobis exoratus * profeſſiore tanto, vel teſte: & tribue, ut & praeceptis ejus exibere * parientiam, & praemiorum mereamur quantulamcumque habere particulam.

* *Leg.* profeſſore.
* *Leg.* parentiam, *nempe*, obedientiam.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 377. *col.* 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui adverſas poteſtates per ſummos Apoſtolos tuos Petrum ac Paulum deſtruis & diſturbas, ut praedicationi veritatis, apoſtolico ore depromtæ, nec nequitia malorum, nec verſutia poſſit obviare magorum: dum & Simonem magum Petrus deicit, & Elimam Paulus caecitate percuſſit; adeſto nobis, ut in Eccleſia tua omnes corruant, qui conturbant: & orbentur, qui venientes ad fidem praepedire conantur; quin potius tendentes ad regna caelorum, quos Pauli docentis adduxerit pietas, intromittat Petri poteſtas.

BENEDICTIO.

CHriſtus, Dei Filius, quem & Petrus per paſſionem crucis, & Paulus per gladii defectionem ſequuti ſunt, imitatores vos efficiat ſuorum veſtigiorum. Per * Petrus vos Chriſtus ſuae Cruci triumfandos adſociet, & per Paulum ſpiritualis gladii doctrina perornet: ut, & per Petrum crucifixi in vitiis, & per Paulum mereamini evadere * muſcipula adverſantis.

* *Leg.* Petrum.
* *Leg.* muſcipulam.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTARUM JUSTAE ET RUFINAE XVI. KAL. AUG. AD VESPERUM COMPLETURIA:

Br. Moz. fol. 302. *col.* 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimas virgines Juſtam & Rufinam vaſa miſericordiae tibimet effeciſti, ut, quaeſtu fictilium vaſculorum contemtae, regnum mererentur futurae vitae intrare; da nobis earum meritis, ut valeat unuſquiſque noſtrum vas ſuum poſſidere: * quod, devictis volumtatum carnalium incentivis, ad coronam mereamur pertinere ſanctitatis.

* *Leg.* quò.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 382. *col.* 4.

OMnipotens Dominus, qui Juſtam & Rufinam vaſa ſibi conſecravit mundiſſima, vos in vaſibus virtutum coronandos ſtatuat; & qui illas fragmine vaſculorum non paſſus eſt deici, vos de adverſis faciat ſemper victoriam promereri: ut earum ſuffragio, quas fecit eſſe vas virtutum, lutei corporis in vobis fragmen ſolidare dignetur: qualiter ſanctificatione praediti animarum & corporum, regna mereamini introire caelorum.

AD MATUTINUM.

ADmirabilis Chriſte, & inaeſtimabilis Rex Regum es, cui poſt formationem Eccleſiae adducantur virgines placiturae in laetitia & exultatione: quae utique proximae memorantur, quia non alienae, ſed tuae ſunt, quae in templo Regis per unitatem fidei intromitterentur; quaeſumus ergo, ut incorruptae fidei dono

Ant. Offerrentur regi virgines.

dono muniti, in illarum, quarum ſollemnia celebramus, mereamur laetitia introduci.

ALIA.

IN honore tuo, Domine, filiae regum, filiae utique Apoſtolorum, te laetificaſſe feruntur: quia ſemen in illis defuncti fratris, non illis, ſed tibi per illos eſt ſuſcitatum; & ideo, qui has filias regum unam & ſolam voluiſti Reginam in membris nominare Sanctorum, quaeſumus, ut a dextris tuis, quibus illa tibi coronata adſiſtit, nos coronandi quandoque mereamur admitti.

Ant. Laetificaberunt te, Domine.

ALIA.

DEus, in cujus judiciis filiae Judae, filiae utique confeſſionis, exultare merentur, quum inter anguſtias paſſionis in tuis conlaetari promerentur aequiſſimis juſſis; praebe nobis, ut in judiciis tuis animae noſtrae ſemper exultent: ut dum judiciorum tuorum aequitatem pia devotione veneramur, a noſtra injuſtitia expiemur.

All. Alleluja: exultaverunt filiae Judae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 337. col. 2. & fol. 380. col. 4.

FAc nos, Domine Jeſu Chriſte, ut oleum prudentiae in vaſis conſcientiae purâ mentis integritate ſervemus: quò, dum clamor factus fuerit, ut tibi ſponſo venienti ad judicium * obiam exeamus, non cum fatuis, ſed cum prudentibus Virginibus coronandi adnumeremur.

Reſp. Acceperunt prudentes.

* *Leg.* obviam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 380. col. 3.

DOmine Jeſu Chriſte, quem filiae Tyri in muneribus, filiae utique gentium, adorare praedictae ſunt: dum una ex omnibus gentibus Eccleſia tibi copulata dinoſcitur, in muneribus utique, non quaeſtu pecuniae conquiſitis, ſed in actionibus ſanctitatis, quibus tibi omnis pia anima jungitur, & a quo ſincerè inerentibus munera tribuuntur; * quò, juſtitiam & miſericordiam facientes, non ea voto placendi hominibus, ſed, ut ſoli Deo innoteſcat, & votis & operibus exequamur.

Ant. Adorabunt te, Domine, filiae Tyri.

* *Deeſt verbum.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 380. col. 4.

DEus, qui omnem Virginum gloriam, filiarum utique Regis, intrinſecus eſſe vis, ut teſtimonium alienae laudis non apetant, quas virtus in aeterna laetificat; annue nobis harum Virginum precibus, & humanas laudes effugere, & boni operis intra nos teſtimonium reportare: quò & virgines perſiſtamus in fide, & incorruptam ex hoc capiamus hereditatem.

Ant. Omnis gloria filiae regis ab intus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 425. col. 4.

DOmine Deus, qui profetali vaticinio filias Jheruſalem in latere ſurgere praedixiſti; fac nos in Sacramentis, profluentibus ex latere Filii Domini noſtri, operum adſurgere dignitate: ut dum his fide conjungimur, caelorum * haec gaudiis potiamur.

All. Filiae tuae, Jheruſalem, in latere ſurgent.

* *Vel barbara locutio, vel legendum, et:*

ALIA.

Br. Moz. fol. 380. col. 3.

DOmine Deus, qui Virginibus tuis glorioſo amore flagrantibus conceſſiſti, & quaerere, & invenire dilectum; concede nobis, ita te ſerventiori voto exquirere, ut fructuoſi laboris mereamur reportare mercedem.

Reſp. Filiae Jheruſalem, ſi inveneritis dilectum meum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 380. col. 4. & fol. 337. col. 1.

DEus, qui, in cordibus harum Virginum inluceſcens, feciſti de tenebris lumen ſplendeſcere: ut quae vitiatae fuerant per naturam, eſſent * luminatae per gratiam; inluceſce in cordibus noſtris ad emolumentum aeternae ſalutis, ut caligine noſtrorum vitiorum detersâ, ſola nos lucis tuae claritas ſempiterna poſſideat.

Ant. Illuxit in cordibus noſtris Dominus.

* *Br. Moz.* illuminatae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 337. col. 2.

REvelata facie tuam, Chriſte Domine, gloriam ſpeculantes, rogamus, atque expoſcimus, ut claritate ſpei * in claritate illius perfectae, rei mereamur perfe-

Ant. Nos omnes revelata facie.

* *Leg.* in claritatem, *& ita infra.*

perfectiùs transformari: ut ſicut hae Virgines tuae, de virtute paſſionis in virtutem aeternitatis proficientes, tanquam a claritate * in claritate translatae ſunt, ita nos & in hac ſpe, qua conſiſtimus, beatè vivamus, & dum de hac vita ad illam pervenerimus, tecum ſine fine regnemus.

* Leg. in claritatem.

A L I A.

DEus, qui has Virgines tuas non terrenos, ſed divinos eſſe fructus enuntias; fac nos harum optentu non terrena ſapere, ſed mundato corde caeleſtia praeſtolare: ut qui harum Virginum devotè incolimus feſtum, a noſtrorum criminum ſordibus expiemur.

All. Audite me, divini fructus.

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimas virgines Juſtam & Rufinam de vaſis irae feciſti vaſa eſſe miſericordiae: dum, originalis peccati traduce coligatae, ſacroſanctae regenerationis meruerunt dealbari babtiſmate: quae etiam dum mercimonio fictilium vaſculorum ad miſericordiam utuntur, inter vaſa virtutum per martyrium coronantur; da nobis eiſdem ſuffragantibus, ut in noſtris corporibus, quaſi in vaſis fictilibus teſaurum vitae perpetuae reportemus: ut in eo ſpe guſtantes quàm ſuavis eſt Dominus, & mundana gaudia reſpuamus, & ad caeleſtia intentis mentibus accedere feſtinemus.

B E N E D I C T I O.

SAnctae Dei virgines Juſta & Rufina, quae quaeſtu vaſculorum fictilium inopum indigentiam ſatiaverunt, ſuis precibus ſatient in bonis deſiderium veſtrum; & quae vaſa ſui corporis in hujus mundi vaſorum commercio exercebant, preces ſuas in liberatione animarum veſtrarum ſemper obiciant: ut per quas decoctum igne lutum ſubſidium effectum eſt ſalutare, per eas quoque vos decocti igne, expurgati a crimine, regna mereamini caeleſtia introire.

ORATIO DE FESTIVITATE SANCTI CUCUFATIS, AD VESPERUM, ET AD MATUTINUM COMPLETURIA.

ADeſt, Domine, famoſi tui Martyris expectata illa ſollemnitas, * quo, pro tuo nomine decertans uſque ad ſanguinem, & flammas vicit & hoſtem, & vinclis mancipatus & * carcere; qui ergo illi de inlatis poenis dediſti ferre victoriam, da nobis non merentibus ejus ſuffragatione coronam: ut eo intercedente luceat in nobis flamma juſtitiae, quo ſupplicante truces perſequentium evictae ſunt flammae.

* Leg. qui.
* Leg. carceri.

B E N E D I C T I O.

CHriſtus, Dei Filius, pro cujus nomine Cucufas martyr duodeno milite tortus eſt, ab omni vos tormentorum futurorum ſupplicio reddat inmunes; quique adpoſitas erga eum fecit emori flammas, ipſe in vobis perimat totius carneae titillationis inlaecebras: ut pro quo carnificum ignitis ſunt depaſta membra ſuppliciis, per eum donetur obtabilis laetitia populis Chriſtianis.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTI FELICIS, AD VESPERUM COMPLETURIA. KAL. AUG.

Br. Moz. fol. 364. col. 3.

FElix, Martyr tuus, Domine, & nomine probatus, & munere, dum eum & ex nomine vocas, & munere conſecras: ut eum & nuncupares * praeſcitus, & glorificares electum; confeſſionis ergo hujus nos participes effice, * & beatitudini conpotes redde: ut te adnuente infelices eruat de ergaſtulis inferorum, cum ipſe felix permanet in aeternum.

Ant. Felix, qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur.

* Leg. praeſcitum, ſcilicet, praecognitum.
* Leg. beatitudinis.

B E N E D I C T I O.

Br. Moz. fol. 364. col. 4.

CHriſtus Dominus, qui beatiſſimum hunc Martyrem, & merito Felicem fecit eſſe, & nomine, ab omni vos infelicitatis labe expurget; & qui per illum feliciter temporales infideles felicitates devicit, felicitate vos aeterna jubeat munerari: ut per hunc Martyrem, qui indultae felicitatis privilegio gaudet, aeterna vos felicitas ſine fine laetabundos oblectet.

All. Beatus vir: alleluja: qui implebit: alleluja.

ITEM

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 364. col. 4. & fol. 64. col. 4.

FElix tuus, Domine, quem utique felicem eſſe & nomine voluiſti, & merito, ſuo nos ſuffragio tueatur in ſaeculo: ut cui triſtitia animi, etſi fuit temporaliter quae accideret, non tamen extitit quae noceret, triſtitiam nocituram a noſtris cordibus ſua ſubmoveat prece: ut qui illum nomine hereditaſti aeterno, nos per eum a ſupplicio digneris liberare perpetuo.

Ant. Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 365. col. 1.

OMnipotens Chriſte, Filius Dei Patris altiſſimi, qui in * ſenſus Felicis martyris tui circumſpectiones tuas dediſti, adimplens illum ſpiritu ſapientiae, & veſtiens ſtola gloriae ſempiternae: quò infelicitatem ſaeculi feliciter vincens, felicitatis illius ſanctae Jheruſalem mereretur effici heres; da nobis felici ejus merito triumfare, ut infelicitates noſtrae felici ejus ſuffragio propellantur, & vita ipſa in melius commutetur.

Ant. Felix, qui in ſenſu ſuo cogitavit circumſpectionem.

* *Leg.* ſenſu.

ALIA.

Br. Moz. fol. 365. col. 2.

FElix eſt, Domine, quem ita tuo munere facis eſſe felicem, ut transgreſſionis neſciat volumtates: ut quum poſſit tranſgredi, tranſgreſſum ſe eſſe non noverit: non mala facere, quum utique poſſit a rectis ſemitis deviare; qui ergo non ſuo ſed tuo munere felicitatis hujus promeruit donum, noſtrae infelicitatis ſuis precibus detergat opprobrium: quò, tanti Martyris ducatu in ſaeculo gubernati, & volumtatem peccandi neſciamus habere, & transgreſſionis culpas ignoremus perficere.

All. Felix, qui potuit trãſgredi.

ALIA.

FElix ecce Martyr tuus eſt, Domine, in quo felicitas, quae ſonat ex nomine, monſtratur in opere: dum tuo felix munere a ſe dejecit ſaeculi ignem, qui utique de conſummato paſſionis fine meruit triumphare; adſiſtat ergo nobis precibus ſuis, ut quibus ejus eſt memoria ſpecioſa in ſaeculo, ſit ſubventio in futuro: ut qui illum non corporis ſed mentis oculo intuemur, & nunc & in aeternum in ejus amicitiis decoremur.

Reſp. Felix, quia dejeciſti a te ignem aeternum.

ALIA.

FElix ſatis ille eſt, Domine, & felicitate aeterna felicior, qui nec lapſu verbi, nec triſtitiâ foedatur delicti; fac ergo nos Felicis tui merito, nec lapſum habere in linguam, nec corruptelae corporalis ſuſtinere incendia: ut felicitas operum ad gaudiorum nos felicitatem dirigat aeternorum.

Ant. Beatus vir qui non eſt lapſus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 389. col. 4.

FElix, Domine, martyr tuus iſte eſt Felix, qui abs te juſtificatus, & per te in omni certamine apparuit glorioſus; annue ergo nobis, ut illius felicitatis in futuro compotes ſimus, de cujus nunc felici martyrio conlaetamur.

Ant. Felix vir iſte, qui juſtificatur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 365. col. 2.

DEus, auctor felicitatis aeternae, qui in tantum feciſti Felicem martyrem tuum eſſe felicem, ut nec poſt aurum abiret, nec in teſauros & pecunias ſperaret: quum ſine avaritiae contagio margaritum fulgens praedicando ſeminaret in populo; da nobis, ut totius avaritiae retinacula perorrentes, juſtitiae verbum in ore portemus: quò legem & miſericordiam in lingua habentes, & infelicitatem ſaeculi Felicis tui merito ſuperemus, & felicitatem vitae aeternae feliciori ejus ſuffragio capiamus.

All. Felix vir, qui inventus eſt ſine macula.

ALIA.

Br. Moz. fol. 389. col. 3.

FElix martyr tuus, Domine, in mandatis tuis floret nimis, & fructu juſtitiae dilatatur in praemiis, qui tuis paruit omnino praeceptis, & cui felicitas erat ex nomine, perennitas proveniret ex opere: ut quod vocaretur, hoc eſſe dinoſceretur: dum & * miſeriam caret patiendo, & felicitatem obtinet triumfando; interventu ergo tanti Martyris proficiat nobis aeterna benignitas, ut dum Felicem felicitate perpetuat, miſeratione ſolita nos infelices abſolvat.

Reſp. Felix vir, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum.

* *Leg.* miſeriâ.

ALIA.

FElix Martyr tuus, Domine, potens in terra ſemine praedicationis, potens in caelo virtute confeſſionis: hic Chriſtianitatis progenie benedictus, illic martyrii ſtigmate glorioſus; ejus ergo ſuffragiis, & ſemen uerbi tui * incremento percipiat, & progenies ſancta gratiae ubertate * ſuccreſcat. * *Leg. incrementa.* *Cod. prim. eur. ſuccreſcat, mendosè.*

ALIA.

Br. Moz. fol. 389. col. 4.

FElix Martyr tuus, Domine, quem elegiſti & adſumſiſti, dum eum, & electio teſtem, & adſumtio probat eſſe felicem; ejus interceſſio habitare nos faciat in tabernaculis tuis, in quibus perpetuus munerator & ſuſcipis decertantes, & perpetuas triumfantes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 389. col. 4.

FElix Martyr tuus, Domine, qui teſtificatus re & ſpe, a te ſuſceptus eſt: in te manet ſine fine felix, qui pro te occidi meruit felix; in hoc quoque ſit felix, ut nos tuo * muneri obtineat fieri participes, & tibimet ſerviendo faciat eſſe felices. * *Leg. munere.*

ALIA.

FElix homo, quem tu erudiſti, Domine, & in lege tua docuiſti eum: ut non ab homine neque per hominem, ſed a te vero magiſtro doceretur, pro quo & animam ponere mereretur; quaeſumus, ut mitiges eum in diebus malis, quem adimpleſti bonis aeternis: obtineatque ipſe interceſſione ſua noſtrae quietis ſtatum, qui fide ſua obtinuit caeleſtis apicis regnum.

ITEM ALIAE CUM MACCABEIS.

DEus, qui Eccleſiam tuam, & Maccabeorum victoriis, & Felicis ſancti triumfis reddidiſti mirabilem, ut eos unius diei frequentaret ſollemnitas, quos ſimilis perpetuaret aeternitas: nec honore deſcernerentur, qui munere jungerentur: & par eis deferretur obſequella, quorum una moriendi extitit cauſa; adſiſte nobis, Domine, eorum precibus indeſeſſis, ut & legalibus in tuis praeceptis, & Euangelicis mereamur perfici Sacramentis.

ALIA.

DEus, qui dum una feſtivitate jungis Maccabeis martyrem Felicem, Maccabeos oſtendis eſſe felices, ut manifeſta gratia redderet clariores, quos habebat occulta victores: & eadem fides dedicaret martyres, quae ſimiliter devicerat hoſtes; adeſto nobis, Domine Jeſu Chriſte, noſque eiſdem intercedentibus ſalva, qui & finis legis es ad juſtitiam, & plenitudo gratiae oſtenderis per victoriam.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui veteribus nova praenuntias, & novis vetuſta confirmas, ut Eccleſia tua & auctoritate veteri vigeat, & novitate gratiae fulgeat: dum & Martyres ex lege venerabiliter ſuſcipit, & ex Euangelio ſingulariter excolit; habeat in te, quaeſumus, * in multimodam remunerationis indulgentiam, quae tam copioſam membris tuis exibet reverentiam. * *Praepoſitio, in, videtur abundare.*

ITEM COMPLETORIA AD MATUTINUM.

VEra eſt, Domine, felicitas, in qua eſt vera aeternitas: idcirco martyr tuus verè Felix, quia perpetim immortalis: propter te feliciter moriens, & tecum perenniter vivens, qui & mortem moriendo triumfavit, & vitam vincendo obtinuit; ejus ergo precibus nos & de morte ſecunda libera, & vitae aeternae conſortes effici, praeſta.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 389. col. 3.

DEus ſummus, qui illos vocat eſſe felices, quos in beatae illius Jheruſalem affectu cernit eſſe gaudentes, Felicis ſui prece in ejuſdem civitatis amore faciat vos feliciter permanere. Infelicitates quoque actuum veſtrorum feliciter tergat, & ſe-

& ſelicitatis perpetuae dona felicioribus votis veſtris propitiatus adtribuat : ut fe-licis hujus Martyris interventu, felicitatem hujus ſaeculi feliciter fugiendo, ab in-ſelicitatis perpetuae mereamini * liberari ſupplicio. * Cod. prim. cur. veri.

Incipit Oratio, vel Benedictio de feſtivitate ſanctorum Juſti, & Paſtoris, tam ad Veſperum, quàm ad Matutinum dicenda. Caeterae tamen orationes de Matutino, de Antifonis, ideſt: Sinite parvulos: &: Sapientia aperuit os mutorum: Sive de * Allelujatico: Ex ore infantium: vel de Reſponſorio, qui in ordine ſequitur, ſuperiùs in Miſſa quarta de Infantum factae ſunt, quae in iſto die dicendae ſunt. * Primis Curis, ALLAICO.

VIII. ID. AUG.

Fr. Moz. fol. 390. col. 4. ADeſt, Domine, oculis praeſentata mortalium clara illa & enitens ſollemnitas Innocentum, in qua pignus geminum, & geminatum dulcedinis ferculum caelum intrare meretur: dum cara ſibimet ſocietate germanitas, & iu Juſto juſtiſſima, & in Paſtore agnoſcitur pia, dum carorum ora infantium invicem ſe ad paſſionis gloriam exortantur. Da ergo nobis Juſti tui precibus juſtitiam ſervare dum vivimus, & Paſtoris protectione evadere quod timemus: ut, & Juſtus juſtitiam, quam in nomine portat, in ſupplicautium meritis clariorem oſtendat, & Paſtor benignitatis gubernaculo nos protecturus excipiat: ut & per Juſtum juſti, & per Paſtorem tabernacula Paſtoris egregii mereamur introire beati.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 390. col. 4. DEus, qui juſtus coronator juſtorum, & paſtor pius eſt animarum, & per Juſtum vos ab injuſtitia liberet, & per Paſtorem paſtoris Chriſti vos protectione ſanctificet. Per Juſtum vos efficiat amatores juſtitiae, & per Paſtorem paſtu vos foveat gloriae infinitae: ut dum juſtitia Juſti commendabiles vos fecerit Deo, Paſtoris gubernaculo heredes mereamini eſſe in caelo.

IIII. ID. AUG.
INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTI LAURENTI.
AD VESPERUM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 391. col. 4. DOmine Jeſu Chriſte, qui beatum Laurentium, igne caritatis tuae ardentem, & cupiditatum & paſſionum incendia feciſti evincere: dum & aurum calcat & flammam: dum & in pauperum erogatione munificus, & in conbuſtione ſui corporis reperitur devotus; da nobis optentu ſuffragii illius, ut vapore Spiritus ſancti accenſi, flammas ſuperemus libidinis, & igne concrememur omnimodae ſanctitatis: quò inter Sanctos illos ſors noſtra inveniatur poſt tranſitum, pro quibus nunc tibi dependimus famulatum.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 392. col. 1. DOminus Jeſus Chriſtus, cui beatus Laurentius decoctum ſui corporis praebuit olocauſtum, mentes veſtras concremet caeleſtium incenſione virtutum; &, quem ille aſſatus in craticula confiteri non deſtitit, confeſſionis ſanctae vos dignetur praemiis conſolari: ut inter flammas ſaeculi conſtituti, ipſi ſoli flammeſcatis per ſtudia ſanctitatis, cui hic Martyr ineſit poſt incendia paſſionis.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 392. col. 1. DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Laurentium martyrem tuum amplius refulgere meritis, quàm flammis affici praeſtitiſti: ut fortiſſimus martyr plus tuo amore, quàm incendii vapore ferveret; tribue, ut ſcintillâ fidei ejus ita flammemur, ne ab igne ſaeculi conſumamur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 392. col. 2. DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Laurentium martyrem tuum ſuſcepiſti pro tuo nomine in more olocauſti decoctum, ut totus tibi integer membris offerretur & animis; meritis ejus adnuendo concede, ut ſacrificium contriti cordis in nobis clementer acceptes, quos Martyris tui ſupplices cultores agnoſcis.

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Laurentium martyrem tuum, reſpuentem viliſſimum mundum, aurum oſtendiſti puriſſimum, quod ignis utique non conſumeret, ſed probaret: & quantò plus * proarderet, tantò amplius rutilaret; tribue nobis, ut cupiditatis incendia non conſumant, quos tam praefulgenda Martyris tui exempla clarificant.

* *Leg.* perarderet.

ITEM COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 393. *col.* 2.

DOmine Jeſu Chriſte, qui corpus beatiſſimi Laurenti ignis combuſtione decoctum, puriſſimum tibi * efficis olocauſtum: dum idem Martyr, miniſterii ſui non inmemor, in offerendo ſemetipſum placitus tibi & Sacerdos extitit, & miniſter; adſiſtat tibi rogaturus pro ſalvatione fidelium, qui inter flammas membris liqueſcentibus te confitendo ſpiritu laetabatur: ut, qui humana ſuperavit devotione incendia, prece ſuâ debita a nobis repellat ſupplicia.

* *Cod prim. eur.* officis: *mendosè*.

BENEDICTIO.

OMnipotens Dominus, qui mentem beatiſſimi Martyris ſui Laurentii inſuperabilem & flammis fecit eſſe, & nummis, amobeat omnem petulantiae concupiſcentiam de cordibus veſtris; & qui illum plus votis urentem fecit eſſe, quàm flammis, ipſe vos & voto juſtificet, & operibus ſanctitatis: ut illo caloris igne, quo ille mundana ſuperavit incendia, eo vos reſtinguatis libidinum incentiva.

INCIPIUNT ORATIONES IN DIEM SANCTI YPPOLITI III. ID. AUG. AD VESPERUM COMPLETURIA.

Br. Moz. fol. 393. *col.* 3.

LUx Angelorum, & hominum ſplendor, dierum & temporum candor, animarum & corporum Chriſte Domine Deus ob reverentiam tui martyris Yppoliti flammicomae claritudinis munus oblatum, luciſluo ſancti Spiritûs reſpergens inlapſu, tuis effice nutibus placitum, nobis redde prodificum: ut & viſibili fulgore nigroris noctivagi furva coerceat, & inviſibili munere maledulcium ſcabra peccaminum errata conſumat.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 393. *col.* 4.

DOmine Chriſte Jeſu, qui tantam Yppolito teſti tuo virtutem animi contuliſti, ut ferre is praeciſus aculeis, te Deum eſſe proclamaret in caelis; aculeos deceptoriae voluptatis obtunde, nomenque ſanctum tuum nobis jugiter confiteri permitte: ut, caruulentae faecis inlecebras * evicentes, Sanctorum mereamur conſortia gloriantes.

* *Leg.* evincentes

ALIA.

Br. Moz. fol. 393. *col.* 4.

PErarma, Domine, os noſtrum ad praedicandae veritatis officium, qui os Yppoliti tui caeſum lapide, reddidiſti non victum: & ſicut illius meruit confeſſio gloriam, ita noſtra ſupplicatio exaudiri mereatur ad veniam.

ALIA.

Br. Moz. fol. 394. *col.* 1.

CHriſte Domine Deus omnipotens, qui ſanctum martyrem tuum Yppolitum, dum equinâ ferociâ per ſpinarum traheretur acumina, Angelicis evectum manibus in regna conlocaſti ſyderea; naturae noſtrae ſubſtantiam, quam * luxoria petulans diffrenatorum more cornipedum per noxarum aculeos diſtrahendo dilacerat, gratiae ſubvenientis evectu caeleſtem reduc ad patriam: ut, qui a mole criminum * ad gratiam ſurſum adſurgere non valemus, pietatis tuae favoribus.

* *Leg.* luxuria.
* *Br. Moz.* adgravati, ſurſum &c.
* *Supple ex Br. Moz.* erigamur.

ALIA.

Br. Moz. fol. 394. *col.* 1.

SAnctae Martyr Yppolite, virtutum titulis inclite, ac laudum copia glorioſe, adſiſte nobis orantibus, preceſque noſtras divinis offer auditibus: ut tua nobis paſſio quaeſitum praeſtet remedium, quae certandi praebuit mirabile documentum.

ALIA.

Br. Moz. fol. 394. *col.* 1.

POſt piceum fuſcae noctis atra caligine cahos * luci pura phoebi praevia jam ſurgit aurora, quae * plo lacteo palliata, monſtriferae quietis extrema conterminat, & redivivi luminis initia repraeſentat; ob hoc celſi Numinis inmenſa poteſtas omnimodo te niſu poſcit noſtra fragilitas, ut ſacri memor Yppoliti pro te quondam odie trucidati, nobis placidus & beuignus adſiſtas: ac ſicut illi tolerantiam tribuiſti diſcriminis ſubeundi, ita nobis adtribuas fortitudinem ſqualentem labem criminis evincendi.

* *Leg.* luce.
* *Lege*, peplo.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 393. *col.* 4.

MArtyris Yppoliti det vobis gaudia Chriſtus:
Proſpera contribuat, & vitae dura repellat:
Coucedat veniam culpis, & praemia votis.

XVIII. KAL. OCTOB. INCIPIT ORATIO, VEL BENEDICTIO DE FESTIVITATE SANCTI CYPRIANI TAM AD VESPERUM, QUAM AD MATUTINUM DICENDA.

Br. Moz. fol. 401. *col.* 1.

O decus orbis, o doctor unice veritatis, magiſter catholice, catholicorum ducator egregie, Cypriane, martyr ſanctiſſime, qui Chriſtum & voce praedicando & ſanguine, & lingua amenus, & paſſione monſtraris eſſe conſpicuus; dum quae doces agis, & quae agis, poſteris docenda relinquis: in utroque admirabilis & praeclarus, dum & doctor mirificus, & Martyr cognoſceris glorioſus: dum & doctrina clares in ſaeculo, & de effuſo ſanguine laetaris in caelo; te quaeſumus, te rogamus, rege, ſove, inſtrue nos tuis ſemper ſuffragiis pariter & doctrinis: inbue ore neſcios, precibus tuere infirmos, verbis doce quid agere, meritis optine quò poſſimus intrare: illinc riga ignorantiam verbis, hinc continuis fragilitatem noſtram ſoveto ſuffragiis: ut per Deum unum in Trinitate * perfectum, quem tu & doctrina praedicaſti & ſanguine, nos & dictorum tuorum fructus libentius auriamus, & meritorum tuorum gaudiis poſt tranſitum * ſociemur.

* *Br. Moz.* perfecta.
* *Br. Moz.* ſaciemur.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 401. *col.* 2.

CHriſtus Dominus, qui Cyprianum beatiſſimum Eccleſiae ſuae Praeſulem, & doctrinae magiſterio clarum, & Martyrem fecit eſſe conſpicuum, impleat vos & gratia ſanctae doctrinae, & amoris ſui opulenta dulcedine: ut & in verbis Martyris correctionem vitae integram adſumatis, & in exemplis ejus adipiſcatis, quod vos heredes efficiat in caeleſtibus regnis: quò & per ejus doctrinam peccatorum a vobis rubigo effugiat, & per ejus ſuffragia vita vobis concedatur aeterna.

INCIPIUNT ORATIONES DE DECOLLATIONE SANCTI JOHANNIS BABTISTAE AD VESPERUM COMPLETURIA. VIII. KAL. OCTOB.

Br. Moz. fol. 399. *col.* 3.

DOmine Jeſu Chriſte, qui beatiſſimum Johannem Babtiſtam tuum & Martyrem, & tuae nativitatis & tuae mortis praecurſorem dignatus es facere: ut fax luminis veritatis lumine ardens; & ſtuprum verbis conjugalis criminis proibens, gladio interemtus te moriendo praciret, quem naſcendo in carne viſus fuerat praeceſſiſſe: ut quem nuntiaverat voce, praedicaret & ſanguine: dum pro eo, quem in deſerto praeconatur, in carcere decollatur; obtentu ejus da in ore noſtro tuae dignationis oraculum; da etiam * in ore juſtitiae fructum: ut; utroque munere clariores effecti, ſicut ille eſt pro veritate & carcerem perpeſſus & gladium, ita nos in veritate & carceres aeternos evadamus & tartarum.

* *Leg.* in opere.

BENEDICTIO.

CHriſtus Dominus, qui beatiſſimum Johannem mortis ſuae voluit praecurſorem efficere, praevium ſe dignetur veſtris precibus demonſtrare; & qui illum permiſit pro veritate decollari in carcere, ipſe vos in veritate ſine fine conſervet: ut ſicut ille moriendo praecurſor factus eſt Dominicae mortis, ita vos beate vivendo ſequaces ſitis unici Redemtoris.

ITEM

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 400. col. 1.

CHriſte, Dei Filius, de quo Johannes, praecurſor nativitatis tuae & mortis exiſtens, profeziae ſuae vaticinio proteſtatus eſt, quod & te creſcere, & illum minui oporteret, quum & Dominus ſublimatus ſis Cruce, & famulus comminutus ſit capite; dona nobis, ut ea fide, qua tantae pietatis myſteria veneramur, eâ etiam gaudia patriae caeleſtis intremus.

ALIA.

Br. Moz. fol. 399. col. 4.

PRetioſa eſt, Domine, in conſpectu tuo mors beatiſſimi * Johanni Baptiſtae, qui dum petulantis principis facinus arguit, juſtitiam exequendo promeruit in carcere decollari: ut qui haberet vigorem in verbo, non perferret paborem ex gladio, quum ſanguis ejus meretriciae ſaltationis conpenſatione taxatus, eò tibi pretioſior eſſet, quò effundi pro juſtitiâ meruiſſet; concede ergo nobis, ut ſanguis illius, qui pro veritate effuſus eſt, pro nobis te io ſupplicatione adire non ceſſet: voxque illa, quae pro ſtupri crimine percuſſit adulterum regem, pro fideli populo te exorare non ceſſet.

* *Leg.* Johannis.

ALIA.

Br. Moz. fol. 400. col. 1.

CHriſte, Filius Dei, quem Johannes filium hominis, & naſcendo praeceſſit, & morieos praecucurrit; annue precibus tanti vatis, * ad juſtitiam, pro quâ ille meruit decollari in carcere, nos ſemper retemtemus in opere: ut ſicut ille eam praedicando pro veritate eſt mortuus, ita nos eam ſervando in veritate vivamus.

* *Br. Moz.* ut juſtitiam.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 400. col. 3.

DEus, qui beatiſſimum Johannem multiplicium palmarum floribus coronaſti: dediſti enim ei, ut eſſet ſanctus ante * hortum, Propheta poſt hortum, Baptiſta in Jordane, Euangeliſta in ſolitudine, Maryr io morte; dona nobis ſupplicibus ſervis tuis, ut ſicut ille ſequutus eſt veſtigia unigeoiti Filii tui Domini Salvatoris, ſic nos vias ſequamur Dominici praecurſoris, & ſicut illi donare dignatus es, ut pro veritate moreretur, ſic nobis tribue, ut in veritate vivamus.

* *Leg.* ortum.

BENEDICTIO.

CHriſte, Dei Filius, quem Johannes, & naſcendo praeiit, & moriendo praeceſſit, conſortes vos efficiat regni ſui; & qui myſtica praenuntiatione, & Dominum creſcere, & ſe praedixit minui oportere, ad formam humilitatis ſuae vos dignetur perducere: ut exemplo ejus de vobis ſemper humilia ſeotieutes, ut veri amici ſponſi mereamini felicitatis ejus eſſe conſortes.

INCIPIT ORATIO, VEL BENEDICTIO DE FESTIVITATE SANCTORUM COSMAE ET DAMIANI, TAM AD VESPERUM QUAM AD MATUTINUM DICENDA.

Br. Moz. fol. 403. col. 4.

DEus, medicina langueotium, ſanitas infirmorum, curator corporum, ſanator providus animarum, qui beatiſſimos viros Coſmam, & Damianum gemina medendi arte feciſti eſſe induſtrios: quò & verbo & opere humanis languoribus ſubvenirent, qui curatores & animarum & corporum eodem genere medendi gemino extitiſſeot: dum & ſignis utraque curant, & in utrumque artificio manuum mirabiles extant: dum & mundiali arte corporibus, & caeleſti medentur medicamine animabus; te quaeſumus, te rogamus, ut eiſdem patrocinantibus, vulneribus oostris providam medendi curam inpertias, internas externaſque paſſiones remobeas, quò ſanatis cordibus atque corporibus, dum in hac peregrinatione beneplacitam tibi * perſolvamus ſervitutem, conſummatae ſalutis mereamur io ſuturo pervenire ad requiem.

* *Leg.* perſolvimus.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 403. col. 4.

CHriſtus Dominus, qui ſanctos ſuos Coſmam, & Damianum glorioſâ medendi arte fecit eſſe conſpicuos, a cunctis vos langoribus efficiat alienos, & per quos voluit infirmantibus curationes inpendere, per eos precantibus ſanitatum * proroget ubertatem: ut eorum curatione atque ſuffragio latens pateoſque in vobis

* *Leg.* praeroget.

vobis peccatorum langor effugiat, quibus a Deo curandi poteſtas conceſſa eſt manifeſta.

Br. Moz. fol. 180. col. 1. & fol. 338. col. 4.

DEus, qui ſcelera noſtra * figmen opertis denudas, qui incerta dubiis, & occulta conſciis * conſulta pietate traducis: ut noxietate prodita aſpargas nos rore miſericordiae tuae; velut nivem dealbes, vitae correctione; averte quaeſumus faciem tuam a peccatis noſtris, & omnes iniquitates noſtras delens, innova viſcera noſtra Spiritus tui ſancti infuſione: quò tali habitatore gaudentes, aperiamus jugiter labia noſtra ad adnuntiandam laudem tuam.

* *Leg.* ſigmento operta.
* *Br. Moz.* conſueta pietate traducis.

Br. Moz. fol. 320. col. 1. & fol. 388. col. 2.

REdde nobis laetitiam ſalutaris tui, Domine, quam amiſimus iniquè gerendo, & praetermiſimus neglegendo. Tu nos ad eam revoca, & eam nobis reſtaura: ut, peccato expulſo, ſuccedat juſtitia: & moeſtitiâ repulſâ, aeterna adſit laetitia; da quaeſumus hanc jucunditatem, ut pervenire mereamur ad aeternam ſalutem.

DE SANCTIS.

AEdifica, Domine, muros Jheruſalem non in ſtructura lapidum, ſed ornamento virtutum, neque ut auro vel gemmis compta reſplendeat, ſed ſanctitate praefulgeat: ut, qui aulam tuam pro confitendis delictis, & ſacrificio laudis juſtitiaeque deferendo ingredimur, ab omni purgati contagio vitiorum, te adnuente, conſortes effici mereamur omnium beatorum.

Br. Moz. fol. 56. col. 2. & fol. 87. col. 3.

SEcundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitates noſtras, Domine: ut, quia illae nos adgrabant, iſtae nos erigant. Cor contritum & humiliatum ne ſpernas in nobis, ſed per ineffabilem potentiam Trinitatis habitet in nobis Spiritus ſanctus, innobet Spiritus rectus, confirmet Spiritus Paraclitus, * atque unitatis teſtimonio ſit virtutis, ut confirmatos nos per Patrem, & innobatos per Filium, cuſtoditos nos gaudeamus per Spiritum ſanctum.

* *Br. Moz.* atque unius teſtimonii ſit virtus.

DE UNIUS JUSTI.

LIbera nos, Domine, de viris ſanguinum, & a telis hoſtium defende clipeo tuo: ut ad tuum venientes Altare, veniae percipiamus remedium; mitte nobis de caelo magnum auxilium, & eripe nos a conculcatione inimicorum: ut * amotum a nobis turpiſſimum ſomnum, labia noſtra tibi caſtiſſimè perſolvantur in jubilo.

* *Leg.* amoto a nobis turpiſſimo ſomno.

Br. Moz. fol. 221. col. 2. & fol. 251. col. 2. & fol. 366. col. 2.

DOmine, qui pro nobis ſoporem mortis ideo ſuſcepiſti, ne nos amplius obdormiremus in morte; dona nobis, ut qui te moriente renaſcimur, te etiam reſuſcitante atque vivificante a peccatorum lecto ſurgamus; nec ultra jam ſubruamur poena peccati, qui redemtos nos congaudemus pretio ſacri Sanguinis tui.

Br. Moz. fol. 141. col. 3. & fol 356. col. 4.

EXurge, Domine Deus noſter, in auxilium humilium, & in exterminium perſequentium: contere adverſarios noſtros, qui nos a praeceptis tuis, doloſis promiſſionibus * aptiſque terroribus, avertere moliuntur; in nullo enim eorum proficient inſidiae, ſi tuo muniamur adjutorio gratiae.

* *Leg.* apertiſque.

Br. Moz. fol. 77. col. 2.

MIſerere nobis, Domine, miſerere nobis: & ne nobis peccatorum infirmitas ſempiternam afferat mortem, ſana nos, Domine: ut anima turbata pro culpa, ſit tranquilla pro gratia: infunde medicinam aegrotis, * beniam praeſtando delictis.

* *Leg.* veniam.

Br. Moz. fol. 364. col. 1.

GLoria noſtra, Deus noſter, da nobis, ut in te ſine fine gloriemur: quoſque feciſti de capitis exaltatione ſublimes, quaeſumus, ut efficias de totius corporis conſummata ſalute ſecuros; elebet abjectionem noſtram tua magnifica celſitudo, ùt qui humilitate tua a terrenis erigimur, exaltatione quoque tua ad caeleſtia provei mereamur.

TU es, Domine, ſalus, & tua eſt ſalus: hanc gaudemus nobis largitam, hanc etiam uſque in finem a te petimus largiendam; effunde, quaeſumus, ſuper populum tuum benedictionem tuam, ut privetur maledictio poenae, & diteſcat in nobis fructus juſtitiae.

Vide ſupra in Ramis Palmarum pag. 90. hanc ipſam orationem.

INCI-

INCIPIUNT ORATIONES IN DIE SANCTI MARTINI III. ID. NOVEMB. COMPLETORIA AD VESPERUM.

Br. Moz. fol. 411. *col.* 2.

BEatus eſt, Domine, Martinus ille tuus Confeſſor mirificus, qui cogitando de paupere, ultimam pervenire meruit ad mercedem: & ideo in die mala ſalvatus, quia a te, Domine, adjutus; da ergo nobis ejus ſuffragiis, ut nuditatem noſtram aſpicientes ad tui tegminis umbraculum convolemus: & ita veſtiamur dono virtutum, ut participes ejus fieri, cujus feſtum incolimus, mereamur.

BENEDICTIO.

Br. Moz. fol. 411. *col.* 3.

CHriſtus Dominus, qui beatiſſimum Martinum confeſſionis decoravit honore, illam in vobis confeſſionem adtribuat, qua extinguat peccata; & qui per eum inopiam ſatiavit egentium, ipſe per illum remuneranda vota ſuſcipiat populorum: ut eodem intercedente remunerentur vota fidelium, quo largiente debilitas refecta eſt egenorum.

ITEM AD MATUTINUM.

Br. Moz. fol. 411. *col.* 3.

JUcundus ſatis eſt homo, qui te, Chriſte, inſpirante * miſeretur, & commodat, quod Martinum Confeſſorem tuum impleſſe mirabiliter credimus, dum * genino elemoſinae officioſus, & corpora dato, & corda paſcit eloquio; unde flebiles te quaeſumus & rogamus, ut utroque dono in hac vita muniti, ad te quandoque perveniamus poſt tranſitum coronandi.

* *Primis curis, Cod. mcxdxid*, meretur.
* *Leg.* geminae.

ALIA.

Br. Moz. fol. 411. *col.* 3.

ILlius, Domine, juſtitia manet in faeculum ſaeculi, cujus miſericordia in pauperum ſe conlatione diffuderit; fac nos ergo Confeſſoris tui Martini imitatores exiſtere: ut primum miſeratores noſtri effecti dignas nobis elemoſinas * prorogantes, & nobis a male geſtis parcamus, & in proximis bona, quae poſſumus, inpendamus.

* *Leg.* praerogantes.

ALIA.

Br. Moz. fol. 392. *col.* 3. & *fol.* 411. *col.* 3.

TOta die, Domine, Juſtus tuus miſeretur & commodat, qui in toto hujus mortalis vitae curriculo * tempora donat, ut aeterna recipiat; ſemen ergo ejus ſuper nos in benedictione fructificet, ut meritorum ejus partes abentes, praemiorum quoque illius mereamur eſſe participes.

* *Leg.* temporalia.

ALIA.

Br. Moz. fol. 392. *col.* 2.

CHriſte, Deus noſter, qui manus beatiſſimi Martini Confeſſoris tui, & palmas pauperibus voluiſti largitionis jure eſſe porrectas; da nobis de laboribus manuum ejus fructum utilitatis in aliquo reportare, ut labor manuum ejus non ſolum illi, ſed & nobis proficiat: dum & illi de perfectione operis dederis gloriam, & nos imitamento ejus * & precem perduxeris ad coronam; ſicque, dum juſtum conſummati operis * profectio laudabilem Syon oſtendit in portis, peccatores exemplo ejus meritum obtineant ſanctitatis.

* *Leg.* & prece.
* *Leg.* perfectio.

ALIA.

Br. Moz. fol. 392. *col.* 3. & *fol.* 411. *col.* 4.

JEſu, Deus noſter & Domine, qui inluſtrem meritis Martinum Confeſſorem atque Pontificem ita feciſti ſapientiam cuſtodire, ut in * gloriam mereretur & jucunditate conſiſtere; da nobis verae ſapientiae intellectum, & ſanctae operationis ſtudium: ut pauperibus * prorogantes ſubſtantiam, facinorum noſtrorum evadamus vindictam.

* *Leg.* gloria.
* *Leg.* praerogantes.

ALIA.

SAlvator noſter, & Domine, qui jubes nos ſuper egenum & pauperem pietatis intellectum habere; fac nos, ut illo ſemper intellectu mens noſtra fructificet, quo dum opera perficimus pietatis, ad fructum tranſeamus aeternae beatitudinis.

ALIA.

ALIA.

Br. Moz. fol. 411. col. 4.

FAc nos, Domine, intentis cordibus die ac nocte in legis tuae meditatione verſari, ut meditantes eloquia tua intento cordis ſtudio, fructum tibi reportemus in tempore oportuno: * quod beatiſſimi Martini Confeſſoris tui adjubati ſuffragiis, caelum, quod ille mercatus eſt meritis, nos facias intrare tuae gratiae dnnis.

* *Leg.* quò.

ALIA.

Br. Moz. fol. 403. col. 3.

DEus, qui os beatiſſimi Martini tui ita ſapientiae ubertate repleſti, ut diverſitate virtutum circumſaeptus * apparens, jucunditate & decore illum caeleſti glorioſum oſtenderes; porrige ori noſtro & ſcientiae lucem, & ſapientiae verae perſectionem: ut in eo nos jubeas perenniter jucundari.

* *Cod.* apperens.

COMPLETURIA AD MATUTINUM.

Fr. Moz. fol. 412. col. 1.

ADſpirat ecce, Domine, dies illa multiplici gaudiorum decore veſtita, quam beatiſſima Confeſſoris tui Martini inluſtrat * exceſſio: in qua dum praeſcius futurae mortis caelum laetus vellet intrare, obſiſteutem ſibi diabolum mira verborum potentia viſus eſt terruiſſe; unde tuam proni quaeſumus pietatem, ut obtentu ejus adverſarius idem a nobis ſemper effugiat, qualiter nec viventes nos in quoquumque ſupplantet, nec morientes quilibet modo contaminet.

* *Cod. prim. cur.* exceſſo.

BENEDICTIO.

DOminus Jeſus Chriſtus, qui linguam beatiſſimi Martini, & in ſui nominis confeſſione victricem, & in adverſarii invectione potentiorem fecit exiſtere, os noſtrum aperiat in confeſſionibus laudis ſuae; & qui illum abſtinentiae fecit legibus glorioſum, vos efficiat poenitentiae ſructibus opulentos: ut eam pacem, quam ille continuò moriturus * tenendam praedicavit diſcipulis, vos & nunc ſpe, & pòſt in re pleniſſimè capiatis.

* *Prim. cur. Cod.* tendam.

ORATIO MATUTINA.

SUrgentibus nobis e cubilibus noſtris, omnipotens Deus, protectio dexterae tuae invocata adſiſtat, illutque per otium coaltus ſnpor occupata in oblivione vigoris ſui memba diſſolbat, primâ ſe tibi operâ repraeſentet. Te ante omnia ſeuſus ſapiant, a quo ordinantur, & vigeant. Te áſpiciant oculi, a quo aperiuntur, & videant. In Chriſti tui nnmine oris reſeratâ cuſtodiâ, lingua ſonum vocis emittat. Crucis tuae ſignum fronti manus ponat. Tibi in orationem genua melius cnrrigenda flectantur; totumque hoc tibi homo deputet, quod aget, a quo cotidie recipit * per quo agit; & hoc ſit ſui operis, ut te laudet, in quo tui eſt muneris, quod reſurgit.

* *Leg.* per quem.

ORATIONES DE DEFUNCTIS.

Br. Moz. fol. 315. col. 4.

NOn intres in judicio, Domine, quum ſervis tuis ill. , qunniam nullus aput te per ſe juſtificabitur homo, ſi nulla per te hnminibus peccatorum tribuatur remiſſio; non ergo eos tua, quaeſumus, judicialis ſententia premat, quos tibi vera ſupplicatio fidci Chriſtianae commendat; ſed gratia tua illis occurrente, mereantur evadere judicium ultionis, qui, dum adviverent, inſigniti ſunt ſignaculo Trinitatis.

ALIA.

Fr. Moz. fol. 314. col. 3.

DEus, qui humanarum animarum aeternus amator es, animas famulorum tuorum ill. quas vera, dum in cnrporibus manerent, univit fides, ab omni cruciatu inferorum redde extorres: ut ſegregatae ab infernalibus clauſtris, ſanctarum mereantnr animarum conſortio . . . .

HIC DEFICIT, ET EXPLICIT CODEX.

PSAL-

PSALTERIUM

CUM

CANTICIS

Litterali explanatione dilucidatum,

PARS SECUNDA

TOMI PRIMI.

Digitized by Google

PSALTERIUM
CUM CANTICIS

VERSIBUS PRISCO MORE DISTINCTUM,

ARGUMENTIS ET ORATIONIBUS

V E T U S T I S

Novaque litterali explanatione breviſſima dilucidatum,

S T U D I O C U R A Q U E

VEN. JOSEPHI MARIÆ
S. R. E. PRESB. CARD. THOMASII

EX CONGREGATIONE CLERICORUM REGULARIUM.

*Accedunt nova argumenta Pſalmorum ex Pſalteriis, Syriaco, Arabico, Æthiopico, atque ex S. Hieronymo, ab eodem Cl. Auctore collecta; ſed nunc primùm cum aſteriſcis * in lucem edita, ope autographi Codicis manuſcripti Eminentiſſimorum ac Reverendiſſimorum Cardinalium Albanorum, quibus & reliqua noſtra Rerum Liturgicarum volumina, hocce Pſalterium proximè ſequutura, locupletiſſimum debent Thomaſianorum Opuſculorum auctuarium.*

Pſalmodiæ & lacrymis horas vitæ
frequentiùs impende.

S. Gregorius Papa lib. X. Regiſtri epiſt. xiv.
ad Opportunum.

Ex Epiſtola I. B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

Orabo ſpiritu; orabo & mente: pſallam ſpiritu; pſallam & mente.

Ex Epiſtola ad Ephcſios.

Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus: cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo Patri.

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia: docentes & commonentes voſmetipſos Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus; in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.

Ex Epiſtola Catholica B. Jacobi Apoſtoli.

Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt? pſallat.

PRÆFATIO.

MERITO *Pſalmus à Beato Ambroſio dicitur*, * Sermo univerſorum, vox Eccleſiæ: *quia, ùt S. Johannis Chryſoſtomus dicebat*, in Eccleſiis pernoctantibus, & primus & medius & noviſſimus eſt David. (Si) diluculò quærunțur hymnorum modulationes, & primus & mediùs & noviſſimus eſt Dsvid. Si pompa in funeralibus defunctorum, & primus & medius & noviſſimus eſt. Si tela in virginum domibus agitur, & primus & medius & noviſſimus eſt David. O rem insuditam! multi, qui litterarum experimenta minùs ſumpſere, neque ipſis edocti principiis, totum David in pectore conſervant: neque in urbibus ſolùm atque Eccleſiis (ſic per omne tempus, per omnem ætatem ſulget) ſed in foro medio, atque ipſa in ſolitudine, & inhabitabili terra certstim Deo ſacras ſtationes excitat. In Monaſteriis ſanctis choris Angelicarum acierum, & primus & medius & noviſſimus David. In cœnobiis virginum [ubi] greges Marism imitsntium, & primus & medius & noviſſimus eſt. In deſertis (ubi) viri crucifixi colloquentes Deo, & primus & medius & noviſſimus David. Et omnes quidem homines naturali noctis ſomno altè premuntur: ſoluſque David inſtat, atque ipſos Dei ſervos, in Angelicss turmas congregsns, excitat tota mente: & terram in cselum vertit, & Angelos homines ſacit. *Id quod meritiſſimo ſit. Pſalmi namque fortitudinem & majeſtatem Dei prædicant, & ejus ſemper vel beneficia vel facta mirantur: & hominum adeo demonſtrant infirmitatem, ut* * *divini adjutorii in ſingulis actibus eos indigere doceant: ſcelera noſtra redarguunt; vulnera detegunt; medicum oſtendunt; & curationis viam aperiunt, cùm humanos actus informant quemadmodum orandus ſit Deus, atque expectorandi ſint noſtri animi ſenſus in precando. Cujus utriuſque rei, nempè & Divinæ Laudis, & humanæ Orationis formulas non humano ſed divino magiſterio Pſalmi tradunt; ne in utroque humana ignorantia aberremus. Ob eam certè cauſſam antiqua eſt Patrum ſententia, ex Divinis maximè Scripturis Deum eſſe laudandum atque precandum; undè S. Auguſtinus* *: Ut laus, *inquit*, quam illi dicimus, habeat ordinem ſuum, ne fortè sliquo exceſſu, quem laudat, offendat; melius iter laudis in Scriptura Dei quærimus; ne ab ipſa vıs nec in dexteram nec in ſiniſtram digrediamur. Audeo enim dicere charitsti veſtræ: nt benè ab homine laudetur Deus, laudavit ſe ipſe Deus: & quia dignatus eſt laudare ſe, ideo invenit homo quemadmodum laudet eum..... Ut enim ſe homo laudet, arrogantia eſt: ut Deus ſe laudet, miſericordia eſt. Prodeſt amare quem laudsmus: bonum amando, nos meliores efficimur. Itaque quoniam hoc nobis prodeſſe novit ut amemus eum, laudando ſe; amabilem ſe fecit, & in eo nobis conſulit, quia ſe amabilem facit. *S. Jo: Chryſoſtomus* *, *aut alius Pater, dicit*; Quoniam fieri non poteſt, ut qui ſunt homines, non difficultates ſentiant, & atterantur afflictionibus, & in neceſſitates tam externas, quàm quæ a nobis in nos cooriuntur, incidant: utiliſsimum meditamentum agnoſcunt animæ eorum, qui ſunt cum Deo locuturi * in vanitates, promptiſsimam in Pſalmis enunciationem ipſius S. Spiritus, qui res quidem omnes humsnas præelegit; per bestiſsimum autem Prophetam David expoſuit voces mslis convenientes, per quas curari poſsint, qui in ea inciderunt. Ità ergo quæ priùs fortè canentes percurrimus, & leviter tantùm & in ſuperficie attingimus; cùm in neceſsitates & afflictiones inciderimus, tunc ſcimus & cognoſcimus, ipſa re, quæ eſt in nobis, conveniens medicamentum naturaliter sttrahente, & ipſo etiam me-

* Præfat. in Pſalm. 1. 9.

* Homilia VI. de Pœnitentia T. V. edition. Nivellianæ.

* Vide S. Hieronymum lib. 1. Dialogi contra Pelagium poſt initium.

* In Pſalm. CXLIV.

* In proemio Pſal. ex variis fortè ejuſdem Sancti dictis compoſito Tomo I. col. 611. edit. Nivellianæ.

* *for.* In veritate.

dicamento convenientem affectionem tamquam propriam ſibi aſſumente & amplectente. *Hinc & beatus Auguſtinus ita nos hortatur:* * Si orat Pſalmus, orate: & ſi gemit, gemite: & ſi gratulatur, gaudete: & ſi ſperat, ſperate: & ſi timet, timete. Omnia enim, quæ hìc conſcripta ſunt, SPECULUM noſtrum ſunt.

* In Pſalm. XXX. enarrat. 4.

Ob eas maxime cauſſas, cùm Pſalmorum liber ſit diurna nocturnaque manu verſandus, diu in optatis mihi fuit, ut aliqua Pſalmorum adornaretur editio, qua facilis via rudioribus aperiretur ad Pſalmos intelligendos brevi commentariolo: & ad eos piè ſanctèque recitandos, acceſſione veterum precum ad ſingulos Pſalmos pertinentium, nova præberentur incitamenta. Intelligebam enim, quod ad intelligentiam attinet, immò experientia ipſe mea cognoſcebam, complura contineri difficiliora in Pſalmis, quæ intelligentiam retardent, minuſque propterea voluntatem accendant, quò flagrantiùs oret. Legiſſe SS. Patrum aliorumque commentarios, haud multùm admodum juvabat: cùm præterita & penè obliterata ex mente lectio atque explicatio in mentem non veniret inter pſallendum. Accedebat, nec omnibus præſto eſſe iſtiuſmodi commentarios; nec omnes fortaſſe ſatis intelligere: cùm in illis plerumque bene multa, quæ ad pietatem, vel myſteriorum ſcientiam, & linguarum eruditionem, aliarumque rerum ab Eccleſiaſticis tractatoribus copioſiùs differantur; quæ mentem potiùs obruant legentium, quàm ex iis promptè expediant difficultatibus, quibus obvolvebantur. Itaque animum adjeci ad breviores explanatores Pſalmorum, ut qui ad inſtitutum meum aptior fuiſſet, hunc in opellam hanc integrum transferrem. Plures clari nominis iſtiuſmodi auctores expertus ſum: quorum doctrinam pietatemque, ut ſummis laudibus effero, ita minùs congruere operi noſtro animadverti; quærebam enim explanatorem, qui ſtylo ſimplici preſsè verba ipſa Pſalmorum explanaret, & verba obſcuriora clarioribus verbis, ſed pauciſſimis, exprimeret; quæ abſtruſiora eſſent, diceret quidem apertiùs; ſed tamen ampliſſimos ſinus variorum ſenſuum quoquoverſus non explicaret: expetebam, ut unicò verbo dicam, explanationem breviſſimam κατὰ πόδα, litteralem, & quodammodo grammaticalem; qua ſcilicet tropi atque figuræ tum orationis tum verborum, quæ modò communi linguarum vulgarium minùs uſitatæ minuſque intellectæ, haud exiguum negotium pſallentibus faceſſunt; itemque idiotiſmi ſive proprietates peculiares linguæ Hebraicæ vel Græcæ redderentur apertis viſitatiſque vocabulis, & locutionibus latinis: ut vis ſub ſchemate vel idiotiſmo latens, remotis involucris & integumentis, illicò conſpiceretur: tum etiam hiſtoricæ veteris Teſtamenti narrationes [ad quas ſæpe refertur quod dicitur] & ſtatus & intentio Pſalmiſtæ explanarentur apertiùs. Cùm itaquè nullus mihi occurreret, qui quaquaverſum votis meis ſatisfaceret: & è regione putarem, hanc provinciam vires meas longè ſuperare; velut in anguſtum deductus, diù hæſi, quouſque tandem tentata fuit à me mea ex aliis, nova ex veteribus, & rudis ex doctiſſimis aliorum commentariis explanatio in gratiam cùm ſimplicium fratrum Chriſtianorum, tùm minùs peritorum Clericorum, quorum commodis utilitatique inſervire geſtiebam. Hinc aliquos Pſalmos experiendi gratia primùm explicui auxiliante Deo, tum aliquos, exinde alios, & paulatim omnes: quos demum tum animadverterem non prorſus aliuſmodi eſſe, quàm inſtituta ratio mea poſtulabat, nec ab aliis improbari, in hoc opuſculo exhibendos ſtatui. Hæc de inſtituto meo cauſſiſque novæ hujus explicationis noſtræ.

Porrò ratio, quam tenui in ea elaboranda, hæc fuit. Primum omnium Græcum exemplar LXX. *Interpretum, unde eſt editio noſtra Vulgata, ob oculos propoſui; quò ſignificantiùs ex Græco Latina vocabula, locutioneſque exprimerem: qua in re quantum claritatis orationi accedat, exactior explicatio aoriſtorum temporum Græcæ grammatices vel ſola probaret: cum enim tempus aoriſtum per varia tempora, maximè præterita, ſivè imperfecta, ſivè perfecta, ſivè pluſquam ut dicunt perfecta, indefinitè vagetur: ſi Latinè reddatur propriis temporibus, quæ locus expoſcit, lucidiorem*

totius

Digitized by Google

totius narrationis ſeriem ordinemque demonſtrat. Poſt Græcum exemplar expenſum, unde noſtra (ut dicebam) Editio immediatè manavit, in aliam B. Hieronymi interpretationem ex Hebræo animum ſemper intendi, ſi quo modo novam inde lucem acciperem, quò clariùs uberiùſve LXX. Seniorum textum illuſtrarem quidem, ſed in ſenſus alios remotiores non extenderem; tum quia prolixos commentarios non ſcribimus, tum etiam quia non ignoramus, quanta ſit obſcuritas linguæ ſanctæ, arctiſſimæ, pariter ac fœcundiſſimæ, maxime ſi vocalia puncta dempſeris: tum etiam præter alias diverſæ lectionis cauſſas illud animadverteris, non habere nos vocabularia Hebraica ante adventum Chriſti conſcripta, quæ vim vocabulorum ejuſdem linguæ declarent, dicantque vocabulum unum, exempli gratia, tria tantùm ſignificare, & non adhuc aliam quartam habere ſignificantiam, quam expreſſerunt LXX. viri Hebræi doctiſſimi: in quorum interpretatione (ut nihil dicam de Hebræis Helleniſtis ſive ante ſive poſt adventum Chriſti) tota retro antiquitas Chriſtiana ab Apoſtolis uſque ſemper acquievit ubique locorum. Conſultis itaque duobus illis fontibus, alios quoque auctores adhibui, ſed in primis Cornelium Janſenium Epiſcopum Gandavenſem, & Gilbertum Genebrardum, quorum ſæpè & verba ipſa uſurpavi, dolens, tantis viris hoc in opuſculo non dari totum locum, propterea quòd ille paulò latiùs, alter verò paulò intricatiùs ob varias explicationes ſacri contextus, frequenteſque allegationes Patrum vel Rabbinorum, minùs apti eſſent ad rationem operis noſtri.

Porrò noſter hic commentariolus interpretatione continua, non ſola locorum difficilium explicatione confectus eſt, quia in Pſalmis viſum eſt id penè neceſſarium; cum enim metro ſive rythmo ſcripti fuerint, ùt in omnium linguarum poemate numeris adſtricto contingit, neceſſe eſt multa vocabula ſupprimi, maximè quæ ad cauſſales, continuativas, vel expletivas &c. particulas attinent: quæ niſi ſuppleantur in ſoluta oratione, disjunctus hianſque ſermo decurret, totaque ſeries orationis interſecabitur in animis legentium. Qui integram hanc Pſalmorum explicationem identidem legerint, hi certè utilitatem haud exiguam fortaſſis capient ex ea: qui & ut promptiùs etiam inter pſallendum poſſint ea tantùm loca inſpicere, in quibus aliquod obſcurum occurrit, quod licèt anteà intellectum, memoria tunc temporis non retinetur, tota interpretationis ſeries numeris eſt diſtincta, qui reſpondeant verſuum pſalmorum numeris: ut quotum Pſalmi verſum quæſiveris, ſub eodem numero illum explicatum reperias in expoſitione: ob hanc enim ſolam cauſſam numeri appoſiti ſunt in ſingulis verſibus Pſalmorum præter morem codicum mss. tum Græcorum tum Latinorum; quos ſanè numeros prætermiſiſſem, ſi purum Pſalmorum contextum ſine explicatione exhiberem.

Cur autem hoc imum genus litteralis ſivè hiſtorici ſenſus aggreſſus fuerim, in cauſſa fuit, quòd is ſit veluti baſis ac fundamentum, ſupra quod cæteri ſubliniores ſenſus conſurgunt; & veluti rudimenta prima diſcentium, quibus præmiſſis ad profundiora Divinæ Sapientiæ myſteria penetrans; & ſanè, ut vetuſti cujuſdam Auctoris verbis utar:*

* In Opuſculo de providentia Divina, inter opera S. Proſperi.

Promptum eſſet ventis dare libera vela ſecundis:
Sed quoniam rudibus metus eſt intrare profundum,
In tenui primùm diſcant procurrere rivo.

Sic tamen iſtiuſmodi explanationem semperaro conatus ſum, ut facili negotio poſſit aptari ad ſenſum myſticum & moralem. Quoſdam tamen Pſalmos apertè explicavi de Chriſto, quia tam evidenter apparebat in eis, ut qui Pſalmiſtæ perſonam illi opponere velit, non Pſalmum illuſtrare, ſed obſcurare magis videatur; lucernaque lucem quærere rutilante ſole meridie. Porrò ne aliqua ſaltem deeſſet vel brevis manuductio ad ſecretiora myſteria, ſenſaque Pſalmorum tum de Chriſto, & ipſius

torpore

corpore Eccleſia univerſa, & particularibus hujus corporis ſive collegii membris, id eſt fidelibus, tum etiam de cœleſti Patria: quos ſenſus rectè appellaveris Senſus Chriſtianos, *pateſactos nobis tamquam ſciſſo Templi velo morte Chriſti, qui*

* Luc. XXIV. 44. 45.

Apoſtolis aperuit ſenſum, ut intelligerent Scripturas, *&* quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi & Prophetis & PSALMIS de ipſo: *ne iſtiuſmodi, inquam, manuductio deeſſet, qua ſummatim ſaltem, etſi non particulatim, myſticè explanarentur Pſalmi, præpoſui ſingulis Pſalmis argumenta & diviſiones textus cujuſque Pſalmi, quæ venerabilis Beda ex Caſſiodoro aliiſque Auctoribus collegit; quæ & collata cum ms. codice Palatino num. 39. in Vaticana Bibliotheca, nunc emendatiora & auctiora prodeunt. Hæc certè Argumenta ad hanc rem haud parum juvabunt lectorem: maximè ſi regulas illas generales Ticonii, quas B. Auguſtinus abbreviavit in lib.* De Doctrina Chriſtiana, *ob oculos habuerit; vel ita ejuſmodi ſenſus myſticos exquirat, ut non ſcrupuloſiùs ſingula dicta Pſalmiſtæ attribuantur Chriſto, vel Eccleſiæ, ſive animæ fideli; ſed paulò generaliùs res rebus potiùs attribuantur: cum ſemper imago & ſimulachrum, ùt eſt ſenſus litteralis & hiſtoricus Pſalmorum, aliqua propria retineat, quæ minùs conveniunt perſonæ, vel rei ſignificatæ per imaginem: ſic picti colores in tela imaginem hominis figurant; qui viventi homini aliter inſunt, cujus,* cùm illa (*ut verbis utar S. Auguſtini*) eſt ſimilitudo in magna diſparilitate. *Hinc via expeditior ad intelligendos Pſalmos minus exercitatis dabitur; quemadmodum interpretes faciendum docent in explicatione Evangelicarum parabolarum: in quibus plura ad ſolum pertinent illarum ornatum, quò tenaciùs ex illis circumſtantiis memoriæ infigantur. Quare ſatis fuerit perſecutiones Pſalmiſtæ, verbi gratia, ad perſecutiones Chriſti ejuſque membrorum generatim aptare, liberationes ad liberationes, orationes ad orationes &c. ut aliqua interim propria relinquantur Pſalmiſtæ, qui imago & ſimulachrum Chriſti fuit, & Eccleſiæ.*

*Præter argumenta Bedæ, pro iis, quibus inter pſallendum ea legere fortè non vacaverit, aliæ duæ breviſſimæ appoſitæ ſunt Periochæ Euſebii Cæſarienſis ex Bibliis polyglottis, & duobus mss. codd. Vaticanis num. 341. & 342: & S. Athanaſii ex epiſtola ad Marcellinum, addita tertia epigrapha, ad quam materiam potiſſimum ſpectet Pſalmus, an ad meditandum, an ad precandum, an ad laudandum vel gratias agendas:** ut omnis, qui eum pſallit, ſciat, cui pſallit, quare pſallit,

* In expoſitione Pſalm. XC. tomo V. S. Jo. Chryſoſtomi edit. Nicelliane.

& quid pſallit. *Ut autem hæſitatio omnis in Periochis hiſce, præſertim S. Athanaſii auferatur, quidnam ſcilicet ſit diſcriminis inter ἔντευξιν* Interpellationem, δέησιν Deprecationem, & προσευχὴν Orationem: *ſciendum eſt, hæc diſtingui ſecundùm B. Paulum Apoſtolum ſcribentem ad Timotheum, ubi totum precandi officium*

I. 2.

in quatuor partes diſtinguit: Obſecro igitur, *inquit*, primùm omnium fieri δεήσεις Obſecrationes *ſive Deprecationes*, προσευχὰς Orationes, ἐντεύξεις Poſtulationes *ſive Interpellationes*, εὐχαριστίας Gratiarum actiones. *In quem Apoſtoli locum ſcribens Theodoretus Epiſcopus Cyri, hæc ita diſcriminat.* δέησις Obſecratio quidem *ſive Deprecatio* eſt ad malorum quorumpiam depulſionem oblata ſupplicatio. προσευχὴ Oratio autem eſt bonarum rerum petitio. ἔντευξις Poſtulatio autem *ſive Interpellatio*, accuſatio injuriam inſerentium. Eſt autem nobis colluctatio non adversùs carnem & ſanguinem, ſed adversùs principatus, adversùs poteſtates, adversùs principes hujus ſæculi, adversùs ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus: adversùs hos juſtum Judicem adimus interpellantes, & juſtum auxilium petimus. εὐχαριστία, Gratiarum autem actio Deo offertur pro bonis, quæ nobis jam obtigerunt.

Quod ad ſenſum moralem ſanctoſque animæ Chriſtianæ affectus attinet, præterquamquod ſæpe id illuſtretur argumentis laudatis, Orationes, quæ ſingulis Pſalmis ſubjunguntur, ad idipſum maximè conducunt: quæ quod piis affectibus accommodum

modum, per longam Pſalmi narrationem erat diffuſum, breviter contrahunt: quò ferventiùs ex intimo corde, hauſtus ex Pſalmo ſpiritus ſe effundat in preces, ut vitia exſtirpentur, inſeranturque virtutes, divina implorata manu omnipotentis Dei. Antiquiſſimi ſanè moris eſt, poſt ſingulos Pſalmos humi ſtrato corpore (exciperem dies Dominicos tempuſque Paſchale) adorare Deum, precarique breviſſimè: quo de ritu ſic legitur in tractatu de Virginitate, ſive S. Athanaſii, ſive alius cujuſpiam antiqui Patris: Tot Pſalmos dices, *Virginem alloquitur*, quot poteris: & ad quemlibet Pſalmum preces & genuum inflectio cum lacrymis addatur, pronunciando Domino peccata tua, orandoque, ut tibi remittantur: & poſt tres Pſalmos abſolutos, dices Alleluja. Quòd ſi virgines tecum fuerint, & illæ quoque pſallant; & ſingulæ ſingulas preces effundant. *Apud Caſſianum totus hic ritus, ùt apud Ægyptios Monachos ſervabatur, Angelo etiam eum morem comprobante, ſic traditur* * Cum ſedentibus cunctis (ùt eſt moris nunc uſque in Ægypti partibus) & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis, undecim Pſalmos, orationum interjectione diſtinctos, contiguis verſibus parili pronunciatione cantaſſet, duodecimum ſub Alleluja reſpoſione conſummans, ab univerſorum oculis repente ſubtractus, quæſtioni pariter & cæremoniis finem impoſuit. *Et cap.* VII. Has igitur prædictas Orationes hoc modo incipiunt atque conſummant, ut finito Pſalmo non ſtatim ad incurvationem genuum corruant, quemadmodum facimus in hac regione nonnulli, qui nedum bene finito Pſalmo in orationem procumbere feſtinamus, ad celeritatem miſſæ quantocius properantes.... Apud illos ergo non ita eſt; ſed antequam flectant genua, pauliſper orant: & ſtantes in ſupplicatione majorem temporis partem expendunt. Itaque poſt hæc puncto breviſſimo procidentes humi, veluti adorantes tantùm Divinam clementiam, ſumma velocitate conſurgunt: ac rurſus erecti expanſis manibus eodem modo, quo prius ſtantes oraverant, ſuis precibus intentiùs immorantur; humi namque diutiùs procumbentem non ſolùm cogitationibus, aiunt, verùm etiam ſomno gravius impugnari... Cum autem is, qui orationem collecturus eſt, è terra ſurrexit, omnes pariter eriguntur: itaut nullus nec antequam inclinetur ille, genuflectere; nec cum à terra ſurrexerit, remorari præſumat: ne non tam ſecutus fuiſſe illius concluſionem, qui precem colligit, quàm ſuam celebraſſe, credatur. *Hæc porrò collectio & concluſio precis à Sacerdote fiebat: unde cap.* X. Nulla, *inquit*, vox abſque Sacerdotis, precem concludentis, auditur. *Hæc paulo latiùs retulimus, ut morem noſtris temporibus obſoletum cuncti noverint explicatiùs; quique voluerint, privatim etiam imitentur. Cæterum, num iſtiuſmodi collectio ſive concluſio Sacerdotis fuerit aliqua precatio ex Pſalmo decantato excerpta, ſive ex tempore dicta, ſive ex aliquo libro recitata, aut generalis tantùm aliqua concluſio precationum, verbi gratia*, Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, *vel quid aliquid aliud ſimile: arbitror, quantum in re tam obſcura conjectare poſſum, hoc poſtremo potiùs modo voce clara Sacerdotis fuiſſe collectas atque concluſas ſecretas cunctorum adſtantium preces: cùm nuncuſque nullum veſtigium deprehenderim orationum ex Pſalmis confectarum apud Græcorum vel Orientalium rituales libros, vel tractatus Patrum. Itaque iſtiuſmodi Orationes de Pſalmis, quales ſunt quæ ad præſens edimus, primùm inſtitutæ fuere in Occidente. In Concilio Agathenſi anno* DVI. *canone* 30. *præſcribitur, ut* poſt Antiphonas, Collectiones per ordinem ab Epiſcopis vel Presbyteris dicantur. *Id quod numquam intelliges, niſi ritum pſallendi Galliarum antiquum pernoveris, quem in præſenti (aliquibus tamen immutatis) repræſentat Breviarium Mozarabum, Hiſpaniarum ſcilicet ritus antiqui, conſimilis omnino priſco illi Gallicano veteri. Eo in Breviario antiphonæ habentur cum acceſſione plurium verſuum, poſt quos repeta-*

* Lib. II. de Inſtitutis Cœnobiorum c. V.

petatur: quæ ut plurimum ex Pſalmis aut ex Prophetis ſunt deſumptæ. Hiſce Antiphonis ſingulis Orationes ſubjunguntur ex eodem ipſo Pſalmo de.erptæ, unde Antiphona proximè cantata excerpta fuerat. Has orationes, cùm animadverteremus aptiſſimas eſſe ad inſtitutum noſtrum, collegimus, ſuoque proprio Pſalmo hoc in opere attribuimus: rem gratiſſimam nos facturos pio lectori arbitrantes, ſi hiſce pulcherrimis æque atque piiſſimis precationibus ipſius excitaremus animum ad orandum Deum flagrantiùs æquè ac fructuoſiùs. Porrò quod attinet ad Auctores harum Orationum, antiqui planè ſunt: meminerunt enim non rarò Gentilium & Arrianorum tamquam ſuo adhuc tempore perdurantium, id quod vix referri poteſt ad tempora Sarracenica, quæ regnum Gothicum exceperunt. Sanctum autem Leandrum, aut Conantium, vel omnium, aut certè ex parte majore, auctores eſſe harum Orationum pro certo habeo. Leander *enim, inquit S. Iſidorus*, ex Monacho Hiſpalenſis Eccleſiæ Provinciæ Beticæ conſtitutus Epiſcopus . . . . in toto Pſalterio duplici editione Orationes conſcripſit. *Conantius autem, ut beatus ſcribit* * *Ildefonſus*, poſt, Mavulanen Eccleſiæ Polentæ in ſedem adeptus eſt, ... Orationum libellum de omnium decenter ſcripſit proprietate Pſalmorum. *Latent quoque fortaſſis aliquæ Orationes Salvi Abbatis inter haſce Mozarabicas Orationes: de quo Scriptor anonymus apud Garſiam Loayſa* * *hæc tradit*: Salvus Abba Albeidenſis Monaſterii. . . ., . cujus oratio in hymnis, Orationibus, verſibus, ac Miſſis, quas inluſtri ipſe ſermone compoſuit, plurimam cordis conpunctionem, ac magnam ſuaviloquentiam legentibus audientibuſque tribuit . . . . Obiit temporibus Garſeani Chriſtianiſſimi Regis, & Theudemiri Pont. IV. Idus Febr. æra milleſima, *hoc eſt anno 962. Quod ſi cauſſam lector inquirat, cur pluribus in Pſalmis Hiſpanicæ hæ Orationes non habentur, promptum eſt dicere; quia eæ tantùm nunc exſtant eo in Breviario Orationes ex Pſalmis, quæ Antiphonis ibidem poſitis reſpondeant: quare ubi nulla in illo occurrit Antiphona ex aliquo Pſalmo decerpta, ex eodem confecta Oratio ibi locum habere non poteſt; cùm contrà unus quandoque Pſalmus complures habeat Orationes, quia pluries in diverſis Officiis ex eo Antiphona cantatur. Has orationes Epiſcopi vel Presbyteri, ùt in laudato Concilio Agathenſi dicitur, recitabant poſt Antiphonas, reſpondente congregatione tota Fidelium bis*, Amen: *ùt videre eſt hìc in ipſis orationibus. Qua de reſponſione & illud obiter indicabo (quod minimè animadverſum eſt à ſcriptoribus ſacrorum Rituum) quòd, abſente Epiſcopo vel Presbytero, ejuſmodi Collectiones ſivè Collectæ aut omittebantur omninò, aut ſaltem non reſpondebatur ab adſtantibus*, Amen, *ne quidem Diacono ipſi oranti; cùm id verſum fuerit olim in culpam Diaconorum, quòd facerent ſibi orantibus reſponderi.* Nunc enim, *inquit vetuſtiſſimus Auctor* * *quæſtionum ex utroque Teſtamento*, videmus Diaconos temerè, quod Sacerdotum eſt, agere per convivia; & in Oratione id velle, ut reſpondeatur illis: cum iſtud ſolis liceat Sacerdotibus,

His Orationibus Mozarabum alia Oratio præmittitur ex mss. Codd. Vaticanis emendatior, aliàs edita à Georgio Caſſandro in Collectione precum Eccleſiaſticarum, & à Ludolfo de Saxonia, & in commentario S. Brunonis Epiſcopi Herbipolenſis in Pſalmos. Scribit Rainerus Monachus Leodienſis, qui vixit circa annum Domini MCXXX. *in vita S. Volbodonii Epiſcopi Leodienſis mortui anno* MXX. *hunc ſanctum Virum propria manu ſcripſiſſe librum Pſalmorum*: in quo unicuique Pſalmo compoſitam ex eodem, & à ſe dictatam ſubjecit orationem. *Sed quominus arbitrer, Orationum harum noſtrarum illum S. Antiſtitem auctorem fuiſſe, impedimento eſt Stylus Orationum, accedens quàmproximè ad antiquam illam priſcarum Orationum pulcherrimam concinnitatem, quam ſuperiori ſæculo vir litteratus, & ſtudiis linguæ latinæ*

* Lib. de viris illuſtribus.
Lib. de viris illuſtribus,

* In collectione Conciliorum Hiſpaniæ pag. 174.

* Quæſt. 101. tomo 3. S. Auguſt. ultimæ editionis.

* Acta SS. tomo II. Aprilis die 21.

latinæ deditus, ſummis laudibus extollebat: tum etiam illud, quod ex vocabulis Pſalmorum Editionis Romanæ *compoſitæ ſint; cujus profectò* Editionis *longè antè deſierat in* Gallia *atque* Germania *generalis uſus, teſte Walfrido Strabone; accedit, quamplures ex his Orationibus haberi apud Alcuinum in ſuis Officiis per Ferias: quæ ſanè omnia oſtendunt, auctorem harum precum antiquiorem fuiſſe ſæculo ſaltem* VIII. *Poſt eas Orationes ſæpè ultimo loco adjungitur alia* Oratio *vel* Benedictio, *deprompta ex Commentario in Pſalmos, qui ſi non eſt B.Hieronymi, Auctoris certè eſt, cujus ætas in Hieronymi tempora incidit: ùt eluces ex iis, quæ diverſis in locis dicuntur in eodem Commentario.*

* Lib. de rebus Eccleſiaſticis.

Reſtat, ut quid factum ſit in contextu ipſo Pſalmorum, (id quod forsè primo loco dicendum erat) hoc loco exponamus. Cùm hæc noſtra Vulgata Editio, juſſu Sixti V. & Clementis VIII. emendata, ſecundam beati Hieronymi emendationem repræſentet, viſum eſt eumdem ſequi S. Doctorem in ea, quam ipſe ad illam emendandam adhibuit, diligentia: nam præterquam quòd multa librariorum menda in Pſalmis translatis ex LXX. *Interpretibus correxit; aliqua præterea ex Theodotione addidit, quæ deerant in illorum editione; quæ ne confusè commixta manerent cum interpretatione* LXX. *Interpretum, intra aſteriſcum* & duo craſſiora puncta concluſit. Rurſus, quæ in* LXX. *Interpretibus redundabant, utposè quæ in* exemplaribus Hebraicis ſuæ ſaltem ætatis non exſtabant, ea iſtiuſmodi obelo ÷ & duobus item punctis connotavit: ùs ipſemet ſcribit ad Paulam & Euſtochium in epiſtola præfixa à ſe emendato Pſalterio, quam & infra habes ante primum Pſalmum. Unde diſcimus in exemplaribus Latinorum uſque ad Beati Hieronymi tempora, vel in tota Scriptura veteris Teſtamenti, aut ſaltem in Pſalterio perduraſſe puram editionem Latinam, factam ex* LXX. *Interpretibus, (ſi menda ſcriptorum, & variarum verſionum Latinarum exceperis); alioqui quid novi feciſſet Hieronymus, ſi quod jam in uſu erat Latinorum, additamentis ex Theodotione Pſalterium illuſtraſſet? Ejuſmodi obelos ÷ & aſteriſcos* Hieronymianos hoc in opere exhibemus: qui tamen jam editi erant in commentario B. Brunonis Epiſcopi Herbipolenſis, curante Johanne Cochlæo anno* MDXXXI. *ùt in alia quoque editione Romana Pſalterii, quam, ſub alio licèt, meo cognomine vulgavi anno* MDCLXXXII. *ubi illos ex aliquibus mss. Urbis exhibui. Ex qua edisione, ùt ex primo item tomo B. Hieronymi, impreſſo Pariſiis anno* MDCXCIII. *cura doctiſſimorum virorum, quos cum honore nomino, domnorum Johannis Martianay, & Antonii Pouget, Monachorum è Congregatione S. Mauri (quorum eruditiſſimis laboribus, in tam grandi opere impenſis, multùm adjuti ſumus) eoſdem rurſum hic repræſentamus.*

Præter eam diſtinctionem ex obelis & aſteriſcis, commodum viſum fuit & aliud diſcrimen uſurpare in forma modoque characteris; nam cùm plura eloquantur Pſalmi aliorum dicta, vel etiam propria Pſalmiſtæ, quæ ſe aſſerit dixiſſe, aut dicere; quò evidentiùs ea à pſallentibus primo ſtatim conſpectu internoſcerentur, impreſſa ſunt charactere diverſo, inclinato ſcilicet, haud rotundo. Cùm autem commutantur ex abrupto interloquutores in Pſalmo, novæ tum periochæ exordium majoribus litteris expreſſum eſt, addito in margine nomine perſonæ, quæ interloquitur, quæ majoris perſpicuitatis gratia ad commoditatem utilitatemque pſallentium ſunt adhibita.

*Ceterùm vetus diſtinctio verſuum, quam ſequuti ſumus in Pſalmis, cùm ob ſuam antiquitatem, tùm utilitatem magnam, prætermittenda non fuit. Et ſane, quod ad utilitatem attinet, ea tanta eſt, ut B. Hieronymus** quod in Demoſthene & Tullio ſolebat fieri, ut per cola ſcriberentur & commata; *ipſe* novo ſcribendi genere *faceret, ut Prophetæ quoque* verſibus deſcriberentur, providens utilitati legentium:* nam per cola ſcripti & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuunt. *Certè experientia ipſa docet, ex hujuſmodi diſtinctione quàm dilu-*

* Præfat. in Eſaiam.

* Præfat. in Ezechielem.

 cidior

cidior percurrat oratio; maximè ſi uſu priſco pronuncietur, ùt veteres Grammatici, Donatus, Sergius, Fortunatianus, Diomedes, aliique docent: nimirum ut juxta varias poſituras ſive diſtinctiones orationis, quæ inter legendum dant copiam ſpiritus reficiendi, ne continuatione deficiat, ita reſpiretur à legentibus, ut ſimul ipſa vocis ſuſpenſione in ultimis ſyllabis colorum & commatum, ſententiam ſive periodum adhuc pendere monſtretur: cujus membra, *ùt* * *ſcribit S. Auguſtinus*, ſuſpenduntur voce dicentis, donec ultimò finiatur; *nam, ùt idem docet*, ſuſpenſa pronunciatione diſtinguendum eſt. *Porrò quantum obſcuratur in Eccleſiis ſacrarum lectionum intelligentia imperitià lectorum ejuſmodi pronunciationis neglectu, tantum inluſtratur rectâ pronunciatione recitantium; qui varietate vocis, tamquam diverſis coloribus, expreſſiorem imaginem rerum, quæ dicuntur, ſub mentis oculos ponunt tam ſibi, quàm toti cœtui audientium. Ob eam cauſſam nos quoque, utilitati legentium providentes, interpretationem hanc veterem Pſalmorum veteri ſcribendi modo diſtinximus; veteri, inquam, modo, nam antiquiſſimus eſt mos ſcribendi Pſalmos per verſus tum apud Græcos tum apud Latinos. Ex ſacris Bibliis libri ſeptem, nempè Pſalterium, Proverbia, Canticum canticorum, Eccleſiaſtes, Job, Sapientia, & Eccleſiaſticus, per verſus ſcribebantur antiquitus: & nullus dubito, quin à LXX. Interpretibus ipſis juxta vetuſtiſſimos ſuos codices* * *Hebraicos id factum fuerit in quinque libris prioribus: & in duobus poſterioribus à ſuis Auctoribus; id quod propterea factum puto, quia vel metri alicujus genere, vel admodum ſententiarum brevium & apophthegmatum, ſtyloque cæſo membratim fuerint conſcripti. Ad Origenem Presbyterum certè id rei minimè referri poteſt: cum is non ſeptem modò, ſed reliquos etiam veteris Scripturæ libros non quidem in verſus, ſed in cola, hoc eſt in membra grandiuſcula diſtinxerit: qua de veteri diſtinctione verſuum, cùm pluribus egerint laudati DD. Jo: Martianay, & Ant: Pouget, (qui etiam indicant haberi in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi volumina Hebraica Job & Pſalmorum hujuſmodi antiquis verſibus brevioribus interpuncta] in præſentia contenti erimus huc tantùm afferre vetera aliqua Teſtimonia Græcorum & Latinorum de antiqua hac diſtinctione verſuum in Pſalmis: quæ maximè in cantu Reſponſorio, olim frequentiſſimo in Eccleſia, retinebatur, ùt ex S. Auguſtino mox videbimus.*

* Lib. II. de doctrina Chriſtiana cap. vii. n. 11.

* Hujus Hebraicæ diſtinctionis ſignum eſt accentus *Athnach* in toto corpore Hebraicorũ Bibliorum cum Maſoretica interpunctione.

Sanctus Gregorius Nazianzenus Carmine de Scripturæ libris. Libri verò, per verſus ſcripti, ſunt quinque: quorum quidem primus Job, deinde David, mox tres Salomonici, Eccleſiaſtes, Canticum, & Proverbia.

Sive idem, ſive S. Amphilochius Iconii Epiſc. in Carmine Jambico ad Seleucum. Tum per verſus ſcriptos libros enumerabo: coronatum certaminibus variarum afflictionum Job; librum Pſalmorum, convenientem animarum medicinam; & tres ſapientis Salomonis, Proverbia, Eccleſiaſtem, & Canticum canticorum.

S. Epiphanius libro de Ponderibus & Menſuris num. 4. Quinque per verſus ſcripti: liber Job, deinde Pſalterium, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum. *Quibus paulo poſt & alios duos libros item ſcriptos per verſus conjungit, nempe* Sapientiam Salomonis, & Sapientiam Jeſu filii Sirach.

S. Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus Catecheſi IV. Illuminatorum. (Libri) ſcripti verſibus, ſunt quinque: Job, liber Pſalmorum, Proverbia, Eccleſiaſtes, & Canticum canticorum.

S. Johannes Damaſcenus lib. IV. de Fide orthodoxa cap. 18. Tertius porrò librorum quinquernio verſibus conſtat: nempe liber Job, Pſalterium, Proverbia Salomonis, ejuſdem Eccleſiaſtes, & Cantica canticorum.

Porrò verſus, de quibus hi Patres loquuntur, non alios eſſe, quàm hoſce breviuſcu-

viuſculos, quos hoc in opere exhibemus, paraphraſis Apollinarii in Pſalmos, & codd. vetuſtiſſimi Vaticanus & Alexandrinus, conſentientibus verſionibus Syriacis & Arabicis in argumentis Pſalmorum, quæ proſtant in Bibliis polyglottis, apertiſſimè demonſtrant: & horum quoque Latinorum Patrum auctoritas comprobat.

S. Hieronymus in præfatione in Eſaiam ad Paulam & Euſtochium: Nemo, cùm Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari; & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis. *Idem in epiſtola ad Suniam & Fretelam:* Decimo ſeptimo Pſalmo, *Grando & carbones ignis:* & quæritis, cur Græci iſtum verſiculum ſecundò non habeant, interpoſitis duobus verſibus. *Unde evidenter apparet, in Latinis etiam codicibus locum hunc Pſalmi quatuor verſibus fuiſſe diſtinctum: quorum primus erat,* Grando & carbones ignis: *ſecundus,* Et intonuit de cælo Dominus: *tertius,* Et altiſſimus dedit vocem ſuam: *quartus verò iterum,* Grando & carbones ignis. *Et infra:* In eodem (Pſalmo LXVIII.) *Regna terræ cantate Deo, pſallite Domino:* & dicitis hoc in iſto verſiculo non eſſe ſcriptum, *Pſallite Domino,* quoniam ſtatim ſequitur poſt diapſalma: *Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad orientem:* cùm iſte verſiculus magis habere debeat juxta Hebraicam veritatem, *Cantate Deo, & pſallite Domino:* & illud, quod ſequitur in principio verſûs alterius, *Pſallite Deo,* non ſit in libris authenticis, ſed obelo prænotatum. *Hic duo verſus interjecto Diapſalmate numerantur, qui unum conſtituunt verſum in codicibus poſterioris ætatis. Idem in proemio libri XVI. in Eſaiam:* Mihi non parvam quæſtiunculam detuliſti, quòd ſcilicet octo verſus, qui leguntur in Eccleſiis, & in Hebraico non habentur, tertii decimi Pſalmi, Apoſtolus uſurparit ſcribens ad Romanos: *Sepulchrum patens eſt guttur eorum: Linguis ſuis doloſè agebant &c.* Nam duo primi verſus, *Sepulchrum patens eſt guttur eorum: Linguis ſuis doloſè agebant;* quinti pſalmi ſunt; Tres autem verſiculi, qui ſequuntur, *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem: Contritio & infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognoverunt,* in Eſaia Propheta reperi.... Ultimus autem verſus ideſt octavus, *Non eſt timor Dei ante oculos eorum,* in trigeſimi quinti Pſalmi principio eſt.

Idem, ſive quiſpiam alius cum eo ætate conjunctus, Auctor Commentarii in Pſalmos, quatuor verſus numerat Pſalmi CXVI. quos nos binis tantùm verſibus complectimur. Iſte Pſalmus, *inquit,* parvus habetur numero verſuum, ſed magnus eſt in ſpiritualis myſterii ſacramento. Vocem tamen Apoſtolicam tenet: qui juxta normam Euangelicam in quatuor verſuum numero continetur.

S. Auguſtinus in enarratione ſecunda in Pſalm. XXI. de Donatiſtis loquens. Putas ibi ponunt aures, quando Lector ipſorum dicit: *Commemorabuntur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ?* Eja fortè unus verſus eſt: aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit: attende quia repetit, & ſurdos pulſat: *Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ patriæ gentium.* Adhuc ſurdus eſt, non audit, pulſetur iterum: *Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.* Tres iſtos verſus tenete fratres &c. *Ex quo loco [ùt id non prætermittamus] apparet in cantu Pſalmi Reſponſorii, olim tum in Oriente tum in Occidente uſitatiore, in quo Lector præcinebat verſus, & populus eoſdem ipſos reſpondendo repetebat, uſurpatam fuiſſe antiquam illam verſuum diſtinctionem, qui breviores erant, non alteram ſequentis ævi verſuum paulò prolixiorum: quod minimè animadverteram, cùm agerem de ejuſmodi Pſalmo Reſponſorio in præfatione ad Reſponſorialia & Antiphonaria antiqua Eccleſiæ Romanæ, à me ſub alio meo cognomine, ùt in aliis quoque libris feci, edita in hac Urbe anno MDCLXXXVI. nam præterquam quod id poſtulabat ratio ejuſmodi inſtitutionis, nempe ut rudis populus Pſalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoriâ teneret; unde & neceſſe erat, verba ei pauca præberi repe-*

tenda, ut membratim cæſimque totum Pſalmum percurreret: locus iſte laudatus S. Auguſtini id ſatis indicat: Ex quo S. Doctore tractat. XXII. num. 5. in Johannem item diſcimus, unum eumdemque verſum, brevem licèt, fuiſſe aliquando membratim diviſum ad populi faciliorem reſponſionem, poſito verſu (ut ipſe loquitur) in Diapſalmate: ejus hæc ſunt verba. Audit fortè aliquis dicentem, *Judica me Deus*, & miratur: ſolet enim homo dicere, Ignoſcat mihi Deus; Parce mihi Deus: quis eſt qui dicat, *Judica me Deus*? & aliquando in Pſalmo verſus ipſe in Diapſalmate ponitur, qui præbeatur à Lectore, & reſpondeatur à populo: non fortè alicui cor percutitur, & timet cantare Deo, & dicere, *Judica me Deus*? & tamen cantat populus credens; nec putat ſe malè optare, quod didicit à Divina lectione: etſi parum intelligit, credit aliquid boni eſſe quod cantat; & tamen & ipſe Pſalmus non dimiſit hominem ſine intellectu: ſequutus enim verbis poſterioribus oſtendit, quale judicium diceret, quia non eſt damnationis, ſed diſcretionis. Ait enim, *Judica me Deus*. Quid eſt, *Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam à gente non ſancta? Hæc ille. Ceterùm quando cœptum fuerit, plures iſtiuſmodi conciſè diſtinctos verſus conglutinari, puto hoc per id temporis factum, quod interceſſit ab ætate S. Auguſtini ad Caſſiodorum: cùm hic in ſuo in Pſalmos commentario longiuſculos verſus ex duobus vel pluribus anguſtis illis priſcis verſibus coactos enumeret; ùt præſertim videri poteſt in proœmio Pſalmi XIV. & Pſalmi CXVI. & CXVII. Invaluerat ſcilicet per ea interſtitia temporis mos cantandi Pſalmos antiphonatim, hoc eſt, alternis choris Clericorum vel Monachorum; ad quod inſtitutum aptiores ſunt verſus minus anguſti: cum jam deſueſceret paulatim cantus reſponſorius Pſalmi; quem præcinente uno Lectore populus totus in Eccleſia reſpondebat. Itaque, cùm eam authentica ſit ejuſmodi diſtinctio verſuum in Pſalmis ab antiquiſſimis uſque temporibus, tamque utilis ad intelligentiam quoquo tempore, meritò eam & nos ſequuti ſumus in hoc opere juxta antiquiſſimum cod. Græcum* Vaticanum, cùm jam ex cod. Alexandrino conſimilis diſtinctio prodierit, ut collata utriuſque cod. diſtinctione, ex utroque poſſit agnoſci priſca diſtinctio, & horum uterque alterum emendare. Haud tamen ignoramus, Latinè per verſus editos jam Pſalmos à Jacobo Fabro Stabulenſi: ſed cùm in ſua præfatione apertè non dicat ex fide mss. codd. diſtinxiſſe verſus: immò potiùs, prout diſtinctio requirebat, & ùt majores noſtri facere conſuevere; longè melius arbitrati ſumus vetuſtiſſimum codicem Græcum, cujus diſtinctio nondum lucem aſpexit, quàm excuſum ſequi Fabri Pſalterium.*

* Continet hic cod. Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſtem, Canticum, Job, Sapientiam Salomonis, & Sapientiam Sirach, deſcripta per verſus.

Et hæc quidem ſatis de cauſſis rationibuſque Editionis hujus Pſalmorum: quorum inſtar & Cantica, aliaque, ſunt hìc item excuſa: in quibus quidquid notandum occurrit, ſuis id locis factum eſt. Porrò explicationes Canticorum, cùm mihi non vacaret, conſimiles explanationibus Pſalmorum facere nequivi: ſed ne ſine ulla prorsùs interpretatione prodirent, ſcholia illis ſubjunxi breviſſima Emanuelis Sà Societatis Jeſu.

Reſtat, ut mihi Lector ignoſcat in erratis meis, ſi in hac opella nec mihi planè placeo: quid mirum ſi aliis doctis eruditiſque viris id multo magis futurum exiſtimem? Dedi ex tenuitate mea, quantum mihi Dominus ſua ſibi placita menſura contulit: ſi ex meo labore alii, vel pauci rudiores ad intelligentiam, vel ſpiritu ferventiores ad pietatem profecerint, id mihi fuerit ſatis. Hi, ſi cùm hoc opus viderint, glorificaverint Patrem noſtrum, qui in cælis eſt, ego ſatis contentus ero.

Diſtri-

Diſtributio Pſalmorum & Canticorum in Officia nocturna, atque diurna, juxta antiquum pſallendi morem Eccleſiæ Romanæ.

Dominica.

AD VIGILIAS. Pſalmus Invitatorius 94. qui quotidie præmittitur ad Vigilias; niſi aliter propriis locis adnotetur. In Primo nocturno Pſalmi duodecim 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. In ſecundo Nocturno Pſalmi tres. 15. 16. 17. In tertio Nocturno Pſalmi tres. 18. 19. 20. AD MATUTINUM Pſal. 92. 99. 62. cum Pſalmo 66. conjunctim. Benedictiones trium puerorum. Laudes, ideſt Pſalmi tres. 148. 149. & 150. conjunctim. Canticum Evangelicum Zachariæ. AD HORAM DIEI PRIMAM Pſ. 21. 22. 23. 24. 25. 53. 117. Ex Pſalmo 118. capitula 1. & 2. item 3. & 4. Fides Catholica S. Athanaſii. AD HORAM DIEI TERTIAM Ex Pſalmo 118. capitula 5. & 6. item 7. & 8. item 9. & 10. AD HORAM DIEI SEXTAM Ex Pſalmo 118. capitula 11. & 12. item 13. & 14. item 15. & 16. AD HORAM DIEI NONAM Ex Pſalmo 118. capitula 17. & 18. item 19. & 20. item 21. & 22. Ad Tertiam, Sextam, & Nonam horam ſive feſtis ſive quotidianis diebus, ita ſemper pſallitur, ùt in die Dominico. AD VESPERUM Pſalmi 109. 110. 111. 112. 113. Canticum Evangelicum S. Mariæ. AD COMPLETORIUM Pſ. 4. 30. uſque *Redemiſti me Domine Deus veritatis* incluſivè, 90. 133. Canticum Evangelicum Simeonis. Ita ſemper pſallitur ad Completorium, ſive feſtis, ſive quotidianis diebus.

Feria ſecunda.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. AD MATUTINUM Pſ. 50. 5. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Eſaiæ *Confitebor tibi.* Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Canticum Evangelicum Zachariæ. AD HORAM DIEI PRIMAM Pſ. 52. Ex Pſ. 118. capitula 1. & 2. item 3. & 4. Ita ſemper pſallitur ad horam Primam quotidianis, feſtiſque diebus per hebdomadam; niſi aliter ſuis locis adnotetur. AD VESPERUM Pſal. 114. 115. 116. 119. 120. Cant. Evangel. S. Mariæ.

Feria tertia.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 38. 39. 40. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 52. AD MATUTINUM Pſ. 50. 42. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Ezechiæ Regis Judæ. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Canticum Evang. Zachariæ. AD VESPERUM Pſ. 121. 122. 123. 124. 125. Cant. Evang. S. Mariæ.

Feria quarta.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 63. 65. 67. AD MATUTINUM Pſ. 50. 64. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Annæ. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Canticum Evang. Zachariæ. AD VESPERUM Pſ. 126. 127. 128. 129. 130. Canticum Evang. S. Mariæ.

Feria quinta.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. AD MATUTINUM Pſ. 50. 89. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Exodi. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Cant. Evang. Zachariæ. AD VESPERUM Pſal. 131. 132. 134. 135. 136. Cantic. Evang. S. Mariæ.

Feria ſexta.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 93. 95. 96. AD MATUTINUM Pſ. 50. 142. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Habacuc. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Cantic. Evang. Zachariæ. AD VESPERUM Pſ. 137. 138. 139. 140. 141. Cantic. Evang. S. Mariæ.

Sabbato.

AD VIGILIAS. In Nocturno Pſalmi duodecim 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. AD MATUTINUM Pſ. 50. 91. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Deuteronomii. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Cant. Zachariæ. AD VESPERUM Pſ. 143. 144. 145. 146. 147. Cant. S. Mariæ.

In Natali Domini.

Ad Vigiliam in initio, ſive crepuſculo noctis non dicitur Pſalmus invitatorius. In primo Nocturno Pſalmi 2. 18. 23. In ſecundo Nocturno 44. 86. 95. In tertio Nocturno 96. 97. 98. *Eadem nocte ſancta.* Ad Vigilias in primo galli cantu. Pſalmus invitatorius 94. In primo Nocturno Pſ. 2. 28. 44. In ſecundo Nocturno 47. 71. 84. In tertio Nocturno 88. 95. 97. Ad Veſperum in die ſancto. Pſal. 109. 110. 111. 129. 131. Canticum Evang. S. Mariæ.

In Epiphania Domini.

Ad Vigilias. Non dicitur Pſalmus Invitatorius. In primo Nocturno Pſal. 28. 46. 65. In ſecundo Nocturno 71. 85. 94. In tertio Nocturno 45. 95. 99.

Diebus Dominicis à Septuageſima ad Sanctum Paſcha.

Ad Matutinum Pſal. 50. 117. 62. cum 66. conjunctim. Benedictiones trium Puerorum. Laudes, ideſt Pſalmi 148. 149. & 150. conjunctim. Cant. Evangelicum Zachariæ.

Feria quinta in Cœna Domini.

Ad Vigilias. Non dicitur Pſalmus invitatorius. In primo Nocturno Pſ. 68. 69. 70. In ſecundo Nocturno 71. 72. 73. In tertio Nocturno 74. 75. 76. Ad Matutinum ùt in Feria V. quotidianis diebus. Ad Veſperum Pſ. 115. 119. 139. 141. 143. Cant. Evang. S. Mariæ.

Feria ſexta Paraſceve in Paſſione Domini.

Ad Vigilias. Non dicitur Pſalmus Invitatorius. In primo Nocturno Pſ. 2. 21. 26. In ſecundo Nocturno 37. 39. 52. In tertio Nocturno 58. 87. 93. Ad Matutinum ùt in Feria VI. quotidianis diebus. Ad Veſperum ùt in Cœna Domini.

Sabbato Sancto.

Ad Vigilias. Non dicitur Pſalmus invitatorius. In primo Nocturno Pſ. 4. 14. 15. In ſecundo Nocturno 23. 26. 29. In tertio Nocturno 53. 75. 87. Ad Matutinum ùt in Feria III. quotidianis diebus.

Dominica Paſchæ.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 1. 2. 3. Ad Matutinum, ùt in diebus Dominicis. Ad Horam diei Primam Pſalmi 53. 117. & ex Pſ. 118. capitula 1. & 2. 3. & 4. de more. Ad Veſperum in die ſancto Pſalmi 109. 110. & 111. Canticum Evang. S. Mariæ. *Ad Fontes* Pſ. 112. Laudate Pueri. Cant. Evang. S. Mariæ. *Ad S. Andream* (alias *ad Crucem.*) Pſal. 113. In exitu Iſrael. Cant. Evang. S. Mariæ. In albis Paſchalibus ad Matutinum, horam primam, & Veſperum, ut in die ſancto Paſchæ.

Feria ſecunda in Albis.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 4. 5. 6.

Feria tertia in Albis.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 7. 8. 9.

Feria quarta in Albis.

Ad Vigiliam. In nocturno Pſalmi tres 12. 22. 23.

Feria quinta in Albis.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 24. 15. 16.

Feria ſexta in Albis.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 18. 19. 20.

Sabbato in Albis.

Ad Vigiliam. In Nocturno Pſalmi tres 22. 23. 25. *Aliter* 23. 24. 25.

In Aſcenſione Domini.

Ad Vigilias. In primo Nocturno Pſalmi 8. 20. 18. In ſecundo Nocturno 20. 29. 46. In tertio Nocturno 96. 98. 103. Ad Matutinum & Veſperum ùt in diebus Dominicis.

In Vigiliis Pentecoſtes.

Ad Vigiliam priorem. Omiſſo Pſalmo invitatorio, in Nocturno Pſalmi tres 47. 67. 101. *Eadem nocte.* Ad Vigiliam poſt galli cantum. Pſalmus invitatorius 94. In tribus Nocturnis & ad Matutinum & Veſperum, ùt in cæteris diebus Dominicis.

In Natali SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Ad Vigiliam in initio ſive crepuſculo noctis. Non dicitur Pſalmus invitatorius. In primo Nocturno Pſ. 18. 33. 44. In ſecundo Nocturno 46. 60. 63. In tertio Nocturno 74. 96. 98. *Eadem nocte.* Ad Vigilias poſt galli cantum. Pſalmus invitatorius 94. In primo Nocturno Pſ. 1. 2. 3. In ſecundo Nocturno 4. 8. 10. In tertio Nocturno 14. 15. 19. Ad Veſperum Pſal. 109. 112. 115. 125. 138. Canticum Evangel. S. Mariæ.

In Vigiliis Defunctorum.

In primo Nocturno. Omiſſo Pſalmo invitatorio, Pſalmi 5. 4. 6. In ſecundo Nocturno 22. 24. 26. In tertio Nocturno 39. 40. 41. *aliter* 34. 39. 41. Ad Matutinum Pſ. 50. 64. 62. cum 66. conjunctim. Canticum Ezechiæ. Laudes, ideſt Pſalmi tres 148. 149. & 150. Cant. Evang. Zachariæ. Ad Veſperum Pſ. 114. 119. 120. 129. 137. Cant. Evang. S. Mariæ.

Hypo-

Digitized by Google

Ex cod. Alexandrino in Bibliis polyglottis tomo 6. p. 137. & cod. Græco Vaticano 342.

LIbri Pſalmorum hæc quidem ſit diviſio; ſicut accurata continent exemplaria; ipſumque Hebraicum.
Non omnes Pſalmi, ut quis fortè ſuſpicari poſſet, ſunt Davidis.
Verùm & aliorum quoque prophetarum in pſallendo (*al.* in pſalmis) prophetantium:
Quapropter tota hæc ſcriptura apud Hebræos nequaquam inſcribitur nomine Davidis:
ſed indefinitè appellatur, Liber Pſalmorum.
In partes quinque totum hunc Pſalmorum librum dividunt Hebræi:
primam; in eos, qui ſunt à primo uſque ad quadrageſimum.
ſecundam; in eos, qui ſunt à quadrageſimo primo uſque ad ſeptuageſimum primum.
tertiam; in eos, qui ſunt à ſeptuageſimo ſecundo uſque ad octuageſimum octavum.
quartam; in eos, qui ſunt ab octuageſimo nono uſque ad centeſimum quintum.
quintam; in eos, qui ſunt à centeſimo ſexto uſque ad finem libri.
Pſalmi ſine inſcriptione, XIX.
Pſalmi cum inſcriptione, CXXXI.

Eorum, qui inſcriptionem habent, diviſio.

Ipſius quidem David LXXII.
Filiorum verò Core XI.
Ipſius Aſaph XII.
Aetam Iſraelitæ I.
Salomonis II.
Moyſis I.
Sine nomine XVII. (*Vat.* XV.)
(*Vatic. addit*: Cum inſcriptione XXXVII. *ſtatimque ponit Periochas Pſalmorum, omiſſis quæ hic deinceps habentur.*)
In Alleluja XV.
Sine Inſcriptione XIX.
Sunt autem ſine nomine, quotquot inſcriptionem quidem habent; ſed cujus ſint, non indicant.
Pſalmi ſine inſcriptione XIX.
Omnes ſimul CL.
LVIII. Quando miſit Saul, ut interficeret eum.
XXXIII. Quando David venit in Nomba ad Abimelec.
LVII. In ſpeluncam Odollam.
LI. Doëc prodit Davidem.
LXII. David fugit in eremum Judææ.
LIII. Ziphæi produnt Davidem in ſpelunca.
LV. Allophyli in Geth.
LIX. Poſt mortem Saulis.
L. Quando venit ad eum Nathan Propheta.
III. Quando fugiebat à facie Abeſſalon filii ſui.
VII. Super Verba Chuſi filii Jemini.
Pſalmorum hiſtoria hanc habet ſeriem; immutata verò fuit inventionis tempore.

* *Periochæ Pſalmorum.*

*In cod. Græco Vat. 342. hu ſola Periochæ habentur cum hoc titulo: Hypotheſes Euſebii Cæſar. . . . Anacephalæoſis Pſalmorum.

I. Exhortatio ad pietatem in Deum, & dehortatio à contrario.
(*Aliæ ſubſequentes Periochæ ſuis Pſalmis ſunt præpoſitæ.*)

* *Canones Diurni Pſalmorum.*

* Hi Canones diurni & nocturni non extant in codd. Vaticanis.

[Pſalmi] Matutini. III. LXII. CXL. CXLI.
[Horæ diei.]
I. Pſalmus....
II. Pſalmus XXIX.
III. Pſalmus....
IV. Pſalmus XLI. (*aut* XLIV.)
V. Pſalmus L.
VI. Pſalmus....
VII. Pſalmus LXIX.
VIII. Pſalmus LXXXIV.
IX. Pſalmus CXI.
X. Pſalmus CXL.
XI. Pſalmus C..
XII. Pſalmus C..

Canones Nocturni Pſalmorum.

(Pſalmi) Lucernales. III. CXXIX. CXL. XII.
(Horæ noctis.)
I. Pſalmus LXXIV.
II. Pſalmus XXIX.
III. Pſalmus LIV.
IV. Pſalmus....
V. Pſalmus....
VI. Pſalmus XL.
VII. Pſalmus....
VIII. Pſalmus....
IX. Pſalmus LXXXVII.
X. Pſalmus XCV.
XI. Pſalmus....
XII. Pſalmus LVI.

*Codd. Vatic. 82. & 84.

* *Conſideratio Pſalmorum in cauſſis diverſis: ita convenienter aptantur.*

Hi loci communes Pſalmorum fere omnes deſumpti ex epiſtola S. Athanaſii ad Marcellinum.

In orationem ſunt hi ſubſequenter notati.

XVI. Exaudi Domine juſtitiam meam. LXVII. Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt. LXXXIX. Domine refugium factus es. CI. Domine exaudi orationem. CXXXI. Memento Domine David & omnis manſuetudinis ejus. CXXI. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi.

In *oratione prece & interpellatione.*

V. Verba mea auribus percipe Domine. VI. Domine ne in ira tua arguas me. VII. Domine Deus meus in te ſperavi. XI. Salva me Domine, quoniam defecit. XII. Uſquequò Domine obliviſceris. XV. Conſerva me Domine, quoniam ſperavi. XXIV. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus. XXVI. Dominus illuminatio mea & ſalus mea. XXX. In te Domine ſperavi non confundar. XXXIV. Judica Domine nocentes me. XXXVII. Domine ne in ira tua. XLII. Judica me Deus, & diſcerne. LIII. Deus in nomine tuo ſalvum me fac. LIV. Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris. LV. Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit, (LVI.) Miſerere mei Deus, miſerere mei. LVIII. Eripe me Domine de inimicis meis. LX. Exaudi Deus deprecationem meam. LXIII. Exaudi Deus vocem meam cùm. LXXXII. Deus, quis ſimilis erit tibi? LXXXV. Inclina Domine aurem tuam. LXXXVII. Domine Deus ſalutis. CXXXIX. Eripe (me Domine ab homine malo.) CXL. Domine clamavi ad te, exaudi me. CXLII. Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam.

In interpellatione, & gratiarum actione.

Simul omnes XXV. ſupra, & CXXXVIII. Domine probaſti me, & cognovisti *&c.*

(In) Interpellatione ſola.

III. Domine quid multiplicati ſunt *&c.* XXV. Judica me Domine, quoniam ego. LXVIII. Salva me Deus, quoniam. LXIX. Deus in adjutorium meum intende. LXX. Deus in te ſperavi, non confundar. LXXIII. Ut quid Deus repuliſti in finem? LXXVIII. Deus venerunt gentes in hæreditatem. LXXIX. Qui regis Iſrael, intende. CXXII. Ad te levavi oculos meos, qui habitas. CXXIX. De profundis clamavi. CXXX. Domine non eſt exaltatum cor meum.

In confeſſione peccatorum.

L. Miſerere mei Deus ſecundùm (magnam) miſericordiam.

In confeſſione narratio & laudatio.

CX. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio.

In relatione.

XVII. Cæli enarrant gloriam Dei. XLIII. Deus auribus noſtris audivimus. XLVIII. Audite hæc omnes gentes. XLIX. Deus deorum Dominus locutus eſt. LXXII. Quam bonus Deus Iſrael his. LXXVII. Attendite popule meus legem meam. LXXXVI. Fundamenta ejus in montibus ſanctis. LXXXVIII. Miſericordias tuas Domine. CXIII. In exitu Iſrael de Aegypto. CXXVI. Niſi Dominus ædificaverit domum. CXXXVI. Super flumina Babylonis.

In admonitione.

Simul XI. *&* XXXVI. Noli æmulari malignantibus.

In prophetia.

XX. Domine in virtute tua lætabitur rex. XXI. Deus, Deus meus, reſpice in me. XLIV. Eructavit cor meum verbum. XLVI. Omnes gentes plaudite manibus. LXXI. Deus judicium tuum.

In pro-

In prophetia & religione.

CVIII. Deus laudem meam ne tacueris. CIX. Dixit Dominus Domino meo, Sede.

In exhortatione, & præceptis.

XXVII. Afferte Domino filii Dei. XXXII. Gaudete juſti in Domino. LXXX. Exſultate Deo adjutori noſtro: jubilate. XCIV. Venite exſultemus Domino. XCV. Cantate Domino canticum novum; cantate Domino omnis terra. XCVI. Dominus regnavit, exſultet terra. CII. Benedic anima mea Domino. CIII. Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus.

In exhortatione cum cantico.

XCVII. Cantate Domino canticum novum; quia mirabilia fecit.

In demonſtratione vitæ perfectæ.

CIV. Confitemini Domino, & invocate. CXI. Beatus vir qui timet Dominum. CXVIII. Beati immaculati in via. CXXIV. Qui confidunt in Domino, ſicut mons. CXXXII. Ecce quàm bonum & quàm jucundum, habitare fratres in unum.

In declaranda beatitudine.

I. Beatus vir qui non abiit in conſilio. XXXI. Beati quorum remiſſæ ſunt. XL. Beatus qui intelligit ſuper egenum. CXXVII. Beati omnes qui timent Dominum.

In referenda laude.

XC. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi. CXII. Laudate pueri Dominum. CXVI. Laudate Dominum omnes gentes. CXXXIV. Laudate nomen Domini, laudate ſervi Dominum. CXLIV. Exaltabo te Deus meus Rex. CXLV. Lauda anima mea Dominum. CXLVI. Laudate Dominum, quoniam bonus eſt. CXLVII. Lauda Jeruſalem Dominum. CXLVIII. Laudate Dominum de cælis. CL. Laudate Dominum in ſanctis ejus.

In agendo gratias Deo.

VIII. Domine Dominus noſter. XVII. Diligam te Domine. XXVIII. Afferte Domino. XXXIII. Benedicam Dominum. XLV. Deus noſter refugium. LXII. Deus Deus meus ad te de luce. LXXVI. Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Deum. LXXXIV. Benedixiſti Domine terram tuam. CXIV. Dilexi quia exaudiet Dominus. CXV. Credidi propter quod locutus ſum. CXX. Levavi oculos meos in montes. CXXI. Lætatus ſum in his quæ dicta. CXXIII. Niſi (quod) Dominus erat in nobis. CXXV. In convertendo (Dominus) captivitatem Sion. CXXVIII. Sæpe expugnaverunt. CXLIII. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas.

In demonſtratione cum cantico.

CVII. Paratum cor meum Deus.

In exhortatione fortitudinis.

X. In Domino confido, quomodo dicitis.

In accuſatione impiorum & iniquorum.

II. Quare fremuerunt gentes? XIII. Dixit inſipiens. XXXV. Dixit injuſtus ut delinquat. LI. Quid gloriaris in malitia? LII. Dixit inſipiens in corde ſuo.

(In) invocatione.

IV. Cùm invocarem, & exaudivit.

In reverentia.

LVI. Miſerere mei Deus, miſerere mei. LXXXI. Deus ſtetit in ſynagoga.

In hymnis, & in Dedicatione Eccleſiæ.

XLVII. Magnus Dominus, & laudabilis nimis. LXIV. Te decet hymnus Deus in Sion.

In exſultatione.

XXII. Dominus regit me. XXVI. Dominus illuminatio mea. XXVIII. Dixi, Cuſtodiam vias meas: XXIX. Exſpectans exſpectavi Dominum, & intendit. XLI. Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum. LXI. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea. LXXXIII. Quàm amabilia tabernacula. XCVI. Dominus regnavit, exſultet terra. XCVIII. Dominus regnavit, iraſcantur.

In jubilatione lætitiæ.

LXV. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum. XCIX. Jubilate Deo omnis terra, ſervite.

Singulis autem affectibus animæ ita conſonant Pſalmi.

Si à propriis perſecutionem pateris.

III. Domine quid multiplicati ſunt qui.

Si ab inimicis & notis odium & perſecutionem pateris.

XXX. In te Domine ſperavi.

*Si quos credebas * amicos, tribulant & improperant.*

* Cod. 84. inimicos.

LIV. Exaudi (Deus) orationem meam, & ne. (XXIV.) Ad te Domine levavi animam meam Deus meus.

Si inſidias pateris ab inimicis.

V. Verba mea auribus percipe.

Si aliquis cogitat (al. concitat) contra te malum.

VII. Domine Deus meus in te ſperavi; ſalvum me fac.

Si aliquis conturbare te vult.

X. In Domino confido, quomodo.

Si inimicorum (al. iniquorum) controverſia permanet.

XII. Uſquequò Domine oblviſceris me?

Si contra reſiſtentes inimicos oraveris.

XVI. Exaudi Domine juſtitiam. LXXXV. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me. LXXXVII. Domine Deus ſalutis meæ in die. CXL. Domine clamavi ad te, exaudi me.

Si ab inimicis ſolvatus es.

XVII. Diligam te Domine.

Si inimici contra te ſunt.

XXIV. Ad te Domine levavi animam meam; Deus meus in te.

Si contra inimicos Dei judicium imploras.

XXV. Judica me Domine quoniam ego. XXXIV. Judica Domine nocentes me. XLI. Judica me Deus, & diſcerne.

Si necdum victo tibi aſperius inimici incumbunt.

XXVI. Dominus illuminatio mea.

Si in his tribulationibus futuram beatitudinem deſideras.

XLI. Sicut cervus deſiderat.

*Si futuram requiem * deſideras, de ſocietate malorum vis eripi.*

* for. deſideratis.

LXXXVII. Quam amabilia tabernacula.

Si infirmitatem tuam vis adjuvari, ut non commiſcearis malis.

XXVII. Ad te Domine clamabo.

*Si nihil * religioſum inter homines fieri videris.*

* C. 84. irreligioſum.

XI. Salva me Domine quoniam.

Si blaſphemat quiſpiam providentiam Dei.

II. Quare fremuerunt gentes? XIII. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. (LII.) Dixit inſipiens in corde ſuo.

Si pertinaciam iniquorum in malo videris.

XXXVI. Noli æmulari in malignantibus. LXXVII. Quam bonus Iſrael Deus his qui.

Si fingit aliquis, & in perſona gloriatur.

LVII. Si verè utique juſtitiam loquimini.

** Si converſatione humana fugeris in ſolitudinem.*

* C. 84. Si converſationem humanam fugere in ſolitudinem vis.

LXIII. Exaudi Deus deprecationem meam. LXII. Deus Deus meus ad te.

Si poſt tentationem probatus gratias vis agere Deo.

CXXXVIII. Domine probaſti me.

Si de ſuperato diabolo exſultas in Deo.

IX. Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

Si te per ſingulos alius proficere videris.

XV. Graduum Pſalmi.

Si te à Domino regi gaudes.

XXII. Dominus regit me, & nihil.

Si cum juſtis gaudere deſideras.

XXXII. Gaudete juſti in Domino.

Si comminatione Domini fueris conturbatus.

VI. Domine ne in ira tua arguas me. XXXVII. Domine, ne in ira tua arguas me.

Si captivitate peccati deſtructa eſt domus animæ;
& iterum reædificata.

(XCV.) Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra.

Si ceſſante captivitatis ira, gratias vis agere Deo.

LXXXIV. Benedixiſti Domine terram tuam. CXXV. In convertendo Dominus captivitatem.

Si pacificata fuerit terra, & Dominus regnat in ea.

XCVI. Dominus regnavit, exultet terra.

Si captivatus cogitationibus pœnitere (vis) volens
de reliquo rectè vivere.

CXXXVI. Super flumina Babylonis.

Si miſerationes expectas à Deo.

LXVI. Deus miſereatur nobis.

Si pœnitere vis pro peccatis.

L. Miſerere mei Deus ſecundum [magnam.]

Si innovata fuerit anima tua.

XXIX. Exaltabo te Domine, quoniam. CXXV. In convertendo Dominus captivitatem.

Si à peccatis aliquem videris reſurrexiſſe.

XXXI. Beati quorum remiſſæ ſunt.

Si beneficia Dei vis in patribus recordari.

XLIII. Deus auribus noſtris audivimus. LXXXVIII. Miſericordias tuas Domine in æternum. LXXXIX. Domine refugium factus. CVII. Confitemini Domino, & invocate. CV. Confitemini Domino quoniam bonus. CVI. Confitemini Domino quoniam bonus. CXIII. In exitu Iſrael de Aegypto.

Si in

Digitized by Google

Si in multis mirabilibus, vel perfecto opere benè gratias vis agere Deo.

VIII. Domine Dominus noſter quàm admirabile eſt. LXXX. Exſultate Deo adjutori noſtro.

Si laudem Deo offerre vis.

XXVIII. Afferte Domino filii Dei.

Si in hymno vis Domino canere.

LXIV. Te decet hymnus, Deus.

Si ſcire vis, quomodo in quibus rebus Deum laudant.

CXII. Laudate pueri Dominum. CXVI. Laudate Dominum omnes gentes. CXXIV. Laudate nomen Domini, laudate. CXLV. Lauda anima mea Dominum. CXLVI. Laudate Dominum quoniam bonus eſt. CXLVII. Lauda Jeruſalem Dominum. CXLVIII. Laudate Dominum de cælis. CL. Laudate Dominum in ſanctis ejus.

Si ad benedicendum Deum vis animam exhortari.

CII. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt. CIII. Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es.

Si confiteri vis Deo.

XCI. Bonum eſt confiteri Domino. CIV. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus. CVI. Confitemini Domino quoniam bonus. (CV.) Confitemini Domino &c. quis loquetur? CVI. Paratum cor meum Deus. CX. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio &c. CXXXV. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia ejus. CXXXVII. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audiſti.

Si cantare vis Deo.

XCII. Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt &c. XCVII. Cantate Domino canticum novum quia mirabilia fecit.

Si orare vis & rogare Deum.

* C. 84. Domine exaudi orationem, auribus. CXVIII. Beati immaculati in via. * CI. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus.

Si miſericordiam & juſtitiam Dei vis reminiſci.

C. Miſericordiam & judicium cantabo.

Si aliquos ad fidem & obedientiam vis adhortari.

XL. Beatus qui intelligit ſuper egenum.

Si vis oſtendere aliis qualis ſit civis Regni cælorum.

XIV. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? XXIII. Domini eſt terra.

Si hæreticos aut gentiles irrides.

LXXV. Notus in Judæa Deus.

Si hæreticos adversùs domum Dei videris communicantes.

LXXXII. Deus, quis ſimilis erit tibi?

Si hæreticos vis arguere.

LXXXVI. Fundamenta ejus in montibus.

Si recordari vis beneficia in redemptione hominis.

VIII. Domine Dominus noſter. LXXXVI. Fundamenta ejus in montibus. CXV. Credidi propter quod locutus ſum.

Si admirari vis prædicationes, gratiam prædicationis, & ſacra præcepta.

XVIII. Cæli enarrant.

Si de Incarnatione Domini recordari vis.

XLIV. Eructavit cor meum. CIX. Dixit Dominus Domino.

Si de Cruce Domini vis reminiſci.

XXI. Deus Deus meus reſpice in me. LXVIII. Salva me Deus &c.

Si de Reſurrectione Deo pſallere vis.

XV. Conſerva me Domine. LXV. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite.

Si de Aſcenſione Domini reminiſci vis.

XXIII. Domini eſt terra. XLVI. Omnes gentes plaudite manibus.

Si judicium futurum memorari vis.

XLIX. Deus deorum Dominus locutus eſt. LXXI. Deus judicium tuum Regi da.

Si de Martyribus enquirere vis.

LXXVIII. Deus venerunt gentes in hæreditatem.

*Si in feſtivitatibus * Deum laudare vis.*

LXXX. Exſultate Deo adjutori noſtro. XCIV. Venite exſultemus Domino. * C. 84. feſtivitate.

Si in Paraſceve vis cantare.

XCII. Dominus regnavit decorem indutus eſt.

Si Sabbato vis pſallere.

XCI. Bonum eſt confiteri Domino.

Si die Dominico vis gratias agere.

XXXIII. Benedicam Dominum in omni tempore. CXVII. Confitemini Domino quoniam bonus, dicat nunc Iſrael quoniam bonus.

S. BA.

S. BASILII
EPISCOPI CÆSARIENSIS
IN PSALTERIUM
PROLOGUS.

Ex interpretatione Rufini.

OMnis *Scriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum*. Hac ipſa de cauſa à Spiritu Sancto conſcripta eſt, ideſt, ut veluti ex communi quodam ſanitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia propriis paſſionibus aſſumamus; * *Sanitas* enim, inquit, *compeſcit peccata magna*. Alia namque ſunt, quæ Prophetæ tradunt; alia, quæ Hiſtorici; Lex quoque, alia; Proverbiorum etiam admonitio, alia: Pſalmorum verò liber quæcumque utilia ſunt ex omnibus continet. Futura prædicit: veterum geſta commemorat: legem viventibus tribuit: gerendorum ſtatuit modum: & (ut breviter dicam) communis quidam bonæ doctrinæ theſaurus eſt, apte ſingulis neceſſaria ſubminiſtrans. Veteribus namque animarum vulneribus novit mederi; ſed & recentibus velociſſimum ſcit adhibere remedium; atque intactis perſeverantiam ſalutis adhibere; ſed & univerſis pariter paſſionibus ſubvenire, quæ dominationibus variis humanas animas angunt. Et hoc ſub modulatione quadam & delectabili canore, humanum animum ad pudicitiam provocante. Quoniam quidem Spiritus Sanctus, videns obluctantem ac reſiſtentem à virtutis via humani generis animum, & ad delectationes vitæ hujus magis inclinari, quàm ad virtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ vim ſuæ doctrinæ permiſcuit: ut dum ſuavitate carminis mulcetur auditus, divini ſermonis pariter utilitas inſeratur, ſecundùm ſapientes medicos, qui ſi quando uſus popoſcerit, ut auſteriora medicamenta ægris offerant mortalibus, ne æger utilitatem præ auſteritate reſugiat, ora ac ſummitates poculi, quo remedium porrigunt, melle circumlinunt. Propterea ergò Pſalmorum nobis pér modulos apta ſunt carmina, ut qui vel ætate puerili, vel adoleſcentes ſunt moribus, quaſi cantilenâ quadam pſallentes, delectari videantur: revera enim animas inlumiuant ac mentem. Plurimi enim ex his, qui in Eccleſiam commeant, neque Apoſtolica præcepta facilè poſſunt, neque Prophetica vel liquidò diſcere; vel cum dedicerint, retinere: Pſalmorum verò reſponſa & intra domos, interdum etiam in publico canunt; & ſicubi quis, quamvis fero ac rabidiſſimo furore raptetur, ſi fortè fuerit Pſalmi (ut ita dixerim) carminibus incantatus, continnò omnis rabies ferocitatis ejus abſcedit. Pſalmus tranquillitas animorum eſt; ſiguiſer pacis: perturbationes vel fluctus cogitationum cohibens; iracundiam reprimens; luxum repellens; ſobrietatem ſuggerens; amicitiam congregans; adducens in concordiam diſcrepantes; reconcilians inimicos. Quis enim ultra inimicum dicat eum, cum quo unam ad Deum Pſalmi emiſerit vocem? Ex quo intelligitur, quia (quod omnium bonorum maximum eſt) charitatem Pſalmus inſtaurat, conjunctionem quamdam per conſonantiam vocis efficiens; & diverſum populum, unius chori per concordiam conſonâ modulatione conſocians. Pſalmus dæmones fugat: Angelos ad adjutorium invitat: ſcutum enim in nocturnis terroribus, diurnorumque requies eſt laborum: tutela pueris; juvenibus ornamentum; ſolamen ſenibus; mulieribus aptiſſimus decor: deſertas habitare facit urbes: ſobrietatem docet: incipientibus primum efficitur elementum; proficientibus incrementum; perfectis ſtabile firmamentum; totius Eccleſiæ vox una. Pſalmus ſolennitates decorat: Pſalmus triſtitiam, quæ propter Deum eſt, mollit: Pſalmus etiam ex corde lapideo lacrymas movet: Pſalmus Angelorum opus eſt; exercituum cæleſtium ſpiritale thymiama. O verè admirandi magiſtri ſapiens inſtitutum, ut ſimul & cantare videamur, & quod ad utilitatem animæ pertinet, doceamur! Per quod magis neceſſaria doctrina noſtris mentibus informatur: pro eo quod ſiqua per vim & difficultatem aliquam animis noſtris fuerint inſerta, continuò dilabuntur: ea verò, quæ cum gratia & dilectione ſuſcepimus, neſcio quo pacto magis reſidere in mentibus, ac memoriæ videntur inhærere. Quid autem eſt quod non diſcatur in Pſalmis? Non omnis magnitudo virtutis, non norma juſtitiæ, non pudicitiæ decor, non prudentiæ conſummatio, non patientiæ regula, non omne quidquid poteſt dici bonum, procedit ex ipſis? Dei ſcientia perfecta; prænunciatio Chriſti in carne venturi; & communis reſurre-

II. Timoth. II. 16.

* Eccl. X. 4.

Digitized by Google

ctionis ſpes; ſuppliciorum metus; gloriæ pollicitatio; myſteriorum revelatio. Omnia prorſus in his, velut magno quodam & communi theſauro, recondita atque conſerta ſunt bona. Quem librum Propheta, cum multa ſint organa muſicorum, huic tamen organo, quod Pſalterium appellatur, aptavit, de ſuperioribus (ut mihi videtur) inſpiratam Dei gratiam per Spiritum Sanctum docens. Quoniam quidem hoc ſolum organum muſicorum ſonos de ſuperioribus habere fertur: cythara namque vel lyra, ex inferiori parte æs vel tympanum habens, reſultat ac reſonat ad plectrum. Pſalterium verò harmonias de ſuperioribus habere refertur aptatas: & ſonorum cauſſas deſuper dare. Quò ſcilicet etiam per hoc nos doceamur, quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuperiora, attendere; & quæ infima, ideſt vitia carnalia declinare. Sed illud arbitror profundius nobis Propheticâ hac indicari ratione, ac per formam nos organi iſtius edoceri, quòd hi, qui diligentes & apti moderatique ſunt moribus, facilè pervium ad ſuperiora iter habeant. Sed videamus tandem, quid etiam ipſa Pſalmorum indicent initia.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT PRÆFATIO
B. HIERONYMI PRESBYTERI

MSS. Poſt annum 384.

AD PAULAM MATRONAM, ET EUSTOCHIUM VIRGINEM
IN PSALTERIUM,

Quod ſecundum Septuaginta editionem correxit.

Circa annum 382.

PSalterium Romæ dudum poſitus emendaram; & juxta ſeptuaginta Interpretes, licèt curſim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, o Paula & Euſtochium, ſcriptorum vitio depravatum, pluſque antiquum errorem quàm novam emendationem valere: cogitis, ut veluti quodam novali ſciſſum jam arvum exerceam; & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem: æquum eſſe dicentes, ut quod crebro malè pullulat, crebrius ſuccidatur. Unde conſueta Præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos, qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi unuſquiſque vel jacentem lineam, vel ſigna radiantia, id eſt obelos ÷, vel aſteriſcos ※; & ubicumque viderit virgulam ÷ præcedentem, ab ea uſque ad duo puncta : quæ impreſſimus, ſciat in ſeptuaginta Tranſlatoribus plus haberi; Ubi autem ſtellæ ſimilitudinem ※ perſpexerit, de Hebræis voluminibus additum noverit, æquè uſque ad duo puncta :, juxta *Theodotionis* dumtaxat editionem, qui ſimplicitate ſermonis à ſeptuaginta Interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vobis, & ſtudioſo cuique, feciſſe me ſciens, non ambigo multos fore, qui vel invidia vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere; & de turbulento magis rivo, quàm de puriſſimo fonte potare.

Explicit Præfatio S. Hieronymi ad Paulam & Euſtochium.

Ita in Pſalterio Hadriani Papæ, miſſo ad Carolum Magnũ apud Lãbecium tom. 2. Bibliothec. Cæſar. p. 287. & in Cod. Colbertino ex præfatione tomi 4. S. Auguſtini editi à Congregatione S. Mauri.

IN CHRISTI NOMINE
INCIPIT
PSALTERIUM
DE TRANSLATIONE SEPTUAGINTA INTERPRETUM EMENDATUM A S. HIERONYMO PRESBYTERO
* IN NOVO.

* de novo.

I.

* Cod. Palat. n. 59. in Bibliotheca Vaticana.

* Incipit Breviarium Bedæ Presbyteri de Titulis Pſalmorum, quod de Caſsiodoro ſumpſit.

Senſus ſpiritualis.

Primus Pſalmus ideo non habet Titulum, quia capiti noſtro Domino Salvatori (de quo abſolutè dicturus eſt) nihil debuit præponi: nam licèt & alii Pſalmi de ipſo multa dicant; nemo tamen de ejus, quæ fuit in terris, converſatione ſic loquitur. Et quoniam ad hunc, quæ dicenda ſunt, cuncta reſpiciunt, meritò caput ſimili operis præponitur: nam quidam, Tituli & Præfationis locum, eum tenere dixerunt.

Totus Pſalmi hujus, Propheta referente, narratur textus. In prima parte vitam ſanctæ Incarnationis ejus exponit: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum *& reliqua. Secunda verò, peccatorum nequitias in futuro judicio debitas recipere commemorat dicens:* Non ſic impii non ſic, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Exhortatio ad pietatem in Deum, & dehortatio a contrario.*

S. Athanaſius. *Pſalmus beatitudinem apertè palamque pronuntians.*

✱ Ex Card. Thomaſio. *Omnes generaliter ad ſtudia virtutum incitat; ſimul adjungens, quæ merces bona, quæ mala geſta ſequuntur. Tertullianus in Libro de Spectaculis aſſerit, hunc Pſalmum & de Joſeph poſſe intelligi, qui Corpus Domini ſepelivit: & de his, qui ad ſpectacula gentium non conveniunt.*

Pſalt. Syriac. *Narratio concionis, quæ de bonis moribus (habetur) in Canone novem Beatitudinum apud Matthæum, continens verſ. 14.*

Pſalt. Arab. *Decus pietatis, & ſpes alterius ſæculi, & numerus verſ. 15.*

Pſalt. Æthiopic. *Præmium timoris Domini, & quod aufert illud ab Adverſario.*

Dominica ad Vigilias.

S. Hieron. *Quidam dicunt hunc Pſalmum quaſi Præfationem eſſe Spiritus Sancti, & ideo titulum non habere. . . . . . . aliter Tertullianus in libro de ſpectaculis aſſerit hunc Pſalmum de Joſeph poſſe intelligi, qui Corpus Domini ſepelivit: & de his, qui ad ſpectacula gentium non conveniunt.*

PSALMUS DOCTRINA MORUM AD MEDITANDUM.

Propheta. ℣. 1. Proverb. X. 25. & IV. 14. 15.
1 BEATUS VIR qui non abiit in conſilio impiorum;
2 & in via peccatorum non ſtetit;
3 & in cathedra peſtilentiæ non ſedit:
℣. 3. Jerem. XV. 17. † 4 ſed in lege Domini voluntas ejus;
5 & in lege ejus meditabitur die ac nocte.
℣. 5. Deut. XVII. 18. Joſue I. 8. † 6 Et erit tamquam lignum ÷ quod: plantatum ÷ eſt: ſecus decurſus aquarum;
℣. 6. Jerem. XVII. 8. Ezechiel. XLVII. 12. 7 quod fructum ſuum dabit in tẽpore ſuo;
† 8 & folium ejus non deſluet.
9 & omnia quæcumque faciet proſperabuntur.
† 10 Non ſic impii ÷ non ſic:
11 ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus ÷ à facie terræ:
℣. 12. Job. XXI. 18. Pſal. XXIV. 5. Iſaia XVII. 13. & XXIX. 5. Oſee XIII. 3. † 12 Ideo non reſurgent impii in judicio;
13 neque peccatores in concilio juſtorum:
† 14 quoniam novit Dominus viam juſtorum;
15 & iter impiorum peribit.

PROPHETA. 1. *Felix & beatus erit vir ille, qui vitam non duxerit ſecundùm conſilium impiorum;* 2 *& non perſtiterit in via modoque vivendi hominum peccatorum;* 3 *& non ſederit in conſeſſu peſtilentium hominum, deriſorum divinæ legis, & inſidiatorum:* 4 *ſed è contrario voluntas ejus & amor fuerit erga legem Domini;* 5 *& de ejuſdem Domini lege meditatus fuerit aſſiduè die ac nocte.* 6 *Nam vir talis erit tamquam arbor illa, quæ tranſplantata eſt juxta rivulos decurrentium aquarum;* 7 *quæ quidem arbor dabit fructum ſuum ſuo tempore debito;* 8 *& cujus folium ſemper viride numquam decidet ab ipſa frondoſa ſemper.* 9 *& ad hunc modum, omnia quæcumque fecerit ejuſmodi vir, bene dirigentur proſpero ſucceſſu.* 10 *Contra verò impii non ſic erunt, non ſic erunt ut arbor virens atque fructifera:* 11 *ſed erunt ſicut aridus & inutilis pulvis, quem ventus expellit à ſuperficie terræ.* 12 *propterea impii in judicio extremo non ſe erigent in aerem in nubibus unà cum Juſtis,* 13 *neque peccatores tunc exſurgent ad gloriam cum beata congregatione Juſtorum:* 14 *quia Dominus agnoſcit & approbat viam rationemque vivendi Juſtorum:* 15 *& vivendi genus impiorum malè peribit à Deo.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 EFfice nos, Domine, tamquam fructuoſiſſimum lignum ante conſpectum tuum: ut tuis imbribus irrigati, mereamur tibi ſuavium fructuum ubertate placere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritûs Sancti per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen*.

Ex Breviario Mozarabico fol. 12. 2 DOmine, apud quem eſt ſalus plena juſtitiæ, & perfectio beatitudinis incorruptæ; da nobis, ut in legis tuæ meditatione die ac nocte tempora tranſeamus, & ab impiorum conſilio, atque à peccatorum via, vel à peſtilentiæ cathedra declinemus: quò velut lignum fructiferum, aquarum decurſibus enutritum, & fructibus repleamur, & gratia decoremur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſecula ſæculorum. ℟. *Amen*.

fol. 54. 108 3 COncede nobis, Domine, ob amorem beatitudinis conſilia declinare iniquitatis; cathedram itaque peſtilentiæ procul à nobis ſepone: ut peſtiferæ doctrinæ tabes non adhæreat conviventiæ noſtræ; ſed voluntatem noſtram à malitiæ * ſeſſione tu remove: & meditatione legis tuæ, jugi nos tibi amore conjunge. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

al. aſſenſione. *for.* confeſſione.

Fac

Digitized by Google

Fol. 411. 4 FAc nos Domine intentos cordibus die ac nocte in legis tuae meditatione verſari: ut meditantes eloquia tua intento cordis ſtudio fructum tibi reportemus in tempore opportuno: quò beatiſſimi (Martini) Confeſſoris tui adjuvati ſuffragiis, caelum, quod ille mercatus eſt meritis, non facias intrare tuae gratiae donis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

De Sancto Confeſſore.

II.

(*Pſalmus iſte in editione Romana hunc habet titulum*: Pſalmus David.)

BEDA.

Senſus Spiritualis. David *interpretatur* Manu fortis, *ſive* Deſiderabilis: *quod nulli aptius convenire poteſt quàm omnipotenti Chriſto, qui eſt veraciter* fortiſſimus, *&* *ſummo* deſiderio *requirendus, de cujus paſſione loquitur Propheta: & ipſe Dominus ſua verba dicturus eſt. Verùm apud Hebraeos nec iſte Pſalmus habet titulum: ſed priori adjunctus, unum Pſalmum facit: qui & a beatitudine incipit; & in beatitudine conſummatur.*

Quatuor membris Pſalmus iſte dividitur. In primo loquitur Propheta de Judaeis propter paſſionem Chriſti: Quare fremuerunt gentes? & populi meditati ſunt inania? *Secundo, verba ſunt* * *de mendacio Judaeorum*: Diſrumpamus vincula eorum *& reliqua. Tertio, dicta ſunt Domini Salvatoris de omnipotenti regno, & de inenarrabili generatione ſua: quantum poteſt parvitas humana recipere*: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. *Quarto, Propheta loquitur, monens populos, ut ad fidem Chriſtianam (agnita Domini majeſtate) conveniant*: Et nunc reges intelligite.

* *Cuſſodorus. dementium Judaeorum.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de Chriſto, & vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus accuſatorius impiorum & iniquorum.*

✠ Ex Card. Thomaſ. *Generalem David querimoniam facit ad Deum, quod Regno ſibi deſuper dato & gentes, & populi Iſrahel inviderint, communem ad omnium correctionem dirigens. Aliter Chriſtus de paſſione, & poteſtate ſua dicit, lege ad Lucam.*

Pſ. lt. Syriac. *De vocatione gentium. Innuit prophetiam de paſſione Chriſti, verſ.18.*

Pſ. lt. Arab. *Davidis Prophetia de Chriſto Domino, & vocatione gentium, verſ.17.*

Pſalt. Æthiop. *Prophetia Davidis de Deo, & de Meſſiah ejus, eo quod conjurarent gentes aſcendere in Sionem, eumque captivum ducere.*

Dominica ad Vigilias. S. Hieronymus nihil de hoc Pſalmo.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 QUARE fremuerunt Gentes;
℣. 1. Act. Apoſt. IV. 25. 2 & populi meditati ſunt inania?
† 3 Aſtiterunt reges terrae, & principes convenerunt in unum,
4 adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus:
✠ *DIAPSALMA*:
† 5 *Dirumpamus vincula eorum*:
6 *&* *projiciamus* ✠ *à nobis jugum ipſorum*:
℣. 7. Pſ. XXXVI. 13. & LVIII. 9. † 7 Qui habitat in caelis, irridebit ✠ eos:
8 & Dominus ſubſannabit eos.
† 9 tunc loquetur ad eos in ira ſua:
10 & in furore ſuo conturbabit eos.
Chriſtus. † 11 EGO AUTEM conſtitutus ſum Rex ab eo
12 ſuper Sion montem ſanctum ejus,
13 praedicans praeceptum ejus.
℣. 14. Act. XIII. 33. Hebr. I. 5. & V. † 14 Dominus dixit ad me: *Filius meus es tu*:
15 *ego hodie genui te.*
† 16 *Poſtula a me: & dabo tibi Gentes hereditatem tuam;*
℣. 17. Pſal. XXI. 28. LXXI. 8. 17 *& poſſeſſionem tuam, terminos terrae.*
† 18 *reges eos in virga ferrea*:
℣. 18. Apocal. II. 27. XIX. 15. 19 ✠ *&*: *tamquam vas figuli confringes eos.*
Propheta. † 20 ET NUNC reges intelligite:
21 erudimini ✠ qui: judicatis terram.
† 22 ſervite Domino in timore:
23 & exſultate ✠ ei: cum tremore.

appre-

PROPHETA. 1 *Ad quid turbata ſunt & per-*
ſtrepuerunt Gentilium nationes? 2 & quare Iſraelitici
populi meditati ſunt vana conſilia? 3 *Reges terrae, He-*
rodes, Pilatus, aliique poſt eos, conſurrexerunt ad-
ſtiteruntque parati; ac principes populi Hebraeo-
rum congregati ſunt pariter atque tractaverunt,
4 *contra Dominum Deum Patrem, & contra Regem*
unctum ab eo, dicentes: * 5 Diſrumpamus vin-
cula legum eorum Domini & Chriſti ejus, ad quas
alligare nos volunt; 6 & a nobis abjiciamus ju-
gum imperii eorum, cui nolumus ſubjugari.
7 *Verùm is, qui in caelis glorioſum habet domici-*
lium, contemnet primùm, & veluti deridebit eos
haec fruſtra jactantes: 8 & aſpernabitur eos Domi-
nus, dignoſque ſannis demonſtrabit. 9 & tunc po-
ſtea in extremo judicio implacabiliter veluti cum
ira ſua contra eos ſententiam dicet ſempiterni ſup-
plicii; 10 &, veluti furorem ſuum juſtum ſpirans, eos
concutiet terrebitque in aeternum. CHRISTUS. 11 *At*
ego, quem ſuper vos regnare non vultis, conſtitutus
ſum à Domino Patre meo, ut ſim rex 12 in Sion (Ec-
cleſia nempe) monte illo ſuo ſancto; 13 annuncians ejuſ-
dem Domini juſſum, quo datu eſt mihi omnis poteſtas
in caelo & in terra. 14 nam Dominus Deus Pater
ad me dixit; Tu es filius meus unigenitus: 15 &
ego in hac die reſurrectionis tuæ, a morte in vitam
immortalem iterum te genui. 16 pete a me, ut ſis he-
res mundi: & ego tibi dabo gentes omnes, ut tuæ
ſint tamquam propria tibi hereditas: 17 omneſque
fines terræ tibi dabo, ut ſint poſſeſſio tuo: 18 poſce &
rege eoſdem totius terræ populos ſceptro tuo fer-
reo inſuperabilis potentiæ: 19 eoſque, ſi tibi fue-
rint rebelles, conteres facillimè, ac ſi fragile vas
figlinum ferrea virga confringeres. PROPHETA
20 *Nunc ergo reges mortalium eſtote intelligentes, &*
ſapite prudenter: 21 voſque, qui judices eſtis homi-
num in terra, diſcite, & corrigimini: 22 ſervite &
obedite Domino cum metu, ne illum offendatis; 23 &
exultate gaudio erga eum, ſed cum tremore ob tremen-
dam

* *Panſatio aut immutatio muſicae contilenae inter pſallendum.*

Digitized by Google

† 24 apprehendite diſciplinam :
25 ne quando iraſcatur ÷ Dominus :
26 & pereatis de via ÷ juſta : .
† 27 cum exarſerit in brevi ira ejus:
ꝟ. 28. Pſ. XXXIII. 9. Prov. XVI. 20. Iſaiæ XXX. 18. Jerem. XVII. 7. 28 beati omnes, qui confidunt in eo.

dam ejus majeſtatem. { *24 apprehendite & complectimini inſtructionem & doctrinam Filii Dei : 25 ne tandem aliquando iraſcatur vobis Dominus ; 26 vosque, non apprehenſa ejuſmodi Dominicæ diſciplinæ via [illegible] & bona, pereatis ;* { *27 cum poſt paululum exarſerit velut ignis ejuſdem Domini ira atque punitio: 28 quando felices & beati erunt omnes, quotquot confiſi fuerint in eodem Deo.* {

ORATIONES.

MSS. 1 Dirumpe Domine noſtrorum vincula peccatorum : ut jugo tuae ſervitutis innexi, valeamus tibi cum timore & reverentia famulari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritûs Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 77. & 81. 2 Diſciplina tua, Domine, nos tibi & ſancto timori conjungat, & ad exſultationem tuam timore nos attrahat: ac ne à via juſta recedamus, nos contine: & ut in te fidere poſſimus, beatos eſſe concede. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 54. 108. 3 Servientes tibi Domine in timore ob metum judicii, (&) exſultantes cum tremore ob fiduciam ſpei, doce nos apprehendere diſciplinam, quâ judicantes terram, veteris hominis corporis noſtri * figulum confringatur; & exterioris terræ purgamenta calceamus: ac ſecundùm Caeleſtis imaginem Hominis reformati, in hereditatem tuam ſervitute humili, & in poſſeſſionem tuam cultu perpeti transferamur. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* figlinum confringamus.

fol. 153. 4 Chriſte Dei Patris ineffabile Verbum, contra quem & reges terrae atrociter fremuerunt, & populi inania meditati ſunt; da Eccleſiae tuae membris optabilem de adverſis poteſtatibus efferre triumphum: quò & perſequentium mucro, obſiſtente ſibi vanitate, vaneſcat: & credentium te fides ſuper inimicos invicta praepolleat. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 156. 5 Deus Pater unigeniti Filii tui, qui habitas in caelis, qui irridendos atque ſubſannandos omnes reges terrae & principes, adversùm Chriſtum tuum convenientes, oſtendis; da nobis ſpeciale munus hoc gratiae tuae, ut adverſis neſciamus ullo modo cedere: quò ſic in furore tuo infidelitas conturbetur, ut ex tuo adjutorio noſtra credulitas coronetur. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 206. 6 Chriſte Deus, apud quem reges terrae aſtiterunt meditantes inania, & principes convenerunt; da nobis ſpeciale munus hoc gratiae, ut adverſis neſciamus ullo modo cedere: quò ſic in furore tuo infidelitas conturbetur, ut ex tuo adjutorio noſtra credulitas coronetur. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 53. 7 Servientes tibi Domine in timore, diſciplina tua nos erudiendo poſſideat; & exſultantes cum tremore jocunditas modeſta ſuſtollat: nec nos efficiamur à via juſta recedendo perditi; ſed in te confidendo mereamur eſſe beati. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 182. 8 Bellantium mucrones, quaeſumus Domine, victricis ſemper poteſtatis tuae virtute retunde; & contra fortem tuam meditantes inſania, veritatis tuae corrige diſciplinâ: quique adversùs Chriſtum tuum blaſphemias declamant, ad praedicationem verae fidei ſua corda convertant: ut & vincula peccatorum, quibus vincti detinentur, miſeratione diſrumpas; & cunctos juſtificatos, digiti tui calamo in libro vitae conſcribas. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Ex Albino Flacco col. 245. 9 Servientes tibi Domine ob metum in timore judicii, exultantes cum tremore propter fiduciam ſpei, doce nos adprehendere diſciplinam, qui judicas terram: ut, te propitiante, veteris hominis figulum confringentes, exterioris terrae purgamenta calceamus.

III.

II. Regum XV. 14.

Pſalmus David cùm fugeret à facie Abſalon filii ſui.

BEDA.

Senſus ſpiritualis. David *Chriſtum accipe;* Abſalon *Judam Scariothen:* à cujus facie *Chriſtus fugit, vel corporaliter, in montem Oliveti recedendo: vel ſpiritualiter, ſuæ cognitionis & dilectionis abſcondendo lumen. & bene propter ſacramenti concordiam uterque perſecutor uno ſuſpendii tormento periit. Notandum autem, hunc Pſalmum poſt quinquageſimum, & multos alios, qui ad Saulis inſidias pertinent, fuiſſe contextum; ſed certi myſterii gratia præpoſitum: quia & hic, qui de triduana Reſurrectione memorat, tertius poni; & ille quinquageſimus debuit, qui remiſſionis & pœnitentiæ fructus oſtendit.*

Textus

Tatus hic Pſalmus ad perſonam Chriſti aptatur. Primo modo ad Patrem loquitur, perſecutoribus exprobans, qui irreligioſa contra ipſum verba loquebantur: Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? *& reliquo. Secundo loco fidelis populus, ne formidet mortem, inſtruit: quando cum exemplo auctoris ſui ſpe reſurrectionis certiſſimæ conſolatur:* Ego dormivi *&c.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia bonorum, quæ ventura erant Davidi.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thom. *Poteſt Ezechiæ convenire, qui circumdatus Aſſyrio exercitu Dominum invocaverit.* Aliter vox Chriſti ad Patrem de Judæis.

Pſalt. Syr. *Scriptus a Davide de bonis futuris, verſ. 17.*

Pſalt. Arab. *Davidis, dictus eſt ab eo, cum fugit ob Abſalom filio ſuo, verſ. 15.*

Pſalt. Æthiop. (S. Hieronymus deſideratur.) *Iſte Pſalmus poſterior eſt ſequentibus plurimis, qui ad Saulis videntur hiſtoriam pertinere; ante ſiquidem David a Saul eſt paſſus inſidias, quàm Abſalom adverſus eum arma corriperet; ſed quia propoſitum ei erat, ut non tantùm de ſe referret, quæ paſſus eſt, quàm ut per exemplum ſui omnes homines inſtitueret, ideo primis ſecunda præpoſuit, ut tentationum ordinem doceat; ſiquidem antè propter peccata corripimur, & poſtea propter virtutem probamur; in David verò tentationum ordo mutatus eſt, ſub Saul perſecutione innocens fuit, ſub Abſalom maniſeſtiſſimi criminis reus tenetur, Uriâ interfecto. Lege quinquageſimi Pſalmi titulum, & intelliges, eum juxta ordinem, priorem eſſe, quàm tertium.*

Dominicus ad Vigilias.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DOMINE quid multiplicati ſunt qui tribulant me?
2 multi inſurgunt adverſùm me:
† 3 multi dicunt animae meae;
4 *Non eſt ſalus ipſi in Deo* ✛ *ejus:*
DIAPSALMA.
† 5 Tu autem Domine ſuſceptor meus ✛ es:
6 gloria mea, & exaltans caput meum.
† 7 Voce meâ ad Dominum clamavi:
8 & exaudivit me de monte ſancto ſuo.
DIAPSALMA.
† 9 Ego dormivi & ſoporatus ſum:
10 & exſurrexi; quia Dominus ſuſcepit me.
† 11 Non timebo millia populi circumdantis me.
12 exſurge Dñe; ſalvum me fac Deus meus:
† 13 quoniam ✛ tu: percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa:
14 dentes peccatorum contriviſti.
† 15 Domini eſt ſalus.
16 ✛ & ſuper populũ tuum benedictio tua.
DIAPSALMA:

ỳ. 9. Pſalm. IV. 9. Prover. III. 24.
ỳ. 11. Pſal. XXVI. 3.
ỳ. 15. Iſaia LXIII. 11. Jer. III. 23. Oſeæ XIII. 14.

PROPHETA. 1 *O Domine quid eſt quòd tam multi facti ſint hoſtes mei qui me affligunt? 2 tam multi namque inſurgunt adverſùm me:* [3 *& multi quoque dicunt de animo & vita mea;* 4 Non eſt amplius huic homini exſpectanda ſalus a Deo ſuo.] * 5. *Verùm tu vicissim Domine ſuſceptor meus es atque defenſor; 6 tu cauſa es gloriæ meæ; & is qui ſublevas caput meum mœrore depreſſum, atque lætificas.* [7 *In aliis calamitatibus meis voce mea validaque affectu inclamavi Dominum ut me adjuvaret; 8 & ipſe de medio Cherubim Arcæ Teſtamenti, collocatæ in monte ſuo ſancto Sion, exaudivit me, ſe invocantem.*] * 9 *propterea pacato ego animo inter calamitates ipſas ivi cubitum atque dormitum, & impavidè ſomnum cœpi: 10 & tum evigilavi lætus; quia Dominus ſuis me veluti brachiis ſuſtentandum exceperat.* [11 *Igitur neque poſthac timebo mihi a decem millibus populi, circumquaque irruentis in me. 12 tantùmmen Domine exſurge ad defenſionem mei; & ſalva me ab iſtis oppreſſoribus meis Deus meus:* [13 *nam & tu ulcìs eos, qui ſine juſta cauſa inimicitias in me exercebant, percuſſiſti ignominiosè velut in maxilla; 14 ac iſtiuſmodi peccatorum dentes ac rabiem contriviſti.* [15 *In Domini eſt poteſtate ſalvatio noſtra à mala; 16 & tua eſt Domine benedictio & beneficentia, quæ venit in populum tuum.* *[

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

* *Pauſatio à pſallendo.*

ORATIONES.

MSS. 1 EFfunde Domine benedictionem tuam ſuper populum tuum: ut, tuâ Reſurrectione muniti, non timeamus ab adverſantium vitiorum millibus circumdari. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 38. 74. 82. 2 QUamvis Domine plurima malignantium multitudo abneget, ſalutem noſtram eſſe in te Domino Deo noſtro: nobis tamen ob hoc robur ſpei multum augetur, quia tu ſuſceptor noſter eſſe dignatus es. obſtruatur itaque os loquentium iniqua; cum ſperantes in te miſericordia circumdat aſſidua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum ℟. *Amen*.

fol. 87. 3 AD te Domine propriae vocis clamore directo, non verba ingenti ſono perſtringimus: ſed te ad propitiandum toto cordis affectu depoſcimus; exaudi nos quaeſumus de monte ſancto tuo Jeſu Chriſto Domino noſtro: cujus nos altitudo erigit: cujus dilatat fortitudo: cujuſque amplitudo confirmat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 14. 112. 170. 187. * *al.* qua. * *al.* eruis. 4 MUltiplicati ſunt, Domine, qui tribulant nos: ſed tu multus es in miſericordia* qui * eruas nos: in nullo enim formidabimus ab imminenti preſſura, ſi tantùm tuâ muniamur, Omnipotens, gratiâ. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 141. 156. * *al.* a tuis praeceptis. 5 EXſurge Domine Deus noſter in auxilium humilium, & in exterminium perſequentium nos: contere adverſarios noſtros, qui nos * a praeceptis tuis, doloſis promiſſio-

Digitized by Google

miſſionibus, & apertis terroribus avertere moliuntur: in nullo enim proficient eorum inſidiae, ſi tuo muniamur ſemper adjutorio gratiae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 166. 6 EXaudi nos Domine de monte ſancto tuo, clamantes ad te de peccati profundo: ut qui in mundo citra opera carnis prodiendo, mons factus es magnus, praebe ſolido nobis tuo haerere fundamento: à qno & inſtantium nos non convellat genus tempeſtatum; & inſurgentium feritas te erga noſtrum quieſcat perſeverante praeſidium. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 93. 164. * *Ibi*, exultatione. 7 GLoria noſtra, Deus noſter, da nobis, ut in te ſine fine gloriemur: quoſque feciſti de capitis * ab exaltatione ſublimes, quaeſumus, ut efficias de totius corporis conſummatâ ſalute ſecuros, elevet abjectionem noſtram tua magna celſitudo: ut qui humilitate tuâ à terrenis erigimur, exaltatione quoque tuâ ad caeleſtia provehi mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 204. 8 EXſurge Domine, non à ſomno, non à loco, non è tempore, immenſe pervigil ſempiterne: ut quia puſillum gregem tuum multi perſequuntur, multi lacerant; tu propitiator atque defenſor adeſto ſpes à turbine, umbraculum ab aeſtu: & inſurgentium feritatem, nos quaeſumus, & conſilia iniqua deſpicias; & ſaevientium in nos dentes ac pedes conteras; & circumdantium nos millia collecta diſperdas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 612. 9 COnfeſſionem noſtram Domine poſt quietem, dignam tuis conſpectibus effice: ut ſicut reſurrectio noſtra in te ſumpſit exordium, ita vita noſtra à te habeat praemium: noſtraque fragilitas tuo muniatur auxilio: ut hoſtium millia rabido nos circumſtantium fremitu, tuo diſpargantur judicio, tuoque conterantur reſpectu, tuiſque jaculis vulnerentur: & plebs ad te condita, a te redempta, ex te ſuſcepta, fidei merito ſanctoque ſemper famulatu ſemper ad te concurrat; tuiſque in atriis te crebro laudatura conſurgat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 14. 10 DOmine, gloria noſtra, caput noſtrum, ne vitiorum gurgite mergamur, exalta; & ne nos multiplex curvet tribulatio, ſubleva: te verò nobis auxiliante, nec multitudo nocebit tribulantium, & ſuperbia in nos frangetur inſurgentium; tuis ergo unionem infunde in populis, qui author es & defenſor noſtrae ſalutis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 222. 258. 367. *De Paſſione Domini*. 11 DOmine Jeſu Chriſte, qui pro nobis ſoporem mortis ideo ſuſcepiſti, ne nos ampliùs obdormiremus in mortem; dona, ut qui te moriente renaſcimur, te etiam vivificante a peccatorum lecto ſurgamus: nec ultra jam obruamur poenâ peccati, qui nos redemptos congaudemus pretio ſacri ſanguinis tuî. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 186. 245. * *al.* tribulationem. 12 DOmine contra multiplicationem * tribulantium nos fortis propugnator occurre; & adversùs multitudinem inſurgentium in nos pius defenſor aſſiſte; ſitque benedictio tua ſuper populum tuum: ut qui ſalute animae noſtrae in te eſſe denegant, te Salvatorem noſtrum ipſi ſibi ſuâ expugnatione cognoſcant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 26. 346. 13 TU es Domine ſalus, & tua eſt ſalus: hanc gaudemus in nobis largitam, hanc etiam uſque in finem à te petimus largiendam. effunde, quaeſumus, ſuper populum tuum benedictionem tuam: ut privetur maledictio poenae, & diteſcat in nobis fructus juſtitiae atque laetitiae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

IV.

In finem in carminibus Pſalmus David.

(In editione Romana: *In finem pſalmus cantici David.*)

BEDA.

Senſus ſpiritualis. *Finis legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti; qui eſt omnium bonorum glorioſa perfectio: ſive, ut quibuſdam placet, pro nobis dictum eſt, in quos fines ſæculorum advenit.* Pſalmus *autem eſt organum muſicum, capite ſonorum: quo divina præconia canebantur.* Canticum, *quod ſupernas laudes humanis vocibus perſonabat. Sed hæc ideò videntur eſſe ſociata, quia & inſtrumentis muſicis & choris pſallentium ſacrificiis cæleſtibus conſona vociferatione canebantur. Sic iſtis verbis omnibus commonemur, de Domino Chriſto* Canticum *iſtud eſſe dictum.*

Per totum pſalmum verba ſunt ſanctæ matris Eccleſiæ. In parte prima rogat, ut ejus audiatur oratio: increpans infideles, qui colentes falſos deos, culturam veri Domini negligebant. Cùm invocarem, exaudivit me Deus juſtitiae meae: in tribulatione dilataſti mihi. *Secundò, commonet generalitatem, ut relicta ſuperſtitione fallaci, ſacrificium juſtitiæ debeat immolare, & ut Gentilium mentes ſolita promiſſione converteret; ingentia commemorat Dominum præſtitiſſe Chriſtianis beneficia.* Filii hominum uſquequò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia Davidis de iis, quæ paſſus eſt.*
S. Athanaſius. *Pſalmus invocationis.*
✱ Card. Thomaſius *Ezechias contra Æmulos ſuos de auxilio Domini gloriatur, corripitque eoſdem ut in mendacio confidant, ſed deſinentes a malis cogitationibus ſemper Deo ſerviant.* Aliter Propheta increpat Judæos. *Aliter Arnobius exponit, quia Deus juſtitiæ exaudivit in cruce poſitum Filium ſuum, contra quem iraſcentes Judæi peccant uſque hodie.*
Quotidie ad Completoriũ. Pſalt. Syr. *Davidis, de iis, quæ perpeſſus eſt, verſ. 10.*
Pſalt. Arab. *Davidis, verſ. 15.*
S. Hier. *Totus Pſalmus ad Chriſtum, & per Chriſtum ad juſtos referendum eſt.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.
1 CUM INVOCAREM exaudivit me Deus juſtitiae meae
2 in tribulatione dilataſti mihi.
† 3 miſerere mei: & exaudi orationem meam.
† 4 Filii hominum, uſquequò gravi corde?
5 ✝ ut quid: diligitis vanitatem; & quaeritis mendacium?
DIAPSALMA.
† 6 : Et: ſcitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum ſuum:
7 dominus exaudiet ✝ me: cùm clamavero ad eum.
✝.8. Epheſ.IV.26. † 8 iraſcimini; & nolite peccare:
9 quae dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.
DIAPSALMA.
† 10 ſacrificate ſacrificium juſtitiae; & ſperate in Domino.
11 Multi dicunt; *Quis oſtendit nobis bona?*
† 12 Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine:
13 dediſti laetitiam in corde meo.
† 14 A fructu frumenti, vini ✝ & olei: ſui, multiplicati ſunt:
✝.15. Pſal. III.. 6. † 15 in pace in idipſum dormiam & requiſcam:
† 16 quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

PROPHETA. 1 *Cum ſæpenumerò injuſtè oppreſ-*
ſus Deum invocarem in defenſionem meam; ſemper me
exaudivit Deus Judex & teſtis juſtitiæ & innocentiæ
meæ. 2 Quoniam autem Domine in quacumque tribu-
latione mea tu mihi cor anguſtiatum dilataſti & exhi-
laraſti; 3 nunc quoque miſerere mei; & exaudi ora-
tionem banc meam. 4 Vos autem filii hominum per-
ſecutores mei, quouſque tandem eritis gravi & obſti-
nato in malis corde contra me? 5 ad quid vanam ſpem
me perdendi amatis; & quæritis contra me fictam fal-
ſamque calumniam. * *6 Et nunc ſaltem agnoſcite,*
quod Dominus me ſibi ſacratum ac devotum admira-
bilem fecerit mirabili protectione ſua: 7 & quod idem
Dominus me ſemper exaudiet, cùm ad eum clamavero,
ut me defendat. 8 ſi irati eſtis mihi animo veſtro, vel
ſaltem opere ipſo ne peccetis: 9 quinimo de iis malis,
quæ cogitando dicitis in animis veſtris, tunc ſaltem
compungimini aculeo pœnitentiæ, cùm quieti eritis in
lectis veſtris. * *10 tum Deo offerte ceu ſacrificium, ju-*
ſtitiam probitatemque vitæ: & ſpem veſtram in Do-
mino collocate; & ut vos quoque conſequamini bona.
11 At multi amatores mundi dicunt; Ecquis nobis
monſtrat & exhibet bona mundi, quae optamus &
quaerimus? *12 Sed ſuper nos, o Domine, qui in te*
ſpem totam poſuimus, lux illa & favor benignæ fa-
ciei tuæ ſurſum erecta manet, tamquam ſignum quod-
dam & vexillum, ad oſtendendum nobis vera atque
perennia bona: 13 quorum quoque bonorum latam
ſpem immiſiſti in cor meum. 14 Et illi quidem amato-
res mundi præ copioſo fructu frumenti, vini, & olei
ſui, multis divitiis fallacibus auriſque aucti ſunt. 15
at ego mea ſorte contentus, cum pace & tranquillita-
te animi ſimul obdormiturus cubabo, & in ſomno quie-
ſcam: 16 propterea quod ſeorſum ab illis mundi ama-
toribus tu me Domine habitare feciſti in ſupernorum
bonorum ſpe bona.

In perpetuũ decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, Pſalmus Davidi inſpiratus.

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS. 1 EXaudi nos, quaeſumus, Domine; & in tribulationibus noſtris miſerere nobis: & qui ſolus magnificaris in populis, ſpiritualem laetitiam tribue, in ſpe futurorum munerum conſtitutis. Per Dominum noſtrum *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 77. 2 DUM te, omnipotens Deus, noſtrae delinquentiae reddunt adverſum, tuâ inſpiratione, quaeſumus, noſtra te invocatio propitium, & confeſſio faciat eſſe placatum: ut te miſerante, nec tribulatio ſaecularis noſtram mentem dejiciat, nec perſuaſio nociva poſſideat, nec infidelitas tenebroſa concludat: ſed vultûs tui ſuper nos ſignato lumine fulgeamus; ſemperque in eodem ſplendore, ſtabilitate verae fidei gradiamur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum ℟. *Amen.*

fol. 82. 3 SIngulariter in ſpe tua conſtitue (nos Domine:) ut quia hic per fidem ambulamus & non per ſpeciem, ſpes ipſa nos ad rem promiſſionis adducat: quae deſiderium noſtrum tolerantiae exſpectatione ſuſtentet, & charitate conſummet. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 159. *De Paſſione Domini.* 4 CUM invocamus te, exaudi nos Chriſte, qui es juſtitia noſtra: ut qui pro impiis tribulationum es perpeſſus injuriam, ſupplicantibus nobis dones indulgentiam. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 177. 5 DEus juſtitiae noſtrae, invocantibus te nobis propitius appâre; ut & ſacrificium veſpertinum ſacrificemus; (&) ad praemia caeleſtia te auxiliante perveniamus. ℟. *Amen.*

℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum ℟. *Amen*.

fol. 53. 54. 6 DOmine, qui ſemper invocantibus ades, & in tribulatione conſtitutis opem ferre miſericordiae delectaris: dona, ut odientes ſaeculi vanitatem, refutanteſque mendacium, Chriſtum tuum, (quem à te magnificatum agnoſcimus) noſtrum eſſe ſummum aeternumque praemium gaudeamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

V.

In finem: pro ea quæ hereditatem conſequitur: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus ſpiritualis. (Pro ea quæ hereditatem conſequitur,) *id eſt, pro Eccleſia, quæ Chriſto reſurgente bonorum ſpiritualium dona percepit: quæ & ipſa nonnumquam Domini vocatur* Hereditas, *cujus pretioſo eſt ſanguine comparata; unde dictum eſt:* Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.

Totus hic pſalmus à perſona catholicæ profertur Eccleſiæ, quæ prima ſectione orationem ſuam poſcit audiri; hæreticos & ſchiſmaticos prædicans à Domini muneribus excludendos: Verba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meum. *Secunda ſectione per intellectum Scripturarum divinarum recto tramite dirigi ſe ad illam felicem patriam divino munere deprecatur; perfidos inde aſſerens fieri funditus alienos: ad poſtremum commemorans præmia Beatorum: ut una prædicatione & malos prædicta pœna converteret; & juſtos promiſſa præmia concitaret:* Domine deduc me in juſtitia tua.

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio ex perſona Eccleſiæ.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſius. *Ezechias poſt infirmitatem gratias agit Domino, & adorat in Templo. Aliter vox Chriſti ad Patrem.*

Pſalt. Syr. *Davidis oratio ex perſona Eccleſiæ, cum mane adiret Domum Domini*, verſ. 27.

Pſalt. Arab. *Davidis dictus eſt ob eo de hereditate*, verſ. 13.

S. Hier. *De Eccleſia, quæ in fine, & conſummatione mundi hæreditatem conſequutura eſt univerſis nationibus Chriſto credentibus, Pſalmus iſte contexitur; denique & ex perſona ejus oratio ad Dominum dirigitur.*

Feria II. ad Matutinum.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 VERBA mea auribus percipe Dñe;
2 intellige clamorem meum:
† 3 intende voci orationis meae,
4 rex meus, & Deus meus:
† 5 quoniam ad te orabo Domine.
6 Manè exaudies vocem meam:
† 7 manè aſtabo tibi; & videbo
8 quoniam non Deus volens iniquitatem ✠ tu es:
† 9 neque habitabit juxta te malignus:
10 neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.
† 11 odiſti omnes qui operantur iniquitatem:
12 perdes ✠ omnes: qui loquuntur mendacium:
† 13 virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.
† 14 Ego autem in multitudine miſericordiae tuae introibo in domum tuam:
15 adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
† 16 Domine deduc me in juſtitia tua propter inimicos meos:
17 dirige in conſpectu tuo viam meam.
† 18 quoniam non eſt in ore eorum veritas:
19 cor eorum vanum eſt:
℣. 20. Pſalm. XIII. 5. Rom. III. 13. † 20 ſepulchrum patens ✠ eſt: guttur eorum:
21 linguis ſuis doloſè agebant.
22 Judica illos Deus:
† 23 decidant à cogitationibus ſuis:
24 ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos:

quo-

In perpetuum decantandus pro Eccleſia, quæ
hereditatem conſequitur regni cæleſtis, Pſalmus Davidi
inſpiratus. PROPHETA. 1 *Benignam aurem præ-*
be Domine verbis precum mearum, 2 percipe validum
clamorem cordis mei; 3 attende voci deprecationis meæ,
4 ò Rex meus cui ſervio; & Deus meus quem colo:
5 quia ad te Domine precabor. 6 Domine hoc manè
atque citiſſime exaudi ſupplicem vocem meam: 7 nam
hoc manè ante alia opera mea coram te ſtabo, & ani-
mo proſpiciam & contemplabor 8 quòd tu non ſis Deus
qui bene velis & ames iniquitatem: 9 & quòd apud
te non ſit habitaturus in cælo malignus ullus: 10 &
neque iniqui ſint coram oculis tuis permanſuri aſpectu
tuo beati. 11 odiſti enim Domine omnes qui operan-
tur id quod eſt iniquum: 12 eoſque omnes perire facies,
qui mendaciter loquuntur ad proximi perniciem: 13 &
abominabitur Dominus meus virum ſanguinarium hu-
mani ſanguinis effuſorem atque fraudulentam. 14 Cæ-
terùm ego fretus multa miſericordia tua Domine, pre-
caturus introibo in domum tuam: 15 ibique me pro-
ſternam versùs ſanctuarium templi ſancti tui cum ti-
more ac reverentia tui: teque ita precabor. 16 Do-
mine deduc per viam juſtam, quæ itur ad te, propter
inimicos meos inſidiatores viæ meæ: 17 tu directum
coram te facito iter vitæ meæ. 18 In eorum namque
inimicorum meorum ore ac ſermone nihil veri dicitur
& recti: 19 eorumque animus vanus eſt, rebus inanibus
occupatus, & inſidioſus: 20 fauces eorum, ex-
halantes fœtida verba, ſunt velut apertum ſepul-
chrum corrupti cadaveris: 21 ſuiſque linguis jam pri-
dèm utebantur ad dolum, blandè ſed fictè loquentes.
22 Tu Deus juſte ejuſmodi mendaces vanos atque dolo-
ſos judica atque condemna: 23 à malis conſiliis ſuis,
quæ excogitaverant, excidant re infecta: 24 & prout
ſuarum impietatum multitudo poſtulat, longè eos ex-

pelle

quoniam irritaverunt te ÷ Domine :
† 26 Et laetentur omnes qui ſperant in te :
27 in aeternum exſultabunt; & habitabis in eis.
† 28 Et gloriabuntur in te ÷ omnes : qui diligunt nomen tuum :
29 quoniam tu benedices juſto.
† 30 Domine ut ſcuto bonae voluntatis tuae coronaſti nos.

pelle, & ejice ex conſpectu tuo: 25 quia te Domine exacerbaverunt, & ad iram vindictamque provocaverunt. 26 Contrà verò, lætentur omnes, qui in te ſperant: 27 hi in æternum exſultabunt, teque laudabunt, & tu habitabis cum eis, ab omni malo protegens eos. 28 Et hic interim gloriabuntur de te omnes, qui majeſtatem tuam diligunt, 29 propterea quòd tu benefaciendo benedices homini juſto. 30 Domine defenſo quodam bonæ tuæ erga nos voluntatis undique nos circumcinxiſti ac defendiſti, ne nos læderent inimici.

ORATIONES.

MSS. 1 PIE Domine, qui adtriti cordis gemitum, priuſquam proferatur, intelligis; efficenos, quaeſumus, templum Paracliti: ut mereamur ſcuto caeleſtis benevolentiae coronari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritûs Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Br. Mozarab. fol. 81. *De reſurrectione Domini.* 2 REX noſter & Deus noſter, depelle à cordibus noſtris erroris & ignorantiae noctem: ut renovando nos in novum hominem, manè noſtras exaudias voces. fac nos in bonis operibus tibi adſtare diluculò; & ad contemplandum te nobis reſurrectionis tuae tribue ſacramentum. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*)

fol. 55. 95. 3 DEduc nos Domine in bonis; ac dirige in conſpectu tuo viam noſtram: ut fides noſtra, ſalutaris tui vocatione, te, qui es Rex noſter & Deus noſter, & veſtigio comitetur innoxio, & curſu occupet expedito. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 130. 4 CLamoris noſtri intelligens orationem, clarifica lucis aeternae praeſentiâ, manè tibi adſtantium vota: dieique perennis ita praecipe in nobis candorem effulgere, ut tetrae noctis laſſitudo, & erroris amicta caligo aufugiat; Sol quoque verus ſuo nos radio luſtrando cuſtodiat. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 156. 5 DEus, qui odio habes omnes, qui operantur iniquitatem, charitatis munimine nos reple: ut aliquando ad te converſi, doloris ſui ſentiant cumulum, qui contra te loquuntur mendacium. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 256. 6 IN ore inimicorum tuorum, Domine, veritas non eſt: quia dum à te in intimis avertuntur, cor eorum vanitate deſtruitur. da ergo nobis, ut ſic lingua noſtra cum puritate conſcientiae acceptum tibi deferat hymnum, ut patens malignitatis non efficiatur ſepulchrum. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 56. 7 AUribus tuis, omnipotens Deus, percipe verba oris noſtri; & tuorum diluculò clamorem pie ſcrutator intellige: ac tuae voluntatis ſcuto ità nos praemuniri concede, ut vitioſa ſuggeſtio mentis noſtrae non valeat inrepere: ſit quoque orandi ad te jugis ac fida devotio, ut contemplatio tua nobis tribuatur in matutino. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 107. 8 EXſpectatio ſalutis noſtrae, Domine, verba ſupplicum precibus ad te directa ſacris auribus percipe; & occultum cordis clamorem, occultorum ſcrutator intellige: ut ea, quae non timemus admittere, & erubeſcimus pandere, tu Rex noſter miſeratus dimittas, & placatus indulgeas: ut oratio confitentium manè ad te perveniat, & tuae clementia pietatis à te donata ſuccurrat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 225. *De Sancto Martyre.* 9 ECce laetatur in te, Domine, Martyr tuus Sebaſtianus, & in te gloriatur, qui à te coronatur: petimus ergo te, Domine Deus, quantis poſſumus precibus: ut quia ejus hodiernâ die feſta ſolemnia celebramus, noſtrorum veniam delictorum conſequi mereamur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

VI.

In finem, in carminibus: Pſalmus David: * *pro octavâ.*

* I. Paralipom. XV. 21.

(In editione Romana. *In finem in hymnis: Pſalmus David: pro octava.*)

BEDA.

Senſus ſpiritualis. In finem *jam notum eſt.* Hymnus *eſt laus Divinitatis, metri alicujus lege compoſita,* Pro Octava, *Domini ſignificat adventum; quando, finita ſeculi hebdomada, ad judicandum veniet mundum; unde pſalmus iſte cum tremore maximo facit initium.*

Qua-

Quatuor modis in hoc pſalmo confitens exorat. In exordio benevolum ſibi judicem facit, animum ejus demulcens o poteſtate judicii, ob infirmitate ſua, a conſuetudine parcendi: Domine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me. *Secundo diviſort narrat ærumnas proprias, quibus afflictus & contriſtatus ingemiſcit.* Laboravi in gemitu meo &c. *Tertia ſequeſtrat ſe a malis; quod bono Judici noverat eſſe gratiſſimum: ut ab illis meus redderetur alienus, quibus & ipſa juſtitia probetur adverſa:* Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. *Ad extremum conturbat & repulset omnes iniquos, quoniam cum ipſis nolebat habere ullatenus portionem:* Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei.

Euſebius Cæſarienſis. *Documentum confeſſionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & orationem & deprecatione.*

✱ Card. Thom. *Ezechias infirmatus invocat Dominum, cauſans fragilitatem humanæ naturæ.* Aliter vox Chriſti ad Patrem. Lege ad Lazari reſurrectionem. *Nota ordinem diſpoſitionis myſticæ, quia quinto pſalmo mane hæreditas danda promittitur, in ſexto reſurrectionis judicii pertimeſcitur.*

Pſ.lt. Syr. *Documentum & commonitio, ſimulque de gratia, verſ. 27.*

Pſalt. Arab. *Davidis in ſupplicationem pro peccato ſuo, verſ. 21.*

Dominica ad Vigilias. S. Hier. *Pœnitentiæ Pſalmus eſt, & non emendari refutat & corripi; ſed in furore & in ira, quia infirmus ſit, & turbata ſunt oſſa ejus.*

PSALMUS I. POENITENTIALIS AD SUPPLICANDUM.

Propheta. ℣. 6. Pſalmus XXXVII. 6.

1 DOMINE ne in furore tuo arguas me:
2 neque in ira tua corripias me.
† 3 Miſerere mei Domine; quoniam infirmus ſum:
4 ſana me Domine; quoniam conturbata ſunt oſſa mea;
† 5 & anima mea turbata eſt valde.
6 Sed tu Domine uſquequò?
† 7 convertere Domine ✠ &: eripe animam meam:
8 ſalvum me fac propter miſericordiam tuam:
℣. 9. & 10. Pſ. XIX. 10. LXXXVII. 11. CXIII. 17. CXVII. 17. Iſ. XXXVIII. 18. Baruch. II. 17.
† 9 quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui:
10 in inferno ✠ autem: quis confitebitur tibi?
† 11 Laboravi in gemitu meo:
12 lavabo per ſingulas noctes lectum meũ:
13 lacrymis meis ſtratum meum rigabo:
℣. 14. Job XVII. 7. Pſal. XXX. 10. XXXVII. 11. LXXXVII. 10. Thren. V. 17. ℣. 16. Matth. VII. 23. XXV. 41. Luc. XIII. 27.
† 14 turbatus eſt à furore oculus meus:
15 inveteravi inter omnes inimicos meos.
† 16 Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem:
17 quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei:
† 18 exaudivit Dñus deprecationem meam:
19 dominus orationem meam ſuſcepit.
† 20 Erubeſcant & conturbentur: vehementer: omnes inimici mei:
21 convertantur & erubeſcant ✠ valde: velociter.

In perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, Pſalmus Davidi inſpiratus. ſuper cithara octo chordarum, aut ſuper octavo ſono. PROPHETA. 1 *Domine ne me redarguas ſcelerum meorum cum tuo (ut humana more loquar) furore, ſed cum miſericordia: 2 neque velut iratus graviore tua punitione me caſtiges atque emendes. 3 Miſerere mei Domine, quia viribus imbecillus ſum & languidus: 4 ſana me Domine, quia omnia oſſa, robora, & membra mea conturbata ſunt & conterrita: 5 quin & anima ipſa mea vehementer turbata eſt & terrefacta. 6 Verum tu Domine quouſque differes mei miſereri, neque ſanare? 7 verte te benignum ad me Domine; animamque meam libera à conturbationibus tantis: 8 & ob tuam miſericordiam à tot infirmitatibus atque terroribus ſalva me, antequam moriar: 9 quia in morte illa æterna non eſt ampliùs aliquis, qui piè recordetur tui, ſeque convertat ad te: 10 porrò in inferno quis tibi tuas ampliùs profitebitur laudes? 11 Ecce Domine ego multum laboravi & defatigatus ſum ob continuum gemitum meum: 12 & adhuc inſuper per noctes ſingulas lavabo, & quaſi natare faciam in lachrymis lectum meum: 13 totumque ſtratum meum lachrymis meis uberrimis madefaciam: 14 etiam oculus ipſe meus turbatus eſt, & caligavit præ grandi amaritudine, qua me furor tuus implevit: 15 jamque conſenui & conſumptus ſum viribus inter omnes inimicos meos, mihi jugiter inſidiantes. 16 Recedite à me inimici mei omnes, qui quod eſt iniquum facitis: 17 quia Dominus jam exaudivit vocem hanc & precem fuſam cum fletu meo: 18 exaudivit, inquam, Dominus deprecationem hanc meam, ut me liberet à malo: 19 & orationem hanc meam Dominus acceptavit, ut me adjuvet ad bonum. 20 itaque pudore ſuffundantur, & terrefacti turbentur valdè omnes inimici mei ob inſperatam illis ſalvationem meam: 21 fruſtratique ſpe ſua, valdè ſubitòque avertantur retrorſum, ac in fugam verſi verecundia profundantur.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 EXauditor omnium Deus, exaudi noſtrorum fletuum ſupplicem vocem; & tribue infirmitatibus noſtris perpetem ſoſpitatem: ut dum dignanter gemitum noſtri laboris ſuſcipis, tuâ nos ſemper miſericordiâ conſoleris. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 77. * *for.* indulge. fol. 153. 2 MIſerere nobis Domine, miſerere; ne nobis peccatorum infirmitas afferat mortem. ſana nos Domine, ut anima turbata per culpam, ſit tranquilla per gratiam: * infunde medicinam praeſtare delictis. ℟. *Amen*. (Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

3 ERubeſcant & confundantur omnes inimici mei, Domine, & qui inriſores ſunt crucis tuae, & captores orationis noſtrae. ſuſcipe ergo orationem fidelium; & caſtra abjice exterorum: ut dum oratio Eccleſiae ad te dirigitur, omnis per te infidelitas confundatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Chri-

fol. 158. De Paſſione Domini.

4 CHriſte Dei Filius, cujus oſſa & anima in paſſione turbata eſt; ſana plagam cordis noſtri: ut confirmatis virtutum oſſibus, ſic paſſionis tuae concinamus praeconia, ut reſurrectionis conlaetemur inpenſiùs gloriâ pôſt futurâ. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 158. Item de Paſſione.

5 DEI Patris unigenite Fili Chriſte, cujus divinitatis oculos ſic paſſionis injuria non turbat, ut tamen paſſione ipsâ in ſolo homine aſſumptâ, excipiat nos famulos tuos; in quorum viâ amaritudinis, & oculus caligavit, & vita inter inimicos poſita veteraſcit; ſic à nobis acceſſum exclude totius malitiae, ut compotes habeamur felicitatis aeternae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 159. Item de Paſſione.

6 TE, Jeſu, pro impiis laboraſſe in gemitu credimus paſſionis; ideò petimus, ut ſingulare exemplum patientiae tuae proficiat ad emolumentum animae noſtrae: quò per ſingulas noctes ſic lectum ſtratumque noſtrum rigemus in lachrymis, ut continua capiamus praeſidia ſanctitatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 159.

7 SAlva nos Domine propter miſericordiam tuam, quos ſcis infirmari propter iniquitatem propriam; & quoniam turbata eſt anima noſtra ob metum tuorum juſtorum judiciorum, requieſcat propter jucundiſſimum indulgentiae tuae donum; & eam percipiat ad ſanitatis praemium, qui ſuorum confitetur vulnera peccatorum: ut purgatus per gratiam, veniam ſuſcipiat; & ad te ſine confuſione perveniat. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 162.

8 DIſcedant à te Domine omnes maligni; quos utique infidelitatis ſuae vorago à te diſcedere fecit: non quò ipſi poenali ultione à te perituri recedant; ſed ut infidelitatis eorum diſcedente proterviâ, mitiſſima levi jugo tuo ſua colla ſubmittant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 53. 55.

9 DOmine ne in ira tua nos arguas; neque in tuo nos furore corripias: ſed ab aſperitate verberis unge clementiâ lenitatis: ut non perditionem poena; ſed eruditionem nobis tua conferat diſciplina. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 60.

10 PRecamur Domine, ut nos in ira tua non arguas; & furorem tuum in nos deſaevire non ſinas: ſed placidus corrector tolle peccandi uſum; ne nos arguendo duriùs, propellat ad nihilum. miſerere ergo infirmitati noſtrae: & famulorum tuorum omnium fidelium infirmorum tuam imperti medelam: & quos cernis proprio turbari peccato, quietos deputa, miſericorditer indulgendo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 60.

11 ADeſto, quaeſumus, Domine ſupplicibus noſtris: & quibus auſteritatem juſtae correctionis infligis, propitius adhibe auxilium miſericordiſſimae conſolationis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Ex Albino Flacco col. 219.

12 UT, ne in furore & ira tua animas famulorum tuorum Domine arguas, deprecamur: ſed cuncta peccaminum labe mundatis, tuae pietatis dono refrigerii locum concede. Per Dominum.

VII.

Pſalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusì filii Jemini.

BEDA.

3. Reg. IX. 1.
* In comment. Pſalm. Tom. 7.

Chuſi *interpretatur* Æthiops: *quo nomine Saul propter ſingulariter & crudeles mores exprimitur: & appellatur* Filius Jemini; *quia de illius ſtirpe deſcendit, ut * Regum hiſtoria narrat. Allegoricè autem* David, *Chriſtum; Æthiopem verò, perſequentem populum Judæorum intellige. Hujus tituli ſenſum, * Hieronymum ſecutus expoſui: quia ſunt (ut ipſe eſt teſtis) qui hunc pſalmum contra Abſalon putant eſſe cantatum: quando* Chuſi *amicus David deſtruxit conſilium Achitophel: quos ſciendum eſt vehementer errare: primò quia nomen* Chuſai *per* ſamech *litteram ſcriptum eſt: hic verò per ſin. deinde quòd numquam David, qui ducibus exercitus ſui præceperat*, Parcite puero Abſalon, *de morte illius loqueretur;* Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, lacum aperuit *& cætera: maximè qui hunc mortuum aperto capite flevit. ad extremum quòd ille amicus David, filius* Arachi; *hic verò* Filius Jemini *ſcribitur.*

Senſus ſpiritualis.

Cauſam ergo ſuam Propheta trahens in futurum myſterium Domini Salvatoris; in prima diviſione, ex ſua perſona Dominum deprecatur, ut ab omnibus perſecutoribus, ejus virtute liberetur: Domine Deus meus in te ſperavi. *Secunda ſcilicet idem Propheta rogat, ut reſurrectionis ejus gloria manifeſtata ſubveniat:* Exurge Domine in ira tua & *reliqua. Tertia (ipſum) introducit loquentem per id quod factus eſt humilis, ut ſecundum juſtitiam ſuam veritatemque judicetur; malos ultione deterreat, bonis gratuita præmia compromittens;* Judica me Domine ſecundum juſtitiam meam. *In quarta parte iterum Propheta loquitur, commonens Judæos, ut metu futuri judicii a propoſita iniquitate diſcedant; ne meritas luere debeant ultiones:* Deus judex juſtus & fortis & patiens: numquid iraſcitur per ſingulos dies? *Poteſt iſte Pſalmus etiam in perſona * Dominici hominis intelligi: ſi modò ea, quæ ibi humiliter dicta ſunt, ad noſtram * infirmitatem referantur, quam ille geſtabat.*

* S. Auguſt. in hunc Pſal. & Retractat. l. 1. num. 8.
* al. humilitatem.

Euſebius Cæſarienſis. *Davidis confeſſio, & prophetia vocationis Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

Ex Brev.

* Card. Thomaſius. *Ezechias ab hoſtibus calumniatus, & a ſuis proditus, Domino ſupplicat, imprecatus ejus Judicium in eos, qui mendaciter innocentem accuſabant.*

Dominica ad Vigilias. Pſalt. S. r. *Converſio gentium ad fidem, & confeſſionem Trinitatis, verſ. 27.*

Pſalt. Arab. *verſ. 35.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DOMINE Deus meus in te ſperavi:
2 ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me; & libera me:
† 3 ne quando rapiat ut leo animam meam;
4 dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.
† 5 Domine Deus meus ſi feci iſtud;
6 ſi eſt iniquitas in manibus meis;
† 7 ſi reddidi retribuentibus mihi mala:
8 decidam meritò ab inimicis meis inanis;
† 9 perſequatur inimicus animam meam & comprehendat;
10 & conculcet in terra vitam meam;
11 & gloriam meam in pulverem deducat.

2 *DIAPSALMA.*

† 12 Exſurge Domine in ira tua:
13 & exaltare in finibus inimicorum meorum.
† 14 2 Et: exſurge + Domine Deus meus: in praecepto quod mandaſti:
15 & ſynagoga populorum circumdabit te.
† 16 & propter hanc, in altum regredere:
17 Dominus judicat populos.
† 18 Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam:
19 & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.
† 20 conſumetur nequitia peccatorum:
21 & diriges juſtum,
♰.22. 22 ſcrutans corda & renes Deus.
I. Paral. XXVIII. 9. † 23 juſtum, adjutorium meum à Domino,
Jerem. XI. 24 qui ſalvos facit rectos corde.
20. XVII. 10. † 25 Deus, judex juſtus fortis + & patiens:
XX. 12. Apocal. II. 23. 26 numquid iraſcitur per ſingulos dies?
♰.27. † 27 Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit:
Deuteron. XXXII. 41. 28 arcum ſuum tetendit, & paravit illum;
† 29 & in eo paravit vaſa mortis:
♰.30. Deuteron. 30 ſagittas ſuas ardentibus effecit.
XXXII. 42. † 31 Ecce parturiit injuſtitiam; concepit dolorem; & peperit iniquitatem.
♰.31. Job XV. 18. 31. Iſai. LIX. 4. † 32 lacum aperuit, & effodit eum:
33 & incidit in foveam quam fecit.
♰.33. Pſal. IX. 16. † 34 convertetur dolor ejus in caput ejus:
LVI. 7. 35 & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.
♰.35. Proverb. V. 22. XXII. 8. † 36 Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus:
37 & pſallam nomini Domini Altiſſimi.

PROPHETA. 1 *Domine Deus meus ego in te* Pſalmus David inſpiratus: quem ipſe Domino
ſperavi ſemper: 2 ſalva me ergo, & libera me ab cecinit pro
omnibus perſequentibus me: 3 ne fortè aliquando negotiis illis
Aethiops iſte filius Jemini prædabundus ut leo rapiat Chuſi (quo
ferociter animam & vitam meam; 4 cùm præter te nomine ſi-
nemo ſit qui me jamjam captivandum redimat; neque gnificatur
qui me ab ejus manibus ſalvet. 5 Domine Deus meus, ſi *Aethiops*) de
feci hoc crimine quod ille mihi imputat; 6 ſi eſt ini- ſtirpe Jemini
quum aliquod adverſùm eum in operationibus meis: 7 ex tribu Be-
ſi ego viciſſim mala rependi iis, qui mihi è contrario niamin.
mala reddebant pro bonis: 8 ſi hæc, inquam, feci;
meritò ſanè decidam ex inimicis illis meis vacuus, &
omni ſpe mea fruſtratus; 9 meritò Aethiops inimicus
hic meus perſequatur & apprehendat animam vitam-
que meam; 10 & meritò me adhuc viventem ſternat
in terram, & ſuis pedibus conculcet; 11 honoremque
meum in pulverem colliget ſepulchri. * *12 Exſurge* * *Pauſatio*
(ut ita dicam) Domine cum ira tua ad vindicatio- *aut immuta-*
nem, qua me defendat: 13 ac te excelſum eſſe demon- *tio muſicæ*
ſtra in finibus ac regionibus ejuſmodi inimicorum meo- *cantilenæ in-*
rum: 14 & expergiſcere (ut ita dicam) Domine Deus *ter pſallen-*
meus ad ulciſcendum præceptum de non inferenda inju- *dum.*
riæ, quod tu mandaſti, & iſti violaverunt: 15 & ho-
rum populorum congregatio a te judicanda, circumſtet
tribunal tuum: 16 & ob hanc rem tu judicaturus re-
di (ut ita loquar) ad altitudinem ſolii tui. 17 Jure
namque populos omnes judicaturus eſt Dominus om-
nium. 18 Itaque judicium pro me facito Domine,
prout poſtulat juſtitia hæc mea erga inimicos illos meos
quos non læſi: 19 & pro me judica, prout exigit inno-
centia hæc mea, quæ in me eſt; quia numquam illis no-
cui. 20 ſiniatur, quæſo, malitia hominum peccato-
rum; & ita hominem juſtum & innoxium rectè ac
proſperè ſe habere facies, 21 ô Deus, qui cordium af-
fectiones, intimaſque ſenſuum cupiditates examinas
atque cognoſcis. 22 Juſtum eſt auxilium hoc quod mi-
hi in hac juſta cauſa peto & exſpecto a Domino; 23 qui
Dominus ſalvat innocentes, qui rectum animum habent.
24 Deus judex eſt juſtus & fortis & lenis, iram
differens: 25 numquid enim diebus ſingulis iram pu-
nitionemque adducit in eos, qui ſingulis diebus peccant?
26 Attamen, niſi vos perſecutores mei converſi fueri-
tis ab nequitia ad pœnitentiam, ipſe Deus gladium
vindictæ ſuæ acuet, & micantem movebit in vos mi-
nabundus: 27 immò juſtitiæ ſuæ arcum jam tetendit;
eumque præparavit ad vos ſagittandos: 28 & in eo
arcu jam præparavit jacula inſtrumenta mortifera;
29 ſuaſque ſagittas jam perfecit infigendas vobis ar-
dentibus odio mei. 30 Ecce Aethiops hoſtis hic meus
inſtar mulieris parturientis niſus eſt ut pareret quid
injuſtum contra me: 31 concepitque occultè in animo
ſuo laborem ac dolorem, quem mihi faceret; & pepe-
rit tandem ac propalavit rem iniquam, quam in me
machinabatur. 32 Ipſe quidem foveam excidit, eam-
que profundè refodit, in quam ſuit ego inſidiis cade-
rem: 33 verùm & ipſemet juſto Dei judicio caſurus
eſt in foveam ipſam, quam fecerat in ruinam meam. 34
dolor ille, quem mihi faciendum conceperat, in ipſiuſ-
met caput & perniciem revertetur: 35 & res illa ini-
qua adverſùm me jam partu & in lucem edita, in
ejuſdem ipſius verticem & ruinam inopinatò recidet.
36 Igitur confitebor Domino debitas laudes, prout me-
ritò exigit juſtitia ejus, qua noxios punit, & inno-
xios ſalvat: 37 ſemperque pſalmos canam in hono-
rem majeſtatis Domini altiſſimi atque ſupremi.

ORATIONES.

MSS. 1 SCrutator cordium Deus libera nos à perſequentibus nos: & da nobis in tui exſpectatione judicii firmam cuſtodiam mentis; ut non retribuamus inimicis mala pro malis. Per Dominum noſtrum Jeſum *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 153. *De Paſſione Domini.* 2 DOmine Deus ſperantem in te Eccleſiam tuam à perſequentibus hominibus libera: ut potentiâ paſſionis tuae, quâ eam primùm liberaſti à captivitate diaboli, liberes etiam ab ardoribus ſupplicii ſempiterni. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 159. 3 DOmine Deus ſalvum fac populum tuum ſecundùm acceptum à te juſtitiae donum, in quo ſanctae fidei nobis tribuiſti myſterium: ut porrecto titulo Crucis, ſic conſumatur nequitia peccatoris, ut dirigatur juſtus per ſemitas aequitatis. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 55. 160. 182. 4 GLorioſe, potens, ac miſericors Deus, erue nos ab inſidiis inimici: & ne anima noſtra à rugientis leonis raptu rapido rapiatur, protectio dexterae tuae in noſtri cuſtodiam deputetur: ne dum non eſt qui redimat, ille ſaevus occidat: aut ſi non eſt qui ſalvum faciat, ille ſubvertat. Sed tu Leo de tribu Juda in ira tua exſurge; & * ſeveritate judicii, inſidioſi hoſtis catervas interime: noſque in praecepto, quod mandaſti, credere & permanere concede. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

* *al.* veritate.

fol. 162. *De Paſſione Domini.* 5 DOmine Deus ſperantem in te tuam Eccleſiam ſalva: quae per te, qui pro ea paſſus es, & ab omnibus perſequentibus liberetur, & cum omnibus qui te diligunt perpetim jucundetur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 187. *Item de Paſſione.* 6 DOmine Deus ſperantem in te tuam Eccleſiam à perſequentibus omnibus ſalva; & de manu perſequentium potentialiter libera: ac ne quando rapiat vel leo animam ejus, tuis ſemper inroretur virtutibus: ut cujus primùm paſſionis completa eſt ſanguine, ejus invictâ liberetur à malis omnibus poteſtate. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

VIII.

In finem: pro torcularibus: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus ſpiritualis. Pro torcularibus, *pro Eccleſiæ membris dicit: quia ſicut in* torcularibus *preſſæ uvæ, duriſſimis gigartis comminutis, folliculiſque nudatis, dulciſſima vina profundunt, ſic in Eccleſia de obſtinatis moribus tumidaque ſuperbia, preſſura pœnitentiæ ſuaves lacrymæ ſalutariter exprimuntur.*

Eccleſia ergo priſci temporis, in qua revera torcular *quidem corporum eſt, ſed fructus ſalutaris animarum, prima ingreſſu laudes Domini Chriſti læta decantat, majeſtatem ejus prædicans & operationis excelſa:* Domine Dominus noſter *& reliqua. Secundo apertiùs venit ad hominis naturam, quam de conditione parviſſima, quæ Adam fuerat peccante vitiata, ad magnorum dicit rerum creviſſe faſtigia. ſic Domini Chriſti ex duabus & in duabus naturis inconfuſis atque diſtinctis, una perſona ſalutariter & indubitanter agnoſcitur:* (Quid eſt homo quòd memor es ejus?)

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de vocatione Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✶ Cardin. Thom. *Admiratur Propheta Dei potentiam, per quam gubernat cunctam mundi molem: gratiaſque agit, quòd tantus Creator hominis memoriam ſit habere dignatus. Aliter, Eccleſia laudem dicit Chriſto de fide omnium credentium. Lege ad Evangelium Marci.*

Dominica ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Prophetia, quòd laudem Oſannis dicturi eſſent infantes & pueri, atque adoleſcentes, Domino, verſ.* 18.

Pſalt. Arab. *verſ.* 17.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 DOMINE Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!

℣. 2. Pſ. CXII. 4. † 2 quoniam elevata eſt magnificentia tua ſuper caelos:

℣. 3. Matth. XXI. 16. † 3 ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem

4 propter inimicos tuos,

5 ut deſtruas inimicum & ultorem.

† 6 Quoniam videbo caelos tuos: opera digitorum tuorum,

lunam

PROPHETA. 1 *Domine Dominator noſtri, ò quàm grande eſt & mirabile nomen & regnum majeſtatis tuæ in tota terra! 2 nam licèt tua magnitudo & gloria longè ſupra cælos ipſos nedum terram ſublimior ſit, & alta reſplendeat; 3 tamen laudem quoque perfectam tibi paraſti vel ex ore ipſo puerorum penè infantium & penè ſugentium adhuc ubera, clamantium* Hoſanna *Hieroſolymis in Templo; 4 idque perfeciſti propter inimicos & adverſarios tuos, principes ſacerdotum & ſcribas; 5 ut hoc modo ſaltem à malitia diſſolveres ac ceſſare faceres inimicum tuum tibi adverſantem, & ſuæ gloriæ invidum defenſorem ac vindicatorem, ne ſuum locum perderet & Judaicam gentem. 6 Ceterùm, quoniam ego attentius videbo* In perpetuum decantandus melodia ſuper torcularibus uſitata, Pſalmus Davidi inſpiratus.

tuos

Digitized by Google

7 lunam & ſtellas, quae ✠ tu: fundaſti:

℣. 8. Job. VII. 17. Pſ. CXLIII. 3. Hebr. II. 6.

† 8 quid eſt homo quòd memor es ejus?

9 aut filius hominis quoniam viſitas eum?

† 10 minuiſti eum paulò minùs ab Angelis:

11 gloriâ & honore coronaſti eum:

℣. 12. Geneſ. I. 26. 28.

12 ✠ &: conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

† 13 omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus,

14 oves & boves univerſas,

15 inſuper & pecora campi,

† 16 volucres caeli & piſces maris,

17 qui perambulant ſemitas maris.

† 18 Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt, nomen tuum in univerſa terra!

tuos cælos, quæ ſunt opera pulcherrima tuis (ut ita dicam) digitis elaborata; 7 & lunam videbo ac ſtellas, quas tu in cæleſtibus orbibus fundaſti & ſtabiliviſti: 8 idcircò exclamabo mirator, Quantula res eſt homo de luto formatus, ut tam beneficè tu recorderis ejus? 9 aut quid eſt humana natura illius filii de humano ſemine Davidis, ut tam dignanter eam viſites unione ineffabili Verbi tui? 10 feciſti quidem ipſum filium hominis Chriſtum paulò inferiorem Angelis ſecundum humanitatem: 11 ſed propter paſſionem mortis, gloria reſurrectionis, & honore ſeſſionis ad dexteram tuam ornaſti eum veluti corona: 12 eumque conſtituiſti dominum in omnia opera manuum tuarum. 13 omnia namque creata ſubdidiſti pedibus & dominatui ejus, nihil dimittendo non ſubjectum ei, præter te Deum, qui ſubjeciſti ei omnia; 14 & minimas etiam creaturas ditiani ejus ſubjeciſti, nempe oves & boves omnes, 15 ac pecora ipſa, præterea & animalia campeſtria & agreſtia, 16 & aves per aereum cælum volitantes, & piſces ipſos maris, 17 qui per varia ejuſdem maris itinera diſcurrunt, & quæcumque moventur in aquis. 18 Domine dominator noſtri ò quam grande eſt & mirabile nomen & regnum majeſtatis tuæ in tota terra!

ORATIONES.

MSS. 1 ADmirabile nomen tuum, omnipotens Domine, ſupplices exoramus: ut qui omnem creaturam mundi ad uſus hominis ſubjeciſti, nos ad tuae ſervitutis officium dignos digneris efficere. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 232. 2 ADmirabilis Domine, tuum nomen laudabile (eſt) in univerſis finibus terrae. Praeſta ergo nobis vanam mundi celſitudinem declinare: ut ex ore noſtro tua perficiatur laudatio, & verae fidei nutrimentis creſcat in nos ſcientiae plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 234. 3 DOmine admirabilis & immenſe, humiles nos propitius tam effice quàm intende: ut quia nomen tuum admirabile eſt in omni terra, veritatis in nos ſolidius cumules diſciplinam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

IX.

*In finem: * pro occultis filii: Pſalmus David.*

*I. Paral. XV. 20. Juxta LXX. Super alemot. Juxta Vulgatam: Arcana cantabant.

* S. Hieronym. proœm. comment. in Danielem.

Senſus myſticus.

BEDA.

Nomen Filii perſonam ſignificat Domini Salvatoris: nam cùm nomen aliquod, ad quem pertineat non ponitur, neceſſe eſt, ut hoc dictum de ſummitate aliqua ſentiatur. Pro occultis *autem, quod plurali numero poſuit, non unum, ſed utrumque ejus demonſtrat adventum. Verùm ſciendum eſt, in Hebræo haberi;* Pro morte filii: *ſed LXX. Interpretes Chriſti paſſionem & reſurrectionem, quæ ignota priùs mundo fuit, per verbum* abſconſionis *celare voluiſſe; ne a gentibus illo tempore facilè noſceretur. * Deinde & Symmachus ita tranſtulit,* Pro victoria de morte filii: *hanc habens conſuetudinem, ut verbum Hebraicum* Lamnazzeach, *quod LXX. Interpretes,* In finem; *Aquila tranſtulit,* Τῷ νικοποιῷ, *hoc eſt,* Ei qui præbet victoriam; *ipſe verteret,* Ἐπινίκιον, *quod propriè triumphum palmamque ſignificat.*

Totus hic pſalmus a perſona Prophetæ depromitur. Prima profeſſione lætum ſe dicit Domino pſalliturum quoniam conſtidit diabolum; cujus culturam adventus ſui pia diſpenſatione deſtruxit: Confitebor tibi Domine in toto corde meo &c. *Secunda commonet fideles, ut pſallant Domino, qui vindicat ſanguinem pauperum; & exaltat eos de portis mortis:* Pſallite Domino qui habitat in Sion. *Tertia peccatoribus cum Antichriſto malorum finem dicit eſſe venturum:* Convertantur peccatores. *Quarta malorum ipſorum nimietate permotus, converſus ad Dominum, quaſi receſſiſſe illum dicit a defenſione pauperum; cum malis datur licentia præſumptionis ſuæ:* Ut quid Domine receſſiſti longè? *Quinta deprecatur, ut tremendi illius Judicii tempus adveniat; quatenus hæc omnia ſine celeri tranſigantur; ne cujuslibet hominis iniquitas ultra prævaleat:* Exſurge Domine Deus, exaltetur manus tua *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Mors Chriſti & reſurrectio, & regni receptio, inimicorumque omnium deſtructio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.*

★ Cardin. Thomaſ. *Orat Dominum David pro doloſis cogitationibus Filii ſui, gratias agens, quod eos non ſequeretur effectus: poteſt & Ezechiæ congruere, gratias agenti poſt Aſſyrii exercitus interitum. Aliter, Eccleſia laudem dicit Chriſto de Judæis & de Principe Dæmoniorum.*

Pſalt. Syr. *De Chriſto ſolium ac regnum ſuſcipiente, beſtiamque profligante, ver. 42.*

Item de incurſu hoſtis in Adam, ejuſque generationem, & quomodo depreſſerit Chriſtus ejus arrogantiam, verſ. 28.

Pſalt. Arab. *Davidis, de myſteriis filii quoad gloriam Chriſti ejuſque reſurrectionem, ac regnum; atque interitum omnium incredulorum, verſ. 82.*

Dominica ad Vigilias.

S. Hier. *Pſalmus iſte in Perſona Eccleſiæ per Prophetam de Antichriſto cantatur. Totus Pſalmus per Tropologiam ad Chriſti pertinet Sacramentum.*

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS ET AD PRECANDUM.

Propheta.

1 CONFITEBOR + tibi: Domine in toto corde meo:
2 narrabo omnia mirabilia tua:
† 3 laetabor & exultabo in te:
4 pſallam nomini tuo, Altiſſime:
† 5 in convertendo inimicũ meum retrorſũ;
6 infirmabuntur & peribunt à facie tua.
† 7 quoniam feciſti judicium meum & cauſam meam:
8 ſediſti ſuper thronum, qui judicas juſtitiã.
† 9 Increpaſti gentes; + &: periit impius:
10 nomen eorum deleſti in aeternum & in ſaeculum + ſaeculi:
† 11 inimici defecerunt frameae in finem: & civitates + eorum: deſtruxiſti.
† 12 periit memoria eorum cum ſonitu:
13 & Dominus in aeternum permanet.
† 14 Paravit in judicio thronum ſuum:
15 & ipſe judicabit orbem + terrae: in aequitate: (℣. 15. & 16. Pſal. XCV. 13. XCVII. 9.)
16 judicabit populos in juſtitia.
† 17 & factus eſt Dominus refugium pauperi,
18 adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. (℣. 18. Pſ. XXXVI. 39. XLV. 2. XC. 15.)
† 19 Et ſperent in te qui noverunt nomen tuum:
20 quoniam non dereliquiſti quaerentes te Domine.
† 21 Pſallite Domino qui habitat + in: Sion:
22 annuntiate inter gentes ſtudia ejus:
† 23 quoniam requirens ſanguinem eorum, recordatus eſt: (℣. 23. Geneſ. IX. 5.)
24 non eſt oblitus clamorem pauperum.
† 25 Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis;
† 26 qui exaltas me de portis mortis;
27 ut annuntiem omnes laudationes tuas
28 in portis filiae Sion:
† 29 Exultabo in ſalutari tuo:
30 infixae ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. (℣. 30. Pſal. VII. 16.)
† 31 in laqueo + iſto: quem aſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. (℣. 31. Pſal. LVI. 7.)
† 32 Cognoſcetur Dominus, judicia faciens:
33 in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

CANTICUM DIAPSALMATIS.

† 34 Convertantur peccatores in infernum;
35 omnes gentes quae obliviſcuntur Deum:
† 36 quoniã non in finẽ oblivio erit pauperis:
37 patientia pauperum non peribit in finẽ.
† 38 ExſurgeDomine: non confortetur homo:
39 judicentur gentes in conſpectu tuo.
† 40 conſtitueDomine legiſlatorem ſuper eos:
41 ut ſciant gentes quoniam homines ſunt.

: DIAPSALMA:

Pſalmus X. ſecundum Hebraeos.

† 42 UT QVID Domine receſſiſti longè? deſpi-

In perpetuum decantandus ſuper occultis judiciis Dei in morte filii, Pſalmus Davidi inſpiratus.

PROPHETA. 1 *Profitebor & celebrabo debitas tibi Domine laudes toto meo cordis affectu: 2 & cuncta tua enarrabo opera admiranda erga me geſta: 3 lætabor & exſultans gloriabor de te ejuſmodi mirabilium effectore: 4 ac majeſtati tuæ pſalmos canam ô Deus altiſſime: 5 eo quòd inimicus ille meus à te averſus fuerit retrorſum atque fugatus; 6 & eo quòd reliqui quoque ſequaces ejus corruentes debilitandi ſint atque perituri coram te, ipſorum a me injurias propulſante. 7 tu enim judicium hoc meum cauſamque meam iſtam feciſti, pro me judicando contra adverſarios meos: 8 & in hoc meo negocio veluti pro tribunali ſediſti tu, qui judicas juſtè. 9 Tu minis ac pœnis objurgaſti ejuſmodi gentes iniquas; ſtatimque periit impius ille inimicus meus: 10 eorumque omnium nominis memoriam oboleviſti in ſempiternum & in omnia ſæcula. 11 & ita enſes illi & arma ſtrepentia inimici illius mei jam defierunt in perpetuum; eorumque civitates evertiſti: 12 periitque earum memoria & recordatio unà cum toto armorum ſuorum ſono atque ſtrepitu: 13 & Dominus æternùm manet in ſolio regni ſui. 14 Hic Dominus ſtabilivit ac paravit tribunal ſuum ad judicium faciendum pro me vendicanda ab oppreſſoribus: 15 & idem judicaturus eſt cum juſtitia habitatores terræ: 16 judicaturus eſt, inquam, cum rectitudine omnes populos. 17 & ita Dominus ſe mihi pauperi oppreſſo præbuit veluti tutum locum refugii; 18 & mibi adfuit adjutor temporibus opportunis, cùm opus erat, nempè in tribulatione & anguſtia. 19 Omnes igitur, qui majeſtatem tuam agnoſcunt, ſpem ſuam in te collocent, 20 Domine, quia numquam ope tua deſeruiſti eos, qui te exquirebant & invocabant ad adjutorium ſui. 21 Canite pſalmos Domino, qui domicilium ſanctum conſtructum habet in monte Siòn; 22 ejuſque cogitationes, voluntates, & conſilia mirabilia annunciate inter gentes omnes: 23 quia, cùm eorumdem quærentium ſe ſanguinem effuſum vindicaturus requirit de manu homicidæ, illorum ſe ſemper memorem fuiſſe demonſtrat; 24 ſeque oſtendit numquam fuiſſe oblitum deprecationis & clamoris pauperum; quo ego clamore eum olim ita precabar: 25 Miſerere mei Domine; & humiliationem hanc meam & afflictionem, quæ mihi fit ab inimicis meis, commiſerationis oculo vide tu, 26 qui me ſemper erigere ſoles & eripere de portis extremiſque periculis mortis; 27 quò omnia tua erga me facta laudanda paſſim annunciare palam 28 in portis & compitis frequentiſſimis urbis Siòn. & hæc olim precabar. 29 Nunc verò exſultabo ob tuam Domine mihi allatam ſalvationem: 30 cùm gentes adverſaria mea demerſæ ſint ac defixæ in ea perditionis fovea, quam mihi fecerant ac paravant: 31 & cùm pes eorum, ea ipſa pedicula captus ſit, quam mihi comprehendendo occultè tetenderant. 32 Agnoſcetur planè Dominus, cùm ſua manifeſtè ultionum judicia fecerit: 33 veluti cùm peccator ſuarum ipſe operibus manuum captus fuerit atque corruerit. * 34 Revolvantur in infernum peccatores; 35 eòque revolvantur gentes omnes quæ obliviſcuntur Dei: 36 quia non in perpetuum oblivioni erit pauper; 37 & patiens exſpectatio pauperum non in perpetuum fruſtrata peribit. 38 Exſurge (ut ita dicam) à longa patientia tua Domine; ne, quæſo, ſe homo fortificet ac prævaleat: 39 judicentur, quæſo, puniànturque gentes impiæ in tuo conſpectu ac tribunali. 40 & tua Domine providentia permiſſu conſtitue ſuper eos terrificum magiſtrum aliquem vel tyrannum; 41 ut iſtiuſmodi gentes diſcant & agnoſcant ſe homines eſſe miſeros & invalidas. 42 * QUARE Domine ita te exhibes, ut videaris veluti à nobis abſceſſiſ-*

* *Canticum interquieſcẽte pſalterio ſive muſico inſtrumento.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

43 deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?
† 44 Dũ ſuperbit impius, incenditur pauper.
45 comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant.
† 46 Quoniam laudatur peccator in deſideriis animae ſuae;
47 & iniquus benedicitur:
† 48 exacerbavit Dominum peccator;
49 ſecundùm multitudinem irae ſuae non quaeret.
† 50 non eſt Deus in conſpectu ejus:
51 inquinatae ſunt viae illius in õni tẽpore.
† 52 Auferuntur judicia tua à facie ejus:
53 omnium inimicorũ ſuorũ dominabitur.
† 54 dixit ÷ enim: in corde ſuo; *Non movebor à generatione in generationem: ſine malo.*
℣. 55. Pſal. XIII. 3. Rom. III. 14. † 55 Cujus maledictione os plenum eſt & amaritudine & dolo:
56 ſub lingua ejus, labor & dolor.
† 57 ſedet in inſidiis cum divitibus,
58 in occultis ut interficiat innocentem.
† 59 oculi ejus in pauperem reſpiciunt:
60 inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ÷ ſua:
† 61 inſidiatur ut rapiat pauperem,
62 rapere pauperem dum attrahit eum.
† 63 in laqueo ſuo humiliabit eum:
64 inclinabit ſe & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum.
† 65 dixit ÷ enim: in corde ſuo; *Oblitus eſt Deus:*
℣. 66. Job XXII. 13. Pſalm. XCIII. 7. 66 *avertit faciem ſuam ne videat in finem.*
† 67 Exſurge Domine Deus: exaltetur manus tua: ne obliviſcaris pauperum.
† 68 propter quid irritavit impius Deum?
69 dixit enim in corde ſuo; *Non requiret.*
† 70 vides; quoniam tu laborem & dolorem conſideras;
71 ut tradas eos in manus tuas.
† 72 Tibi derelictus eſt pauper:
73 orphano tu eris adjutor.
℣. 74. Job XIII. 15. Pſalm. XXXVI. 17. † 74 contere brachium peccatoris & maligni:
75 quaeretur peccatum illius; & non invenietur.
℣. 76. Pſ. XXVIII. 10. CXLIV. 13. CXLV. 10. Jerem. X. 10. Thren. V. 19. Daniel. IV. 31. VI. 26. I. Tim. I. 17. † 76 Dominus regnabit in aeternum, & in ſaeculum ÷ ſaeculi:
77 peribitis gentes de terra illius.
† 78 Deſiderium pauperum exaudivit Dñus:
79 praeparationem cordis eorum audivit auris tua
† 80 judicare pupillo & humili:
81 ut non apponat ultra magnificare ſe homo ſuper terram.

receſſiſſe atque ſtetiſſe à longè? 43 ut quid nos diſſimulas in temporibus opportunis, nempè in tribulatione & anguſtia? 44 Cùm impius ſuperbit, pauper perſecutionis ignibus ardet & cruciatur: 45 ſed impii capiuntur indubiè ad interitum ſui per ea ipſa conſilia ſceleſta, quæ excogitaverant ad perniciem aliorum. 46 Quoniam autem ſe peccator laudat de concupiſcentiis ſatiatis animi ſui; 47 & ſibi benedicit & applaudit avarus & iniquus: 48 idcirco peccator ejuſmodi Dominum blaſphemavit & concitavit ad iram; 49 & per multam iracundiam & faſtuoſam arrogantiam ſuam Deum non exquiret, eique placere non curabit. 50 Deus non eſt coram eo peccatore & in cogitationibus ejus; 51 cujus actiones, quibus vitam tranſigit, contaminantur omni tempore. 52 E regione faciei ejus tolluntur, longeque ſunt tua Domine jura ſervanda, & tua judicia terribilia in eum exercenda. 53 unde & in omnes inimicos ſuos dominari conabitur: 54 locutus eſt namque in animo ſuo ita; Ego a felicitate hac mea numquam dimovebor in omnia futura tempora: eroque ſemper ſine malo & afflictione. *55 Sermo oris ejus plenus eſt execrationis & amarulentiæ & fraudis: 56 & lingua ejus verba ſunt aliis laborifera ac facientia dolorem. 57 is unà cum ſibi ſimilibus divitibus rapacibus ſedet in inſidiis, 58 ſedet, inquam, in locis abſconditis, ad occidendum aliquem innocentem. 59 & inde oculi ejus circumſpiciunt in pauperem prætereuntem: 60 inſidiatur enim in loco abſcondito, quemadmodum leo in ſua ſpelunca inſidiaretur oviculæ; 61 inſidiatur autem ad rapiendum aliquem pauperem; 62 ad rapiendum, inquam, pauperem, cùm ad paratam decipulam attraxerit eum. 63 in quâ decipula ſua captum, deprimet eum atque ſubjiciet: 64 & irruens incurvabit ſe, totuſque procumbet quaſi ſuper prædam vorandam, cùm ſcilicet in ejuſmodi pauperes inſidioſè captos fuerit dominatus. 65 Nec id mirum, exiſtimavit enim & dixit in animo ſuo:* Oblitus eſt Deus rerum humanarum, quæ hic fiunt; 66 faciemque ſuam avertit in perpetuum, ne videat quæ hic fiunt bona vel mala. *67 Surge Domine Deus meus ad tantam impietatem; elevetur & excelſa monſtretur in ulciſcendo manus & potentia tua, ne videaris velut oblitus pauperum. 68 ob quam cùm cauſam impius te Deum concitavit ad iram? 69 nempe quia in animo ſuo exiſtimavit & dixit:* Deus rationem factorum noſtrorum non eſt requiſiturus. *70 at tu Deus omnia vides; nam tu conſideras laborem ac dolorem, quibus improbi probos laborare faciunt & dolere; 71 ut eoſdem improbos tandem tradas in ultrices manus tuas, æterno ſupplicio cruciandos. 72 Tibi Domine tuæque tutelæ dimiſſus eſt pauper: 73 & tu pupillo humana ope deſtituto aderis adjutor. 74 itaque peccatoris & maligni pauperes opprimentis brachium roburque contere: 75 & ita confracto brachio peccatoris, ſi ejuſdem peccatum & facinus requiretur, non invenietur amplius, & non exſtabit, quia patrari non poterit. 76 Dominus regnabit in æternum & in omnia ſæcula: 77 vos autem gentes impiæ de terra illius expulſæ peribitis. 78* Dominus exaudivit deſiderium pauperum: *79 & certè auris tua Domine audivit attenta præparationem, propoſitum, ac deſiderium cordis eorum, 80 ut faceres judicium pupillo & humili oppreſſo; 81 quò nequaquam ultra adderet in terra ſe magnum exiſtimare atque jactare ſuperbè homo de terra.*

ORATIONES.

MSS. 1 Confeſſioni noſtrae piam aurem tuam Deus clemens aperi, qui ſperantes in te nunquam conſuevisti relinquere: ut exaltati de portis mortis perpetuae, poſſimus ſalvi tentatoris occultas inſidias effugere. Per.

Brev. Mozarab. fol. 56. 63. 77. 133. · * *al.* tu amorem. · * *al.* intelligat. · * *al.* tribuas.

2 DEſiderium tuorum Domine pauperum ſic intende propitius, ut & donorum caeleſtium nobis copiam tribuas; & * tumorem praetereuntium rerum à nobis avertas. auris quoque tua noſtram ita orationem * intendat, ut dum pupillo humilique judicium feceris, paternâ nobis indulgentiâ blandiaris; & pro humiliatione praeſentium gaudia * retribuas aeternorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 84.

3 EXalta nos Domine de portis mortis, ut laudes tuas in portis filiae Sion adnunciare poſſimus. illuc nos pertrahe; & inde nos remove: ut ad ſupernam voluntatem, mentis noſtrae ſe tendat erectio; & tenebrarum opera, converſionis noſtrae relinquat intentio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 108.

4 DEus, cui humanae fragilitatis cura relicta eſt; tu pauperibus in tribulatione praeſta ſuffragium: tu egenis adeſto pius (adjutor); ut brachia malignantium, qui nos evertere nituntur, fortitudine tuâ proſternantur: ne dum voluntatis ſuae proterviam implent, magnificare ſe de hereditate tua jactanter aggrediantur. ſic clemens clientes erudi & protege, qualiter praeſentis vitae ſolatio foveas, & pòſt ad aeterna praemia introducas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 177. De Paſſione Domini.

5 PSallat ſemper Eccleſia tua nomini tuo altiſſime Deus; qui per paſſionis tuae triumphum convertiſti inimicum animae noſtrae retrorſum: quaeſumus proinde, ut eodem cum ſuis ſatellitibus infirmatis & perditis, affatim tua nos ſemper protegat paſſio glorioſa. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 179.

6 MIſerere noſtri Domine; & vide humilitatem noſtram de inimicis noſtris: ut qui nullis teneri potuiſti dolorum infernalium vinculis, nos à portis mortis potentialiter exaltare digneris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 56. De Paſſione Domini.

7 IN toto corde noſtro confitebimur nomini tuo Domine, quòd inimicum noſtrum retrorſum redire feciſti; dum eum potentialiter igneâ catenâ vinxiſti; & nos de portis mortis, paſſionis tuae victoriâ liberaſti. eſto nunc, quaeſumus, cuſtos redemtorum, qui pretium factus es peccatorum. eſto refugium pauperum, defenſio viduarum, & protectio pupillorum: ut dum ſingulorum neceſſitatibus ſingulari favore ſubveniris, ſingulari fide à cunctis inceſſabiliter collauderis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 56.

8 AVerte Domine inimicos noſtros retrorſum; ut, dum aſpicis, infirmentur: atque ipſe adjutor in opportunitatibus in tribulatione, opportunitatum nobis gratiam praeſta; & tribulationum pondus attenua: ut nec proſperitas nos revocet ad negligentiam, nec anguſtia pertrahat ad ruinam: ſed miſeratio tua nos perducat ad veniam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 413. De Sancto Confeſſore.

9 ECce Domine, in toto corde ſuo te ſolum confeſſor tuus Martinus confitetur & credit; dum conceptum amorem tuae fidei confitendo narrat, & mirabilia tua devoto ore pronunciat. laetari ergo & exultare nos fac in te & jugiter & evidenter: ut in te habeamus poſt diſcrimina requiem, in quo ille poſt confeſſionem meruit invenire mercedem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

10 ORamus te Domine, ut nos ab operibus Antichriſti cuſtodire digneris illaeſos: ut ab eo pupilli facti, patrem (te) Chriſtum Dominum cognoſcentes, te ſequamur fide, te retineamus corde, te glorificemus in opere. quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

X.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Finis ſemper ad Chriſtum tendit; ſed modò paſſionem illius, modò reſurrectionem deſignat: nunc autem ſanctam fidem declarat; in qua hæretici digladiantur contra fideliſſimos Chriſtianos. ſciendum igitur hunc pſalmum ad deſtruendos hæreticos eſſe prolatum.

Pſalmus hic totus ad perſonam Prophetæ referendus eſt; Primo capite de inſidiatoribus hæreticis dicit, qui nituntur, Catholicos in ſuam convertere pravitatem: In Domino confido. *Secundo, Domini comminatur judicium; & quid in illa retributione ſuſtinere poſſint, evidenter oſtendit; ut juſtitiam Domini metuentes, ſuperſtitioſas deſerant falſitates:* Dominus in templo ſancto ſuo.

Euſebius Cæſarienſis. *Triumphalis hymnus ejus, qui ſecundum Deum decertat.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.* Item: *Hortatorius ad fortitudinem.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Verba David, quando, Saulem fugiens, in deſertis eſt habitare compulſus. Aliter, vox Chriſti eſt.* Lege ad Geneſim perditio Sodomæ.

Pſalt.

P S A L M U S X.

Dominica ad Vigilias.

Pſalt. Syr. *Davidis, cum contriſtatos eſſet populus, quòd captivus doctus eſſet ipſe cum filiis ſuis. Nobis autem modò triumphus de adverſario noſtro, verſ. 18.*

Pſalt. Arab. *De victoria ejus, qui pugnat σὺν Θεῷ, verſ. 17.*

S. Hieron. *Decimus Pſalmus contra hæreticos, & malè credentes canitur. Vox Eccleſiæ contra hæreticos: ſive Chriſti contra Dæmones.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 IN DOMINO cofido: quomodo dicitis animae meae;
2 *Tranſmigra in montem ſicut paſſer?*
✠. 3. &c. Pſal. LXIII. 4. 5. † 3 *quoniam ecce peccatores intenderunt arcum;*
4 *paraverunt ſagittas ſuas in pharetra,*
5 *ut ſagittent in obſcuro rectos corde:*
† 6 *quoniam quae perſeciſti, deſtruxerunt.*
7 *juſtus ✠ autem: quid fecit?*
✠. 8. Habac. II. 20. † 8 Dominus in templo ſancto ſuo:
9 Dominus, in caelo ſedes ejus.
✠. 10. Pſal. XXXII. 13. XXXIII. 16. 17. LXV. 7. † 10 oculi ejus ✠ in pauperem: reſpiciunt:
11 palpebrae ejus interrogant filios hominum.
† 12 Dominus interrogat juſtum & impium.
13 Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
† 14 pluet ſuper peccatores laqueos:
✠. 15. Ezechiel. XXXVIII. 22. 15 ignis: & : ſulphur: & : ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.
† 16 quoniam juſtus Dominus ✠ & : juſtitias dilexit:
17 aequitatem vidit vultus ejus.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Ego in Domino confiſus ſum; quomodo ergo vos amici mei haec animae meae verba dicitis;* 2 Transfuge hinc, & citiſſimè ùt paſſerculus transvola in montem? 3 quia ecce peccatores iſti perſecutores tui jam arcum ſuum tetenderunt: 4 ſuaſque ſagittas præparaverunt in pharetra: ut proditoriè noctu cùm obſcura fuerit luna, emiſſis arcu ſagittis configant eos, qui rectum & innoxium animum habent: 6 tum etiam, quia ipſi jam deſtruxerunt ea fundamenta ac ſtabilimenta, quæ tibi tuæque familiæ aptaveras atque perfeceras. 7 porro juſtus hic & innocuus quid illis umquam mali fecit? 8 *At Dominus eſt in templo ſuo ſancto, quò ego confugiam: 9 ejuſdemque Domini thronus eſt in cælo ſuper mortales omnes. 10 oculi ejus in pauperem proſpiciunt oppreſſum injuſtè: 11 ejus obtutus examinant filios hominum: 12 omnemque hominem tum juſtum tum impium examinat Dominus, quid agant & quemadmodum vivant. 13 Caeterùm qui id, quod iniquum eſt, amat, is odio habet ſuam ipſius animam: 14 inſtar pluviæ namque Deus laqueos immittet in peccatores, quibus rapiantur ad ſupplicium: 15 eorumque peccatorum, veluti quotidiana victus & potus portio, erit ignis & ſulphur & ventus procelloſus. 16 nam juſtus eſt Dominus; & quæ juſta ſunt, dilexit ſemper, ut odivit ſemper injuſta: 17 ejuſque facies benigno ſemper aſpexit oculo, & approbavit id, quod æquum eſt & rectum, ùt averſatus eſt ſemper omne pravum.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 DIrige oculos pietatis tuae ſuper humilem paupertatis noſtrae perſonam omnipotens Domine; & circumda nos fidei armis, ut ab iniquitatum ſagittis eruti, valeamus aequitatem & juſtitiam cuſtodire. Per D.

Brev. Mozarab. fol. 57. 84. 119. 2 JUſtus es Domine, & juſtitiam diligis, atque aſpicis aequitatem: da nobis ante oculos (tuos) tibi placita & placitura perficere; & ſemper digna tuae juſtitiae atque aequitatis opera conſummare. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 160. *De Paſſione Domini.* 3 DEus, cujus oculi in pauperem reſpiciunt, in te confidenti animae noſtrae dona auxilium: ut qui ſanari nos paſſionis tuae vulneribus imprecamur, te auxiliante à noſtris paſſionibus liberemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 177. *Item de Paſſione.* 4 ADverſus te Chriſte Domine peccatores malignantes praetendentes arcum doloſitatis ſuae, nihilominus ſagittis transfixi ſunt. quia igitur te in obſcuro nequitiae in jaculis linguae ſuae, ùt conati ſunt, transfigere nequierunt; nos, quaeſumus, ab eorum dentibus tuae paſſionis munimine extrahamur: ut te, quem rectum corde perſecuti ſunt impiè, ſentiant noſtrum in omnibus protectorem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

B E N E D I C T I O.

*Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 (CHriſtus Dominus) nos vocatione ſuâ dignetur dignos efficere: & non ſecundùm peccata noſtra nobis ſupplicia inferat; ſed ſecundùm magnam miſericordiam ſuam veniam largiatur. Quia ipſi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XI.

In finem: pro octavâ: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Octava, *ut in ſexto Pſalmo jam dictum eſt, ad æternam pertinet requiem: nam octavum diem mundus iſte non recipit; ſed finito ſeptimo redit ſemper ad primum. petit itaque Propheta, iniquitatem iſtius mundi deſtrui, ut ad illam veritatem futuræ promiſſionis debeat perveniri, meritòque huic pſalmo octavus dies aptatur: ubi ſæculi iſtius conſuetudo vitioſa deſeritur; & illius venire innocentia poſtulatur.*

Primo parte Propheta ab iſtius mundi perverſitate ſolvari ſe petit; quoniam doloſi atque ſuperbi potentiam Domini ſceleratis oblocutionibus abnegabant: Salvum me fac Domine. *Secundo, promiſſionem Patris per omnipotentem Filium prædicat eſſe faciendam, eloquia Domini ſub brevitate collaudans, ſicut prius ſermones impios arguebat*: (Propter miſeriam inopum &c.)

Euſebius Cæſarienſis. *Accuſatio malignorum: & prophetia de Chriſti adventu.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona David canitur, quòd in tempore ejus omnis defecerit ſanctus, & diminutæ ſint veritates a filiis hominum. Aliter, Chriſtus pro paſſione ſuorum dicit de Judæis.* Lege ad Lucam. *Aliter, Pſalmus iſte pro octava ſcribitur ideſt Dominica die reſurrectionis Chriſti, quando defecit credens, & diminutæ ſunt veritates, ita ut etiam cuſtodibus corporis pecunias offerrent, quorum labia doloſa Dominus diſperdidit.*

Pſalt. Syr. *Pugna maligni, & prophetia de adventu Chriſti, verſ.* 19.

Dominica ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *De fine Mundi, qui continget in die octavo, & prophetia de adventu Chriſti, verſ.* 19.

S. Hier. *Iſte Pſalmus de paſſione Chriſti cantatur.*

PSALMUS AD PRECANDUM CUM LAMENTATIONE.

Propheta.

1 SALVUM ✝ ME: FAC DOMINE; QUONIAM DEFECIT SANCTUS:
2 quoniam diminutae ſunt veritates à filiis hominum.
✝ 3 vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum:
4 labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.
✝ 5 Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa & linguam magniloquam:
✝ 6 qui dixerunt; *Linguam noſtram magnificabimus*:
7 *labia noſtra à nobis ſunt*:
8 *quis noſter Dominus eſt?*
✝ 9 PROPTER MISERIAM inopum, & gemitum pauperum
10 nunc exſurgam: (dicit Dominus)
✝ 11 ponam in ſalutari: fiducialiter ✝ agam: in eo.
✝ 12 ELOQUIA DOMINI, eloquia caſta:
13 argentum igne examinatum, probatum terrae,
14 purgatum ſeptuplum.
✝ 15 Tu Domine ſervabis nos;
16 & cuſtodies nos a generatione hac in aeternum.
✝ 17 in circuitu impii ambulant:
18 ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

DEUS. In Cod. Vatic. a ℣. 8. ſic unico verſu legitur. Quis noſter dominus eſt propter miſeriam inopum & gemitu pauperum. Propheta. Pſ. CXVIII. 140. Proverb. XXX. 5.

In perpetuum decantandus ſuper cithara octo chordarum, vel ſuper octavo ſono, Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Salva me Domine: quia penè deſiit eſſe homo pius & ſanctus:* 2 *& quia ad paucum numerum redactæ ſunt & penè defecerunt veracitates & fidelitates inter filios hominum:* 3 *nam ferè quiſque hominum ſolitus eſt inania & mendacia verba loqui cum proximo ſuo:* 4 *& per labia ſermoneſque blandos & fraudulentos, duplici corde & animo aliud dicendo & aliud ſentiendo, mala loqui conſueverunt.* 5 *Exſcindat Dominus ac perdat omnia hujuſmodi labia fraudulenta, & linguam omnem & de ſe magnificè, & de aliis ſuperbè loquentem:* 6 *eoſque Dominus diſperdat, qui ſoliti ſunt dicere:* Linguam noſtram ſuperbiloquentia roborabimus; grandia & arrogantia verba loquemur: 7 labia noſtra a noſtro ſunt arbitratu movenda; & prout libuerit, noſtra ſunt verba promenda. 8 ecquis noſtri eſt dominus, qui nos coerceat, ne loquamur? DEUS. 9 *Propter calamitatem, quam patiuntur pauperes, & propter lamentationem & gemitum inopum,* 10 *nunc exſurgam opem illis laturus (dicit Dominus.)* 11 *eoſque pauperes liberabo ab oppreſſoribus, & ponam in ſalute & in tuto: & liberè fidenterque agam in ea ſalute præſtanda, nulla me impediente.* PROPHETA. 12 *Verba hæc & promiſſa Domini, verba ſunt ab omni falſitate ac dolo pura:* 13 *pura, inquam, ſunt velut argentum puriſſimum igne examinatum, & peritis terra aurificibus probum,* 14 *& velut argentum ſepties ac ſæpiùs repurgatum.* 15 *Tu nos ergo Domine cuſtodi,* 16 *noſque conſerva ab hoc genere pravo hominum in æternum uſque:* 17 *nam circumquaque & ubique impii obambulant, & undique nos cingunt:* 18 *cùm tu ſecundùm imperſcrutabilem altitudinem judiciorum tuorum multiplicaveris filios Adæ, multùm illis ſemper proſpiciens & conſulens ſivè bonis ſivè malis.*

ORATIONES.

MSS. 1 MIſerere fragilitatis noſtrae ſanctiſſime Pater; & concede nobis, eloquia tua pudico corde continere; ut poſſimus à multiloqua doloſitate inſanientium declinare. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. f. 163. 77. 2 DEus, qui ſuperbis reſiſtis, & linguam magniloquam labiaque doloſa diſperdis; fac nos caſta eloquia tua, quae velut argentum igne probatum ſunt examinata, percipere: ut omni arrogantiae tumore dejecto, expoſitoque * corruptionis noſtrae contagio,

* *al.* conditionis.

Digitized by Google

* *al.* ſanctitate inditū.

tagio, geminae dignitatis ſplendorem, * ſicut à te inditum in noſtra conditione ſuſcepimus, ita per te renovatum per omnia retineamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 159. *De Paſſione Domini.*

3 LIbera nos Domine à labiis iniquis & à lingua magniloqua, qui in Crucis appenſus es ſtaterâ: & praeſta, ut nec accuſatori accuſandi aditus pateat, nec plebs tua ejus decipulis acquieſcat, nec iram tuam ſuggeſtio fallax commoveat. ſed tu Domine ipſum humani generis callidum inſidiatorem frameâ divinâ concide: & pro miſeriis pauperum inclytâ bonitate exſurge. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 160. *Item de Paſſione.*

4 SAlvum fac populum tuum Domine, qui glorioſâ paſſionis tuae exceptione laetamur: ut labia doloſa non habeamus in corde: ſed ore ſimplici, & vanè loquentibus finem ponere, & in te credentium poſſimus accendere charitatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 161.

5 VAna ſatis, Domine, de te loquuntur, qui te Dei Filium confiteri neſariis vocibus dedignantur: diſperde ergo labia doloſa à coetu Eccleſiae tuae, ut deſtructâ vanitate ſuperbiae, candor in nos rutilet humilis diſciplinae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 278.

6 DIſperde Domine univerſa labia doloſa & linguam magniloquam; ut qui in Salutare tuum fidenter agere nolunt, labiorum ſuorum malitiâ confundantur: ſicque illis in Chriſto Domino noſtro vocatis per poenitentiam, unàque nobiſcum fidei linguâ effectis; labia doloſa utcumque à nobis uſquequaque diſpereant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 57.

7 CUſtodi nos Domine in generatione & progenie; nec cum praeſenti volvamur ſaeculo, qui tuo jam inhaeſimus fundamento: ſed miſeriarum noſtrarum conſolator exſurge, & proventu laetitiae moerores noſtros abſterge. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

XII.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Totus pſalmus de charitate loquitur Domini Chriſti. Reſpiciens Propheta totum penè mundum idololatriæ mancipatum, prima parte credulitatem ſuam adventu ſanctæ Incarnationis depoſcit expleri, ut ne ſic confuſa Gentilitas, ſuum poſſet agnoſcere Creatorem: Uſquequo Domine obliviſcèris me? *Secunda, ad noſtras petitiones efficaciter inſtruendas illuminari faciem ſuam vehementer expoſtulat; ne inimici aliqua fraude ſuccumberet, qui ſemper ſe in ejus dicit miſericordia fuiſſe confiſum*: Reſpice & exaudi me Domine Deus meus.

Euſebius Cæſarienſis. *Inimicorum inſurrectio, & expectatio Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

* Cardin. Thomaſ. *Ezechiæ preces ab Aſſyriis obſeſſi.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Diabolo dicit in Marco.

Dominica ad Vigilias.

Pſalt. Syr. *Inſultatio Adverſarii & Domini, ejuſque ſubſidii expectatio, verſ.* 12.

Pſalt. Arab. *De fine, & in eo ſit mentio de inſultatione inimicorum, & prophetia de præſentia Chriſti, verſ.* 13.

S. Hier. *Duodecimus Pſalmus vocem continet animæ fidelis requirentis Deum.*

PSALMUS AD PRECANDUM CUM LAMENTATIONE.

Propheta.

1 USQUEQUO Domine obliviſcèris me, in finem?
2 uſquequò avertis faciem tuam à me?
† 3 quamdiu ponam conſilia in anima mea;
4 dolorem in corde meo per diem?
† 5 uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?
6 Reſpice ✠ & exaudi me Dñe Deus meus.
† 7 illumina oculos meos: ne unquam obdormiam in morte:
8 ne quando dicat inimicus meus; *Praevalui adverſus eum.*
† 9 Qui tribulant me exſultabunt, ſi motus fuero:
10 ego autem in miſericordia tua ſperavi.
† 11 Exſultabit cor meum in ſalutari tuo.
12 cantabo Dño qui ✠ bona: tribuit mihi:
13 ✠ & pſallam nomini Domini altiſſimi:

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Uſque ad quod tempus videberis mei oblitus ò Domine, perpetuo ne?* 2 *uſque ad quod tempus ut iratus averſurus es à me benignam faciem tuam?* 3 *quouſque anceps recogitando ponam varia & nova conſilia in anima mea ad evadendum pericula?* 4 *quouſque novum dolorem ponam in corde meo omni die ac nocte?* 5 *uſque ad quod tempus inimicus ille meus elevabitur contra me, meque deprimet?* 6 *Aſpice, quæſo, benignus in me: & exaudi me, te implorantem Domine Deus meus.* 7 *illumina oculos meos interiores præ triſtitia dormitantes; ne aliquando obdormiam in perpetuum mortis ſomnum:* 8 *& ne aliquando inimicus hic meus dicat de me;* prævalidior illo fui ego. 9 *Qui me opprimunt, triumphantes exſultabunt, ſi eorum ego violentia concuſſus, dimotus fuero à ſpe mea in te:* 10 *verùm ego in tua ſemper miſericordia firmus ſperavi atque ſperabo.* 11 *Igitur poſthac cor meum gaudio exſultabit de ſalute & liberatione, à te mihi præſtanda:* 12 *& laudes canam Domino, qui mihi benefecerit:* 13 *pſalmoſque cantabo in honorem majeſtatis Domini altiſſimi atque ſupremi.*

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 NE avertas faciem tuam à nobis omnipotens Deus, ne inimici noſtri exaltentur adverſum nos: ſed ita cor noſtrum Salutaris tui exſultatione perfunde, ut facias nos ſomnum ſecundae mortis evadere. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Brev. Mozarab. fol. 160. 2 USquequò Domine exaltabitur inimicus animae noſtrae, qui nos quotidianâ vitiorum abrodit rubigine? reſpice jam & exaudi nos: ac ne quando inimicus noſter adverſum nos praevaluiſſe ſe jactet, victoriâ Crucis tuae ſemper ad ſuperna nos erige; & eum, qui nos conatur rapere, ſub noſtris pedibus conterendum immerge. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 64. 3 REſpice & exaudi nos Domine Deus noſter ad placandum: timidos conatus noſtros adjuva: da finem operis, qui dediſti principium voluntatis: da, ut poſſimus implere, qui dediſti, ut velimus incipere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 65. 4 ILlumina oculos noſtros Domine: ut in te fidei noſtrae defixo obtutû, & conſilium anima noſtra amoris tui dulcedine capiat, & dolorem in corde noſtro timoris tui recordatione concludat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

GLORIFICATIO.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. MErito Domine Jeſu Chriſte nomini tuo pſallitur: qui dives pietate, & juſtis victoriam praeſtas; & peccatores, ut ad te convertantur, invitas. Tibi gloria & honor cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XIII.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Eccleſia Chriſti veſaniam condemnat Judaeorum. facies illa Domini, quae in XII. pſalmo quaerebatur, hic jam adveniſſe narratur. Et ideo primo modo, increpat Eccleſia Judaeos, qui viſo Chriſto minimè crediderunt:* Dixit inſipiens. *Secundo modo, dicit omni eos trepidatione confundi, qui fructuoſum timorem Domini cognoſcere noluerunt:* Non cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem. *Ad poſtremum, eorum in fine ſaeculi praedicitur evenire converſio:* Cum averterit Dominus.

Euſebius Caeſarienſis. *Accuſatio malignorum: & prophetia (al. expectatio) adventus Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus accuſatorius impiorum & iniquorum.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Pro eo, quod eſt inſipiens in Hebraeo, Nabal poſitum eſt, unde & Abigail de viro ſuo Nabal dixit: verè ſecundum nomen ſuum inſipiens eſt. Hic Ezechias contra Rabſacen loquitur.* Item verba Chriſti ad Divitem, ſe interrogantem in Matthaeo, & de populo Judaico.

Pſ. It. Syr. *Expectatio Chriſti, verſ. 14.*

Pſ. It. Arab. *De myſteriis: item continetur in eo interminatio adverſus improbos, verſ. 14.*

Dominico ad Vigilias. S. Hier. *Tertius decimus Pſalmus non habet inſcriptionem, ſed redemptionem noſtram ex Syon proceſſuram eſſe pronunciat, & primò quidem contra impios loquitur, qui confidentes in divitiis ſaeculi, Deum, qui has largitur, ignorant.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. ℣. 1. Pſ. LII. 1. 1 DIXIT inſipiens in corde ſuo; *Non eſt Deus.*

† 2 Corrupti ſunt ÷ &: abominabiles facti ſunt in ſtudiis ÷ ſuis:

3 non eſt qui faciat bonum ÷ non eſt uſque ad unum:

† 4 Dominus de caelo proſpexit ſuper filios hominum;

5 ut videat, ſi eſt intelligens ÷ aut: requirens Deum.

℣. 6. Rom. III. 12. † 6 Omnes declinaverunt: ſimul inutiles facti ſunt:

7 non eſt qui faciat bonum; non eſt uſque ad unum.

† 8 ÷ Sepulchrum patens eſt guttur eorum:

9 ÷ linguis ſuis doloſè agebant:

10 ÷ venenum aſpidum ſub labiis eorum:

† 11 ÷ quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: velo-

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. *1 Stultus & amens homo ſenſit, & dixit in animo ſuo, quòd non ſit Deus. 2 Omnes homines in Adam peccaverunt, ſeque & vias ſuas corruperunt, & abominabiles Deo facti ſunt in voluntatibus & affectionibus ſuis, intenti ad malum omni tempore. 3 non eſt inter nos ex ſe juſtus quiſquam, nec eſt qui ſuis viribus exerceat bonitatem ſecundùm Deum; non eſt, inquam, ne unus quidem. 4 Dominus de coelo perſpexit in filios hominum, 5 ut videret, num eſſet aliquis, qui ſana mente Deum intelligeret, aut ſaltem exquireret, eum cognoſcere eique obedire. 6 Et ecce omnes filii hominum deflexerunt & receſſerunt à Deo, pariterque omnes ſatuerant, & inutiles & inepti effecti fuerunt ad opus bonum, Deo dignum. 7 & coram oculis Dei non erat, qui bonitatem, ſicut illi placet, exerceret; non erat, inquam, ne unus quidem. 8 Eorum planè guttur, foetidos ſermones exhalans, eſt veluti apertum ſepulchrum putrefacti cadaveris: 9 ſuiſque linguis uſi ſunt ad dolum faciendum per verba blanda: 10 eum interim velut inſanabile venenum aſpidum lateat ſub verbis eorum. 11 ex eorum ore ſermo prolatus, execrationis & amarulen-*

12 ✠ veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem :
† 13 ✠ contritio & infelicitas in viis eorum :
14 ✠ & viam pacis non cognoverunt :
† 15 ✠ non eſt timor Dei ante oculos eorum :
16 Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem ?
17 Qui devorant plebem meam ſicut eſcā
† panis, * Dominum non invocaverunt :
18 illic trepidaverunt timore ✠ ubi non erat timor :
† 19 quoniam Dñus in generatione juſta eſt.
20 Conſilium inopis confudiſtis ;
21 quoniam Dominus ſpes ejus eſt.
† 22 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael ?
23 Cum averterit Dominus captivitatem plebis ſuae,
24 exſultabit Jacob ; ✠ & : laetabitur Iſrael.

rulentiæ plenus eſt : 12 eorumque pedes veloces ſunt in currendo, ut humanum ſanguinem fundant. 13 in eorum viis modiſque vi endi ſit aliorum contritio atque calamitas : 14 & vitam pacatam agere non noverunt : 15 & non eſt timor aliquis de Deo coram oculis mentis eorum. 16 Verùm nonne tandem Deum intelligent & agnoſcent omnes, qui id quod eſt iniquum faciunt ? 17 Qui iniquitate ſua populum meum pauperem, qui mecum eſt, deprædantes devorant, ac ſi famelici devorarent panem ; hi Dominum non invocaverunt, ut ipſis adeſſet adjutor. 18 quapropter vano ibi timore formidaverunt, ubi juſti timoris cauſa non erat : 19 nam Dominus cum genere juſtorum hominum eſt, ut illis adſit & opem ferat. 20 Sed vos impii pudore perfudiſtis & deriſiſtis conſilium ac propoſitum probi pauperis ; 21 nempe quòd in ſolo Domino eſſet poſita ſpes ejus. 22 O utinam quis det de monte Sion Salvatorem illum Iſraelis ? 23 Cùm Dominus captivum populum ſuum reduxerit à captivitate & ſervitute miſerrima : 24 tunc Jacobi patriarchæ progenies exſultabit ; æternùmque lætabitur Iſraeliticus populus.

ORATIONES.

MSS. 1 DIgnare Domine de caelo ſancto tuo reſpicere ſuper filios hominum : & da nobis agnoſcere viam pacis, ut adversâ vitiorum captivitate depulsâ, caeleſtis Jeruſalem habitaculis perfruamur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 86. *Pro Arrianis.* 2 NOmen tuum Domine credere ſemper & invocare nos facito : nec cum corde inſipientium ſentiamus, qui infideli voce adclamant, Non eſt Deus. corruptionem mentis eorum ad veritatem converte fidelium : ut fideles, eorum pravitas non ſubvertat ; & fideles, illos doctrinâ pietatis acquirant : ut infideles ſectam abominabilem reſpuant ; & cum fidelibus, Trinitatis eſſentiam corde integro fateantur & credant : & cum juſtis generationibus deputentur ; & cum Sanctis tuis beatitudinis gloriâ potiantur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 179. *Pro Judæis.* 3 JEſu Dei Patris ineffabile Verbum, quem inſipientium corda ideò verum Deum eſſe non credunt, quia in ipſo corde ſuo corrupti & abominabiles facti ſunt ; te petimus & rogamus, ut cognoſcant te & ipſi, ſicut & nos cognovimus : ut ſic fidelibus ii per veram fidei cognitionem laetabundi jungantur, qualiter pleniſſimè gaudeant ſe ipſos additos ad numerum redemptorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. tom. 7. S. Hieronymi. DOminus nobis tribuere dignetur, ut nos actu Jacob effecti ſupplantatis vitiis, & verè Iſraelitae, ipſum mente videre, ipſum corde tenere mereamur. Cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto, honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

XIV.

Pſalmus David.

BEDA.

Propheticæ interrogationi reſpondet Dominus, in Decalogi exemplum, decem virtutibus ad ſuæ beatitudinis atria perveniri. Diviſa hujus pſalmi tota interrogatione & reſponſione continetur : ſed interrogatio uno verſiculo ; reſponſio verò ſex verſibus complexatur.

Euſebius Cæſarienſis. *Reſtitutio in priſtinum ſtatum* (vel *Repræſentatio*) *ejus, qui ſecundùm Deum perfectus eſt.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Verba populi in captivitate Babiloniæ optantis reditum ad patriam, enumerantiſque quibus meritis quis ad hanc pervenire queat. Aliter, quia Lex tota Decalogo concluditur, decem exempli Chriſti formas expreſſit, quibus ea docuiſſe quæ fecit ſe monſtrantur.*

Dominico ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Converſio perfecta ad Deum, verſ.* 13.

Pſalt. Arab. *De fine, & in eum qui non eſt in Deo perfectus Davidis gloria, verſ.* 13.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 DOMINE, quis habitabit in tabernaculo tuo ?

✝. 1. Pſalt. XXIII. 3. 2 ✠ aut : quis requieſcet in monte ſancto tuo.

QUI

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA.

1 Domine, quis dignè habitabit ut peregrinus in hoc temporario tentorio tuo ? 2 aut quis tandem perpetuò requietus habitabit in aeterno iſto ſancto monte tuo?

Z DEUS

DEUS. ✠. 3. &c. Iſ. i. XXXIII 15.

† 3 QUI INGREDITUR ſine macula; & operatur juſtitiam:
† 4 ✛ qui: loquitur veritatem in corde ſuo:
5 qui non egit dolum in lingua ſua:
† 6 nec fecit proximo ſuo malum:
7 & opprobrium non accepit adverſùs proximos ſuos:
† 8 ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus:
9 timentes autem Dominum, glorificat:
✠. 11. Exod. XXII. 25. Levit. XXV. 36. Deuteron. XXIII. 19. † 10 ✛ qui: jurat ✛ proximo ſuo: & non decipit:
11 ✛ qui: pecuniã ſuã non dedit ad uſuram:
12 & munera ſuper innocentem non accepit.
✠. 12. Exod. XXIII 8. Deuter. XVI. 19. † 13 Qui facit haec, non movebitur in aeternum.

DEUS. 3 *Is peregrinabitur in tentorio meo, & requieſcet in monte meo, qui via vita ſua incedit ſinè macula criminis, & opera juſta facit:* 4 *nempè is, qui ex animo ſuo ſincerè dixerit veritatem:* 5 *qui non uſus fuerit ſua lingua ad faciendam fraudem proximo ſuo:* 6 *neque aliquid mali eidem proximo ſuo fecerit:* 7 *& probrum adverſùs proximos ſuos nec ipſe acceperit ad exprobrandum, nec a criminatore dici ſuſtinuerit:* 8 *& is, coram quo aſpernandus & pro nihilo reputatus fuerit homo malignus, quamvis potens ille fuerit & dives:* 9 *contrà verò magnifecerit & gloriâ dignos reputaverit timentes Dominum, quamvis pauperes & imbecillos:* 10 *& is, qui cùm aliquid juramento promiſerit proximo ſuo, poſtea irritum ei non fecerit quod juraverat:* 11 *quique ſuam pecuniam aliis fœneri non dederit:* 12 *& munera non acceperit ad innocentem aliquem lædendum.* 13 *Qui hæc, inquam, fecerit, is non dimovebitur in æternum; ſed ſtabilis perpetuuſque habitator erit in monte ſancto meo.*

ORATIONES.

MSS. 1 CONcede nobis piiſſime Deus, ſine macula ingredi Eccleſiam tuam; & averte nos à dolis proximi vel uſuris: ut dum haec ſecundùm tuum obſervamus praeceptum, non commoveamur ab aemulis ſuppliciis in aeternum. Per Dominum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 170. *De Paſſione Domini in jejunio Quadrageſimæ.* 2 CHriſte Dei Filius aſpice humilitatem noſtram in jejuniis; qui deceptoris diſcipuli fraude innocens traderis ad ſupplicium Crucis: & ſuper quem innocentem munera accepta ſunt captionis: da nobis, ut nec jurando decipere proximos, nec noxiis moribus ſtudeamus perdere noſmetipſos: quin potiùs patientiae tuae doctrinam ſequentes, internos externoſque valeamus evincere hoſtes. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

XV.

Tituli inſcriptio: ipſi David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Dum omnes dicantur* Inſcriptiones titulorum, *qui in Pſalmorum frontibus affiguntur; neſcio quid myſticum iſte deſignans, hoc ſpecialiter primus continet. quia enim Domino crucifixo ſcriptus eſt Titulus,* Hic eſt Rex Judæorum: *non inconvenienter in pſalmo, quo idem Rex de ſua paſſione & reſurrectione locuturus eſt, hujus* Inſcriptionis *commemoratio præcedit. nam & hoc quod additur,* Ipſi David, *non ad quamlibet aliam perſonam, ſed ad ipſum Dominum Salvatorem, quod canitur, pertinere monſtratur.*

Per totum pſalmum introducitur perſona Domini Salvatoris. Prima poſitione, ex humanitate ſuſcepta loquitur ad Patrem, conſervari ſe petens; quia ſpem ſuam poſuerit ſemper in eo: ſubjungit etiam quemadmodum Sancti ejus non carnalibus deſideriis, ſed ſpiritualibus virtutibus eligantur: omnia, quæ pertulit, ad hereditatis ſuæ gloriam aſſerens fuiſſe perducta: Conſerva me Domine. *Secunda poſitione eidem Patri gratias refert, qui illi a dextris apparendo, iniquitatem hujus ſæculi, omnipotentiæ ſuæ virtute ſuperavit: unde animam ſuam de inferno aſſerit eſſe liberatam; & poſt reſurrectionis gloriam in delectationibus dexteræ ipſius ſe memorat collocatum:* Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.

Euſebius Cæſarienſis. *Electio Eccleſiæ, & Reſurrectio Chriſti.*

* Hoc potius pertinet ad Pſ. ſequentem. S. Athanaſius. * *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ezechias in ægritudine Dominum deprecatur, & in vitæ ſuæ reparatione gratulatur, & quod humanarum rerum non ſit egens, exponitur. Item, vox Chriſti ad Patrem.*

Pſalt. Syr. *Electio Eccleſiæ, & reſurrectio Chriſti, verſ. 23.*

Dominica ad Vigilias. Pſalt. Arab. *Agitur in eade electione Eccleſiæ, & de reſurrectione Chriſti, ſcriptura de fœdere, verſ. 23.*

Pſalt. Æthiop. *Fœdus David, quod ùt maxime ſibi peculiare propoſuit.*

PSALMUS AD PRECANDUM ET MEDITANDUM.

CHRISTUS. 1 CONSERVA me Domine; quoniam ſperavi in te.
2 Dixi Domino; *Deus meus es tu:*
✠. 3. Job. XXII. 3. XXXV. 7. Pſal. LIX. 9. 3 *quoniam bonorum meorum non eges.*
† 4 Sanctis qui ſunt in terra ✛ ejus:
5 mirificavit: omnes: voluntates meas in eis.

mul-

Ad perpetuam memoriam recolendus, perindè ac ſi eſſet inſcriptio inſculpta in titulo vel columna Pſalmus, Davidi inſpiratus. CHRISTUS. 1 *Cuſtodi me hominem a morte, donec venerit tempus a te præfinitum Domine Deus Pater; nam in te ſperavi.* 2 *Ego dixi Domino;* Deus meus es tu: quo tota mea indiget humanitas. 3 cùm tu non indigeas bonis humanæ naturæ meæ operibus, ut ſis beatus. 4 *Ipſe Deus non ſibi ſed ſanctis hominibus, qui in hac ejus terra verſantur,* 5 *mirabiliter prodeſſe fecit omnes*

meas

† 6 multiplicatae ſunt infirmitates eorum:
7 poſtea acceleraverunt.
† 8 non congregabo conventicula eorum, de ſanguinibus:
9 nec memor ero nominum eorum per labia mea.
℣. 10. Pſal. LXXII. 25. CXVIII. 57. CXLI. 7. Thren. III. 24. † 10 Dominus pars hereditatis meae & calicis mei.
11 Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.
† 12 funes ceciderunt mihi in praeclaris:
13 ÷ &: enim hereditas mea praeclara eſt mihi.
† 14 Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum:
15 inſuper & uſque ad noctem increpuerunt me renes mei.
℣. 16. Actor. II. 25. † 16 providebam Dominum in conſpectu meo ſemper:
℣. 17. Pſal. LXII. 24. CIX. 5. CXX. 5. 17 quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.
† 18 Propter hoc laetatum eſt cor meum;
19 & exſultavit lingua mea;
20 ÷ inſuper: & caro mea requieſcet in ſpe:
℣. 21. Actor. II. 31. XIII. 35. † 21 quoniam non derelinques animam meam in inferno;
22 nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.
† 23 Notas mihi feciſti vias vitae:
℣. 24. Pſalm. XX. 7. 24 adimplebis me laetitiâ cum vultu tuo.
25 delectationes in dextera tua ÷ uſque: in finem.

meas voluntates, quas pro eis redimendis habui in vita mea. 6 quorum quidem ſanctorum multæ priùs fuerant imbecillitates ex vitiis, erroribus, & idololatria quammaximè: 7 ſed poſteà per opus redemptionis meæ ad me redemptorem velociter properaverunt. 8 eorum autem ego congregabo eccleſias & congregationes non cruentas de libatis ſanguinibus pecorum ut in veteri Lege: 9 & ne nomina quidem ſivè priorum infirmitatum, ſivè cruentarum victimarum commemorabo ampliùs labiis meis, vel ad damnandum vel ad exigendum: 10 Dominus Deus eſt ipſe mihi homini tamquam tota portio mea hereditaria, & tamquam tota portio victus & potûs mei; undè vivo, undè beor. 11 Sed & tu Domine es is, qui mihi præterea reſtitues ac redintegrabis a me poſſidendam hereditatem illam humani generis in primo parente collapſam atque deperditam. 12 in cujuſmodi hereditatis adeptione quodammodo funiculi menſorii ac ſortes mihi obveniſſe videntur, veluti in locis pulcherrimis ac præſtantiſſimis: 13 hereditas namque hæc mea eſt ſpecioſiſſima mihi & præſtantiſſima. 14 Itaque benedicam Domino, quòd me iſtiuſmodi præclaræ hereditatis intelligentem reddiderit; 15 & quòd etiam ad noctem uſque ſemper me erudierint ac admoverint interni affectus mei, ut opus redemptionis perficerem, quod ille mihi commiſerat. 16 Ego jugiter providebam ac præponebam coram me Dominum tamquam ſcopum, ut illius nutu cuncta perficerem: 17 quia adeſt ille mihi auxiliator velut ad latus meum dexterum, ne inter paſſiones acerbiſſimas dimovear a peragendo opere illo meo: 18 Ob hanc autem cauſam lætatum eſt, ſeque oblectavit cor meum; 19 meaque lingua exſultavit in laudibus; 20 & ipſa præterea corporis mei caro in ſepulchro habitabit & quieſcet cum ſpe reſurgendi tertia die: 21 nempe quia tu Domine animam meam non longo tempore derelinques in inferis ſinus Abrahæ: 22 nec permittes, ut ego Sanctus ille tuus Filius experimento ſentiam putrefactionem inſepulto corpore meo. 23 Tu notas feciſti mihi vias, quibus in vitam immortalem poſt paſſionem eſſem intraturus: 24 & tunc me æterna lætitia implebis ac ſatiabis unà cum jucundiſſimo aſpectu faciei tuæ. 25 eruntque tunc in perpetuum duraturæ delectationes in dextera illa tua ſummæ felicitatis, in qua me collocabis.

ORATIONES.

MSS. 1 CONſerva Domine ſperantes in te; & effice voluntates tuas in nobis: ut clarificati laetitiâ Reſurrectionis tuae, mereamur à dextris tuis cum Sanctis omnibus delectari. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

fol. 86. 252. *De Paſſione Domini.* 2 PArs hereditatis noſtrae, Domine Deus, in tua conſiſtit aeternitate. unde precamur te Domine, pietate ſolitâ hereditatem tuam conſerva; & calicem paſſionis, quem potaſti pro ea, ſemper ei propinando praeſta: ut ſicut redemptionis praeclara ſunt munera, ita redemptorum ſit acquiſitio copioſa: quique redempti ſumus cruce tuâ, ſimus perpetim hereditas tua: ut nec in inferno animam noſtram relinquas; ſed incorruptè tecum ſemper victuram attollas. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 91. 3 COnſerva nos Domine in timore, quos diligis; & à peccati contagione nos ſepara: ut qui bonorum noſtrorum non indiges, tuorum nos donorum adſocies. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 160. 4 ROgamus te Domine Pater omnipotens Deus: ut quemadmodum nobis intellectum tribuere dignatus (es); ita & aeternae vitae notas vias oſtende: ut adimpleti laetitiâ cum vultu tuo, in regno tuo jocundemur à dextris. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 57. 5 NOtas fac nobis Domine vias vitae; atque imple nos delectatione dexterae tuae: & jugum, quod ſuave eſt, ipsâ ſuper nos manus tuae moderatione conſtitue. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 223. *De Sancto Confeſſore.* 6 DOmine, Deus qui beatiſſimo confeſſori tuo atque Pontifici N. dediſti, ut caro ejus requieſceret, & pro nominis confeſſione coronam juſtitiae conſequi poſſet: da nobis

bis miſeris, ut qui confeſſionis meritum non habemus, ejus precibus & meritis vindictam ſcelerum evadamus; ut ſicut caro ejus in inferno non eſt derelicta, ſed à corruptione criminum libera, ſpiritui pòſt ſociata, cum Sanctis erit in gloria; ita nos peccatores, ut ad te veniamus, redemptor criminum jube. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

XVI.

Oratio David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Cùm multi Pſalmorum in textu ſuo habeant Orationes, *movere poteſt, cur hic talem poſuerit inſcriptionem: ſed quoniam illi cum rebus diverſis breviter mixtas contineant deprecationes; iſte tamen penè totus ſui contextione ſupplicatio eſt.* David *verò, ut dictum eſt, ſignificat Dominum Chriſtum, ex cujus perſona ad inſtitutionem humani generis totus eſt pſalmus iſte prolatus.*

Trifaria oratio ab humanitate Chriſti in hoc pſalmo depromitur. Primo eſt, ubi ſecundùm juſtitiam ſuam ſibi petit debere reſtitui: Exaudi Domine juſtitiam meam *& reliqua. Secundo, ut a Judæorum inſidiis ejus puritas liberetur:* Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus. *In tertia reſurrectionem velociſſimam deprecatur; ne diutiùs inſultare liceat perverſo populo Judæorum: & ne aliquid de ejus majeſtate turba fidelium haberet ambiguum, profitetur ſe in æterna beatitudine eſſe manſurum:* Exſurge Domine, præveni eum & ſupplanta eum *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Viri perfecti, vel ipſiuſmet Chriſti oratio pro iis, qui per ipſum ſalvandi ſunt.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in oratione.* (*ſcil. in interpellatione & oratione & deprecatione.*)

✱ Card. Thomaſ. *Deprecatur Dominum David, ut ſe devotum cor habentem eodem dignum faciat, quem inimici gratis impugnabant.* Aliter, Chriſtus de Judæis dicit ad Patrem.

Dominica ad Vigilias.

Pſ. It. Syr. *Scriptus a Davide oratio, verſ. 34.*

Pſ. It. Arab. *Oratio ex perſona viri perfecti, & Chriſtimet ipſius, & cujuſlibet ab eo redempti. Oratio Davidis, verſ. 33.*

S. Hieronymus. *Iſte Pſalmus cantatur ex perſona Chriſti contra Judæos, & ex perſona Eccleſiæ contra hæreticos.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 EXAUDI Domine juſtitiam + meam:
2 intende deprecationem meam:
† 3 auribus percipe orationem meam non in labiis doloſis.
† 4 De vultu tuo judicium meum prodeat:
5 oculi tui videant æquitates.
† 6 probaſti cor meum + &: viſitaſti nocte:
7 igne me examinaſti: & non eſt inventa in me iniquitas;
† 8 ut non loquatur os meum opera hominum.
9 propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.
† 10 Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,
11 ut non moveantur veſtigia mea.
† 12 Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus:
13 inclina aurem tuam mihi + &: exaudi verba mea.
† 14 mirifica miſericordias tuas,
15 qui ſalvos facis ſperantes + in te:
† 16 à reſiſtentibus dexteræ tuæ
17 cuſtodi me ùt pupillam oculi.
† 18 ſub umbra alarum tuarum protege me,
19 à facie impiorum qui me afflixerunt.
† 20 Inimici mei animam meam circumdederunt:
21 adipem ſuum concluſerunt:
22 os eorum locutum eſt ſuperbiam.
† 23 projicientes me, nunc circumdederunt me:

℣. 7. Job XXIII. 10. Pſ. XXV. 2. LXV. 10. Zach. XIII. 9. Malach. III. 2. 3. I. Petr. 1. 7.

℣. 14. Pſ. XXX. 22.

℣. 17. Deuteron. XXXII. 10. Zachar. II. 8.

℣. 21. Deuteron. XXXII. 15. Job XV. 27. Pſ. CXVIII. 70.

ocu-

PROPHETA. 1 *Domine exaudi juſtam petitio-
nem meam in præſenti cauſa juſta cum injuſtis perſecu-
toribus meis: 2 attende deprecationi huic meæ: 3 au-
remque benignam præbe huic orationi meæ, quam non
tibi fictis labiis & ſed intimo cordis affectu fundam.
4 Proferatur, quæſo, de tuo conſpectu judicatio at-
que ſententia cauſæ meæ: 5 oculi tui videant atque
defendant rectitudines meas erga perſecutores illos
meos, quibus numquam nocui. 6 tu ſanè examinaſti
animum meum, eumque noctu quoque ſecretiſſimè co-
gitantem inſpexiſti; 7 meque velut igni, ut metalla
examinari ſolent, penitùs exploraſti: & tamen in
me non eſt inventum iniquum aliquod contrà hoſtes iſtos
meos: 8 & adeò nihil operis contra illos inventum
eſt in me, ut ne quidem ſermo meus loquatur ea opera
noxia, per quæ mundani homines hominibus nocere
ſolent. 9 nam propter ſervanda præcepta, quæ tumet
nobis edixiſti, ego obſervavi vias rationeſque viven-
di, etiam humanæ infirmitati aſperas & laborioſas. 10
Perge, quæſo, ſuſtentare, perfectoſque adhuc facere in-
ceſſus actuſque vitæ meæ in anguſtis viis mandatorum
tuorum, quæ ducunt ad vitam: 11 ne in itinere hoc ar-
cto dimoveantur, vacillanteſque collabantur iidem greſ-
ſus mei. 12 Ego valido affectu modò clamavi ad te
Deus, quia aliàs quoque tu me clamantem exaudiſti.
13 præbe igitur nunc etiam aurem tuam mihi inclina-
to atque jacenti, meoque precum verba atque voto-
rum exaudi. 14 mirabiles facito miſericordias tuas
erga me, mirabiliter me ſalvando, 15 tu, qui a ma-
lis ſalvas eos, qui in te collocant ſpem ſuam. 16 ab
iis qui hactenùs, quantum in ſe erat, audaciter obſtite-
runt dexteræ potentiæ tuæ, 17 me cuſtodi illæſum, ac
ſi quis oculi ſui pupillam cuſtodiret. 18 & quem-
admodùm gallina protegit ſub alis pullos ſuos, ita
tuarum, ut ita dicam, alarum tegumento contege me
atque defende 19 a conſpectu impiorum iſtorum, qui
me jam aliquandiu miſeriis & ærumnis afflixerunt.
20 Inimici hi mei circumcinxerunt animam, ut mihi
auferrent eam: 21 pinguedinem & viſcera commiſe-
rationis ſibi concluſerunt & mihi denegarunt: 22 eo-
rumque os contrà me locutum eſt ſuperbè: 23 & cùm
me priùs a ſuo conſortio ejeciſſent iniquè, iniquiùs
nunc*

24 oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
† 25 ſuſceperunt me, ſicut leo paratus ad praedam;
26 & ſicut catulus leonis habitãs in abditis.
† 27 Exſurge Domine; praeveni eum; & ſupplanta eum:
28 eripe animam meam ab impio:
29 frameam tuam ab inimicis manûs tuae.
† 30 Domine à paucis de terra
31 divide eos in vita eorum.
32 de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum:
† 33 ſaturati ſunt filiis:
34 & dimiſerunt reliquias ſuas parvulis ſuis.
† 35 Ego ✠ autem: in juſtitia apparebo conſpectui tuo:
ỽ.36. Pſal.XV. 11. 36 ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

nunc me circumdederunt: 24 ſtatueruntque deſlectere
in terram oculos ſuos, ut mihi tendiculas pararent. 25
jamque me, quantum in ſe eſt, parati ſuſpexerunt
ſuſcipiendum, tamquam leo paratus ad rapiendam præ-
dam: 26 & quemadmodum leonis catulus ferociſſimus
habitans in latibulis ſuis ſtat paratus ad prædam 27
Exſurge Domine ad defenſionem mei; illiuſque præci-
puè primarii perſecutoris mei conatus praeoccupa &
impedi; illumque veluti pede ſuppoſito ſubverte, in
terramque ſterne: 28 ab eoque impio hoſte animam
vitamque meam libera: 29 ac per gladium tuum eam
libera ab inimicis manus potentiæ tuæ. 30 Domine a
paucis iſtis, qui de terra proveniunt, bonis mundi 31
in præſenti hac ipſorum vita eos divide ac ſepara, ut
lis abutantur: 32 nam & eorum venter & appetitus
expletus eſt pretioſioribus & veluti ſepoſitis ac recon-
ditis bonis mundi, quæ tua ſunt. 33 filiis quoque
magno numero abundarunt ad ſatietatem: 34 dimiſe-
runtque parvulis nepotibus ſuis ac poſteris reliqua di-
vitiarum, quæ ſuperfuere ſibi ipſis. 35 Ceterùm,
quantum ad me, cum juſtitia & probitate vitæ com-
parebo conſpectui tuo: 36 & tunc verè plenèque ſa-
tiabor, cùm mihi comparuerit gloria tua.

ORATIONES.

[MSS.] 1 CONverte Domine oculos cordis noſtri ad cernendam tui judicii veritatem: ut dum hic igne ſpiritali probamur, de tuis in aeternum conſpectibus cum fructu juſtitiae ſatiemur. Per Dominum.

[Brev. Mozarab. fol. 162.] 2 AUxiliare Domine, & adjuva Eccleſiam tuam, quam adverſarius noſter nititur ſuſcipere devorandam, ſicut leo paratus ad praedam: exſurge jam Domine, & noſtros praeveni inimicos, ſubvertens eos & paſſionis gloriâ & reſurrectionis tuae potentiâ: ut converſis illis, & paſſio tua victoriae nobis in commune praeparet titulum; & reſurrectio praemium conferat ſempiternum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

[fol. 179. *De Paſſione Domini.*] 3 CHriſte Dei Filius, cujus animam circumdantes inſatiabiles adipe ſuae malitiae obcaecati, loquenbantur ſuperbiam; eripe ab impiis animam noſtram: & ſic paſſio tua paſſiones noſtras extinguat, ut numquam oculos noſtros ſtatuamus declinare in terram. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

[fol. 57.] 4 EXaudi nos Deus clamantes ad te Domine; greſſus noſtros in tuis ſemitis perfice: ut dum legis tuae anguſtam gradimur viam, charitatis latitudine portam introire mereamur juſtitiae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

[fol. 57.] 5 CUſtodi nos Domine ùt pupillam oculi, ne innocentiae noſtrae lumina carnalis concupiſcentiae turbo conrumpat: protege nos ſub umbra alarum tuarum, ne inſidiantium capiamur illecebris voluptatum: ut qui adjuti gratiâ durante ſubſiſtimus, ſatiari nos, cum apparuerit tua gloria, mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

[fol. 214.] 6 GReſſus noſtros Domine in ſemitis tuis confirma, ut in via tua gradientes, miſericordiae tuae nobis auxilientur, & in tentationibus tueantur: ut cum apparuerit juſtitia tua, appareamus in conſpectu tuo ſine confuſione, & ſatiemur gloriâ tuâ ſine confuſione. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

[fol. 393. *De Sancto Laurentio M.*] 7 DEus, qui in veri holocauſti hoſtiam, igne examinatum, Levitam ſuſcepiſti Laurentium; quò more holocauſti decoctus, ad te perveniret integer pro miſeris rogaturus: ejus, quaeſumus, ſuffragiis in nobis omnibus ignis caeleſtis faces accende, ut purgatâ conſcientiâ ad te mereamur proclamare & dicere; Pater noſter qui es in caelis, ſanctificetur nomen tuum *&c.*

[* Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.] 8 NOS, à te redempti Domine Jeſu (qui es ſalus & vita, & Sanctorum omnium gloria,) tantam potentiam pietatemque cernentes, ſupplices exoramus, ut examinati divino igne, non ſimus humanorum operum detractores: ſed in te ſtabiles fixique, tuam gloriam jugiter extollamus in opere, proferamus in fide, laudemus in voce. *Amen*.

XVII. *In*

XVII.

In finem: puero Domino David: qui locutus eſt Domino verba cantici hujus, in die quâ eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus & de manu Saul, & dixit.

Ad hunc modum ſcribuntur Tituli Pſalmorũ in cod. Vatic. ſinè diſtinctione verſuum.

BEDA.

Senſus myſticus. * Iſai. IX. 6.

Puero Domini *Chriſto Salvatori ſignificat; de quo dicitur, quia* * Puer natus eſt nobis. *Narrat autem hiſtoria, quomodo David ob inimicorum omnium fuerit inſidiis ereptus: ad cujus ſimilitudinem reſurrectio Domini, & membrorum ejus abſolutio de poteſtate diabolica declaratur.*

Pſalmus hic uni tantùm non poteſt convenire perſonae. Nam primo ordine Propheta loquitur, gratias agens, quod eum de gravibus periculis divina pietas liberare dignata eſt: (Diligam te.) *Secundo, Eccleſia loquitur, quae ante adventum Domini innumeros pertulit calamitates; poſteaque miſertus ei medicinam ſanctae Incarnationis indulſit; & baptiſmatis beneficio Chriſtianum populum de orbis univerſitate collegit:* Circumdederunt me dolores mortis *& caetera. Tertio, in rorem miſericordiae vox Chriſti Salvatoris illabitur; ubi pulcherrimis allufionibus virtus ejus poteſtaſque deſcribitur:* Deus qui praecinxit me virtute. *Quarto, iterum Eccleſiae Catholicae dicta proferuntur; & cum magna exſultatione, Divinitatis conceſſa munera laudantur:* Vivit Dominus, & benedictus Deus meus.

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio Davidis: & Prophetia de Chriſti adventu & aſcenſione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus eucharisticus (id eſt, gratiarum actionis.)*

★ Cardin. Thom. *Hunc Pſalmum David propè ultimum vitae ſuae tempus, ut ipſe titulus indicat, pro gratiarum actione cantavit. Aliter, David dicis in ſimilitudinem Chriſti in paſſione in inferna conſtituti ad Patrem in Johanne.*

Pſalt. Syr. *Davidis gratiarum actio, & de aſcenſione Chriſti, verſ.* 106.

Pſalt. Arab. verſ. 151.

Dominico ad Vigilias.

S. Hieronymus. *Totus hic Pſalmus ſub perſona David ad Chriſtum pertinet: & David ſecundum hiſtoriam cantavit iſtud canticum, cùm perſequeretur ob inimicis: & Chriſtus, qui eſt caput noſtrum ad Patrem, cantavit in paſſione: Eccleſia in perſecutione.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM OB LIBERATIONEM MALORUM.

Propheta. ℣. 1. II. Reg. XXII. 2.

1 DILIGAM te Domine fortitudo mea.
2 Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

℣. 3. Hebr. II. 13.

† 3 Deus meus, adjutor meus: & ſperabo in eum.
† 4 protector meus, & cornu ſalutis meae ÷ &: ſuſceptor meus.
† 5 Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis ſalvus ero.

℣. 6. Pſ. CXIV. 3.

† 6 Circumdederunt me dolores mortis:
7 & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
† 8 dolores inferni circumdederunt me:
9 praeoccupaverunt me laquei mortis.
† 10 In tribulatione mea invocavi Dominum:
11 & ad Deum meum clamavi.
† 12 ÷ &: exaudivit de templo ÷ ſancto: ſuo vocem meam:
13 & clamor meus in conſpectu ejus, introivit in aures ejus.

℣. 14. Poëtica hypotypoſis irae Dei, quaſi pugnantis contra hoſtes Davidis uſque ad ℣. 39.

† 14 Commota eſt & contremuit terra:
15 fundamenta montium conturbata ſunt
16 & commota ſunt; quoniam iratus eſt ÷ eis:
† 17 aſcendit fumus in ira ejus;
18 & ignis à facie ejus exarſit:
19 carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

℣. 20. Pſ. CXLIII. 5.

† 20 Inclinavit caelos; & deſcendit:
21 & caligo ſub pedibus ejus.
† 22 & aſcendit ſuper Cherubim: & volavit;

℣. 23. Pſ. CIII. 3.

23 volavit ſuper pennas ventorum.
† 24 ÷ &: poſuit tenebras, latibulum ſuum:
25 in circuitu ejus tabernaculum ejus,
26 tenebroſa aqua in nubibus aëris.
† 27 prae fulgore in conſpectu ejus, nubes tranſierunt:

gran-

In hac paraphraſi uſi ſumus plurimùm textu lib. II. Regum cap. 22. juxta LXX. Interpretes.

In perpetuum decantandus Pſalmus, inſpira-
tus Davidi ſervo Domini: qui locutus eſt Domino
verba hujus cantici eo tempore, quo liberaverat
eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus,
& praeſertim de manu Saulis regis, & dixit ad hunc
modum. PROPHETA. 1 *Ex toto corde meo ama-*
bo & diligam te Domine, qui fortificas me. 2 *Domi-*
nus eſt, qui me firmum facit, & ad quem ego confugio;
& qui me liberat a malo. 3 *Deus meus erit mihi cu-*
ſtos & adjutor meus; ſemperque ero confidens in eo.
4 *Tu Deus inſtar ſcuti es propugnator meus, & velut*
cornu meum ſalutiferum ad propulſandos hoſtes; &
vice verſa exceptor meus & refugium ſalutis meae,
de iniquo ſalvabis me. 5 *Laudabilem Dominum lau-*
dans invocabo: & ita de inimicis meis ſalvabor. 6
Olim ſanè mortiferi me dolores & contuſiones cir-
cumcinxerant: 7 *ac torrentes iniquorum hominum,*
agmine magno irruentes, me conturbaverant & ex-
terruerant: 8 *doloreſque graviſſimi, quales ſunt qui*
ad mortem trahunt & ſepulchrum, me circumcinxe-
rant: 9 *ac tendiculae & inſidiae mortiferae me ante-*
quam poſſem evadere occupaverant. 10 *At ego in*
ejuſmodi tribulatione mea Dominum invocavi: 11 *&*
ad Deum meum, ut mihi ſuccurreret, clamavi. 12 *&*
confeſtim Deus de templo ſancto ſuo illo caeleſti exau-
divit vocem meam: 13 *& clamor ille meus, coram eo*
emiſſus, pervenit ad aures ejus, ut quod petieram, au-
xilium obtinerem celerrimè. 14 *Statim namque Deo*
pugnante pro me, concuſſa eſt quodammodò terra atque
contremuit: 15 *& ipſa quoque fundamenta montium*
ſunt conturbata, 16 *& ſunt concuſſa atque quaſſata;*
quia illis hoſtibus meis iratus eſt Deus. 17 *prae ejuſ-*
dem Dei ira aſcendit a terra, ceu fumus, tenebroſa ca-
ligo: 18 *ignisque vorans de ejus ore flagravit:* 19
flammatique ſunt ab eo carbones; qui in terra disjecti
ſuis ignibus exurerent eam. 20 *Quin etiam Deus ip-*
ſe demiſſis ad terram uſque caelorum nubibus, deſcendit:
21 *fuitque atra caligo ſub pedibus ejus, ne agnoſcere-*
tur: 22 *& in eo deſcenſu celerrimo aſcendit, & inſe-*
dit ſuper velociſſimos ſpiritus Cherubim; & volavit,
23 *volavitque celerrimè veluti delatus in alis vento-*
rum. 24 *appoſuit ſibi tamen tenebroſas circumquaque*
nubes veluti latebram ſuam; ne in ſua majeſtate conſ-
piceretur: 25 *fuitque circum eum tentorium ſuum,*
26 *tenebroſa ſcilicet aqua condenſata in atris nubi-*
bus aëris. 27 *tunc a promicante ſplendore aſpectus*
ejus

28 grando & carbones ignis.
† 29 & intonuit de caelo Dominus:
30 & Altiſſimus dedit vocem ſuam:
31 : grando & carbones ignis:
† 32 & miſit ſagittas ſuas; & diſſipavit eos:
33 fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.
† 34 Et apparuerunt fontes aquarum;
35 & revelata ſunt fundamenta orbis ✚ terrarum:
† 36 ab increpatione tua Domine,
37 ab inſpiratione ſpiritûs irae tuae.
† 38 Miſit de ſummo, & accepit me.

✝. 39. Finis poëticæ hypotypoſeos.

39 & aſſumpſit me de aquis multis.
† 40 eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,
41 & ab iis qui oderunt me:
42 quoniam confortati ſunt ſuper me.
† 43 Praevenerũt me in die afflictionis meae:
44 & factus eſt Dominus protector meus:

✝. 45. Pſal.CXVII. 3.

† 45 & eduxit me in latitudinem:
46 ſalvum me fecit quoniam voluit me.
† 47 ✚ Et: retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam:
48 ✚ & : ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.
† 49 quia cuſtodivi vias Domini:
50 nec impiè geſſi, à Deo meo:
† 51 quoniam omnia judicia ejus, in conſpectu meo:
52 & juſtitias ejus non repuli à me.
† 53 & ero immaculatus cum eo:
54 & obſervabo me ab iniquitate mea.
† 55 & retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam,
56 ✚ & : ſecundùm puritatem manuum mearum
57 in conſpectu oculorum ejus.
† 58 Cum ſancto ſanctus eris:
59 & cum viro innocente innocens eris:
† 60 ✚ & : cum electo electus eris:
61 & cum perverſo perverteris.

✝. 61. Lev. XXVI. 24. Proverb. XXI. 8. juxta LXX.

† 62 quoniam tu populum humilem ſalvum facies:
63 & oculos ſuperborum humiliabis.
† 64 Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine:
65 deus meus illumina tenebras meas.
† 66 quoniam in te eripiar à tentatione:
67 & in Deo meo tranſgrediar murum.
† 68 Deus ✚ meus: impolluta via ejus:

✝. 69. Pſalm. XI. 7. CXVIII. 140. Prov. XXX. 5.

69 eloquia Domini, igne examinata.
70 Protector eſt omnium ſperantium in ſe:
† 71 quoniam quis deus, praeter Dominum?
72 aut quis deus praeter Deum noſtrum?

✝. 71. I. Reg. II. 2. Pſal. LXXVI. 14. LXXXV. 8. Iſai. XLV. 5.

† 73 Deus qui praecinxit me virtute:
74 & poſuit immaculatam viam meam:
† 75 qui perfecit pedes meos tamquam cervorum:
76 & ſuper excelſa ſtatuens me:

✝. 77. Pſal. CXLIII. 1.

† 77 qui docet manus meas ad praelium.
78 Et poſuiſti ut arcum aereũ brachia mea:
✚ & : de-

ejus nubes illa in pluviam converſa pertranſierunt: 28 decideruntque grando & fulmina ceù carbones igniti. 29 & Dominus tonuit de aereo cælo: 30 emiſitque Altiſſimus vocem terrefacientem tonitrui ſui: 31 decidebantque adhùc grando, ignitique carbones ardentium fulminum. 32 & ſagittas ſuas & fulmina Deus emiſit in perſecutores meos; illoſque diſperſit: 33 multiplicatiſque fulgoribus & coruſcationibus eós perturbavit & exterruit. 34 Tunc Domine quaſſatâ terrâ comparuerunt fontes & ſcaturigines aquarum, in profundo latentes: 35 & diſcooperta ſunt profundiſſima loca, & veluti fundamenta terræ habitabilis: 36 id quod evenit per increpationem & juſſum tuum Domine, 37 & per vehementem ſpirationem & flatum venti & turbinis excitati irâ tuâ. 38 Tunc porrò de excelſo cælo miſit mihi opem Deus; meque aſſumpſit: 39 & attraxit ad ſe me de tribulationibus illis, ceù aquis multis me obruentibus undique. 40 & ita iſtiuſmodi quaſi prodigiis admirabiliter me Deus liberavit de inimicis meis potentiſſimis, 41 & ab iis, qui me oderant, eripuit; 42 quia robuſtiores illi erant quàm ego. 43 Tempore illo afflictionis meæ me illi anticipaverant incautum & imparatum: 44 ſed & contrà Dominus ſe mihi præbuit firmamentum, meumque protectorem: 45 & ex anguſtiis ac mœroribus eduxit me in latitudinem amplamque ſecuritatem: 46 meque eripuit ac liberavit: quia bene voluit mihi; & ita illi bene complacitum fuit in me. 47 Et reddidit, ac in poſterum reddet mihi Dominus defenſionem ſecundùm juſtitiam erga inimicos meos a me ſervatam illæſam: 48 ſemperque mihi reddet ſecundùm puritatem & innocentiam operationum mearum erga illos. 49 nam ego obſervavi vias rationeſque vivendi præceptas à Domino: 50 & propter Deum meum nihil impiùm feci: 51 quia jura omnia legis ejus coram me ſunt ſemper: 52 & juſta præcepta ejus a me non rejeci, & ab eis non dèfeceſſi: 53 & in poſterum quoque ero ſine macula criminis apud eum: 54 meque diligenter cuſtodiam ac præcavebo ab hujuſmodi iniquitate in me admittenda. 55 & ita reddet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, 56 & ſecundùm puritatem & innocentiam operationum mearum, 57 quæ eſt coram oculis ſuis. 58 Tu Domine cum viro pio & ſancto ut pius ac ſanctus te item geres: 59 & cum viro innoxio & perfecto ùt innocuus & perfectus te item geres: 60 & cum viro electo & bono ùt electus ac bonus te item geres: 61 & cum homine pravo atque diſtorto velut adverſus & obliquè te item geres. 62 nam tu populum humilem inopem & afflictum ſalvabis: 63 & elatos ſuperborum oculos animoſque deprimes. 64 Quoniam autem tu es Domine, qui lucere facis, ut accenſam lucernam, animam meam omneſque res meas luce lætitiæ & proſperitatis: 65 idcircò Deus meus tu nunc illumina & verte in lucem tenebras has meas mœrorum atque calamitatum. 66 nam per te, tuo auxilio adjutus velut accinctus curram, & a tentatione liberabor: 67 & per te Deum meum roboratus, & murum etiam altiſſimum, ſi obſtiterit, ſaltu tranſiliam, & liberabor. 68 Dei mei via ratioque gubernandi ſine macula eſt injuſtitiæ: 69 verba Domini atque promiſſa, pura ſunt ab omni falſitate veluti metalla à ſcoriis expurgata per ignem. 70 Ipſe inſtar clypei propugnator eſt omnium, qui in ipſo ſperant atque confidunt. 71 ecquis namque alius deus fortis fuerit præter unum hunc Dominum noſtrum? 72 quiſve alius deus creator omnium fuerit, præter hunc noſtrum Deum, qui creavit omnia pariter? 73 Hic Deus eſt, qui me corroborans accinxit fortitudine: 74 quique remotis offendiculis explanatâque viâ, inculpatum fecit iter curſumque vitæ meæ. 75 is eſt, qui pedes meos ad fugiendum perſecutores, effecit velociſſimos inſtar pedum cervorum: 76 & in locis excelſis atque ſecuris tutum me conſtituit: 77 quique manus meas præliari docet, ut ingruente prælia ſint inſtructæ. 78 Equidem Domine tu meâ brachia ad prælium effeciſti robuſta quaſi

arcum

† 79 ÷ & : dediſti mihi protectionem ſalutis tuae.
80 & dextera tua ſuſcepit me :
† 81 & diſciplina tua correxit me ÷ in finem :
82 ÷ & diſciplina tua, ipſa me docebit :
† 83 dilataſti greſſus meos ſubtus me :
84 & non ſunt infirmata veſtigia mea.
† 85 Perſequar inimicos meos ; & comprehendam illos :
86 & non convertar donec deficiant.
† 87 confringam illos ; nec poterunt ſtare :
88 cadent ſubtus pedes meos.
† 89 Et praecinxiſti me virtute ad bellum :
℣. 94. Job. XXVII. 9. XXXV. 12. Proverb. I. 28. Iſai. I. 15. Jerem. XI. 11. XIV. 12. Ezec. XVIII. 18. Mich. III. 4. Zach. VII. 13. 90 & ſupplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me.
† 91 ÷ & : inimicos meos dediſti mihi dorſum :
92 & odientes me, diſperdiſti.
† 93 clamaverunt, nec erat qui ſalvos faceret ;
94 ad Dominum ; nec exaudivit eos.
† 95 ÷ Et : comminuam eos ùt pulverem ante faciem venti :
℣. 96. Zachar. X. 5. 96 ùt lutum platearum delebo eos.
CHRISTUS. † 97 ERIPIES ME de contradictionibus populi :
98 conſtitues me in caput Gentium.
99 Populus, quem non cognovi, ſervivit mihi :
100 ÷ in : auditu auris, obedivit mihi.
† 101 filii alieni mentiti ſunt mihi :
102 filii alieni inveterati ſunt :
103 & claudicaverunt à ſemitis ſuis.
Propheta. † 104 VIVIT DOMIMUS : & benedictus, Deus meus :
105 & exaltetur Deus ſalutis meae.
† 106 Deus, qui das vindictas mihi :
107 & ſubdis populos ſub me :
108 liberator meus de inimicis meis ÷ iracundis :
℣. 109. Pſal. LVIII. 2. † 109 : & : ab inſurgentibus in me, exaltabis me :
℣. 110. 110 à viro iniquo eripies me.
Rom. XV. 9. † 111 Propterea confitebor tibi in Nationibus Domine ;
112 & nomini tuo pſalmum dicam.
† 113 Magnificans ſalutes Regis ejus :
114 & faciens miſericordiam Chriſto ſuo
115 David & ſemini ejus, uſque in ſaeculum.

arcum ex ære confectum ; confringens alienum quoque arcum æneum brachio meo : 79 mihique dediſti clypeum me protegeatem. quò tu me ſalvares : 80 tuaque viciſſim dextera me labentem excepit ac confortavit, ne corruerem. 81 & tua me eruditio & inſtructio perpetuò direxit ad rectè bellandum : 82 & eruditio & inſtructio ipſa tua me poſthac quoque docebit artem bellandi. 83 tu in quocumque loco, qui ſubtus pedes meos eſſet, latos amploſque effeciſti greſſus meos, ut non incederent anguſtè : 84 & per te nec mea crura vacillarunt, nec ſunt debilitati defeceruntve in inceſſu pedes ac tali mei. 85 Tuo ergo auxilio munitus pergam perſequi inimicos meos ; eoſque apprehendam atque delebo : 86 nec revertar donec eos conſumem, ac penitùs deficiant. 87 cædam eos atque conteram ; nec ampliùs poterunt ſurgere ac contra me ſtare : 88 cadentque devicti atque confracti ſub pedibus meis. 89 Tu itaque me accinxiſti & confortaſti fortitudine ad decertandum prælio : 90 eoſque, qui mihi reſiſtebant & contra me inſurgebant curvaſti, compeditos ſubtus me : 91 & feciſti, ut inimici mei conjicientes ſe in fugam, terga mihi darent : 92 eoſque, qui me odio habebant, morti tradidiſti ac funditus perdidiſti. 93 Inclamaverunt tunc & ipſi inimici mei, neque enim erat adjutor aliquis qui eos ſalvaret ; 94 clamaverunt, inquam, ad Dominum præ ſola formidine pœnæ, ut ab interitu ſalvarentur : ſed Dominus non exaudivit eos. 95 Eos itaque comminuam, ùt minutum pulverem terræ, hac illacque præſenti ingenti vento diſſipatum : 96 & ut latarum publicarumque viarum lutum eos proteram atque delebo. CHRISTUS. *97 Tu me liberabis à contradictionibus populi Iſraelitici mihi non credentis : 98 meque conſtitues caput & principem Gentilium, qui in me ſunt credituri. 99 Gentilis hic populus, quem præſentia mea corporali non novi, mihi ſervivit : 100 & ad ſolum auditum auris de fama mea, mihi obedivit. 101 verùm Iſraelitæ, ceù filii exteri & ſpurii, mentiti ſunt mihi, promiſſam fidem ſuam mihi negantes : 102 qui filii exteri & ſpurii inveterati remanſerunt in veteri ſtatu Legis antiquæ : 103 & claudicantes deviaverunt à ſemitis ſibi præſcriptis à Lege & Prophetis, per quas veniendum erat ad me.* PROPHETA. *104 Vivit in æternum Dominus ; & benedictione laudeque, dignus eſt Deus cuſtos meus : 105 & propterea agnoſcatur & prædicetur excelſus Deus meus, cuſtos ille ſalutis meæ. 106 Deus qui mihi das poteſtatem ulciſcendi injurias tibi factas ; 107 populoſque reluctantes caſtigas & ſubjicis ſub me. 108 quique meus liberator es de iracundis inimicis meis : 109 tu & ab iis, qui mihi reſiſtunt & contra me inſurgunt, elevabis me ; eiſque ſuperiorem facies : 110 & à viro iniquo me liberabis. 111 Propter hoc laudes tibi Domine debitas profitebor in Gentibus vocatis, teque pro tua miſericordia glorificantibus : 112 pſalmoſque cantabo majeſtati tuæ. 113 Ipſe profectò Deus eſt, qui magnas ſalvationes facit à ſe conſtituti Regis : 114 & qui magnam fecit miſericordiam eidem ſervo ſuo uncto in regem, 115 nempè Davidi, ejuſque prognato Meſſiæ, totique progeniei Chriſtianæ in æternum uſque.*

ORATIONES.

MSS. 1 FIrmamentum ſpei, & refugium preſſurae noſtrae piiſſime Deus, ſalva nos ab inimicis & à laqueis mortis : ut aſſumpti de multitudine circumſtantium tribulationum, devotiſſimè ſancto nomini tuo cum innocentiae puritate pſallamus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 58. 86, * al. elidamur. 2 REfugium noſtrum, Domine, in tuum ſemper conlocemus arbitrium : ut nec ſcopulis * allidamur, nec tumentium mundanorum fluctuum tempeſtatibus obruamur ; ſed in cunctis adverſis, dexterae tuae fortitudine protegi mereamur ; diſciplinâ tuâ doceamur ; doctrinâ tuâ dirigamur ; & incrementis ſpiritualibus dilatemur. ſamulatum fidei tibi Domino impendamus : ut à te gloriae coronam in remuneratione percipere mereamur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

Chri-

fol. 160. *De Paſſione Domini.*

3 CHriſte Deus noſter, qui contumacis populi contradictionibus es contemptus: & ob hoc in capite Gentium conſtitutus; nos, quibus per paſſionem & reſurrectionem tuam caput fieri voluiſti, non patiaris à te aliquando praecidi: ut te duce de adverſis poteſtatibus triumphemus; quem pro nobis in Crucis patibulo exaltatum credimus. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 163.

4 LIberator noſter & Domine, da nobis amorem diligendi te; ut laudantes invocemus te: & tu mittas ſagittas tuas, & diſſipes inimicos noſtros; & eripias nos ab his qui oderunt nos: ſicque & illi confundantur dum conteruntur; & nos jocundemur, & cum tua protectione ſalvemur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*)

fol. 164. *De Paſſione Domini.*

5 IN tribulatione ſua te Deum liberatorem ſuum invocat Eccleſia tua: petimus proinde, ut eam ſalves ab inimicis; quia eam redemiſti pretio tui cruoris: quò ita vias tuas in hac peregrinatione cuſtodiat, ut ovans ad tua mereatur pervenire promiſſa. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 164.

6 DA nobis Domine clypeum ſalutis tuae: & dextera tua nos ad alta ſemper provehendo confortet: quò accincti fortitudine tuâ ad praelium, per inſigne Crucis tuae tropheum dejiciamus adverſantem nobis humani generis inimicum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 164. *De Paſſione Domini.*

7 DEus noſter ſalva nos ab inſurgentibus inimicis; & à reſiſtentibus victoriae Crucis libera nos potentiâ Deitatis: ut nomini tuo cantantes, te ſemper glorioſum confiteamur in gentibus, cujus ſanguine redemptus eſt mundus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 165. *De Paſſione Domini.*

8 EXaudi Domine de templo ſancto tuo vocem Eccleſiae tuae: ut qui in paſſione poſitus, rivulos ſanguinis patiendo tolerasti, nos mortis gemitibus circumdatos ſolaturus aſpicias; ut torrentes iniquitatis in nullo nos noceant: cùm imperturbatos nos reddiderit adjutrix gratia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 39. 58. * *al.* contra captivantes.

9 FOrtitudo noſtra Domine dona nobis, dilectionem tui nominis perpetim poſſidere: dignare eſſe noſtra coutra adverſantes virtus; firmamentum contra impugnantes; liberator * à captivantibus: ut tuis ex toto defenſaculis circumcincti, ſic adverſa mundi mens noſtra nou metuat, ut & blanda (non) requirat: tuâque ſemper gratiâ contenta, muneribus gaudeat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 58.

10 DOmine firmamentum noſtrum & refugium noſtrum, de tentatione nos eripe: da protectionem ſalutis tuae; & dexterâ tuâ nos ſuſcipe; & diſciplinâ tuâ nos edoce, & immaculatam viam noſtram vitamque conſtitue: & quia tu Sanctus in Sanctis es; nos quoque tibi collatione ſanctitatis aſſocia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

B E N E D I C T I O.

* Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

IPſe mediator Jeſus Dominus, fortiſſimus liberator, nos ab hoc mundo dignetur eruere: & in fide ſtabilire per Euangelium. quia ipſi gloria & imperium cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XVIII.

In finem: Pſalmus David.

B E D A.

Senſus myſticus.

Inſcriptio iſta notiſſima eſt, dicta pſalmi referens ad Chriſtum Dominum: de cujus primo adventu Propheta dicturus eſt. de qua re hic primus eſt pſalmus: ſequuntur autem alii quatuor, id eſt, ſeptuageſimus nonus, & octuageſimus quartus, & nonageſimus ſextus, & nonageſimus ſeptimus.

Per totum Pſalmum Prophetæ verba ſunt. Prima narratio ejus laudat Domini prædicatores; ipſe quoque de ejus incarnatione ſpecioſiſſimis comparationibus verba ſubjungens inſit: Caeli enarrant gloriam Dei. *Secunda, laudat præcepta novi ac veteris Teſtamenti:* Lex Domini immaculata *& cætera. Tertia, ab occultis vitiis purgari ſe a Domino deprecatur; ut eum ſibi ipſe faciat dignum pſalmiſtam:* Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Theologia* (hoc eſt, *doctrina de Deo*) *cum inſtructione ethica* (id eſt, *de moribus.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Approbatur in hoc Pſalmo providentia Dei, qui ex hoc ipſo multam hominum curam ſe habere monſtravit, cum ita elementa a ſe creata componit, ut poſt ipſa poſſit agnoſci. Item, Propheta de adventu Chriſti dicit in Matthæum.*

Pſalt. Syr. *Liberatio populi ex Ægypto; nobis autem theologia, verſ. 32.*

Pſalt. Arab. *Davidis dictus eſt ab eo de ſine die Sabbathi, verſ. 31.*

Dominica ad Vigilias.

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Prophetæ de Chriſto loquentis. Iſte pſalmus in perſona Chriſti cantatur per Prophetam, & in perſona Eccleſiæ.*

PSALMVS AD MEDITANDVM.

Propheta. 1 CAELI enarrant gloriam Dei:
2 & opera manuum ejus annunciat firmamentum.
† 3 dies diei, eructat verbum:
4 & nox nocti, indicat ſcientiam.
† 5 non ſunt loquelae neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.
℣. 6. Rom. X. 18. † 6 in omnem terram exivit ſonus eorum:
7 & in fines orbis ∻ terrae: verba eorum.
† 8 ∻ In: ſole poſuit tabernaculum ſuum:
℣. 9. Luc. XXIV. 46. 9 & ipſe, tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo,
† 10 exſultavit ùt gigas, ad currendam viam:
11 à ſummo caelo egreſſio ejus;
† 12 & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus:
13 nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.
† 14 Lex Dñi, immaculata; convertens animas:
15 teſtimonium Domini, fidele; ſapientiam praeſtans parvulis.
† 16 juſtitiae Domini, rectae; laetificantes corda:
17 praeceptum Domini, lucidum; illuminans oculos.
† 18 timor Domini, ſanctus; permanens in ſaeculum ∻ ſaeculi:
℣. 19. Pſalm. CX. 8. 19 judicia Domini, vera; juſtificata in ſemetipſa:
℣. 20. Pſ. CXVIII. 72. 127. Prov. VIII. 11. † 20 deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum:
21 & dulciora ſuper mel & favum.
† 22 & ∻ enim: ſervus tuus cuſtodit ea:
℣. 21. Pſ. CXVIII. 103. 23 in cuſtodiendis illis retributio multa.
† 24 Delicta quis intelligit? ab occultis ∻ meis: munda me:
℣. 14. Pſ. XXXIX. 13. 25 & ab alienis parce ſervo tuo.
℣. 16. Pſ. CXVIII. 133. † 26 ſi meî non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:
27 & emundabor a delicto maximo.
℣. 15. Pſ. CIII. 34. † 28 ∻ &: erunt ut complaceant eloquia oris mei:
29 & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ∻ ſemper:
† 30 Domine adjutor meus & redemptor meus.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi
inſpiratus. PROPHETA. 1 *Cæli ſuo aſpectu enar-
rant gloriam Dei, qui ipſos creavit: 2 & firma-
mentum cæli ſtellatum ſua pulchritudine annunciat,
quàm miranda ſint opera potentiæ & ſapientiæ Dei.
3 dies unus diei alteri ordinatiſſima lege ſuccedens,
eloquitur quodammodò ſermonem evidentiſſimum de
Deo, quòd cuncta gubernet: 4 & nox una nocti alte-
ri ordinatè ſuccedens, eamdem denunciat cognitio-
nem Dei. 5 Non ſunt idiomata, nec genera ſermo-
num, ſive nationes in mundo, a quibus cujuſvis lin-
guæ hominibus non audiantur iſtiuſmodi voces eorum-
dem cælorum, & dierum ac noctium. 6 in univerſam
namque terram pervagatus eſt tacitus ille ſonus, &
vox eorumdem cælorum enarrans gloriam Dei: 7 &
ad terminos uſque orbis terræ pervenerunt ejuſmodi
verba cælorum. 8 Soli autem ſuum tabernaculum in
iiſdem cælis Deus poſuit: 9 & ipſe Sol manè prodit
pulcherrimus, veluti ſponſus pulcherrimè ornatus
exiens de nuptiali cubili ſuo. 10 qui Sol ſtatim ac
ortus eſt, ut fortiſſimus gigas exſilivit ad currendam
viam ſuam: 11 ejuſque egreſſus eſt ab uno extremo
cæli in Oriente: 12 & motus ac recurſus ejus eſt uſ-
que ad aliud ejuſdem cæli extremum in Occidente: 13
nec quiſquam eſt, qui ſe ſubtrahat ab ejuſdem Solis
calore, eumque non ſentiat. 14 Lex Domini eſt ſinè
maculâ, animaſque convertit a malo in bonum: 15
præceptum divinum, quod teſtatur nobis, quid Deus
velit aut vetet, fide dignum eſt cui credatur: ſapien-
teſque facit eos, qui parvuli ſunt propter errorem &
inſcientiam. 16 jura, a Domino conſtituta, recta ſunt;
animoſque lætificant obſervantium ipſa. 17 manda-
tum Domini lucidum eſt, oculiſque in erroris & in-
ſcientiæ tenebris clariſſimum lumen præfert. 18 præ-
ceptum, quod timorem Domini docet, mundum eſt &
ſanctum; permanetque in omnia ſæcula. 19 judicata
& decreta Domini vera ſunt, & omnia ad minimum
uſque æqua pariter & juſta. 20 hæc Domini præce-
pta deſiderabiliora ſunt quàm aurum & ex pioſus lapis
pretioſus & gemmæ: 21 ſuntque animæ dulciora,
quàm palato mel favuſque redundans atque diſtillans.
22 nam & ſervus tuus Domine ea obſervat, experi-
turque dulciſſima: 23 & pro illorum obſervatione
magna a te merces retribuetur mihi. 24 At quis pe-
nitùs noverit delicta erroreſque, quibus in Dei Legem
peccat? ab erroribus igitur & delictis meis, quæ mi-
hi nunc ſunt occulta, tu Domine munda me: 25 & a
ſuperbis alienigenis, & iis, quorum mores alieni ſunt a
lege tua, libera illæſumque ſerva me ſervum tuum.
26 ſi hi in me dominati non fuerint, tunc ero ſine ma-
cula criminis: 27 & ero tunc mundus a quovis ma-
gno peccato. 28 tunc quoque erunt in conſpectu tuo
ſemper benè complacita verba laudum & precum, ore
meo prolata: 29 eritque coram te benè complacita &
grata ſemper meditatio animi mei, 30 ò Domine
adjutor meus in bonis, & redemptor meus a malis, ne
tradar in ſervitutem.*

ORATIONES.

MSS. 1 PIiſſime Deus, qui Virginali thalamo egreſſus proceſſiſti ad liberandum nos; ſicque demum ad Patris dexteram conſcendiſti: immenſam miſericordiam tuam expoſcimus, ut lege tuâ converſi, praeceptis illuminati, teſtimoniis eruditi, mereamur & ab alienis & ab occultis vitiis emundari. Qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 39. 59. 65. 85. 92. 131. 2 AB occultis noſtris munda nos Domine purgando conſcientiam, * quae internis ac propriis inficitur maculis: ab alienis quoque parce ſervis tuis, ut ea indulgeas, quae vel malorum exemplis addiſcimus, vel pravis inlecti perſuaſionibus perpetramus:

* *al.* qui in propriis inficimur.

ut

Digitized by Google

ut qui te proprium agnoſcimus Dominum, peccatorum nequaquam ſentiamus ulterius dominatum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 58. 239. 202. 3 LEX tua indeficiens ac irreprehenſibilis convertat animas noſtras: & teſtimonium tuum fidele praeſtet parvulis ſapientiam: tuaeque juſtitiae corda noſtra laetificent, non contriſtent: tuumque praeceptum oculos mentium noſtrarum illuminet. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter. *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 3. S. Hieronymi. 4 ADjutor in tribulatione & in neceſſitatibus, & redemptor meus: quia tu me redemiſti ſanguine tuo pretioſo. tu es adjutor humani generis, cùm nos ad te accedere facis; tu es redemptor, quia nos tuâ paſſione ac reſurrectione ab interitu redemiſti: qui nos jugiter in lege tua gradientes cuſtodire digneris quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Ex Albino col. 275. 5 DOmine, ante quem nullus abſconditur: a cujus inquiſitione, quod latitat, non celatur; ab occultis noſtris munda nos, & ab alienis parce ſervis tuis; & praeſta, ut examinationis tuae calore puritas a te conceſſa non aeſtuet.

XIX.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Jam, quia Tituli verba nota ſunt, de textu pſalmi aliquid diſſeramus. Futurorum igitur illuminatione Propheta completus, evenire proſpera ſanctae deprecatur Eccleſiae; quae illi per adventum Domini pro certo noverat eſſe ventura. Primo ingreſſu, Propheta, rogat, ut Eccleſia diverſe mundi tui bine fatigata, Chriſtum Dominum exaudita ſuſcipiat:* Exaudiat te Dominus in die tribulationis *& caetera. Secunda, deprecatur, ut omne conſilium ejus rectamque fidem Dominus ſua pietate confirmet; promittens fidelem populum non poteſtate mundana, ſed divina potentia magnificandum:* Tribuat tibi ſecundùm cor tuum.

Euſebius Caeſarienſis. *Oratio collegarum, qui adjutores ſunt homini juſto.*

S. Athanaſius. *Pſalmus denunciat obventura.* (al.) *Imprecatorius pollicetur.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Pro Ezechia Rege ſuo populus, pariter ab Aſſyriis obſeſſus erat. Aliter,* Propheta operantem hortatur. *Item, Chriſto eunti ad Crucem dicit Eccleſia, ut Arnobio placet.*

Dominica ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidi, cùm rogaret, ut ſolvaretur a bello Ammonitarum. Nobis autem modo precatio utilis, verſ.* 20.

Pſalt. Arab., *verſ.* 20.

S. Hier. *Iſtum Pſalmum Propheta in perſona Eccleſiae canit de Chriſto.*

PSALMUS AD IMPRECANDUM FAUSTA AC FELICIA.

Propheta.

1 EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis:
2 protegat te nomen Dei Jacob.
† 3 mittat tibi auxilium, de ſancto:
4 & de Sion, tueatur te.
† 5 memor ſit omnis ſacrificii tui:
6 & holocauſtum tuum pingue fiat.
D I A P S A L M A.
† 7 Tribuat tibi ſecundùm cor tuum:
8 & omne conſilium tuum confirmet.
† 9 laetabimur in ſalutari tuo:
10 & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
† 11 impleat Dominus omnes petitiones tuas.
12 Nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum:
† 13 exaudiet illum de caelo ſancto ſuo:
14 in potentatibus, ſalus dexterae ejus.
℣. 15. Pſal. XXXII. 15. Proverb. XXI. 31. Iſai. XXXI. 1. † 15 Hi in curribus; & hi in equis:
16 nos autem, in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.
† 17 ipſi, obligati ſunt, & ceciderunt:
18 nos autem, ſurreximus, & erecti ſumus.
† 19 Domine ſalvum fac Regem:
20 ÷ &: exaudi nos in die quâ invocaverimus ÷ te:

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Dominus te ſibi ſupplicantem exaudiat in tempore tribulationis tuae:* 2 *teque inſtar clypei protegat majeſtas Dei, in quem Jacob Patriarcha credidit.* 3 *de ſancto habitaculo ſuo emittat adjutorium tibi:* 4 *& de medio Cherubim Arcae collocatae in monte Sion tibi ſuccurrat, teque roboret.* 5 *demonſtret Dominus ſe memorem eſſe omnium ſacrificiorum tuorum, quae ulinquam obtuliſti:* 6 *& victima iſta tua, quae ex animantibus dee offertur, totaque igni conſumitur, tamquam pinguis & grata oblatio habeatur illi.* * 7 *Det tibi Dominus ſecundùm quod deſiderat cor tuum:* 8 *& omne conſilium tuum & voluntatem impleat, & implendo confirmet.* 9 *& ita nos quoque collaetabimur de ſalvatione tuâ divinitùs facta:* 10 *noſque omnes cum auxilio Domini Dei noſtri triumphantes, majores erimus hoſtibus noſtris.* 11 *impleat igitur Dominus omnia, quaecumque tu petieris eum.* 12 *Nunc certâ ſpe cognovi, quòd Dominus, ita invocatus à nobis, ſalvaverit illum à ſe unctum regem:* 13 *quòdque de ſuo caelo ſancto eum exaudiet:* 14 *& quòd ab ejuſdem Dei dexterâ cum potentiis & fortitudinibus magnis, illius ſalvatio fiet.* 15 *Alii quidem confidunt in curribus armatis; alii verò in equis bellatoribus:* 16 *ſed nos nomen Domini Dei noſtri invocabimus; & invocato eo, armatis militibus cum ſuis curribus & equis majores erimus.* 17 *ipſi bellatores ligati ſunt compedibus, curvatique corruerunt victi:* 18 *nos verò à conſternatione animi noſtri conſurreximus; & victores erecti ſumus in pedes.* 19 *Itaque Domine tu regem hunc noſtrum ſalva:* 20 *noſque quacumque te die invocaverimus, exaudi clementer.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicae cantilenae inter pſallendum.*

Digitized by Google

ORATIONES.

MSS. 1 IMple Domine petitiones noſtras; & tamquam pinguiſſimum nos holocauſtum aſſume: ut inimicorum curribus obligatis, Salutaris tui opitulatione laetemur. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 59. 91. 87. 131. 2 IMple Domine omnes petitiones noſtras; ac mitte nobis auxilium de ſancto: memor eſto omnis ſacrificii noſtri, quod tibi non ſolùm oblatione, ſed etiam oratione atque afflictione dicamus: ut nos tibi humiles ſemper facias, & contritos attendas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 59. *ibi, Judicium pandit. 3 TRibulationes cordis noſtri, quas poenitendo facinorum ob metum *judicii pandimus, per miſericordiam tuam Domine ad indulgentiae laetitiam adtrahe. mitte itaque nobis auxilium de ſancto; & noſtrorum moeſtitias cordium pingue tibi facito holocauſtum: ut mentibus noſtris & conſilium, quo delecteris, inſpires; & opus, quo placeris, inſinues: petitiones noſtras ita ſuppleas, ut peccata deleas: & ad illam regionem, ubi ſine termino vivitur, propitius intromittas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Ex Albino. col. 138. 4 IMple Domine petitiones noſtras; & mitte nobis auxilium de ſancto: memor eſto ſacrificii noſtri, quod tibi non ſolùm oblatione; (ſed) & oratione offertur: ac preces noſtras, quas in quacumque die tibi tàm manu linguae, quàm genu cordis offerimus, propitius audire dignare. Per *&c.*

XX.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Hic Pſalmus Domini Salvatoris primò incarnationem, poſtea Deitatis ſolla decantat: ut patenter agnoſcas, eumdem tam Virginis matris, quàm Dei Patris eſſe Filium.*

In prima narratione pſalmi hujus Propheta loquitur ad Patrem de Incarnatione Dominica: Domine in virtute tua laetabitur Rex. *Secundò, diverſas virtutes ejus gloriamque deſcribit, declarans a parte, qua paſſus eſt, ad quam ſummarum apicemque pervenerit*: Quoniam praevenisti eum in benedictionibus. *Tertiò, converſus ad Dominum, more deſiderantium optat illa in judicio ejus ſieri, quae novit eſſe ventura*: Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.

Euſebius Caeſarienſis. *Interpellatio collegarum, qui adjutores erant Davidi.* (al. *qui adjutores ſunt homini juſto.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in prophetia.*

* Cardin. Thomaſ. *De Ezechia cantitur caeſis Aſſyriis, & infirmitate curata.*

Dominica ad Vigilias. Pſ. It. Syr. *Letitia eorum, quae adjumenta ſunt viro juſto, verſ. 27.*

Pſ. It. Arab. *verſ.* 27.

PSALMUS GRATIARUM ACTIONIS RESPONDENTIS PSALM. XIX.

Propheta. 1 DOMINE, in virtute tua laetabitur Rex:
2 & ſuper ſalutare tuum exſultabit vehementer.
† 3 deſiderium cordis ejus tribuiſti ei:
4 & voluntate labiorũ ejus non fraudaſti eũ.
DIAPSALMA.
† 5 quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis:
6 poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.
† 7 vitam petiit à te; & tribuiſti ei
†. 8. II. Reg. VII. 19. 8 longitudinem dierum in ſaeculum & in ſaeculum ✠ ſaeculi:
† 9 Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo:
10 gloriam & ✠ magnum: decorem impones ſuper eum.
† 11 quoniam dabis eum in benedictionem in ſaeculum ✠ ſaeculi:
12 laetificabis eum in gaudio, cum vultu tuo.
quo-

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Domine de tuâ fortitudine laetabitur iſte rex noſter*: 2 *& in ſalute à te ſibi allata nimiùm exſultabit*. 3 *tu enim dediſti ei quidquid animus ejus deſiderabat*: 4 *eique non denegaſti quod volebat, ſuiſque labiis petebat*. * 5 *in te, inquam, rex exſultabit, quia anticipaſti eum tu benedictionibus ac beneficientiis tuis benignis & ſuaviſſimis*: 6 *& in capite ejus auream poſuiſti coronam ex vario lapide pretioſo contextam*. 7 *vitam petivit à te; & dediſti ei* 8 *longitudinem dierum, duraturam in ſaeculum & in aeternum*. 9 *Magna effecta eſt ejuſdem regis gloria ob ſalutem à te ſibi collatam*: 10 *& novam adhuc in dies gloriam, majoremque honorem conferes in eum*. 11 *nam donabis eum benedictione ac beneficentiâ tuâ in ſecula omnia*: 12 *eumque exhilarabis gaudio per aſpectum faciei tuae*.

* *Pauſatio aut immutatio muſicae cantilenae inter pſallendum.*

† 13 quoniam Rex ſperat in Domino:
14 & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur.
† 15 Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis:
16 dextera tua inveniat ✠ omnes: qui te oderunt.
† 17 pones eos ùt clibanum ignis, in tempore vultûs tui.
18 Dominus in ira ſua conturbabit eos; & devorabit eos ignis.
† 19 fructum eorum de terra perdes;
℣. 20. Job. XVIII. 19. 20 & ſemen eorum à filiis hominum.
† 21 quoniam declinaverunt in te mala:
22 cogitaverunt conſilia, quae non potuerunt ✠ ſtabilire:
℣. 45. Pſ.LXVII. 5. † 23 quoniam pones eos, dorſum:
24 in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.
† 25 Exaltare Domine in virtute tua:
26 cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

13 Quoniam autem rex iſte in Domino ſperat & non in ſe; 14 idcircò & per altiſſimi Dei miſericordiam firmatus, in gradu ſuo non dimovebitur; neque ſpe ſuâ decipietur. 15 Inveniatur ergo Domine manus tua punitrix ab omnibus inimicis tuis, qui huic regi ſervo tuo rebellant: 16 tuaque ultrix dextera inveniat & apprehendat omnes iſtiuſmodi hoſtes te odientes: 17 eoſque in tempore, quo iratus apparebit aſpectus tuus, ardere facies inſtar furni ignescentis. 18 Dominus prae juſtâ irâ ſuâ terrefaciens conturbabit eos ac praecipitabit: ignisque devorabit eos. 19 fructum ventris, hoc eſt, filios eorum juſto judicio tuo perire facies a terra ob peccata parentum: 20 eorumque progeniem perdes ac delebis de numero filiorum hominum: 21 quia ad te admoverunt mala, & injurias tibi faciendas ſunt aggreſſi: 22 excogitaveruntque contra te conſilia ſceleſta, quae tamen nequaquam perficere effectuque firmare potuerunt. 23 eos tu namque fugabis, ac mihi dare terga coges: 24 eorumque praeterea faciem firmabis ac parabit ad reliqua tua excipiendo flagello. 25 Monſtra te Domine excelſum eſſe in fortitudine tuâ: 26 ſicque nos cantabimus pſalmiſque celebrabimus fortitudines tuas.

ORATIONES.

MSS. 1 Benedic nos Domine benedictione dulcedinis; & comple tibi placitum deſiderium noſtrum: ut dum jugiter virtutes tuas ſuavi modulatione concinimus, longitudinem vitae perpetuae conſequamur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 162. *Pro infidelibus.* 2 Fructum inimicorum (tuorum) Domine de terra diſperde, & ſemen eorum à filiis hominum; qui te unum Chriſtum, Dei & hominis Filium confiteri refugiunt: ut Crux tua, quae Judaeis eſt ſcandalum, Gentilibus autem ſtultitia, utroſque populos ad fidei regulam dirigat; tibique connectendos ac coronandos ſine fine conjungat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 181. 3 Inveniatur manus tua, Domine, omnibus inimicis tuis in vindictam; qui nolunt Cruci tuae ſua ſubdere colla: inveniatur quoque & in eis, qui te oderunt, dextera tua parcens; cùm eos dexterae tuae fecerit eſſe participes: ut in tempore vultûs tui, cùm manifeſta nobis fuerit facies tua, non ponantur ùt clibanum ignis: ſed transferantur nobiſcum coronandi in caeleſtibus regnis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 59. 65. 4 Domine, qui nos praevenire dignatus es gratiâ redemptionis, praeveni item in benedictione dulcedinis: & qui vitam temporalem cunctis mortalibus tribuis, vitam penitus aeternam nobis omnibus largiaris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

XXI.

In finem: pro ſuſceptione matutina Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Sive* In finem, *ſive* David, *quòd ad Chriſtum pertineat, notum eſt.* Suſceptio *autem* matutina *tempus reſurrectionis oſtendit, quando ipſe mortale corpus, veteris hominis conditione depoſita, in magnam gloriam clarificatus reſumpſit. In Hebraeo autem ſcriptum eſt,* Pro cervo matutino: *quo eumdem Dominum ſignificari non dubium eſt; qui interfecerit ſerpentes & venena conſumpſerit; Judaeiſque caninâ rabie ſe perſequentibus, caelorum alta petierit.*

Per totum quidem pſalmum loquitur Dominus Chriſtus: Sed primo capite derelictum ſe clamat a Patre, ut diſpenſatam ſcilicet ſuſceperit paſſionem; petentiſſimam humilitatem ſuam hominum abjectione commendans: Deus Deus meus reſpice in me. *Secundo loco, paſſionem ſacram diverſis comparationibus prophetavit; depraecans, ut a ſaevientibus inimicis ſuis divina protectione liberetur:* Circumdederunt me vituli multi *& reliqua. Tertio, commonet, laudare Dominum, Chriſtianos; quia in reſurrectione ſua Catholicam reſpexerit Eccleſiam: ut paſſione tantùm audita, mortalium corda paverent:* Qui timetis Dominum laudate eum &c.

Euſebius Caeſarienſis. *Prophetia de paſſionibus Chriſti, & vocatio (al. & de vocatione) Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in prophetia.*

✠ Card. Thomaſ. *Regat Dominum David, ſeditione Abſalon laborans. Aliter, Judaei de Heſter hunc Pſalmum putant eſſe contextum, quod videlicet ipſius periculo, & interceſſione apud Regem, ſit populus Iſrahel a morte liberatus.*

Pſ. Ie

Dominica (olim, nunc Feria VI.) ad horam primam.

Pſalt. Syr. *Davidis, cum illuderetur a perſecutoribus ſuis, & de paſſione Chriſti, & vocatione Gentium, verſ. 67.*
Pſalt. Arab. *Dictus ab eo, quando ſuperavit inimicos ſuos, & prophetia de crucifixione, verſ. 64.*
S. Hier. *Chriſtum totius Pſalmi contentum oſtendit.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

CHRISTUS.

℣. 1. Mat. XXVII. 46. Marc. XV. 34.

1 DEUS, Deus meus ✠ reſpice in me: quare me dereliquiſti?
2 longè à ſalute mea, verba delictorum meorum.

℣. 3. Pſ. LXVIII. 4.

† 3 Deus meus, clamabo per diem; & non exaudies:
4 & nocte; & non ad inſipientiam mihi.

℣. 5. Exod. XV. 2. 11.

† 5 Tu autem in ſancto habitas, Laus Iſrael.
† 6 In te ſperaverunt patres noſtri:
7 ſperaverunt; & liberaſti eos.
† 8 ad te clamaverunt; & ſalvi facti ſunt:

℣. 9. Pſ. XXIV. 3. XXX. 2. Iſai. XLIX. 23.

9 in te ſperaverunt; & non ſunt confuſi.
† 10 Ego autem ſum vermis, & non homo;

℣. 11. Iſai. LIII. 3.

11 opprobrium hominum, & abjectio plebis.

℣. 12. Mat. XXVII. 39. Marc. XV. 29.

† 12 omnes videntes me, deriſerunt me:
13 locuti ſunt labiis (✠ &: moverunt caput:)

℣. 14. Mat. XXVII. 43.

† 14 *Speravit in Domino; eripiat eum:*
15 *ſalvum faciat eum; quoniam vult eum.*
† 16 Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre:
17 ſpes mea ab uberibus matris meae:
18 in te projectus ſum ex utero:
† 19 de ventre matris meae, Deus meus es tu:
† 20 ne diſceſſeris à me: * quoniam tribulatio proxima eſt:
21 quoniam non eſt qui adjuvet.
† 22 Circumdederunt me vituli multi:
23 tauri pingues obſederunt me:
† 24 aperuerunt ſuper me os ſuum,
25 ſicut leo rapiens & rugiens.
† 26 Sicut aqua effuſus ſum:
27 & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
† 28 factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.
† 29 aruit tamquam teſta virtus mea:
30 & lingua mea adhaeſit faucibus meis:
31 & in pulverem mortis deduxiſti me.
† 32 Quoniam circumdederunt me canes ✠ multi:
33 concilium malignantium obſedit me,

℣. 34. Mat. XXVII. 35. Marc. XV. 24. Luc. XXIII. 33. Johan. XIX. 23. 37. XX. 25.

† 34 foderunt manus meas & pedes meos:
35 dinumeraverunt omnia oſſa mea.
† 36 ipſi verò conſideraverunt; & inſpexerunt me.
37 diviſerunt ſibi veſtimenta mea:
38 & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

℣. 37. Mat. XXVII. 35. Marc. XV 24. Luc. XXIII. 34. Johan. XIX. 23.

† 39 Tu autem Domine nè elongaveris auxilium tuum à me:
40 ad defenſionem meam conſpice.

erue

In perpetuum decantandus, ſuper obtinenda a Chriſto poſt paſſionem matutina illa aſſumptione ad gloriam reſurrectionis, Pſalmus, Davidi inſpiratus. CHRISTUS. 1 *Deus meus, Deus meus attende mihi cruci affixo: ut quid dereliquiſti me manibus ſævientium Judæorum? 2 nimirum a me ſalvando a morte longè te abeſſe faciunt & impediunt negotia illa expiandorum delictorum mundi, quæ tamquam mea in meo corpore perfero ſuper hoc lignum. 3 Deus meus ad te clamabo die; & tu me precantem non confeſtim exaudies: 4 ad te noctu quoque clamabo; nec erit ſilentium mihi: idque non imputabitur mihi ad inſcitiam & imprudentiam; quia poſt tres dies exaudies, à morte me reſuſcitando. 5 Profectò in ſanctuario tuo glorioſus inhabitas ò tu, quem cunctus Iſraeliticus populus laudat. 6 Progenitores noſtri Abraham, David, cæterique in te ſperaverunt: 7 ſperaverunt, inquam, in te; & tu eos liberaſti a tribulationibus ſuis: 8 ad te illi clamaverunt; & à te ſalvati ſunt, 9 in te iidem ſperaverunt; & pudore non ſunt ſuffuſi, ceu deluſi à ſpe in te ſuâ. 10 Cæterùm ego ùt vermis potiùs, quàm ùt homo nunc reputor à Judæis: 11 & ſum is, quem homines probris ac vituperiis afficiunt, & quem populus iſte rejicit, & pro re nihili deſpicit. 12 omnes prætereuntes, ſpectatores me cruci affixum, aſpernantes ſubſannabant me: 13 locuti ſunt labiis ſuis blaſphemantes me; & inſultantes movebant caput ſuum, de me cum joco dicentes:* 14 Confiſus eſt iſte in Domino; is ergo nunc liberet eum de cruce: 15 eumque ſalvet à morte, quippè bene vult ei, dixit enim hic, quòd Filius Dei eſſet. 16 *Quoniam autem tu Deus es is, qui me de ventre matris meæ extraxiſti, naſcique feciſti in mundum: 17 & tu es is, in quem ſpero jam uſque ab infantiâ meâ, cùm adhùc ſugerem lac à mammis matris: 18 & tu es is, in cujus curam & providentiam projectus ſum ex utero genitricis meæ: 19 & quia ab eo uſque tempore, quo eram in ventre matris meæ, Deus meus es tu: 20 idcircò ne à me abſceſſeris, tuum ſubtrahendo adjutorium: quia valdè proxima eſt, adhæretque mihi arctiſſimè tribulatio: 21 & quia præter te nemo eſt, qui me adjuvet. 22 Ecce circumdederunt me benemulti Judæi petulantes ùt vituli: 23 meque circumcinxerunt ac vallaverunt efferati ùt tauri pingues: 24 aperueruntque os ſuum contra me inſtantes vocibus magnis; 25 quemadmodùm leo os ſuum aperit, cùm rapturus prædam, rugit. 26 Unà cum viribus ſanguis meus effluxit tamquàm aqua effuſa: 27 & omnia oſſa mea divulſa ſunt, & ab invicem ſeparata vi tormentorum: 28 cor meum intra viſcera mea præ metu & acerbitate dolorum reſolutum eſt velut cera liquefacta ab ignis ardore: 29 vigor & fortitudo mea jam exaruit ùt arida teſta: 30 & lingua mea præ ſiccitate agglutinata eſt ad guttur meum: 31 jamque me hodie detraxiſti in pulverem ſepulchri, in quo mortuus ſepeliar. 32 Nam quammulti Judæi & milites Gentiles me circumdederunt oblatrantes, ceù rabidi canes: 33 meque vallavit cœtus malignorum. 34 perfoderunt ii clavis manus meas ac pedes meos, crucique fixerunt: 35 potueruntque enumerare omnia oſſa corporis mei extenti in ligno. 36 ipſi autem conſideraverunt me in cruce, ac deridentes me deſpexerunt. 37 & quatuor milites partiti ſunt ſibi veſtimenta illa mea ſuperiora, factis quatuor partibus: 38 & jecerunt ſortem ſuper tunicam illam meam inconſutilem, ne ſcinderetur, quia à ſummo erat tota pertexta. 39 Cæterùm tu Domine ne in longum à me differas auxilium tuum: 40 ſed è contrario attende citiùs ad defenſionem ac ſuſceptionem illam mei matutinam, ut tertiâ me die ſuſcites à morte.*

41 erue à framea ✠ Deus: animam meam:
42 ✠ &: de manu canis unicam meam.
† 43 ſalva me ex ore leonis:
44 & à cornibus unicornium humilitatem meam.
℣. 45. Hebr. II. 12. † 45 Narrabo nomen tuum fratribus meis:
46 in medio Eccleſiae laudabo te.
† 47 Qui timetis Dominum, laudate eum:
48 univerſum ſemen Jacob, glorificate eum.
† 49 timeat eum omne ſemen Iſrael:
50 quoniam non ſprevit neque deſpexit deprecationem pauperis:
† 51 nec avertit faciem ſuam à me:
℣. 52. Hebr. V. 7. 52 & cùm clamarem ad eum, exaudivit ✠ me:
℣. 53. Pſ. XXXIV. 18. † 53 Apud te laus mea in Eccleſia magnâ:
54 Vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
℣. 55. Iſai. LXV. 13. Pſ. LXVIII. 33. † 55 edent pauperes; & ſaturabuntur:
℣. 56. Pſ. LXVIII. 33. 56 ✠ &: laudabunt Dominum, qui requirunt eum:
57 vivent corda eorum in ſaeculum ✠ ſaeculi:
† 58 Reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terrae:
† 59 & adorabunt in conſpectu ejus univerſae familiae gentium.
† 60 quoniam Domini eſt Regnum:
61 & ✠ ipſe: dominabitur gentium.
† 62 Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terrae:
63 in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.
† 64 Et anima mea illi vivet:
65 ✠ &: ſemen ✠ meum: ſerviet ipſi.
† 66 Annuntiabitur Domino generatio ventura:
67 & annuntiabunt caeli juſtitiam ejus
68 populo qui naſcetur, quem fecit ✠ Dominus.

te. 41 Libera Deus vitam meam à morte violenta per gladium, ut egomet ponam animam meam, & nemo eam collat à me invito; 42 & de poteſtate iſtiuſmodi canis libera animam meam, quæ unica eſt & ſola relicta ab ope humana. 43 ſalva me ab ore ejuſmodi leonis, ne me devoret: 44 & à cornibus & impetitionibus talium ſuperborum unicornium me humilem & afflictum ſalva. 45 Liberatus ego & ſuſcitatus a morte, enarrabo & prædicabo notitiam tui fratribus meis hominibus, quos fratres vocare non erubeſco, factus homo: 46 teque laudabo in media congregatione credentium populorum. 47 Vos omnes, qui Dominum timetis, eum laudate: 48 eumque glorificate univerſa progenies Jacobi patriarchæ. 49 ipſumque timeat ac revereatur univerſa Iſraelitica progenies: 50 propterea quòd ipſe Deus non pro nihilo duxerit, nec fuerit averſatus, ſive contempſerit deprecationem iſtam meam, qua ego, pauper factus propter homines, precatus ſum eum: 51 & propterea quòd non averterit faciem ſuam benignam à me, preces ſupplicationeſque offerente illi, ut me ſalvum faceret à morte: 52 & propterea quòd cùm ad eum cum lacrymis & clamore valido clamarem, exaudierit me pro meâ reverentiâ, me ſuſcitaturus a morte, non amplius moriturum. 53 Laus hæc mea, ò Deus, a te & apud te mihi erit in congregatione numeroſa fidelium. 54 Igitur oblationes & laudes, quæ ego Domino vovens promiſi, palàm ei reddam coram omnibus timentibus illum. 55 comedentque pauperes ſpiritu de iiſdem oblationibus meis, ac ſatiabuntur, ne eſuriant in æternum: 56 & Dominum laudabunt quicumque illi placere requirunt ex corde: 57 eorumque corda beatam vitam vivent in omnia ſæcula. 58 Ex univerſis quoque nationibus omnium finium terræ innumerabiles homines per me recordabuntur Domini, cujus videbantur obliti; & ex infidelitate ad eum convertentur per fidem: 59 & ex univerſis cognationibus Gentium innumeri coram eodem Deo vero procident adoraturi. 60 nimirum quia unius Domini eſt regnum & imperium in univerſum mundum; 61 & ipſe ſolus ſupremus dominator erit omnium gentium. 62 Comederunt quoque de oblationibus meis, denique adoraverunt omnes pingues ac divites terræ ad ſacrum eius cœtu: 63 denique mortales omnes, qui deſcendunt in terram ac pulverem ſepulchri, coram eodem Deo procident, cui curvabitur omne genu. 64 & anima humana mea eidem Deo vivet ad illius ſemper ſe nutum movens & gloriam: 65 meaque progenies Chriſtiana ipſi obtemperans ſerviet per meritum paſſionis meæ. 66 Progenies iſta Chriſtianorum ventura poſt incarnationem meam, denunciabitur & adnumerabitur Domino ceu populus peculiaris: 67 & regni cælorum nuncii juſtitiam ejuſdem Dei, quâ gratis juſtos ex injuſtis facit, tunc annunciabunt 68 populo illi naſcituro, quem jam Dominus ſua prædeſtinatione creavit in bonis operibus, quæ illi præparavit, ut ambulet in eis.

ORATIONES.

MSS. 1 CAput miſericordiae Deus, qui propter nos deſcendens in uterum Virginis, addictus ligno, perfoſſus clavo, veſtimentis inſuper ſorte diviſis, ſurrexiſti liber ab inferis: precamur, ut hujus commercii non immemor, ſis populi ab ore leonis ereptor, qui fuiſti quondam patribus in te ſperantibus liberator. Qui vivis & regnas cùm Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Cod. 39. Palat. in Vatic. 2 DOmine Deus, qui patres noſtros clamantes ad te liberaſti, & in te ſperantes ſalvaſti: te quaeſumus ac precamur, ne longe facias auxilium tuum à nobis: ad defenſionem noſtram reſpice; & ſalva nos de ore leonis, fortis & potens. Per Dominum noſtrum *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 59. 163. *De Paſſione Domini.* 3 CHriſte, qui de patibulo ad Patrem, ut quid te dereliquerit, adclamaſti; qui Cruce tuâ hominem peccato perditum redemiſti; illumque peccati authorem aeternis arſurum ignibus tradidiſti: poſtulamus ſanctam clementiam tuam, ut nos, qui in te credi-

credimus, numquam derelinquas; nec confidentiam noſtram à tuâ deitate repellas: ſed per diem clamorem noſtrum ſuſcipe, & in nocte placito tibi famulatu ſervire concede: ſemperque corda noſtra in amorem tui flagrantiâ ſpirituali ſuccende; & gratiam tuam, quam peccando amiſimus, convertendo reſtitue. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 165. De Paſſione.

4 TU Deus noſter & ſortitudo noſtra, pro quibus nobis Crucis ſuſtinuiſti injuriam, ne repellas Eccleſiam tuam: ut quae conſtricta formidine, affligente inimico incedit, te ſibi parcente, gratuletur ſe in perſecutionibus dilatari. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 166. Item de Paſſione.

5 CHriſte Dei Filius, quem hominem purum, non Deum credentes, vitulorum multitudo circumdat, & taurorum pinguium perſequens craſſitudo dilaniat: da nobis invicto Crucis tuae ſignaculo frui; ut omnis per hoc à nobis congregatio diſpereat inimici. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 209. Item de Paſſione.

6 LIbera nos Domine de ore leonis; quia injuriam perpeſſus es Crucis; ut in medio Eccleſiae laudantes narremus nomen tuum fratribus noſtris: qui ſolus victor factus es mortis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 60. 85. 131. 184. * *al.* doctrina paſcamur lethali. * *al.* oblectantis. *al.* ob latrantis perfidiam. fol. 59. 63. 70. 133. 133. 264. * *al.* hereditario. *al.* hereditarie. fol. 196.

7 AD defenſionem noſtram Domine Deus noſter dignanter reſpice; eripe à framea animas noſtras: & ne * doctrinae pateamus lethali, tuo nos tutamine rege; ſimulque de ore leonis, rapere nos cupientis, libera: & ab * oblatrantis perfidiâ canis, pervigili contuitu, ſollicitâ nos protege curâ. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

8 REſpice in nos Domine Deus noſter; nec avertendo faciem tuam à nobis, nos aliquatenus derelinquas: verè enim ſalvi erimus, ſi vultûs tui in nos aſpectum converteris, & hilariter noſtris te animabus conjunxerit: ut quia in te ſperaverunt patres noſtri, & ſalvi facti ſunt, nos * hereditarios fac eorum ſpei ſuccedere; & parilitate horum, aeternâ cum eis exſultatione gaudere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

9 AD defenſionem Eccleſiae reſpice paſtor animarum, Domine Jeſu Chriſte, liberans miſericorditer animas noſtras de ore leonis: cujus anima à framea & manu liberata eſt canis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 181.

10 ERipe animam noſtram à framea potentiſſimi inimici Chriſte Fili Dei: ut noſter ſis liberator de ore leonis, qui animam tuam potenter eduxiſti ab inferis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 183.

11 AD defenſionem familiae tuae attende Domine: & jam eripe animam ejus à framea perſequentis, & de manu canis; qui ſolus animam tuam ponere dignatus es pro omnibus nobis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 208.

12 CHriſte Fili Dei eripe animam noſtram à framea inimici potentiſſimi: ut tu noſter ſis ſemper liberator de ore leonis; qui animam tuam potenter eduxiſti ab inferis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 202. Pro Cathecumenis.

13 ECce, Domine, venturam quam praedixit olim generationem Propheta; quae utique per fidem cucurrit, ut ad te veniat: ſuſcipe ergo eam: ut perfectione ſalutaris Lavacri tincta, aeternae Hieruſalem nobiſcum poſſideat gaudia infinita. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 202. Pro infidelibus. * *fortè*, gentibus.

14 CHriſte, qui propter incredulitatem relinquens populum Synagogae, innumeram tibi plebem Eccleſiae ex omnibus * generibus ampliaſti: imple quod Prophetali vaticinio praedixiſti; ut reminiſcantur (& convertantur) ad te Deum univerſi fines terrae; adorentque te omnes patriae gentium; qui ſolus ſalvaſti utique mundum. ſuſcita ergo tibi filios credulitatis, ex Circumciſione & Praeputio venientes: ut & quot veniunt, provehantur ad fidei regnum; & quot venerunt vel venerint, nullis meritorum ſordibus à tua hereditate priventur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7 S. Hieronymi.

(DOminus) Chriſtus nobis praeſtare dignetur, in conſpectu noſtro habere vulnera ejus: ut cum Thomâ palpantes fixuram clavorum illius; vel de omni humilitate paſſionis ejus jugem memoriam facientes; cum ſuſpirio etiam, cum pro peccatis noſtris inferna penetraſſe, recolentes: ea ſemper agamus in hoc corpore terreno, ut ipſi copulari mereamur in regno. *Amen*.

Digitized by Google

XXII.

Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Pſal. XIV.

*Loquitur per totum pſalmum renatus in baptiſmo Chriſtianus; gratias agens, quia de ariditate peccati ad loca paſcuæ, & ad aquam ſit refectionis inductus. Et notandum, quia ſicut * antea Decalogum Legis accepit, ita hic beneficiis decem ſe gaudet eſſe dicatum. Hic pſalmus, quia diviſionem in perſonis non habet, ſed in rebus, non diviſiones ut in aliis pſalmis, ſed æras numeri per ſingulas quaſque partes aſſumimus.*

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina & prima populi novelli inſtitutio.* (al. *Doctrina primæ inſtitutionis populi novelli.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus gloriationis in Domino.*

Dominica (olim, nunc feria V.) ad horam primam.

✱ Cardin. Thomaſ. *Reditum populi de Babilone prædicit, enumerans quantis redeuntes in itinere ſolatiis aſſunt Dei, quanta poſt reverſionem terram ubertate donati.* Item, vox Eccleſiæ poſt Baptiſmum *ad Heſter. Aliter, quia in vigeſimoprimo Pſalmo habuimus tribulationem paſſionis, in vigeſimo ſecundo lætitiam reſurrectionis accepimus.*

Pſalt. Syr. *Davidis, de ſua menſa regia; nobis autem nunc ſpiritualiter ingreſſus populi Chriſtianorum recens, verſ. 17.*

Pſalt. Arab. *Oratio, & documentum, verſ. 12.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. ℣. 1. Iſai. XL. 11. Jer. XXIII. 3. Ezechiel. XXXIV. 12. 23. I. Petr. II. 25. V. 4.

1 DOMINUS REGIT ME ✝ ET: NIHIL MIHI DEERIT:
I. 2 in loco paſcuae ✝ ibi: me collocavit:
† II. 3 ſuper aquam refectionis educavit me.
III. 4 animam meam convertit:
† IV. 5 deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ,
6 propter nomen ſuum.
† 7 Nam etſi ambulavero in medio umbrae mortis;
V. 8 non timebo mala: quoniam tu mecum es.
† VI. 9 Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt:
† VII. 10 paraſti in conſpectu meo menſam adversùs eos qui tribulãt me:
† VIII. 11 impinguaſti in oleo caput meum:
IX. 12 ✝ &: calix meus inebrians ✝ quã: praeclarus ✝ eſt:
† X. 13 & miſericordia ✝ tua: ſubſequetur me omnibus diebus vitae meae:
14 : &: ✝ ut: inhabitem in Domo Domini in longitudinẽ dierũ.

℣. 5. Pſal. V. 9. XXX. 4.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA.
1 *Dominus tamquam paſtor me ovem ſuam paſcit ac regit; & ideò nihil mihi deerit ad bene vivendum.* 2 *nam in loco, ubi paſcuum herbarum eſt, me paſcendum collocavit:* 3 *meque enutrivit juxtà aquam non turbidè ſed quietè fluentem, unde laſſus reficeret ac recrearet.* 4 *animam meam, ſi fortè errabunda per dèvia vagaretur, ipſe ad caulam ſuam ſemper redire fecit:* 5 *meque conduxit per ſemitas juſtas ac rectas;* 6 *idque totum mihi fecit propter immenſam bonitatem ſuam.* 7 *Quare, etiamſi ambulavero in mediis periculis mortis, tam proximè inſtantis, ut ſua me quaſi umbrà cooperiat;* 8 *nec timo mala timebo: quia tu mecum es Domine.* 9 *Paſtoralis illa virga tua; & paſtoritius baculus ille tuus (regimen ſcilicet illud meì tuum) ipſa me in periculis cunctis ſunt conſolata:* 10 *tu coram me menſam paraſti ſpiritualium eſcarum ex adverſo eorum, qui me affligunt, eaque menſâ privantur:* 11 *tu ſuavè olenti oleo pinguiter unxiſti caput meum, ſpiritualem lætitiam profundens in mentem meam:* 12 *& o quàm optimum eſt poculum illud a te mihi propinatum, quod ſupernis me deliciis inebriat & extra me rapit!* 13 *quare reliquis etiam diebus omnibus vitæ meæ tua me perpetuò miſericordia ſubſequetur & non derelinquet:* 14 *& ita fiet, ut inhabitem in domo tua Domine per tempora longa in æternum uſque.*

ORATIONES.

MSS. 1 REge nos Domine ſuavibus tuae praeceptionis habenis: ut aeterni tabernaculi habitatione perceptâ, plenitudine perennis poculi repleamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 202. 2 HYmnum novum, & dulce canticum, ac tuae laudis praeconium, Domine, crebrò nos tibi facito adclamare: ut in paſcua vitae, id eſt, ſuper aquam refectionis educando convertas: ut non eſuriamus neque ſitiamus in aeternum; dum pedes noſtros in ſemitis tuis gratiâ tuâ feceris eſſe firmiſſimos. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 202. 209. * *al.* Aedifica. *for.* Educa. 3 * EDoce Domine ſuper aquam refectionis plebem, quam formaſti per aquam baptiſmatis: ut legalibus inebriata doctrinis, illuc noſtrum rapias deſiderium, ubi te dare aeternum promittis praemium Beatorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 165. 4 HYmnum novum, & dulce canticum, ac tuae laudis praeconium, Domine, crebrò nos tibi facito adclamare: ut tibi nos officii merito regas; & ſuper aquam refectionis educando convertas: ut te miſerante, & regimine tuae gratiae ſuſtentemur; &

aquâ refectionis à contagione peccati lavemur: tuaque deductione ad te protinus exſultantes perveniamus; tibique acceptabili famulatu infatigabiliter ſerviamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

XXIII.

÷ *Primâ Sabbati: Pſalmus David.*

BEDA.

Senſus myſticus. Prima Sabbati *ſignificat diem Dominicum, quæ* prima *eſt poſt* Sabbatum: *quo die reſurrexit Dominus a mortuis. Et quia iſte pſalmus poſt reſurrectionem canitur, ideo ei Titulus iſte præmiſſus eſt: ut corda fidelium congruo moneret indicio.* *MSS. & edit. *Reſurrectione*. quod mendum correctum eſt ex Caſſiodoro.

*Poſt reſurrectionem Domini Propheta lætior effectus, humanum genus, quod varia * ſuperſtitione laborabat, alloquitur, prima parte definiens, Domini univerſum orbem eſſe terrarum: ut ſicut ſe nullus ab ejus imperio probaret exceptum, ita nec a fide crederet alienum:* Domini eſt terra. *Secundo loco determinans, quibus virtutibus præditi ſint, in ejus Eccleſia conſtituti:* Quis aſcendet in montem Domini? *Tertio, clementiſſimus ſuperſtitioſos alloquitur, ut vero Domino famulantes, a nexibus ſibi perverſitate diſcedant:* Tollite portas, Principes, veſtras *& reliqua*.

Dominica (olim, nunc feria II.) ad horam primam.

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de vocatione Gentilium: & conſummatio (ſive profectio) eorum, qui ſalvantur.*

* Card. Thomaſ. *Prædicitur populo, immo præcipitur,* quibus *vitæ ſuffragiis valeat de captivitate Babylonica laxari.*

Pſalt. Syr. *De prima die, qua cœpit Deus condere creaturas, verſ. 24.*

Pſalt. Arab. *Prophetia de vocatione gentium, & Incarnatione, verſ. 24.*

PSALMUS AD MEDITANDUM PROPHETICUS.

Propheta. ℣. 1. Exod. IX. 29. XIX. 5. Deuter. XIX. 15. Job. XLI. 2. Pſal. XLIX. 12. I. Corint. X. 26.

1 DOMINI eſt terra & plenitudo ejus,
2 orbis terrarum, & ÷ univerſi:
qui habitant in eo.
† 3 : quia: ipſe ſuper maria fundavit eum:
4 & ſuper flumina praeparavit eum.

Interrogatio. † 5 Quis aſcendet in montem Domini?
6 aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Reſponſio. ℣. 3. Pſ. CXXXV. 6. II. Petr. III. 5.

† 7 Innocens manibus & mundo corde:
8 qui non accepit in vano animam ſuam:
9 nec juravit in dolo ÷ proximo ſuo:
† 10 ÷ hic: accipiet benedictionem à Domino;
11 & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

℣. 5. Pſal. XIV. 5.

† 12 Haec eſt generatio quaerentium eum,
13 quaerentium faciem Dei Jacob.
DIAPSALMA.

Propheta. † 14 Attollite portas, Principes, veſtras:
15 & elevamini portae aeternales:
16 & introibit Rex gloriae.

Principes. † 17 QUIS EST iſte Rex gloriae?

Propheta. 18 DOMINUS fortis & potens:
19 dominus potens in praelio:
† 20 Attollite portas, Principes, veſtras:
21 & elevamini portae aeternales:
22 & introibit Rex gloriae.

Principes. † 23 QUIS EST iſte Rex gloriae?

Propheta. 24 DOMINUS virtutum, ipſe eſt Rex gloriae.
: *DIAPSALMA.*

In prima ſeptimanæ die poſt Sabbatum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Domini eſt terra & quidquid continetur in ea,* 2 *totuſque habitatus orbis, & omnes, qui inhabitant in eo.* 3 *ipſe namque Deus eum orbem terræ mirabiliter juxta mobilia & fluitantia maria fundavit immobilem:* 4 *eumque juxta interfluentia flumina, à quibus alluitur, paravit atque ſtabilivit.* 5 INTERROGATIO. *At quis de terra hac aſcendet in montem illum Domini cæleſtem?* 6 *quiſve conſiſtet in loco ſancto ejus?* 7 RESPONSIO. *Is conſcendet, ibique ſtabit, qui innoxias habuerit operationes & animum purum:* 8 *quique animam ſuam non acceperit fruſtrà, ut eam occuparet in re vana:* 9 *& is, qui non juraverit doloſè proximo ſuo.* 10 *Talis homo accipiet gratiarum benedictionem à Domino;* 11 *& miſericordiæ atque juſtitiæ fructus accipiet à Deo ſalvatore ſuo.* 12 *Hujuſmodi eſt genus illud hominum, qui Deum quærunt;* 13 *qui quærunt, inquam, videre faciem Dei, ô fidelis poſteritas patriarchæ Jacobi.* * 14 *O Principes cæleſtes, tollite portas veſtræ civitatis;* 15 *& aperitote vos altè lateque, o januæ cæli, æternùm duraturæ:* 16 *& ingredietur iſtuc præcurſor pro hominibus Rex ille noſter glorioſus.* 17 PRINCIPES. *Ecquis eſt Rex iſte veſter glorioſus?* 18. PROPHETA. *Rex hic noſter, eſt Dominus fortis & potens;* 19 *Dominus, inquam, potens & triumphans per paſſionem carnis ſuæ in prælio contra principem hujus mundi diabolum.* 20 *Igitur ò principes cæleſtes tollite portas veſtræ civitatis;* 21 *& aperitote vos altè lateque, ò januæ cæli, æternùm duraturæ;* 22 *& iſtuc ingredietur Rex ille noſter glorioſus.* 23 PRINCIPES. *Ecquis eſt Rex iſte veſter glorioſus?* 24 PROPHETA. *Dominus exercituum omnium cæleſtium atque terreſtrium, is eſt Rex ille noſter glorioſus.*

* *Pauſatio cui immutatio muſicæ cantilenæ interjicienda.*

ORATIONES.

MSS. 1 STabilitor terrae Deus, cui cuncta mundi plenitudo deſervit, reſtitue nos in innocentiam vitae, ut poſſimus, te praevio, montem ſanctificationis aſcendere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prev. Mozarab. fol. 61. 312. 2 DOmine fortis & potens, Domine virtutum, ipſe es Rex gloriae: ab omni peccato cor noſtrum munda, & manus noſtras innoxias ſerva; & animas noſtras a vanitate diſſocia: ut in loco ſancto tuo ſtare, & a te Domino Deo noſtro benedictionem mereamur percipere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

3 Do-

fol.126. De Aſcenſione Domini, 3 DOmine Rex gloriae, qui patefactis & adimpletis Prophetarum oraculis, tamquam elevatis aeternalibus portis, Paternam repetis ſedem: quia dum Deitas eò, quò numquam diſceſſit, regreditur, humano generi caelorum aditus aperitur: dona, ut illuc extendatur noſtra intentio, quò praeceſſit vera noſtra redemptio: nec inhaereamus captivâ delectatione terrenis, cùm jam noſtri corporis caput tecum regnet in caelis. (℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

XXIV.

÷ *In finem: Pſalmus David.*

LXX. Interpretes huic Pſalmo litteras Alphabeti Hebraici non appoſuerunt. Vide Origenem in principio Pſ. CXVIII. in Catena edita à Corderio: & Comment. in Pſal. CX. tom. 7. S. Hieronymi.

BEDA.

Senſus myſticus. *Quoniam tituli verba jam nota ſunt: & pſalmus iſte Hebraeorum primus Alphabetodes eſt; noverimus, hunc ſextam & vigeſimam litteram non habere.*

Per totum pſalmum deprecatur Eccleſia, ne ante conſpectum Domini contemptibilis appareat inimicis. Primo membro depoſcit, ut inſtituta Domini viaſque cognoſcat: Ad te Domine levavi animam meam *& caetera. Secundo, beneficia ejus poſtulat, quae ſanctis patribus a ſaeculo condonavit:* Reminiſcere miſerationum tuarum Domine. *Tertio loco dicit, cuſto-*

* al. peccans. *dientes praecepta Domini aeterna praemia promereri;* proteſtans ſe in eadem voluntate jugiter permanere:* (Quis eſt homo, qui timet Dominum?) *Prima ergo portio continet litteras quinque: ſecunda ſex: tertia novem.*

Euſebius Caſarienſis. *Doctrina confeſſionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

* Cardin. Thomaſ. *Ex perſona populi in Babylone degentis oratio formatur.*

Dominica (olim, nunc ſecunda III.) ad horam primam. Pſalt. Syr. *Documentum gratiarum actionis, verſ. 45.*

Pſalt. Arab. *Documentum, & confeſſio, & numerus, verſ. 42.*

S. Hier. *Vigeſimus quartus Pſalmus Mediatoris noſtri miſſam ad Patrem continet vocem: interdum habet Eccleſia ſupplicantis clamorem.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 AD TE DOMINE levavi animam meam Deus meus

†.2. Pſalm. XXI. 6. XXX. 1. XXXIII. 6. 2 in te confido non erubeſcam;

† 3 neque irrideant me inimici mei:

4 etenim univerſi qui ſuſtinent te, non confundentur.

† 5 confundantur ÷ omnes: iniqua agentes ſupervacuè.

†.6. Pſal. CXLIII. 8. † 6 Vias tuas, Domine, demonſtra mihi:

7 ÷ &: ſemitas tuas edoce me:

† 8 dirige me in veritate tua:

9 & doce me, quia tu es Deus ſalvator meus:

10 ÷ &: te ſuſtinui tota die.

† 11 Reminiſcere miſerationum tuarum Domine,

12 & miſericordiarum tuarum, quae à ſaeculo ſunt.

†.13. Job. XIII. 26. XX. 11. † 13 delicta juventutis meae & ignorantias meas ne memineris:

† 14 ſecundùm miſericordiam tuam memento mei ÷ tu:

15 propter bonitatem tuam Domine.

† 16 Dulcis & rectus Dominus:

17 propter hoc legem dabit delinquentibus in via:

† 18 diriget manſuetos in judicio:

19 docebit mites vias ſuas.

† 20 Univerſae viae Domini, miſericordia & veritas

21 requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus.

† 22 Propter nomen tuum Domine,

propi-

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus PROPHETA. *1 Domine ad te nunc jam elevavi cogitationes affectuſque omnes animae meae: 2 Deus meus in te ſolo confiſus ſum; ne ergò erubeſcam, quaſi in te fruſtra ſperaverim: 3 neque me deſerendo, ſinas, ut inimici mei de me laetentur ac rideant: 4 nam omnes, qui te ſibi adjutorem patienter exſpectant, numquam rubore ſuffundentur, ſuâ exſpectatione fruſtrati. 5 quinimmo omnes ii pudore ſuffundantur, qui vanè & ſine cauſa iniquè ſe gerunt erga proximum ſuum. 6 Rectè vivendi vias modoſque tu mihi notifica Domine: 7 tuaſque me doce anguſtas vias, quae ducunt ad vitam. 8 eſto tu mihi dux viae in exſequenda vera doctrina legis tuae: 9 eamque me doce perſuaſione ſecretâ atque victrice; quia tu es Deus ſalvator meus; eo & quia te adjutorem exſpectavi patienter tota die & omni tempore. 11 Recordare Domine tot tantarumque operationum miſerationis tuae, 12 & operum miſericordiae tuae, quae a ſaeculi origine, & mundi exordio ſunt a te exhibita mortalibus. 13 ne, quaeſo, memineris peccatorum, quae in adoleſcentia mea, & quae imprudenter ſtultèque commiſi: 14 ſed prout exigit miſericordia tua, recordare mei tu, oblitus ſcelerum meorum; 15 idque propter benignitatem tuam Domine, cùm aliud omninò poſtulent mala merita mea. 16 Benignus & rectus ſimul & juſtus eſt Dominus: 17 propterea eos, qui peccant in via vitae hujus, legem ſuam docebit, ut reſipiſcant: 18 eoſque manſuetos effectos, ipſe tamquam viae dux deducet in divino ſuo jure ſervando: 19 & ejuſmodi manſuetos modeſtoſque homines docebit ſemper ampliùs vias modoſque perveniendi ad ipſum. 20 Omnes hujuſmodi viae mandatorum Domini, miſericordiam ejuſdem conciliant, & veracia ipſius promiſſa praeſtant 21 his, qui requirunt & cuſtodiunt pactum illius ac praecepta teſtificantia voluntatem ejus. 22 Propter temetipſum Domine, qui miſericors meritò nominaris,*

23 *eſto*

23 propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.

† 24 Quis eſt homo qui timet Dominum?

25 legem ſtatuit ei in via, quam elegit.

℣. 26. Pſal. XXXVI. 11. 19. † 26 Anima ejus in bonis demorabitur:

27 & ſemen ejus hereditabit terram.

℣. 27. Pſal. XXXVI. 29. † 28 firmamentum eſt Dñus timentibus eum:

29 & teſtamentũ ipſius ut manifeſtetur illis.

℣. 29. Proverb. III. 32. † 30 Oculi mei, ſemper ad Dominum:

31 quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.

† 32 Reſpice in me; & miſerere mei:

33 quia unicus & pauper ſum ego.

† 34 tribulationes cordis mei multiplicatae ſunt:

35 de neceſſitatibus meis erue me.

† 36 vide humilitatem meam & laborem meum:

37 & dimitte univerſa delicta mea.

† 38 reſpice inimicos meos: quoniam multiplicati ſunt;

℣. 39. Job. XV. 25. 39 & odio iniquo oderunt me.

† 40 cuſtodi animam meam; & erue me:

41 non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.

† 42 innocentes & recti adhaeſerunt mihi, quia ſuſtinui te.

† 43 Libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

23 eſto propitius atque placatus peccato meo; eſt
enim magnum & multiplex. 24 Quis & qualis
eſt homo, qui Dominum timeat ac revereatur?
25 & quem legem ſuam docueris Deus in ea vivendi
via ac ratione, quam ſervandam elegerit? 26 Hu-
juſmodi hominis anima in bonis venturi ſaeculi commo-
rabitur: 27 ejuſque, ſi qua fuerit, progenies in
probitate imitatrix, velut haereditaria in perpetuum
poſſidebit terram, cùm fuerint caeli novi & terra no-
va poſt ultimum ſaeculi diem. 28 Firmitatem & con-
ſtantiam Dominus praeſtat ejuſmodi hominibus timenti-
bus ipſum: 29 efficitque, ut lex, a ſe diſpoſita atque
ordinata, pleniùs atque perfectiùs declaretur illis.
30 Oculi mentis meae in Dominum jugiter ſuſpiciunt:
31 quia ipſe eſt qui extrahet è reti atque tendicula pe-
des meos, atque affectus, quibus movetur anima mea.
32 Reſpice ergo in me, in te ſemper aſpicientem; &
miſerere mei Domine: 33 quia ego ſum ſolus, omni-
que ope deſtitutus, & pauper atque afflictus. 34 Tri-
bulationes, quas patitur cor meum, multae lataeque fa-
ctae ſunt: 35 de coarctationibus hiſce meis edue me
tu Domine. 36 Vide, quaeſo, humiliationem & af-
flictionem meam, ac laborem meum: 37 & remitte
mihi, ac tolle omnia peccata mea. 38 Vide quoque
inimicos meos, quia nimiùm valdè multiplicati ſunt:
39 meque citra meam culpam injuſto odio oderunt. 40
ab his inimicis meis cuſtodi illaeſam animam meam; &
libera me: 41 & ne rubore ſuffundar, quòd in te ſpe-
raverim, & exſpectatam opem non obtinuerim. 42
nam innoxii homines, & id, quod directum & juſtum
eſt, amantes, ſeſe mihi adjunxerunt foederati, propter-
ea quòd te mihi Domine patienter exſpectaverim ad-
futurum. 43 Redime Deus Iſraeliticum tuum populum
ex omnibus tribulationibus & anguſtiis ſuis.

ORATIONES.

MSS. 1 LIbera nos ab omnibus anguſtiis noſtris mitiſſime Deus; quia ad te animas noſtras erigimus: obliviſcere, quaeſumus, delicta juventutis & ignorantiae prioris; & ſi quid negligenter deliquimus, clementer ignoſce. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 61. 312. * al. ſed ſpiritualis gratia pertrahat. 2 AD te Domine formam animae noſtrae, ſpei adminiculo erigentes, praecamur; ſic eam deſideriis ſpiritualibus imbuas, ut carnaliter converſari deſiſtat: ne inimici derideant promittendo terrena, *quam ſpiritualis gratia pertrahit ad ſuperna. Tu itaque Deus omnipotens id ſapere concede, ut veritati potius quàm mendacio ambiat inhaerere; ſic libeat humilitati inſiſtere, ut per id & morbum ſuperbiae caveat, & tuorum praemia bonorum cum Sanctis participare ſueſcat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 61. 312. 3 AD te Domine levantes animas noſtras precamur, ut eas ſpirituali ſuſtollas deſiderio, quae carnali ſaepius demerguntur voto: dona humilitatem, quam ipſe videas, & perfice fructuoſum laborem, ut peccata dimittas: ſimplicitas & aequitas noſtris inhaereant animis; dolus & injuſtitia procul recedant a nobis. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 205. *De Paſſione Domini.* 4 EXaudi Domine lamentabilem Eccleſiae tuae gemitum; qui pro ea ſuſtuliſti injuriam paſſionum: ignominiis careat, quae ſe ſalvatam tuis paſſionibus non ignorat: ut aeternitatis tuae judicio, & preſſurarum eam tribulationibus releves, & tibi coronandam ſine fine aſſocies. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

* Comment. hujus Pſalm. T. 9. S. Hieronymi. 5 TE Domine deprecamur, ut viventes immaculati, ab infernalibus anguſtiis liberari mereamur.

XXV.

✠ In finem, Pſalmus: David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Totus Pſalmi textus ad perfectum aptandus eſt Chriſtianum; qui diverſorum laude meritorum in Eccleſia perſeverans, divinis ſe beneficiis conſolatur.*

Sonlus iſte, quem diximus, primo modo pſalmi, innocentiam ſuam reſpici deprecatur; quia cum iniquis hominibus non habuit portionem: Judica me Domine *& reliqua. Secunda ſupplicat, ne hæreticis aut ſchiſmaticis in judicio Domini miſceatur; quoniam domum ejus ſe dilexiſſe teſtatus eſt:* Domine dilexi decorem domus tuae *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Interpellatio ejus, qui ſecundùm Deum proficit.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

Dominica (olim, nunc Feria IV.) ad horam primam. ✶ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona Captivorum in Babylone verum Sanctorum prophetiæ carmen compoſitum, qui pro conſcientia bona captivitatis reſolutionem confidentius poſtularent.* Aliter, Propheta de ſe teſtatur.

Pſ. It. Syr. *David, cùm receſſerunt ab eo familiares illius, dum eſſet profugus; nobis autem preces ejus, viri qui proficit apud Deum virtute, verſ. 24.*

Pſ. It. Arab. *Oratio, & numerus, verſ. 20.*

S. Hier. *Pſalmus iſte de homine, & Chriſto teſtatur; & omnis Eccleſiæ in Chriſto perfectæ continet vocem.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. ✝. 1. Pſ. LVII. 9. 1 JUDICA me Domine; quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum:
2 & in Domino ſperans, non infirmabor.
✝. 3. & 4. Job XIII. 10. ✝ 3 Proba me Domine; & tenta me:
Pſalm. XVI. 3. LXV. 10. 4 ure renes meos & cor meum.
CXXXVIII. 23. Zachar. ✝ 5 quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt:
XIII. 9. Malach. III. 2. 3. 6 & complacui in veritate tua.
I. Petr. I. 7. ✝ 7 non ſedi cum concilio vanitatis:
✝. 7. Pſal. I. 1. Jer. XV. 17. 8 & cum iniqua gerentibus non introibo:
✝ 9 odivi eccleſiam malignantium:
10 & cum impiis non ſedebo.
✝. 11. Pſ. LXXII. 13. ✝ 11 lavabo inter innocentes, manus meas:
12 & circumdabo altare tuum Domine,
✝ 13 ut audiam vocem laudis;
14 & enarrem univerſa mirabilia tua.
✝ 15 domine dilexi decorem domûs tuae,
✝. 17. 16 & locum habitationis gloriae tuae.
Pſal. XXVII. 3. ✝ 17 Ne perdas cum impiis ✠ Deus: animã meam:
18 & cum viris ſanguinum, vitam meam:
✝ 19 in quorum manibus iniquitates ſunt;
20 dextera eorum repleta eſt muneribus.
✝ 21 Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum:
22 redime me; & miſerere mei.
✝. 22. Pſ. XXXIX. 3. ✝ 23 pes meus ſtetit in directo:
24 in Eccleſiis benedicam ✠ te: Domine.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Fac judicium Domine de*
hac mea interpellationis cauſa; quâ in judicium tuum
voco adverſarios meos: quia cum mea ego innocentia
nocens nemini in itinere vitæ meæ ambulavi: 2 &
propterea à te Domino ſperans defenſionis auxilium,
animo non debilitabor neque deficiam. 3 Explora me
tu Domine, & examina me, an illis ego nocuerim,
nec ne: 4 & veluti ignis uſtione, ut ſolent examinari
metalla, exploro tu intimos affectus meos, totumque
animum meum, ſint vera, nec ne, quæ dico. 5 nam tua
miſericordia ſemper fuit & eſt coram oculis mentis meæ;
ut miſericors ego quoque ſim etiam in perſecutores meos:
6 ſemperque mihi complacui de vera & rectiſſima lege
tua. 7 numquam ego conſedi cum concilio cœtuque va-
norum hominum atque fallacium: 8 & poſthac quoque
cum iis, qui inique agunt, non progrediar vel habebo
commercium. 9 odivi ſemper congregationem hominum
malignorum: 10 & numquam conſedebo cum impiis,
ſed ab eorum me conſortio ſegregabo. 11 quinimmò
unà cum hominibus innocentibus, manuum mearum
ablutiones faciam, mea tibi vota oblaturus: 12 &
circum altare tuum Domine conſiſtam, 13 ut audiam
vocem tuæ laudis, quam concinunt cantores; 14 &
ut ego etiam meis pſalmis & laudibus omnia, quantum
potero, enarrem admiranda opera tua. 15 dilexi Do-
mine decoram domum tuam, ejuſque ordinem pulcher-
rimum atque decentiam; 16 & locum dilexi glorioſi
habitaculi tui. 17 Itaque Deus meus ne animam meam
perire facias unà ſimul cum perituris impiis; 18 neque
perdas, & amittere me facias vitam meam unà cum vi-
ris ſanguinariis & homicidis: 19 in quorum impro-
borum hominum operationibus res ſemper ſunt iniquæ;
20 & quorum dextera manus plena eſt munerum ini-
quorum ad opprimendos juſtos injuſtè. 21 Cæterùm cum
mea ego ſemper innocentia ambulavi & vixi, nocens
nemini: 22 redime ergo me penè captivum de vi &
manu iſtiuſmodi perſecutorum meorum; meique miſere-
re. 23 pes enim meus hactenus conſtitit in rectitudine
viæ, & non deviavit à lege tuâ: 24 ſemperque in
congregationibus piorum hominum tibi Domine benedi-
cam, teque ſemper laudabo.

ORATIONES.

MSS. 1 LArgire Domine miſericordiam tuam famulis ſupplicibus tuis; & fac nos in tua veritate devotos: ut actibus in innocentiam reſtitutis, liberari mereamur ab impiis. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 43 1. 2 REdime nos Domine, & miſerere nobis; ut vox noſtra tibi in Eccleſiis pſallat, & vita te in plebibus benedicat: ure renes noſtros & cor noſtrum tuae charitatis examine; atque

atque à nobis omnes hactenus reſeca voluptates: ut nec libido renum noſtrorum compagem ſolvat; & fluxus malae cogitationis a ſede noſtri cordis abſcedat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum, ℟. *Amen*.

fol.339. 391. De Sancto Laurentio Martyre. 3 DEus, qui probatione ſolitâ pietatis probari Sanctum tuum Laurentium Martyrem voluiſti in terris: nec plus eum tentari permittis, quàm quod in eum donum tolerantiae adeſſe collatum tuo munere, perſpicis: erue nos ab omni tentatione, quae noſtram poſſit obruere mentem: ut placito tibi famulatu fideliter ſervientes, ſic nos tentari permittas, ut tentatio ipſa non nos in confuſione moeroris, ſed in amplexu veritatis valenter adſtringat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.391. De Sanctis. 4 DEus, qui probatione ſolitâ pietatis probare Sanctos tuos voluiſti in terris: nec plus eos tentari permittis, quàm quod in eis donum tolerantiae adeſſe conlatum tuo munere, perſpicis: erue nos ab omni tentatione, quae noſtram poſſit obruere mentem: ut placito tibi famulatu fideliter ſervientes, ſic nos tentari permittas, ut tentatio ipſa non nos in confuſione erroris, ſed in amplexu veritatis valenter adſtringat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

XXVI.

÷ *Pſalmus: David* ÷ *priuſquam liniretur:*

BEDA,

I.Reg.XVI. 13. II. Reg. II. 4. V. 3. * *Ter unctus eſt David: ſemel in Bethlehem apud patrem ſuum per Samuelem; ſecundò in Hebron a tribu Juda poſt mortem Saul; tertiò ibidem a cuncto Iſrael poſt occiſionem filii Saul. Quoniam verò nullum pſalmum ante primam unctionem feciſſe legitur, reſtat intelligere ſecundam hoc inſcriptione deſignatam: ante cujus eventum, cum adhuc ab inſidiis Saulis tentaretur, pſalmum cecinifſe monſtratur. Notandum, quod,* Priuſquam liniretur, *in Hebraeis voluminibus non habetur.*

Cum frequenter ante regnum liberaretur ab inimicis ſuis acerrimis, per totum pſalmum loquitur Propheta. In prima poſitione Dominum ſe dicit metuere, & nullum alium formidare; ſed inter adverſa ſaeculi unum ſibi teſtatur eſſe ſuffragium, ut licèt periculis corporalibus jactaretur, ipſe in domo Domini firmiſſima devotione mentis habitaret: Dominus illuminatio mea & ſalus mea; quem timebo? *Secunda poſitione, multiplici clade liberatus, diverſis modis gratias agit; & prophetiae ſpiritu ſpem ſibi futurae beatitudinis pollicetur:* Exaudi Domine vocem meam quâ clamavi *& reliqua.*

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio, & petitio* (al. *interpellatio*) *bonorum.*

S.Athanaſius. *Pſalmus gloriationis in Domino.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ezechias Aſſyriorum morte laetior reddit Deo officia votaque gratiarum.* Item, ad eos, qui primùm

I. g. rediuntur in Dominicum: *legendus ad Iſaiam: Ecce, qui ſerviunt mihi, bene manducabunt.*

Pſ. It. Syr. *Davidis, ob infirmitatem, quae acciderat in ipſum, verſ. 38.*

Pſ. It. Arab. *Hymnus, quem David dixit, & continetur in eo gratiarum actio ob beneficia, atque, ut augeantur, petitio, & fiducia abſque intermiſſione, verſ. 35.*

Feria II. ad Vigilias. Antequam unctus eſſet.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. ℣. 1. 1 DOMINUS illuminatio mea & ſalus mea; quem timebo?

Mich. VII. 8. † 2 Dominus protector vitae meae; à quo trepidabo?

℣. 2. Pſ. CXVII. 6. † 3 Dum appropiant ſuper me nocentes ut edant carnes meas;

† 4 qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

℣. 3. Pſalm. III. 7. † 5 Si conſiſtant adverſum me caſtra; non timebit cor meum:

† 6 ſi exſurgat adverſum me praelium; in hoc ego ſperabo.

† 7 Unam petii à Domino, hanc requiram;

8 ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae;

† 9 ut videam voluptatem Domini;

10 & viſitem templum ejus.

℣. 11. Pſ. XXX. 21. † 11 Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum;

12 protexit me in abſcondito tabernaculi ſui; in

Pſalmus Davidi inſpiratus, antequàm ſol. muniter ungeretur in Regem. PROPHETA. 1 *Dominus eſt, qui illuminat me in tenebris afflictionum, & qui me ſalvat a malis; quonam ergo timebo? 2 Dominus inſtar ſcuti protegit vitam meam; quem igitur formidabo? 3 Nam etſi ſaepè aliàs ad me appropinquarent maligni mihi nocentes, ut comederent quodammodo carnes meas, meque conſumerent; 4 iidem, qui me affligebant & inimici mei erant, ipſi tunc potiùs impegerunt & debilitati ſunt atque corruerunt. 5 Itaque ſi contra me conſtituta fuerint hoſtilia militum caſtra, non timebit cor meum: 6 ſi inſurrexerit contra me bellum, in hac ego re ſperabo, quòd Dominus ſit protector vitae meae. 7 Unam petii a Domino petitionem; & hanc unam perſeveranter ab eo requiram, 8 nempè ut habitem apud domum Domini omnibus diebus vitae meae: 9 quò ibi contempler pulchritudinem & delectationem Domini, quàm ille pulcher ſit & delectabilis: 10 & quò frequentiùs viſitem idem templum ſanctum ejus. 11 Quoniam autem aliàs me Deus abſcondit ac tutavit in tabernaculo ſuo in tempore, quo mala patiebar; 12 meque contexit in abdito ſecretoque loco tabernaculi ſui, ne me apprehenderent inimici mei;*

13 ac

† 13 in petra exaltavit me;
14 & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos:
† 15 circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis:
16 cautabo & pſalmum dicam Domino.
† 17 Exaudi Domine vocem meam, quâ clamavi ∻ ad te:
18 miſerere mei; & exaudi me.
† 19 Tibi dixit cor meum:
20 exquiſivit te facies mea:
21 faciem tuam Domine requiram.
† 22 Ne avertas faciem tuam à me:
23 ne decliues in ira à ſervo tuo.
† 24 Adjutor meus eſto; ne derelinquas me:
25 neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.
℣. 26. Iſai. XLIX. 15. † 26 quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me:
27 dominus autem aſſumpſit me.
℣. 28. Pſal. XXIV. 4. CXLII. 8. † 28 Legem pone mihi Domine in via tua:
℣. 29. Pſalm. V. 9. LXXXVI. 11. CXXXVIII. 24. 29 & dirige me in ſemitam rectam, propter inimicos meos.
† 30 Ne tradideris me in animas tribulantium me:
31 quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui:
32 & mentita eſt iniquitas ∻ ſibi:
† 33 Credo videre boua Domiui in terra viventium.
† 34 Exſpecta Dominum:
35 viriliter age: & conſortetur cor tuum: & ſuſtine Dominum.

13 ac tum poſtea in excelſa me rupe ſublimavit
tutum atque ſecurum; 14 & nunc quoque praterea caput meum exaltavit ſupra eoſdem inimicos meos,
ut ſim illis ſuperior atque potentior: 15 ideo adjiti
modò circùm altare; eique ſacrificavi ſacrificium cum
jubilo in tabernaculo ſuo; 16 ſemperque cantabo &
pſallam Domino laudes. 17 Exaudi Domine vocem
meam, quà ad te valido affectu clamavi: 18 meique
miſerere; meque invocantem exaudi. 19 Tibi Domine ſupplicavit ſemper cor meum: 20 te videre ſem-
per inquiſivit interior vultus & oculus meus: 21
tuamque contemplari faciem Domine ſemper quæram.
22 Ne quæſo Domine ceu iratus a me vertas & abſcondas faciem tuam, aſpectumque in me benignum: 23 ne,
quæſo, præ juſta ira tua faciem tuam deflectas a me
ſervo tuo. 24 Eſto tu mihi auxiliator; ne me dere-
linquas ſine adjutorio tuo: 25 & ne me deſpicias,
atque dimittas me mihi Deus ſalvator meus. 26 pa-
ter enim meus (Adam) & mater mea (Eva) me
dereliquerunt in peccatis & miſeriis: 27 ſed Domi-
nus me derelictum collegit & aſſumpſit in tutelam
ſuam. 28 Illuſtratione tua Domine oſtende mihi viam
normamque vivendi, quà itur ad te: 29 meque tam-
quam dux viæ deduc per ſemitam rectam propter ini-
micos inſidiatores vitæ meæ. 30 Ne me tradas pravis
voluntatibus ac deſideriis eorum, qui tribulant me: 31
jam enim contra me ſurrexerunt teſtes falſi & injuſti;
32 & ea teſtium iniquitas ſibi conſiuxit aperta mendacia. 33 Ego tamen firmiter confido, me perennia
bona a Domino promiſſa viſurum atque percepturum in
terra beatè viventium. 34 Interea patienter exſpecta
promiſſa Domini o homo: 35 & viriliter fortiterque
te gere; & roboretur cor tuum inter adverſa mundi:
& iterum dico, promiſſa Domini patienter exſpecta.

ORATIONES.

MSS. 1 DEfende nos a caſtris & praeliis inimici, adjutor omnium Deus: ut in domûs tuae perpetuitate durantes, mereamur vultum tuum ſpirituali contemplatione ſuſcipere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 184. 2 QUi tribulant nos, Domine, infirmentur (&) pereant; cognoſcentes potentiam tuam retrorſum redeant: ut Eccleſia tua, quae eſt in omnibus terrae finibus dilatata, magnificet nomen tuum; cum manifeſtata fuerit gloria tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 204. 3 NE tradideris Domine Eccleſiam tuam (in) perſequentium ſe manus cruentas: ut inſurgentes in ea teſtes falſi, reſileant; cum in ea Crucis vexilla fuerint elevata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 56. 4 ILluminatio ſaluſque noſtra Domine, amove a nobis moeroris & ignorantiae noctem; tribue veritatis & ſcientiae lumen: ut in te noſtra ſpes fixa permaneat; & omnis conventus malignantium, qui nos oppugnare nititur, contabeſcat. ſit in petra exaltatio noſtra; ut conroborati per Chriſtum, in ipſo efficiamur charitate ſublimes, in quo aedificamur fide credentes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 432. *for. noſtram. 5 EXaudi Domine vocem * meam, quâ clamamus ad te; & cor noſtrum quaerat faciem tuam: ut qui te nunc conſpicimus per aenigma, facie ad faciem praeſentes domûs tuae poſſimus beatitudinem promereri. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. 6 TE Domine deprecamur; ut te conſortante, ſuſtinendo viriliter mundialium fluctuum procellas, exſpectemus per fidem, quoadusque venias reddere, quae dignatus es polliceri.

XXVII. ∻ *Pſal-*

XXVII.

+ Pſalmus ipſi: David.

BEDA.

Senſus myſticus. David *ſemper in titulis Chriſtum ſignificare palam eſt*, manû fortem *in certamine paſſionis*, deſiderabilem *in claritate reſurrectionis; ſed aliquando in ſe, aliquando in ſuis membris. Cùm autem præmittitur* Ipſi, *nullam aliam perſonam licet intelligi, quàm* ipſum *Mediatorem* Dei *&* hominum: *Qui per totum hunc pſalmum loquitur, orans ab humilitate ſuſceptæ carnis; perſecutorum debitas indicans pœnas, non ſtudio malevolentiæ, ſed conteſtatione vindictæ.*

* al. futuro. *Prima ſectione orat Dominus Chriſtus, per id quod homo eſt, ut ejus exaudiatur oratio * futuræ tempore paſſionis:* Ad te Domine clamabo Deus meus. *Secundo, gratias agit, quoniam exauditus eſt in his, quæ poſtulabat:* Benedictus Dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis meae. *In fine pſalmi adjungens, ut ſicut ipſe ſuſcitatus eſt poteſtate divinitatis ſuæ, ita ſalvus fiat & populus in ejus nomine crediturus:* Salvum fac populum tuum.

Euſebius Cæſarienſis. *Deprecatio cum prophetia.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & orationem & deprecationem.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ezechias infirmitatis ſuæ tempore Dominum rogat. Item, legendus ad Danielem. Chriſtus de Judæis dicit a Patrem. Sciendum autem, quod & iſte Pſalmus exceptâ unâ literâ, in hebræis voluminibus ſcriptus eſt ſecundùm ordinem literarum.*

Pſalt. Syr. *ſupplicatio, & oratio, atque ut imploremus auxilium, verſ. 22.*

Pſalt Arab. *Oratio, & prophetia num. verſ. 25.*

S.Hier. *Pſalmus vocem habet ipſius Mediatoris, paſſionis in conſilio loquentis ad Patrem: quæ autem inimicis optantur,* Ferio II. ad Vigilias. *non malitiæ eſt, ſed oratio prophetiæ prædicentis, quæ eis pro malis ſuis immineant, vel vox hominis aſſumpti in divinitate. clamavit Jeſus in cruce, & dixit: Eli, Eli.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 AD TE Dñe clamabo, Deus meus:
2 ne ſileas à me:
ỳ.3. Pſ.CXLII.7. 3 ne: quando: taceas à me; & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.
† 4 Exaudi + Domine: vocem deprecationis meae dum oro ad te,
5 dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
† 6 Ne+ſimul:trahas me cum peccatoribus:
ỳ.7. Pſal. XXV.9. 7 & cum operantibus iniquitatem + ne perdas me:
ỳ.8. Pſalm.XI. 3. LIV.22.LXI. 5. Jer. IX. 8. † 8 qui loquuntur pacem cum proximo ſuo:
9 mala autem in cordibus eorum.
† 10 Da illis ſecundùm opera eorum,
11 & ſecundùm nequitiam adinventionum ipſorum:
† 12 ſecundum opera manuum eorum tribue illis:
13 redde retributionem eorum ipſis.
ỳ.14. Job XXXIV. 27. Iſai. V. 12. † 14 Quoniam non intellexerunt opera Dñi,
15 & in opera manuum ejus:
† 16 deſtrues illos; & non aedificabis + eos:
† 17 Benedictus Dominus; quoniam exaudivit vocem deprecationis meae.
† 18 Dominus, adjutor meus & protector meus.
19 in ipſo ſperavit cor meum; & adjutus ſum:
† 20 & refloruit caro mea:
21 & ex voluntate mea confitebor ei.
† 22 Dominus, fortitudo plebis ſuae;
23 & protector ſalvationum Chriſti ſui eſt.
† 24 Salvum fac populum tuum + Domine: & benedic hereditati tuae:
25 & rege eos; & extolle illos uſque in aeternum.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Ad te Domine modò clamabo, fundamque precem meam a Deus meus:*
2 ne, quæſo, mihi clamanti obſurdeſcas & ſileas:
3 ne fortè, ſilente te mihi, votiſque meis non reſpondente, ego & peream, & conſimilis fiam deſcendentibus in lacum ſepulchri.
4 Exaudi Domine vocem hanc deprecationis meæ nunc, dum ad te mente erectus oro;
5 & dum elevo manus meas versùs templi oraculum illud ſanctum tuum.
6 Ne, quæſo, me trahas unà cum peccatoribus cæteris in perditionem:
7 neque perire me facias unà cum iis, qui iniqua opera faciunt:
8 cum iis ſcilicet, qui pacatè quidem & amicè loquuntur cum proximo ſuo;
9 ſed mala ſunt & excogitantur in animis eorum.
10 Da hiſce peccatoribus Domine juſtam retributionem, prout merentur eorum opera mala;
11 & prout meretur malitia machinationum & affectionum eorum:
12 & prout facta operationibus ſuis patrata merentur, debitam retributionem da illis:
13 ipſiſque redde talionem, quam merentur.
14 Quoniam autem non intellexerunt neque attenderunt animum ad opera tua Domine:
15 & non conſideraverunt neque attenderunt animum ad opera ab ejuſdem Domini mei potentiâ condita, ut ex creatura agnoſcerent Creatorem:
16 idcircò tu Domine eos funditùs deſtrues; eoſque delapſos numquàm ampliùs readificabis nec reſtaurabis.
17 Benedictione & laude dignus eſt Dominus, quòd vocem hanc exaudierit deprecationis meæ.
18 Dominus eſt fortis adjutor meus, & ſcuti inſtar meus protector.
19 in ipſo confiſum eſt cor meum; & habui adjutorium:
20 & caro quoque corporis mei emortua, iterum floruit ac reſurrexit.
21 & ideò ex prompto & alacri animo meo debitas eidem Domino laudes profitebor cum cantico.
22 Dominus eſt, qui fortitudinem dat populo ſuo:
23 idemque inſtar ſcuti protector eſt multiplicis ſalutis, quâ à multis malis ſervat me, quem ipſe ſuo chriſmate (hoc eſt unctione) fecit regem.
24 Salva à malo populum tuum Domine; eique, quem tibi velut hæreditatem peculiarem poſſides, benefac:
25 eoſque de populo tuo tamquam paſtor paſce ac rege; & in æternum uſque illos ſubleva ad præmia ſempiterna.

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 FOrtitudo omnium fortiſſime Deus ſalva populum tuum a deſcendentibus in lacum : & ita nos in templo ſancto tuo unanimiter in necte, ut pacem, quam proximis ore proferimus, cordibus teneamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Moz. fol. 71. 265. 2 CLamantes ad te Domine precamur; ut in conſolatione noſtra non fileas; nec nos ſecundum deſideria cordis noſtri reliquendo, ſimul cum peccatoribus tradas; ſalva plebem tuam, quam tu ipſe creaſti: & benedic hereditatem tuam, quam pretioſo ſanguine redemiſti. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 112. 3 ADjutor & redemptor noſter Domine adjuva nos; & refloreat caro noſtra vel virore pudicitiae, vel ſanctimoniae novitate : & quia tu fortitudo plebis tuae es, populum tuum ſalva, & hereditatem tuam copiâ tuae benedictionis exalta. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 177. *De Paſſione Domini.* 4 CHriſte Deus noſter, qui inter peccatores, cum latronibus ſcilicet Cruci ſupplicio traditus, perpeſſus es : quaeſumus, ne nos ſimul cum peccatoribus tradas; neque cum operantibus iniquitatem pariter punias : ut quos paſſione tuâ à diaboli poteſtate liberare dignatus es, & hic & in aeternum ab infernali peccatorum ſorte diſſocies. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 204. *Item de Paſſione.* 5 CUm operantibus iniquitatem ne perdas nos Domine: & qui paſſionis tempore loquentes foris pacem, mala autem in cordibus meditantes, ſingulari patientiâ perferre dignatus es : nos famulos tuos & à totius ſimulatûs vitio liberes, & à talium conventu, & hic & in aeternum reddas exortes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 255. 6 EXaudi vocem deprecationis noſtrae Domine, quam ad te humili imploratione dirigimus; tuarumque nos, quaeſumus, miſerationum circumda excubiis : ut non copulemur peccantium malis; ſed ſit cordibus noſtris pax praefixa : atque in tuo amore floreat caro noſtra; tibique complaceat vita noſtra. quapropter te rogamus, ut plebi tuae fortiſſimus protector exſiſtas: tuumque populum ſalvum facias; & hereditatem tuam regendo ac benedicendo ſuſtollas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7 S. Hieronymi. 7 TU Domine rege & eleva nos; quia populus tuus ſumus : ut in hac vitâ, quae tibi ſunt placita facientibus; ab hac mortalitate in immortalitatem, te commutante, extollamur, id eſt, in caeleſtibus elevemur regnaturi cum Sanctis tuis.

XXVIII.

Pſalmus David ✝ in conſummatione tabernaculi:

BEDA.

Senſus myſticus. Conſummatio tabernaculi *perfectionem ſignificat Eccleſiæ : quæ contra carnalia vitia bello gerens, meritò* expeditionalis habitaculi *nomen accepit.*

Prævidens Propheta, mundi terminos ad fidem perductos, primo ordine alloquitur univerſitatem ; ut ei ſacrificia devota mente perſolvat : Afferte Domino filii Dei *& cæt. Secundò, ſeptenaria narratione per varias alluſiones, Spiritus Sancti virtutes enumerat :* Vox Domini ſuper aquas. *Sed ut Patris & Filii & Spiritus Sancti unam potentiam eſſe cognoſceres; Tertio loco inhabitare dicit Trinitatem ſancto baptiſmati; & virtutem & benedictionem dare Dominum, qui ex eo renatus fuerit, populo Chriſtiano :* Dominus diluvium inhabitare facit *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia ænigmatica cum theologia* (hoc eſt, *cum doctrina de Deo.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius & in modum jubentis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Exhortatio Ezechiæ, quo, ab Aſſyriis & morte liberatus, uſurus ſit ad Judæos, ut pro tantis beneficiis Deo gratiarum actio & vota reddantur.* Item ad ſuperſtitionem diei Sabbati Paſchae, legendum ad Noe diluvium. *Aliter, conſummatio Tabernaculi finis mundi eſt, in quo offerunt filii Dei filios arietum ad dexteram ponendos.*

Pſalt. Syr. *De oblatione, verſ. 14.*

Pſalt. Arab. *Prophetia de Incarnatione, & de arca, atque tentorio num. ver. 12.*

S. Hier. *Quando Arca de captivitate Philiſthæorum reducta eſt, pro qua multa mala habuerunt, dimiſſa eſt in Silo, & David ædificavit ei Tabernaculum, in quo hortatur populum, ut offerant Sacrificia Deo. David apertiſſimè figura Chriſti tenet & Arca figuram Eccleſiæ; ſicut David reduxit arcam de captivitate, ſic & Chriſtus reduxit Arcam, hoc eſt ſanctam Eccleſiam de captivitate, id eſt de poteſtate diaboli. Pſalmus ergo vocem continet Prophetæ, loquentis de perfectione Eccleſiæ, in hoc Sæculo congregatæ.*

Feria II. ad Vigilias.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 AFFERTE Domino ✝ filii Dei :
2 ✝ afferte Domino: filios arietum.
† 3 afferte Domino gloriam & honorem :

℣. 1. Pſal. CXV. 8. ℣. 3. Pſal. XCV. 7.

affer-

Pſalmus Davidi inſpiratus in perfectione Tabernaculi, ubi ſacrificia erant Deo offerenda. PROPHETA. 1 *Fideles omnes, in Dei filio electi atque adoptati, afferte Domino, 2 afferte, inquam, Domino immolandos agnos, arietum filios. 3 afferte Domino*

℣. 4. Pſal. XCV. 8. 4 afferte Domino gloriam nomini ejus:
℣. 5. Pſal. XCV. 9. 5 adorate Dominum in atrio ſancto
✠ ejus:
† 6 Vox Domini, ſuper aquas:
℣. 7. Pſ. XXXVII. 4. 5. 7 Deus majeſtatis intonuit;
8 dominus ſuper aquas multas.
† 9 Vox Domini, in virtute.
10 Vox Domini, in magnificentia.
† 11 Vox Domini confringentis cedros:
12 & confringet Dominus cedros Libani:
† 13 & comminuet eas, tamquam vitulum Libani:
14 & dilectus quemadmodum filius unicornium.
† 15 Vox Domini intercidentis flammam ignis.
16 Vox Domini concutientis deſertum;
17 & commovebit Dominus deſertum Cades.
† 18 Vox Domini praeparantis cervos:
19 & revelabit condenſa:
20 & in templo ejus omnes dicent gloriam.
† 21 Dominus diluvium inhabitare facit:
22 & ſedebit Dominus rex in aeternum.
† 23 Dominus virtutem populo ſuo dabit.
24 Dominus benedicet populo ſuo in pace.

no ſigna animi voſtri, profitentia ejus gloriam & honorem atque imperium: 4 afferte, inquam, Domino hujuſmodi gloriæ ſigna ad laudem majeſtatis ejus: 5 eumdemque Dominum adorate proſtrati in atrio ſancto tabernaculi ſui. 6 Quàm enim adorandus atque tremendus ſit Dominus, oſtendit ejuſdem vox tonans in aquis vel concretis in nube, vel decidentibus in imbre; 7 cùm ſcilicet ipſe Deus glorioſus tonuerit: 8 & cùm mirabiliter Dominus tonuerit in multis aquis & nubium & imbrium ac marinis. 9 Hæc Domini vox & tonatio eſt cum fortitudine, mirabiliter cuncta concutiens. 10 Ea vox & tonatio Domini eſt cùm magnitudine, maria terraſque & mortales omnes tremefaciens. 11 Hæc vox & tonatio Domini eſt, per quam fulmina jaculantem disjicit ipſe atque disfringit cedros, arbores profundiſſimè fixas: 12 qua tonatione & fulminatione Dominus disfringet & cedros ipſas quoque proceriſſimas montis Libani: 13 eaſque Libani cedros duriſſimas ſuo ſonitru fulminea tam facilè diſperget atque comminuet, quàm facilè comminueret tenerrimum vitulum in eodem monte Libano paſcentem: 14 & quemadmodum confringeretur facillimè tener pullus ab unicornibus natus, & adhùc plurimum ab eis amatus. 15 Hæc eſt vox & tonatio Domini, per quam ipſe igneam fulgurum flammam diſſecat, repetitis vicibus fulguranda. 16 Hæc eſt vox & tonatio Domini, per quam horriſono fragore quodvis condenſum deſertum quatiet ac tremefaciet: 17 & per quam Dominus & illud quoque vaſtum & horridum deſertum Cades, ubi peregrinati ſunt Iſraelitæ, quatiet ac tremefaciet. 18 Hæc eſt vox & tonatio Domini, qua perterrefaciens prægnantes cervas, præparat eas ad partum, & obſtreticatur, alioquin ſinè grandi terrore difficillimè parituras. 19 & qua tonatione & fulminatione ipſe Dominus defractis arboribus, opacas condenſaſque ſylvas denudabit. 20 Itaque meritò in ejuſdem Dei tabernacula omnes loquentur gloriam ejus, quam etiam prædicant voces de cælo tonantes. 21 Qui Dominus præter tonantes ignes ardentium fulminum facit etiam, cùm voluerit, ut aquarum diluvium terram inundet & inhabitet: 22 qui & toti mundo præſidebit, omnibus dominans, & omnia regens in æternum. 23 Dominus fortitudinem dabit populo ſuo, timiditate depulſa: 24 Dominus populo ſuo benefaciet, tribuendo ei pacem & tranquillitatem.

ORATIONES.

MSS. 1 DOna Domine virtutem populo tuo; & effice nos templum Spiritûs Sancti: ut tibi de corde puro holocauſtum acceptabile praeparemus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritûs Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 243. 2 DEus, cujus filii, ideſt Angeli, gloriam offerunt; cui omnes Sancti honorem laudemque depromunt: te adoramus ſubjecti; te humiles deprecamur: ſuſcipe Domine fidelia vota mentis; & compeſce ſuperbiam carnis: accepta preces ſervorum tuorum; eiſque conſortium tribue Angelorum: ut cujus vox intonuit in virtute, & refulſit in magnificentia; de cordis interioribus ignorantiae tenebras removeas: & ſcientiae lumen, per quod te contemplari mereamur, propitius accendas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 71. 57. 265. 3 DA Domine virtutem populo tuo contra adverſitatum omnium mala; plebemque tuam pacis conlatione locupleta: ut pro abundantia quietis omnes in templo tuo tibi gloriam concinant; laudemque pariter & honorem, malis vitæ hujus oblitis, tuæ ſemper deferant majeſtati. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis *&c.*

Digitized by Google

XXIX.

Pſalmus cantici in dedicatione Domûs: David.

BEDA.

Sensus myſticus.

Pſalmus cantici eſt, cùm, choro ante cantante, humanæ cantationis hymno ars organi conſonantis aptatur. quod ubique ponitur, oſtendit per cognitionis divinæ ſcientiam uſum boni operis eſſe tractandum: quarta: ut operatam fidelium, geſtorum efficientiam præcat anterior de Deo adepta cognitio. Domus autem David Dominici corporis templum; dedicatio verò reſurrectionem ejus oſtendit, quâ in æternam gloriam poteſtatemque perductum eſt.

Prima narratione Dominus poſt reſurrectionis gloriam Patri gratias agit; quia eam de mundi iſtius adverſitate liberavit. Sanctis jubet laudem dicere Domino; quando univerſa in ejus poteſtate ſunt poſita: Exaltabo te Domine *& cætera. Secundò ſe dicit à ſua conſtantia non movendum; inſuper addens præconia Divinitatis à vivis potius, non à mortuis eſſe ſolvenda:* Ego autem dixi in abundantia mea, Non movebor in aeternum. *Tertiò, redit ad reſurrectionem ſuam, lætus exſultans, quòd carnis fragilitate depoſita, in æterna ſuæ majeſtatis gloria perſeveret:* (Audivit Dominus, & miſertus eſt mei) *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Gratiarum actio cum confeſſione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✶ Cardin. Thomaſ. *Ezechias Ezechias militiæ tam glorioſæ peracta, ægrotatione correptus eſt, ut ſuæ fragilitatis admonitione deponeret arrogantiam; ſub ejus proinde perſona ab errore correpti, ab infirmitate ſanati, & ab hoſtibus erepti, gratiarum actio prædicatur, & pro conſervatione templi, tamquam pro dedicatione cantatur.* Aliter, Eccleſia orat cum laude.

Pſalt. Syr. *Prophetia, & gratiarum actio, verſ. 25.*

Pſalt. Arab. *Dixit eum de renovatione Templi, & continetur in eo gratiarum actio, atque laudatio cum. verſ. 27.*

S. Hier. *Pſalmus Cantici ſunt cum opere, dedicatio Domus David reſurrectio Salvatoris intelligitur, in qua omnio vitæ corpora dedicantur. David figuram Chriſti tenet. Domus David Domus Chriſti, idest humanitas Domini eſt Divinitatis; tunc ædificavit Domum, quando humanitatem carnis aſſumpſit; & tunc dedicavit, quando a mortuis eum reſurgere fecit; Et modò ædificatur Domus David, idest Chriſti, hoc eſt Eccleſia uſque in finem ædificatur; ſed in reſurrectione dedicatur, quando immortalitatem acceptura eſt. Vocem Redemptoris noſtri continet, qui per reſurrectionem Corporis ſui Eccleſiam, quæ omnium mater eſt, conquiſitam ſuo nomini dedicavit.*

Feria II. ad Vigilias.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM OB LIBERATIONEM MALORUM.

Propheta. 1 EXALTABO te Domine quoniam ſuſcepiſti me:

2 nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

† 3 Domine Deus meus, clamavi ad te; & ſanaſti me.

℣. 4. Pſ. LXXXV. 13. † 4 Domine eduxiſti ab inferno animam meam:

5 ſalvaſti me à deſcendentibus in lacum.

† 6 Pſallite Domino Sancti ejus;

7 & confitemini memoriae ſanctitatis ejus:

† 8 quoniam ira, in indignatione ejus;

℣. 10. 11. Iſai. XXVI. 20. LIV. 7. 8. II. Corint. IV. 17. 9 & vita, in voluntate ejus:

† 10 ad veſperum demorabitur fletus:

11 & ad matutinum, laetitia.

℣. 12. Job. XXIX. 18. † 12 Ego autem dixi in abundantia mea; *Non movebor in aeternum.*

† 13 Domine in voluntate tua praeſtitiſti decori meo virtutem:

℣. 14. Pſ. CIII. 29. † 14 avertiſti faciem tuam à me; & factus ſum conturbatus.

† 15 Ad te Domine clamabo:

16 & ad Deum ✢ meum: deprecabor.

† 17 *Quae utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem?*

℣. 18. Pſal. VI. 6. † 18 *numquid confitebitur tibi pulvis?*

19 *aut annunciabit veritatem tuam?*

† 20 Audivit Dominus; & miſertus eſt mei:

domi-

Pſalmus decantandus, inſtrumento muſico inchoante, & cantu vocis ſubſequente, pro dedicatione Domus, inſpiratus Davidi PROPHETA. 1 *Excelſum te eſſe prædicabo Domine, quòd me in tuam tutelam exceperis, & à morte ſalvaveris;* 2 *& quòd inimicos meos non lætificaveris de me & ſuper interitu meo.* 3 *Domine Deus meus ego jamjam moriturus flebilem clamorem ad te dedi; & tu me ſanaſti:* 4 *eduxiſti animam meam de præſentiſſimo mortis & inferni periculo:* 5 *meque vivificaſti ac ſalvaſti, ne de eorum numero eſſem, qui in inferni foveam deſcendunt.* 6 *Proindè vos, à Domino ad ſanctimoniam electi, in ejus honorem pſalmos cantate;* 7 *ſanctamque ſuam noſtri memoriam ac recordationem profitemini & celebrate, quâ noſtri non obliviſcitur in malis noſtris:* 8 *nam punitio quidem & caſtigatio ad momentum eſt: ob juſtam ſuam voluntatem exigenda à nobis pœna propter culpam;* 9 *ſed & poſtea vita nobis datur & ſalus ob gratuitam voluntatem & repropitiationem ſuam.* 10 *quare etſi ad veſperam cum aliquo commoratum fuerit accidens aliquod triſte ac flebile;* 11 *illico tamen poſtero mane res ei læta ſuccedet.* 12 *Cæterùm cùm ego in proſperitate mea, ac bonorum animi corporiſque affluentiâ eſſem, dixi vaniſſimè:* In hoc meo bono ſtatu ſtabiliter permanebo, & numquam dimovebor; nec ab eo decidam in ſempiternum: 13 *At tu Domine ex bona voluntate tua illi meo ſtatui decoro & proſpero contuleras fortitudinem; non id ego meis viribus effeceram & firmaveram:* 14 *unde caſtigaturus ſtultitiam illius dicti mei, vertiſti faciem benignam tuam à me, meque deſeruiſti ope tuâ; & ſtatim ego malè habui, totuſque fui perturbatus.* 15 *Tunc malo ipſe meo eductus dicere cœpi:* Ad te Domine flebilem dabo clamorem; 16 & ad Deum meum deprecationes fundam, ita dicendo. 17 Quænam utilitas erit in vita mea, quæ ſanguine retinetur in corpore? quid proderit vixiſſe, dùm nunc præmaturâ morte deſcenſurus ſum *in* putridum ſepulchrum, ut ibi putreſcam? 18 numquid pulvis corrupti cadaveris tibi profitebitur cantabitque laudes? 19 aut numquid idem pulvis annunciabit & prædicabit intra ſepulchrum te Deum verum ac veracem in promiſſis? 20 *Ejuſmodi preces meas tunc Dominus audivit & acceptavit*

21 dominus ✠ factus: eſt adjutor meus.

✠.22. Iſai.LXI.2.3. † 22 Convertiſti planctum meum in gaudium mihi:

23 conſcidiſti ſaccum meum; & circumdediſti me laetitiâ:

† 24 ut cantet tibi gloria ✠ mea: & non compungar.

25 Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

tavit; & miſertus eſt mei: 21 fuitque idem Dominus mihi auxiliator, ſtatu incolumi reſtituto. 22 Tunc ſane Domine meum planctum mihi vertiſti in gaudium, ut gauderem poſt planctum: 23 meumque cilicium, quo me more pœnitentium indueram, diſrupiſti; meque accinxiſti ac perfudiſti lætitiâ: 24 ut te mea hæc gloriatio læta cantare poſſet atque laudare, ac numquam tacere; & non ego ampliùs pungerer cruciatûs aculeo. 25 Jure igitur meritoque Domine Deus meus debitas tibi fatebor laudes in ſempiternum.

ORATIONES.

MSS. 1 SUſceptor omnium clementiſſime Deus, ne permittas delectari inimicos noſtros ſuper nos: ſed ita nos tuâ virtute corrobora, ut converſo planctu noſtro in gaudium, ſanctitatis tuae memoriam jugiter excolamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 184. 2 EDuc Domine animam noſtram ab inferis; & a deſcendentibus in lacum nos erue: & qui virtute tuâ inenarrabili mundum redempturus, deſcendens a ſupernis, inferni confregiſti receſſus; ne peccato duce illuc deducamur, cuſtodi propitius: & praeſta, ut cum his, qui ad vitam aeternam praeſcripti ſunt, tibi modulo pietatis pſallamus; atque in delectationibus tuis conſortium beatitudinis mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 63. 3 EXaltamus te Domine, magnificantes nomen tuum; ut non avertas faciem tuam a nobis; & ne conturbes nos in irâ tuâ; quia ad te Deum noſtrum clamamus, & te deprecamur, ut nos exaudias, & ut noſtri miſerearis: converte cor noſtrum ad te in bonitate; ut laudemus nomen tuum; & enarremus inſtanter mirabilia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 11. 179. *In jejunia.* 4 HUmiliantes animas noſtras in jejunio, Domine Deus educ eas ab inferis; & à deſcendentibus in lacum nos erue: & qui virtute inenarrabili mundum redempturus, deſcendens a ſupernis, inferi confregiſti receſſus, ne peccato duce illuc deducamur, cuſtodi propitius: & praeſta, ut cum his, qui ad vitam aeternam conſcripti ſunt, tibi modulo pietatis pſallamus; atque in delectationibus tuis conſortia beatitudinis mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 68. *Ad Veſperum.* 5 SAna nos Domine, dum clamamus ad te: & ut fletus noſtros veſpertinos in gaudium vertas, matutina laetitia nobis, te opitulante, citius occurrat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 6 TE Domine ſupplices deprecamur; ut convertas in gaudium planctum noſtrum, remiſſâ mole facinorum ac myſterio reſurrectionis tuae laetificatos, attollere digneris in caelum; pro quibus deſcendere dignatus es in infernum.

Ex Mozarab. 248. *De Reſurrectione Domini.* 7 AUdi Domine, & miſerere noſtri; & confitentes memoriae ſanctitatis tuae, laetitiâ confeſſionis accinge; & quia in voluntate tua vita eſt noſtra, voluntatis ipſius munus impertire: ut dum nobis vita ex voluntate tua tribuitur, voluntas tua vitae ipſius munere impleatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

XXX.

In finem: Pſalmus David. ✠ pro exſtaſi:

BEDA.

Titulus notus eſt, pertinens ad Dominum Chriſtum: de cujus paſſione & reſurrectione totus eſt pſalmus iſte cantatus.

Senſus myſticus. *Per univerſum pſalmum verba ſunt Domini Salvatoris. Primo ingreſſu precatur Patrem, ut de malis imminentibus liberetur; ac deinde exauditum ſe indubitanter exſultat:* In te Domine ſperavi; non confundar in aeternum. *Secundo, redit ad paſſionem ſuam: eamque rei per alluſiones variae mirabili narratione deſcribit:* Miſerere mei Domine quoniam tribulor. *Tertio, generaliter gratias agit pro ſe & populo fideli; quoniam univerſæ Eccleſiæ miſericordiæ ſuæ dona largitus eſt: commonens etiam Sanctos, ut in charitate Domini perſeverent; qui & bonorum præmia, & malorum retributiones ſuperius audiunt:* Quam magna multitudo dulcedinis tuae. *Poteſt hic pſalmus juxta hiſtoriam de ipſo (David) intelligi.*

Euſebius Cæſarienſis. *Confeſſio cum ſupplicatione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✠ Cardin. Thom. ſ. *Quibus verbis pro reditu ſuæ plebis in Babilone captivo Deo ſupplicet, quæve mala pertulerit, & quæ futura ſit, Deo concedente, everſio prædicitur. Aliter, confeſſio eſt credentium Deum.*

Pſalt. Syr. *Gratiarum actio & ſupplicatio perpetua ad Deum, verſ.* 49.

Fer. II. ad Vigiliae. Pſalt. Arab. *Dixit eum (continetque) fervens deſiderium, orationem, & gratiarum actionem, & numerus ver.* 45.

S. Hieron. *Pſalmus, ipſius Mediatoris initio continet vocem, deinde redempti Sanguine ejus populi gratias agentis, ex ipſius interponitur perſona Prophetæ; ait ergo Redemptor ad Patrem.*

PSAL-

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.
℣. 1. Pſal.LXX. 1. 1 IN TE DOMINE ſperavi: non confundar in aeternum:
2 in juſtitia tua libera me.
† 3 Inclina ad me aurem tuam:
4 accelera ut eruas me.
† 5 Eſto mihi in Deum protectorem,
6 & in domum refugii, ut ſalvum me facias.
† 7 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu:
℣. 8. Pſalm. V. 9. XXII. 3. 8 & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
† 9 Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi:
10 quoniam tu es protector meus.
℣. 11. Luc. XXIII. 46. † 11 In manus tuas commendo ſpiritũ meũ:
12 redemiſti me Domine Deus veritatis.
℣. 13. Jonæ II. 9. † 13 odiſti obſervantes vanitates ſupervacuè.
† 14 Ego autem in Domino ſperavi:
15 exſultabo & laetabor in miſericordia tua.
† 16 quoniam reſpexiſti humilitatem meam:
17 ſalvaſti de neceſſitatibus animam meam:
† 18 nec concluſiſti me in manibus inimici:
℣. 19. Pſalm. IV. 2. XVII. 20. 19 ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
† 20 Miſerere mei Domine, quoniam tribulor:
℣. 21. Pſalm. VI. 8. 21 conturbatus eſt in ira oculus meus,
22 anima mea, & venter meus.
† 23 quoniam defecit in dolore vita mea;
24 & anni mei, in gemitibus.
† 25 infirmata eſt in paupertate virtus mea:
26 & oſſa mea conturbata ſunt.
† 27 ſuper omnes inimicos meos factus ſum opprobrium,
℣. 28. & 29. Job.XIX.13. Pſ.XXXVII. 12. LXXXVII. 9. 19. 28 & vicinis meis valdè:
29 & timor, notis meis.
† 30 qui videbant me, foras fugerunt à me.
31 oblivioni datus ſum tamquam mortuus, à corde:
† 32 factus ſum tamquam vas perditum.
℣. 33. Thren.II.22. 33 quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu:
† 34 + in eo: dum convenirent ſimul adverſum me,
35 accipere animam meam conſiliati ſunt.
† 36 Ego autem in te ſperavi Domine:
37 dixi: *Deus meus es tu:*
38 *in manibus tuis ſortes meae.*
† 39 *Eripe me de manu inimicorum meorum,*
40 *& à perſequentibus me.*
† 41 *Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum:*
42 *ſalvum me fac in miſericordia tua.*
℣. 43. Pſ. XXIV. 3. 43 *Domine non confundar, quoniam invocavi te.*
† 44 *erubeſcant impii, & deducantur in infernum:*

muta

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus in exceſſu mentis ejus, ob ſummum pavorem ingruentium malorum. PROPHETA. 1 *Quoniam in te Domine ſperavi, ne, quæſo, remaneam pudore ſuffuſus in aeternum, quaſi hac ſpe in te meâ fruſtratus: 2 per tuam juſtitiam ab injuſtis perſecutoribus meis libera me, & eripe me. 3 Inclina aurem tuam ad me, te implorantem; 4 & propera, me oppreſſum eximere in libertatem. 5 Eſto tu mihi Deus protector fortiſſimus; 6 & eſto mihi ceu domus munita perfugii, quò perfugiam, ut me ſalves. 7 Quoniam autem tu verè es is, qui mihi das fortitudinem, & ad quem ego refugio à perſecutoribus meis: 8 idcircò etiam vel ob nomen tuum, quia miſericors nominaris, tamquam dux viæ duces me, ne à recto itinere aberrem; meque viaticâ alimoniâ enutries, ne laſſus deficiam in via. 9 Tu me extrahes ab hac tendiculâ, quam, ut me per inſidias caperent, occultè tetendere inimici mei: 10 quia tu es fortiſſimus ille protector meus. 11 Manibus omnipotentiæ ac diſpenſationis tuæ Domine commendo, & cuſtodiendum do ſpiritum meum: 12 tu namque ſæpiùs me penè captivum de inimicorum manibus redemiſti Domine Deus vere, & in promiſſis verax: 13 quemadmodum contrà ſemper odio habuiſti cuſtodentes ea, quæ vana ſunt, vaniſſimè & nullo fructu. 14 Quantum ad me, non in re vana, ſed in Domino confiſus ſum: 15 quare & nunc quoque exſultabo & lætabor in miſericordia erga me tua. 16 nam ſæpiſſimè aliàs placidis oculis vidiſti humiliationem afflictionemque meam. 17 & animam meam ſalvaſti de tribulationibus & anguſtiis, quibus coarctabatur: 18 & non me concluſiſti in manibus inimici, unde non poſſem effugere: 19 quinimmò ſtare feciſti pedes meos in loco bene amplo & lato, ubi liberè incederent, atque securè. 20 Ergo ad præſens etiam miſerere mei Domine, quia tribulor: 21 & quia præ furore inimicorum meorum jam perturbatus eſt & caligavit oculus meus: 22 & anima ipſa mea ac viſcera mea tota ſunt conturbata: 23 & quia præ dolore ac mœrore penè conſumpta eſt atque defecit vita mea; 24 & præ continuis gemitibus atque ſuſpiriis jam defecerunt & penè finiti ſunt anni vitæ meæ: 25 & præ inopia atque miſeria debilitata eſt fortitudo mea: 26 meaque oſſa ac robora horrendè turbata ſunt & contabuerunt. 27 factus ſum præterea opprobrium grande, pluſquam unquam probroſi fuerint omnes inimici mei; 28 quin & ipſis vicinis ac propinquis meis opprobrium factus ſum valdè; 29 & factus ſum notis meis cauſa timendi ſibi, ne mei cauſa periclitarentur. 30 unde qui me priùs amicè viſebant, mecumque familiariter verſabantur, poſtea, ſicubi eſſem, foras fugerunt longè à me. 31 ab eorumdem amicorum corde atque memoria traditus ſum oblivioni, ac ſi eſſem unus ex mortuis: 32 eiſque amicis meis factus ſum ac ſi eſſem viliſſimum vas perditum, quod non ampliùs requiritur. 33 & quia jam à multis circum me commorantibus audivi vituperium in me atque opprobrium: 34 & cùm ſimul ipſi congregarentur inirentque conſilium adverſùm me, 35 cogitarunt & conſultarunt auferre mihi vitam, meque perdere. 36 Ego autem inter tot tantaque mala in te Domine ſperavi, 37 tibique dixi;* Tu es Deus meus: 38 in manibus voluntatis ac diſpenſationis tuæ ſunt ſivè proſperæ ſive adverſæ ſortes & eventus ac tempora omnia vitæ meæ. 39 Libera me de manu ac poteſtate inimicorum meorum, 40 & ab iis, qui me perſequuntur injuſte. 41 Lucere fac faciem tuam & benevolentiam erga me, ſervum tuum. 42 meque ſalva pro miſericordia tua. 43 Domine ne, quæſo, remaneam rubore ſuffuſus, quòd in auxilium meum te vocaverim, ſed ſperatam opem non obtinuerim. 44 quin impii potiùs in rebus inanibus ſperantes, pudore perfundantur; ac in

infer-

✠. 45. 45 *muta fiant labia doloſa*,
I. Reg. II. 9. Pſa. XI. 4. † 46 *quae loquuntur adverſus juſtum iniquitatem*
✠. 47. 47 *in ſuperbia & in abuſione*.
I. Reg. II. 3. † 48 Quàm magna multitudo dulceodinis
✠. 48. Pſal. LXIV. 4. tuae, + Domioe:
I. Corinth. II. 9. 49 quam abſcondiſti timentibus te!
† 50 perſeciſti eis qui ſperant in te,
51 in conſpectu filiorum hominum.
✠. 52. † 52 Abſcondes eos in abſcondito faciei tuae
Pſal. XXVI. 5. 53 à conturbatione hominum:
✠. 54. † 54 proteges eos io tabernaculo tuo à con-
Job. V. 21. tradictione linguarum.
✠. 55. 55 Benedictus Dominus, quoniam mirifi-
Pſal. XVI. 7. cavit miſericordiam ſuam mihi in ci-
vitate munita.
✠. 56. † 56 Ego autem dixi in exceſſu meotis meae:
Pſal. CXV. 11. 57 *Projectus ſum à facie oculorum tuorum*.
✠. 57. † 58 ideo exaudiſti vocem oratioois meae dū
Pſ. XXXVIII. 13. clamarem ad te.
† 59 Diligite Dominum omoes Sancti ejus:
60 + quoniam veritatem requiret Dominus;
61 & retribuet, abundaoter facientibus
ſuperbiam.
† 62 Viriliter agite, & confortetur cor ve-
ſtrum,
63 omoes qui ſperatis io Domino.

infernum detrudantur ad gloriam juſtitiæ tuæ:
45 & obmuteſcant labia illa mendacia ac fraudulenta;
46 quæ contra hominem juſtum & innocentem lo-
quuntur id, quod eſt iniquum, 47 idque loquuntur
cum ſuperbia atque contemptu, quo juſtis abutuntur
& inſultant. 48 *O quàm magna & multa eſt Domine
bonitatis tuæ dulcedo illa; 49 quam reconditam con-
ſervas, ſuo tempore dandam timentibus te, 50 &
quam operatus es & exhibuiſti ſperantibus in te. 51
palam coram hominibus videntibus ſimul & admiranti-
bus tuam in illos dulciſſimam largitatem! 52 Tu ejuſ-
modi timentes & ſperantes in te in abdito & tuto loco
ſub benignum aſpectum tuum occultabis 53 ſubtractos
à tumultuatione & conturbatione hominum: 54 eoſ-
que conteges in habitaculo tuo; atque defendes à
jurgiis & detractionibus linguarum contra illos loquen-
tium. 55 Benedictione ac laude dignus eſt Dominus:
quia mirabilem fecit mihi miſericordiam ſuam in civi-
tate murorum ambitu communita. 56 Caeterùm, cùm
olim ego maximis malis perculſus, in pavore ac ſtupo-
re magno eſſem, & penè jam exceſſiſſem ex mente, dixi
ita:* 57 Planè de favente oculorum tuorum conſpectu
projectus ſum, ò Domine. 58 *ſed propterea miſertus
tu pavoris mei, vocem exaudiſti deprecationis meæ,
cùm tunc flebilem vocem darem ad te. 59 Itaque Do-
minum diligite & amate vos omnes Sancti cultores
ejus: 60 quia Dominus veritatem & fidelitatem ſer-
vorum ſuorum requiret ad remunerandum; 61 & vi-
ciſſim condigna ſupplicia tribuet iis, qui ſatis multa
faciunt opera ſuperbiæ. 62 Igitur facite viriliter, ani-
muſque veſter roboretur in rebus adverſis, 63 ò vos
omnes qui in Domino ſperatis, eumque vobis expecta-
tis adjutorem*.

ORATIONES.

MSS. 1 IMmeoſam multitudinem dulcedinis tuae piiſſime Domine ſuppliciter exoramus, ut dum veritatem tuam requirimus, tumorem execrabilis ſuperbiae conteramus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 71. 266. *ibi.* nec receſſus tentationum penetrabit noſtros. 2 ESto nobis Dooine io Deum protectorem; ne incolis obſidentibus, noſtrarum integritas meotium feriatur: pro loco autem munito tuum habere mereamur auxilium. nam te oobis obumbrante, nulla vis valebit inrumpere teotationum: nec receſſus penetrabit ooſtros, ſi tu intra extraque adfueris, & firmameotum refugiumque noſtrum tuam dexteram dederis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 106. 3 PRotector ooſter Domine, converte nos à viis noſtris pravis; & habitare nos fac abſque pavore in terra hereditatis noſtrae: ac ſic nos liberatos, fidei moderamine contine, ut nec proſperitate ſaeculi extollamur, nec iovidi hoſtis adverſitate turbemur, vel facinorum nubilo obumbremur: ſed ſperantes in te, quaeſumus, ut nos in tuâ juſtitiâ liberes; nec condigoa pro admiſſis juſtè repenſes. illumioa itaque faciem tuam ſuper hereditatem tuam; & ſalva oos propter miſericordiam tuam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

fol. 163. 4 ERubeſcant, Domine, impii; & deducantur in iofernum, qui te Chriſtom Dei Filium negaveruot: ot ora te loquentium, alto praedicatioois culmine polleant; dum adverſus Juſtuo iniquitatem loquentium deſtruxeris labia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c*.

fol. 166. *De Paſſione Domini.* 5 DOmine Jeſu Chriſte, noo infirmetur, quaeſumus, in peregrinatiooe hujus paupertatis vigor Eccleſiae tuae: ac ſi contingerit in nobis virtutuo oſſa pro tempore conturbari, exemplo paſſionis tuae erecti, non incidamus uſquequaque io laqueo inimici. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.)

fol. 186. *Item de Paſſione.* 6 SAlva Domine de neceſſitatibus animas famulorum tuorum; & in tua juſtitiâ ſperantes nec concludas in manibus adverſantis: ſed reſpice humilitatem noſtram, & in loco nos munito ſalviſica, qui moriens devinxiſti inferna: ut cooſuſis conſiliis perſequeotiuo, ſine pavore io civitate ſanctiſſimâ tuâ, feliciori proventu caeleſtem gloriam conſequatour. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.)

fol. 193. 7 LIbera nos Domine in tua juſtitia, & ad precem noſtram inclina aurem tuam: ut a malis erepti, & recreati caeleſtibus, aeternâ nos eſſe veſtitos immortalitate laetemur. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

fol. 198. 8 INeffabili Domine enituiſti patientiâ; dum congregata omnis ſimul adverſum te infidelium turba, ut acciperent animam tuam, nitebantur conſiliis, quòd in verbis te caperent; cum utique (te) Verbum Dei eſſe neſcirent: & ideo, qui tam potentialiter viciſti in delicto, viribus tuis glorificare te dignare. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 9 TE Chriſte ſupplices deprecamur, ut inſinues mentibus noſtris curam te diligendi; pro nobis paſſum jugiter confiteri: ut mereamur contra iniquam ſuperbiam humilitatis armis viriliter repugnare.

XXXI.

✠ *Ipſi: David. intellectus.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Hic eum pœnitentiæ ſit pſalmus, primò* David *meminit in titulo propter Dominum Chriſtum: quoniam ad ipſum reſpicit quidquid pœnitentiæ dictum est. deinde* Intellectus *ideo ſequitur, quia nullus peccata, niſi qui intellexerit, plangit. Meritòque pſalmus tali eſt inſcriptione prænotatus; ubi ſe deterioratum peccator tardius intellexit: quia peccata, quæ confeſſum prodi debuerant Domino, diutiùs ſe tacuiſſe confeſſus eſt; audiens a Domino:* Intellectum tibi dabo & inſtruam te.

In prima parte pſalmi pœnitens loquitur, peccatum ſuum evidenter agnoſcens, pœnam ſibi merito diſſimulationis indicens; quoniam noxio ſilentio credidit occulendum: ubi breviter principium & narratio continetur: Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates. *In ſecunda parte ſola correctio eſt: nam cùm ſe propria confeſſione damnaverit, a Domino ſibi credit eſſe parcendum:* Delictum meum cognitum tibi feci; & injuſtitias meas non abſcondi. *Tertia parte, pœnitudinis bonum commendans, etiam Sanctos in hoc mundo oſtendit Domino ſupplicare; in quo ſibi meritò teſtatur eſſe refugium:* Pro hoc orabit ad te omnis Sanctus. *Quarta, Dominus ad ejus verba reſpondens, ſperantes in ſe circumdare miſericordia pollicetur:* Intellectum tibi dabo & inſtruam te. *Quæ quatuor partes interjectis* Diapſalmatibus *dividuntur: quas in diviſionibus ſequi, noſtri conſtat eſſe propoſiti.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de iis, qui per Chriſtum ſunt ſalvandi.*

S. Athanaſius. *Pſalmus beatitudinem aperte palamque pronuntians.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Oratio Ezechiæ, quia in languorem ob ſuperbiam inciderit: convenit & cæteris Sanctis ſimili ſtatu agentibus.*

Pſalt. Syr. *De culpa Adæ, qui unus eſt, & peccavit: Et Prophetia de Chriſto, quòd per eum liberandi eſſemus à gehenna, verſ. 24.*

Pſalt. Arab. *Dicit eum propheticè de redemptione, Et num. verſ. 23.*

Feria II. ad Vigilias. S. Hier. *Pſalmus vocem continet Prophetæ, oſtendentis hominem non propriis meritis, ſed Dei gratiâ poſſe ſalvari, ſi confiteatur admiſſa.*

PSALMUS II. POENITENTIALIS ET INSTRUCTIVUS.

Propheta. ℣. 1. Rom. IV. 7. 1 BEATI, quorum remiſſae ſunt iniquitates:
2 & quorum tecta ſunt peccata.
† 3 beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum:
℣. 4. Joban. I. 47. 4 nec eſt in ſpiritu ejus, dolus.
† 5 Quoniã tacui, inveteraverunt oſſa mea,
6 dum clamarem tota die.
† 7 ✠ quoniam: die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua:
8 converſus ſum in aerumna: meâ: dum configitur ſpina.
DIAPSALMA:
℣. 9. Proverb. XXVIII. 13. † 9 Delictum meum cognitum: tibi: feci:
10 & injuſtitiam meam non abſcondi.
℣. 11. Iſai. LXV. 24. I. Joban. I. 9. † 11 Dixi; *Confitebor ✠ adverſum me: injuſtitiam meam Domino*:
12 & tu remiſiſti impietatem peccati mei.
DIAPSALMA.
℣. 13. Iſai. LV. 6. † 13 Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno:
† 14 verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Pſalmus Davidi inſpiratus, intelligentiæ & eruditionis plenus. PROPHETA. 1 *Felices ii, quorum iniquitates ſunt a Deo gratis remiſſæ ſine præcedentibus operibus & meritis; 2 & felices ii, quorum peccata abſcondita ſunt conſpectui Dei, ut eorum non recordetur ampliùs. 3 felix vir, cui Dominus non ampliùs imputaverit peccatum, neque ad culpam neque ad pœnam, ſed condonaverit plenè; 4 & felix ille, in cujus animo & ore nulla eſt fallacia, ſed vera reſipiſcentia & ſui reatus confeſſio. 5 Quoniam autem diu peccata mea tacui, & non ſum ea confeſſus; idcircò omnia uſſa ac robora mea quaſi præ vetuſtate attrita ſunt atque conſumpta, 6 propter continuum clamorem meum atque rugitum per totam diem, ob graviſſimas pœnas mihi divinitus inflictas: 7 nam die ac nocte ingravata eſt in me, & graviter me preſſit punitiva ultricis manus tua Domine: 8 & aſſiduè devolutus & verſatus ſum in miſeria mea, cùm ejuſmodi cruciatuum ſpinæ mihi infixa perſiſteret.* * *9 Tandem vel ſerò agnovi, tibique confeſſus ſum delictum meum: 10 meumque peccatum non amplius occultavi nec reticui. 11 Tunc pœnitens dixi;* Ipſe egomet confitebor Domino contra me meam iniquitatem ac ſcelera mea: *12 & ſtatim tu ineffabili pietate remiſiſti impietatem & culpam cordis & peccati mei.* * *13 Ob hanc rem, quòd ſis facilis ad ignoſcendum, ad te pro remiſſione peccatorum quilibet de populo tuo ſancta orabit hoc tempore opportuno ad inveniendam veniam, dum ſpatium ſupereſt pœnitentiæ. 14 verùm etiam cùm æternùm duratura calamitates diluviaverint tamquam in multarum*

* *Fenſatio aut inmutatio muſicæ conſideræ inter ſpatium.*

* *Fenſatio &c.*

Tu

ỳ. 15. Pſ. IX. 19. † 15 Tu es refugium meum à tribulatione, quae circumdedit me:

16 exſultatio mea, erue me à circumdantibus me.

DIAPSALMA.

DEUS. † 17 INTELLECTUM tibi dabo; & inſtruam te in via hac quâ gradieris:

18 firmabo ſuper te oculos meos.

† 19 Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

Propheta. ỳ. 20. Prov. XXVI. 3. † 20 IN CAMO & fraeno maxillas eorum conſtringe

21 qui non approximant ad te.

† 22 Multa, flagella peccatoris:

23 ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

† 24 Laetamini in Domino & exſultate juſti:

25 & gloriamini, omnes recti corde.

rum aquarum diu ..., ad illum ad te converſum ea calamitates non pertingent. 15 Tu Domine es mihi is, ad quem ego refugio a tribulatione, qua me circumcludit & obſidet: 16 tu, qui es cauſa exſultationis meæ, a circumdantibus me malis redime & ſalva me. * DEUS. *17 Ego Deus eruditum & intelligentem te faciam, teque illuminando inſtruam in iſta nova pœnitentiæ via poſt lapſum, per quam iturus es novo modo vivendi: 18 & ſuper te obfirmabo & figam oculos providentiæ & curæ meæ, ne iterum cadas. 19 ſed & vos homines cuncti ne efficiamini velut equus & mulus, quibus abeſt ratio & intelligentia.* PROPHETA. *20 Meritò Domine afflictione atque preſſura ceu capiſtro & fræno conſtringe maxillas eorum, 21 qui, brutè viventes, tamquam equus & mulus, ad te non appropinquant amore, utque voluntati non obſequuntur niſi timore pœnæ vel dolore. 22 Bene multa erunt peccatoris flagella atque dolores: 23 e contrario autem miſericordia Domini circumdabit confidentem in ea. 24 Igitur ò juſti lætamini & gaudio exſultate, quòd talem Dominum habeatis: 25 voſque omnes, qui animum directum ad Deum habetis, de eo gloriamini; eumque laudate jubilantes in canticis.*

* *Pauſatio &c.*

ORATIONES.

MSS. 1 SAncte Domine, qui remiſſis delictis, beatitudinem te confeſſis adtribuis; exaudi vota praeſentis familiae: & confracto peccati aculeo, ſpirituali nos exſultatione perfunde. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 87. 133. *al-operationis. 2 REmitte Domine impietatem cordis noſtri, pro qua te omnis Sanctus in tempore opportuno exorat; atque intellectum tribue nobis per * orationis ſuffragium, quod precamur: & inſtrue nos in hujus vitae viâ, quâ gradimur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 129. 255. 268. * *al. deficiunt*. 3 DA nobis Domine peccatorum remiſſionem, qui purgatis praeſtas beatitudinem: eſto refugium a preſſura damnationis, qui indultor es libertatis: & quia multa flagella peccatorum in nobis plagâ inruente * ſentimus, in te confidendo circumdari nos tuâ miſericordiâ ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 290. *De 1 officio Domini*. 4 TU nobis es Domine refugium a preſſura, quae circumdedit nos: & ideo, qui patiendo pro nobis, exaltatio facta es noſtra, redime nos à circumdantium inimicorum muſcipula. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 5 DEus, quem cordium occulta non latent; cui ſecreta conſcientiae non celantur: remitte, quaeſumus, iniquitates noſtras, & dele omnia peccata noſtra: ut animas noſtras, & admiſſa remittendo, conquiras; & tegendo delicta, poſſideas: & quia tu es exſultatio noſtra, redime nos miſerando; & a flagellis peccatorum redimendo libera. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

Comment. hujus Pſal. T. 7. S. Hieronymi. 6 TE Domine ſupplices deprecamur, ut obtectis per indulgentiam peccatis, nec reputatis ultra delictis, mereamur Sanctorum exſultationis perpetuae eſſe participes.

XXXII.

÷ *Pſalmus David:*

BEDA

Senſus myſticus. *Hortatur in hoc pſalmo Propheta Eccleſiam fidelem ad pſalmodiam; enumerans potentiam, factaque Creatoris: ut ad laudes ejus avidius feſtinet; cùm virtutem ipſius pietatemque cognoſcit.*

Per totum quidem pſalmum Propheta loquitur: ſed in prima ſectione monet juſtos, in Domino gaudere: qui creaturas ſuas mirabili potentia continet: Gaudete juſti in Domino. *Secundâ, exclamat beatum eſſe, qui ad ejus meruit pertinere culturam; ſignificans tempora Chriſtiana, in quibus erat multitudo Gentium creditura:* Beata gens, cujus Dominus Deus ejus, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Adhortatio ad dicendum Deo laudes cum Theologia* (hoc eſt, *cum doctrina de Deo.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius & in modum jubentis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Poſt victoriam de Aſſyriis carmen triumphale componitur: in quo docetur irritæ ſpei eſſe omnia, quibus præter Deum mortales exſultant.*

Pſalt.

Pſalt. Syr. *Davidis, ad literam de his, quos præfecit miniſterio Domini; Nobis autem ſpiritualiter dicitur ſermo de gloria Deitatis, verſ. 45.*

Pſalt. Arab. *Ei, numerus verſ. 44.*

Feria II. ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetæ ad Deum hortantis populos, atque monentis juſtos, in quem delectant cultore.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM

Propheta.

1 EXSULTATE juſti in Domino:
2 rectos decet collaudatio:
† 3 confitemini Domino in cithara:
4 in pſalterio decem chordarũ pſallite illi:
† 5 cantate ei canticum novum:
6 bene pſallite ✠ ei: in vociferatione.
† 7 quia rectum eſt verbum Domini:
8 & omnia opera ejus in fide:
† 9 diligit miſericordiam & judicium:

℣. 10. Pſ. CXVIII. 64.

10 miſericordiã Domini plena eſt terra:
† 11 verbo Domini caeli firmati ſunt:

℣. 12. Geneſ. II. 6. Hebr. XI. 3. II. Petr. III. 5.

12 & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum:
† 13 congregans ſicut in utre aquas maris:
14 ponens in theſauris abyſſos.
† 15 Timeat Dominum omnis terra;

℣. 12. Gen. II. 1. Job XXVI. 13.

16 ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem:

℣. 13. Geneſ. I. 9. Job XXVI. 10. XXXVIII. 8.

† 17 quoniam ipſe dixit, & facta ſunt:
18 ipſe mandavit, & creata ſunt.
† 19 Dominus diſſipat conſilia gentium:
20 reprobat ✠ autem: cogitationes populorum:

℣. 17. Pſ. CXLVIII. 5.

21 ✠ & reprobat conſilia principum:

℣. 22. Job. XXIII. 13. XIX. 21. Iſai. XLIV. 10.

† 22 conſilium ✠ autem: Domini in aeternum manet:
23 cogitationes cordis ejus, in generatione & generationem.

℣. 24. Pſal. LXVI. 5. CXLIII. 21.

† 24 Beata gens cujus ✠ eſt: Dñus Deus ejus:
25 populus, quem elegit in hereditatẽ ſibi.
† 26 De caelo reſpexit Dominus;
27 vidit omnes filios hominum.
† 28 de praeparato habitaculo ſuo
29 reſpexit ſuper omnes qui habitant terrã;
† 30 qui finxit ſingillatim corda eorum;
31 qui intelligit omnia opera eorum.
† 32 Non ſalvatur rex per multam virtutem:
33 & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ✠ ſuae:

℣. 34. Pſal. CXLVI. 10. Proverb. XXXI. 21.

† 34 fallax equus ad ſalutem;
35 in abundantia autem virtutis ſuae non ſalvabitur.

℣. 36. Job. XXXVI. 7. Pſ. XXXIII. 16. I. Petr. III. 12.

† 36 Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum;
37 ✠ & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus;
† 38 ut eruat à morte animas eorum;
39 & alat eos in fame.

℣. 39. Pſ. XXXVI. 19.

† 40 Anima noſtra ſuſtinet Dominum:
41 ✠ quoniam: adjutor & protector noſter eſt:
† 42 quia in eo laetabitur cor noſtrum;
43 & in nomine ſancto ejus ſperavimus.
† 44 Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos; quemadmodum ſperavimus in te.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1
Vos juſti exſultate in laude Domini: 2 quia homines
juſtos & rectos decet laudatio Dei, quæ non eſt ſpecioſa
in ore peccatoris: 3 profitemini Domino debitas laudes
cum citharæ ſono: 4 & cum inſtrumento muſico decem
chordis tenſo pſalmos canite ei. 5 nova ſemper cantica
in illius honorem cantate: 6 & bene decenterque in
ejus laudem canite cum jubilo & clangore. 7 quia ver-
bum Domini ſive in præcipiendo ſive in promittendo
rectum eſt & æquum: 8 & cuncta opera, quæ ipſe fa-
cit, fideliter ſunt correſpondentia dictis ejus atque pro-
miſſis. 9 ipſe namque miſericordiam, & id, quod juſtum
eſt, amat: 10 & effectibus miſericordiæ Domini ple-
na eſt terra. 11 Verbo & juſſu Domini cæli firmiter
ſtabiliterque conditi ſunt: 12 & ſolo flatu & imperio
oris ejus factus eſt totus ille aſtrorum exercitus & or-
natus in iiſdem cælis. 13 ipſe eſt qui congregavit in
locum unum, & congregatas ſimul retinet aquas maris
tamquam in quodam utre concluſas, ut appareat arida:
14 & qui immenſas aquarum profunditates repoſitas
tenet occultis receptaculis terræ tamquam in occultis
theſauris. 15 Timeant Dominum omnes terrigenæ; 16
& præ ejus formidine concutiantur & tremant univerſi
habitatores orbis: 17 nam ipſe Deus juſſit; & ſolo
ſuo juſſu facta ſunt omnia in cælo & in terra: 18 ipſe
præcepit tantùm, et univerſa creata ſunt et extiterunt.
19 Dominus, cùm vult, diſſolvit, et à ſuo effectu impe-
dit conſilia quarumcumque nationum: 20 et irrita fa-
cit, cùm vult, excogitata quorumvis populorum: 21
ac irrita facit, cùm vult, conſilia principum quantum-
vis potentiſſimorum. 22 contrà verò, conſilium et vo-
luntas Domini in æternum ſtabiliter permanet: 23 et
quæcumque voluntas ejus diſpoſuerit facere vel permit-
tere, infallibilia permanent in omnia futura tempora.
24 Proinde felix eſt gens illa, quæ ut Deum ſuum agno-
ſcit et colit Dominum ipſum cæli et terræ: 25 et felix
eſt populus, quem ex omnibus gentibus ſibi Dominus pe-
culiariter elegit veluti in poſſeſſionem ſuam hæredita-
riam. 26 Dominus de cælo proſpexit ſemper in terram;
27 viditque ſemper omnes filios Adam, et quid cogi-
tent, velint, faciantve. 28 de habitaculo ſuo cæleſti
firmiſſimè præparato 29 proſpexit ad univerſos habita-
tores terræ; 30 proſpexit, inquam, ille, qui eorum
ſingillatim omnia pariter corda animaſque formavit;
31 quique intelligit et perſpicit omnia opera eorum,
abdita licèt et occulta. 32 Niſi Deus ſalvet, quivis
rex non evadet ſalvus à morte per ſolam multitudinem
et fortitudinem exercitus ſui: 33 nec fortis gigas ſal-
vus et incolumis erit in ſola multitudine et multiplica-
tione fortitudinis ſuæ. 34 equus licèt ſit bellator, res eſt
fallax ad præſtandam equiti ſalutem in prælio: 35 im-
mò nec ſeſe equus a morte ſervabit per totam multitudi-
nem roboris ſui. 36 Sed ecce oculi Domini benignè
proſpiciunt ad timentes offendere eum; 37 et ad eos,
qui ſpem ſuam collocant non in viribus proprijs, ſed in
miſericordia ejus; 38 ut ſcilicet liberet à morte animas
eorum; 39 eoſque nutriant tempore famis. 40 Benè
igitur anima noſtra auxilium Domini patienter exſpe-
ctat: 41 quia ipſe auxiliator noſter eſt, et inſtar cly-
pei protector: 42 in ipſo enim lætabitur cor noſtrum; 43
quia et nos in majeſtate ſua ſanctà ſperavimus. 44 Ita-
que Domine fiat ſuper nos miſericordiæ tuæ jugis effuſio;
quemadmodum in te nos ſperavimus, non in nobis.

ORATIONES.

MSS. 1 PAſce Domine plebem tuam in ſame verbi tui; & eripe animas noſtras de morte peccati: ut repleti miſericordiâ tuâ, adgregari juſtorum gaudiis impertiente te mereamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum &c.

Brev. Mozarab. fol. 87. 2 GAudium juſtorum, quod eſt in te Domine, famulorum tuorum inſunde viſceribus; ut conlaudatio tua, quae rectos decet, omnem à ſenſibus noſtris pravitatem expurget. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 89. 233. 240. * *el.* placens fit. 3 TIbi Domino * patiens eſt anima noſtra; à quo & virtutem tolerantiae, & praemium concupiſcit accipere: tua ergo ſuper nos miſericordia, ſicut ſperavimus, fiat: tua-que nos gratia conſueta praeveniat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 68. 112. 133. 238. * *el.* ſpecialius. 4 FIat miſericordia tua Domine ſuper nos: ut qui ſingillatim corda hominum fingis; * ſpeciatim ea ſanctifices: & quia oculi tui ſuper eos ſunt, qui te metuunt; timoris tui da nobis plenitudinem: ut & agnitionis tuae nobis conferas largitatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 135. 139. 5 DOmine, qui juſtorum gaudium, tuum facis eſſe praeceptum; quorum tibi laudatio & obſequitur diligendo, & diligit conlaudando; qui tibi per Legis citharam novum canticum cantant; & per pſalterium piis vocibus ſacro fragore perſultant: eorum nos Domine
* *el.* tuam. veſtigiis inhaerere concede; & laudem * tui cum eiſdem tribue conclamare. & quia rectus eſt ſermo tuus, tuaque fidelia opera; praeſta, ut te corde fideli credamus; & miſericordiam tuam impenſius conſequi mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 231. 6 CAntemus tibi Domine canticum novum; quia rectus eſt ſermo tuus, & opera tua fidelia: ut qui caelorum regna in Prophetiae jubilatione, & Euangelicae tubae clangore conſcendere facis; illuc nos attrahas, quò ipſe praecedis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 250. 7 TUo Domine Verbo caeli ſunt facti, & Spiritu ornati; quia apud beatam Trinitatem nihil diſcretum in opere, nihil reperitur ſequeſtratum in munere; quando ea, quae Pater facit & Filius, ea etiam indiviſè operatur Spiritus Sanctus. caeleſtis ergo fabrica Patris Verbo conſeritur, & ornatus Spiritu oris perficitur: tribue proinde nobis, ut opera tua cognoſcamus in fide; dum te Dominum Trinitatis eſſentialem credimus & aequalem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 353. 388. *De Sanctis.* 8 GAudium noſtrum & ſalus noſtra, virtus atque juſtitia, Domine Deus omnipotens; fac nos, quaeſumus, placitâ tibi ſanctorum ...... Martyrum ſorte gaudere: & illic tuas Rectorum munere perpetim decantare. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. 9 FIat Domine miſericordia tua ſuper nos, ſicut ſperavimus in te; ut qui nos per Baptiſmum abluiſti, Spiritus Sancti infuſione confirmes: ſicut in Actibus Apoſtolorum cernimus eſſe factum, Qui nunc in nobis venire digneris; ut per tuum lumen effici mereamur heredes gloriae ſempiternae. *Amen*.

Mozar. fol. 276. 10 FIat miſericordia tua Domine ſuper nos; & animabus noſtris patientiam ad omnia toleranda adjutorio tuae protectionis inſinua: & qui ſigillatim corda hominum fingis, ſpe tua ſanctifices; & quia oculi tui ſuper eos ſunt, qui te (timent,) timoris tui da nobis plenitudinem, ut etiam aſpectu conferas dignitatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam &c.

XXXIII.

* *In edit. Rom* Abimelech. *Davidi: cùm immutavit vultum ſuum coram * Achimelech: & dimiſit eum, & abiit.*

BEDA.

I. Reg. XXI. 12. *Cùm Saul perſequeretur* David, *tunc fugit ad* Achis Regem; *ubi dum eſſet, invidia faciente, ſuſpectus, induſtriosè* mutavit vultum ſuum, *itaut ſalivis ora compleret: quatenus energumenus aeſtimatus, miſeratione faciente dimitteretur illaeſus.*
Senſus myſticus. David *ergo Chriſtus eſt,* Achis *populus Judaeorum; in quo ille incarnatus, ſed invidentibus non agnoſcendus apparuit.* nam & Achis *interpretari dicitur,* Quomodo eſt! *quod eſt verbum mirantis & non agnoſcentis: quia Judaei virtutes Chriſti admirantes, ipſum Deum minimè eſſe agnoverunt. Et benè* David vultu mutatus *ſalivas dimiſit in barbam: ſalivae quippe infirmitatem, barba virtutem deſignat; quia Chriſtus, cùm in forma Dei eſſet, ſeipſum exinanivit, formam ſervi accipiens. Nec in nomine Regis error eſt; cùm ex patre rege natus potuerit etiam* Abimelech *dici; qui interpretatur,* Pater meus rex, *ſive* Patris mei regnum; *ſed & myſterii ſenſus arridet: quia Judaei* patrem regem *habuerunt; de quibus dicitur,* Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores. Dimiſit *autem* eum, & abiit: dimiſit *Judaeos;* &
I. Reg. XXI. 2. Abiit *credendus à Gentibus. Poteſt & ita dici, quia coram* Abimelech *Sacerdote* mutaverit vultum; *quando, ut arma peteret ſibi & ſociis perciperet, a Saule ſe miſſum ſimulavit.*

* Vide Comment. Pſ.CX. To.7.S. Hieronymi.

*Per totum pſalmum verba Prophetæ, ſunt Alphabeti Hebræi litteras, excepto ſexta, * in capitibus verſuum per ordinem ponens. In prima parte benedicere ſe Dominum compromittit; admonens manſuetos, ut cum ipſo in ejus laude perſeverent:* Benedicam Dominum in omni tempore. *Secunda, ad converſionem fidelium, quæ ſunt benemeritorum præmia eos incentur:* Accedite ad eum & illuminamini. *Tertiâ, quaſi filios admonet, a quibus ſe delictis debeant abſtinere:* Venite filii audite me. *Quartâ, juſtos dicit ex omnibus tribulationibus eruendos; & impios debitas pœnas eſſe paſſuros:* (Oculi Domini ſuper juſtos.) *Quarum prima pars comprehendit litteras quatuor: ſecunda ſex: tertia quatuor; quarta reſiduas ſeptem.*

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina gratiarum actionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ezechias, victo Aſſyrio, ſemper Dominum benedicere promittit, & Angelum adjutorem ſibi precatur immitti; moxque ad exemplum ſui cunctos in Dei laudem provocat. Item, vox fidei per jejunium. Item, Arnobius, niſi, inquit, mutaveris vultum tuum coram principe vitiorum, & dimiſeris eum, ac virtutum Domino omne, quod tibi ſupereſt vitæ, mancipaveris tempus, non verè dicis: Benedicam Dominum in omni tempore.*

Feria II. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis, cum pergeret ad domum Domini, daretque primitias Sacerdotibus, verſ. 43.*

Pſalt. Arab. *Numerus, verſ. 40.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM OB LIBERATIONEM MALORUM

Propheta.

1 BENEDICAM DOMINUM in omni tempore:
2 ſemper laus ejus in ore meo:
† 3 in Domino laudabitur anima mea.
℣. 4. Pſ. CXVIII. 74. — 4 Audiant manſueti & laetentur.
† 5 Magnificate Dominum mecum:
6 & exaltemus nomen ejus in idipſum.
† 7 exquiſivi Dominum, & exaudivit me:
8 & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
† 9 Accedite ad eum, & illuminamini:
10 & facies veſtrae non confundentur.
† 11 Iſte pauper clamavit; & Dominus exaudivit ÷ eum:
12 & de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum.
℣. 13. Zachar. IX. 8. — † 13 immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.
℣. 14. I. Petr. II. 3. — † 14 Guſtate & videte quoniam ſuavis ÷ eſt: Dominus:
15 beatus vir qui ſperat in eo.
† 16 Timete Dominum ÷ omnes: ſancti ejus:
17 quoniam non eſt inopia timentibus eum.
℣. 18. Lucæ I. 53. — † 18 Divites eguerunt & eſurierunt:
19 inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.
÷ *DIAPSALMA*:
† 20 Venite filii audite me:
21 timorem Domini docebo vos.
℣. 22. I. Petr. III. 10. — † 22 Quis eſt homo qui vult vitam;
23 diligit dies videre bonos?
† 24 Prohibe linguam tuam à malo:
25 & labia tu ne loquantur dolum:
℣. 26. Pſ. XXXVI. 27. — † 26 diverte à malo; & fac bonum:
27 inquire pacem & perſequere eam.
℣. 28. Job XXXVI. 7. Pſ. XXXII. 18. Eccl. XV. 20. I. Petr. III. 12. — † 28 Oculi Domini ſuper juſtos;
29 & aures ejus in preces eorum.
† 30 vultus ÷ autem: Domini ſuper facientes mala;
℣. 30. Levit. XVII. 10. Jerem. XLIV. 11. Amos IX. 4. Hebr. IV. 13. — 31 ut perdat de terra memoriam eorum.
† 32 Clamaverunt ÷ juſti: & Dominus exaudivit ÷ eos:
33 & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
† 34 Juxta eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde:
35 & humiles ſpiritu ſalvabit.

Mul-

Pſalmus Davidi inſpiratus, quando is, cùm fugiſſet Saulem, & divertiſſet ad Achi-melech, id eſt, Achis Regem Geth Philiſthinorum, agnitus ab eo rege, valde timuit: & mutavit faciem ſuam, & finxit ſe arreptitium & inſanum: & Rex ille dimiſit eum a ſe, & abiit inde David & ſalvatus eſt. PROPHETA. 1 *Toto vitæ meæ tempore benedicam & gratias agam Domino, quòd me liberaverit a Rege Philiſthinorum: 2 ejuſdemque laus in corde & ore meo jugiter erit: 3 & de Domini erga me bonitate ſeſe laudabit & gloriabitur ſemper anima mea. 4 Audiant hunc mei liberationem omnes, qui manſueti ſunt in rebus adverſis, et unà mecum collætentur. 5 Mecum igitur ò manſueti prædicate magnum eſſe Dominum: 6 et majeſtatem ejus laudibus extollamus pariter: 7 quia ego in tribulationibus conſtitutus quæſivi & imploravi Dominum, & exaudivit me: 8 & ex omnibus anguſtiis meis me liberavit. 9 Proinde vos, qui in afflictione eſtis, reſpicite & accedite ad Deum; & ab eo lætitiæ lucem accipite: 10 ſicque vultus veſtri non pudeſient ob fruſtratam veſtram ab eo expectationem. 11 Quemadmodum pauper hic David tribulatione ſua Dominum inclamavit, & ille exaudivit eum; 12 & ab omnibus preſſuris ſuis eum liberavit: 13 ita quoque Angelus Domini circum timentes eum ſeſe immittet, & caſtra militiæ Angelicæ diſponet in gyro illorum, eoſque liberabit a tribulationibus ſuis. 14 Experientia diſcite & agnoſcite, quòd benignus ſit Dominus: 15 quodque felix ſit vir qui ſperat in eo. 16 Itaque filiali timore timete offendere Dominum ò vos omnes qui ſanctimoniam profitemini: 17 quia nihil deeſt veri boni iis, qui ex amore timent diſplicere ei. 18 Divites quidem mundani rapaces, ceù leones, ſæpè poſtea ad inopiam redacti, indiguerunt, & famem paſſi ſunt in hac vita vel ſaltem in altera vita: 19 at exquirentibus placere Domino, non deerit omne bonum, ut ſeriùs, in æterna vita. * 20 Venite ergo filii & auſcultate mihi: 21 voſque docebo quemadmodum ſit timendus a vobis Dominus. 22 Quis eſt homo qui velit veram vitam diligere; 23 quique diligat videre & percipere dies bonos? 24 Quiſquis talis es, cuſtodi primùm & fac ceſſare linguam tuam a maledicentia: 25 & labia tua cohibe, ne loquantur doloſum aliquid proximo tuo: 26 tum recede ab omni opere malo; & facito ſemper id quod eſt bonum: 27 denique quære, ut cùm omnibus hominibus (ſi fieri poteſt) pacem habeas; eamque affectare, ut aſſequaris. 28 Oculi Domini benignè reſpiciunt ad juſtos, ut illis proſpiciat; 29 & aures ejus intentæ ſunt ſemper ad deprecationes eorum, ut poſtulata concedat. 30 contrà verò, facies Domini irarum plena eſt erga facientes mala, 31 ut aboleat & perire faciat è terra & famam & memoriam eorum. 32 Inclamaverunt juſti in tribulationibus poſiti; & Dominus exaudivit eos: 33 & ex omnibus afflictionibus ſuis eos liberavit. 34 Adjutorio ſuo Dominus proximè adeſt iis, qui afflicto ſunt corde atque contrito: 35 & de malis ſalvabit eos, qui humili et*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

 confra-

† 36 Multae tribulationes juſtorum:
37 & de omnibus his liberabit eos Dominus,
† 38 cuſtodit + Dominus omnia oſſa eorum;
39 unum ex his non conteretur.
† 40 Mors peccatorum peſſima:
41 & qui oderunt juſtum, delinquent.
† 42 redimet Dominus animas ſervorum ſuorum:
43 & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

contritto ſunt animo. 36 Multa quidem ſunt juſtorum tribulationes in hoc mundo: 37 ſed de his omnibus tribulationibus tandem eos Dominus liberabit. 38 cuſtoditque Dominus omnia & ſingula oſſa eorumdem juſtorum: 39 & ne unum quidem ex his juſtorum oſſibus confringetur ab eorum inimicis, niſi Deo ipſa permittente ad majorem aeternamque gloriam ſervorum ſuorum. 40 Caeterum peccatorum hominum juſto judicio Dei mala mors erit & interfectio: 41 & odientes ſive id quod juſtum eſt, ſive hominem juſtum, culpabuntur, & aeterni delicti rei erunt. 42 animas autem ſervorum ſuorum Dominus liberabit à mala morte: 43 & omnes, qui in Deo ſpem ſuam & amorem collocant, non culpabuntur, omni culpa reatu in aeternum ſoluti.

ORATIONES.

MSS.

1 Angelorum & totius creaturae diſpoſitor Deus, emitte Angelum tuum in circuitu noſtro: cujus ambitione muniti, mereamur à peccatorum morte peſſima liberari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 68. 89. 233. 202. 206. 241. *al. gaudeat.

2 Inquirentes te, Domine, dignanter exaudi; atque ut in te * laudetur anima noſtra propitius indultor imperti: & quia juxta es his, qui tribulato ſunt corde, aurem tuam ad contritionem noſtri ſpiritûs pande: & ad pacem tuam, quae exſuperat omnem ſenſum, corpora noſtra & corda converte. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 112. 235. 264. * *al.* quia in familia tuis. *al.* in flagellis tuis.

3 Benedicat te Domine in omni tempore anima noſtra; * quia & in flagellis noſtris ſemper adeſt miſericordia tua: dum nos & diſciplinâ corrigis, & indulgentiâ foves: dum percutiendo ſanas, & ſanando corroboras. dona igitur nobis, ut qui tuam in fide guſtavimus ſuavitatem, pleniſſimam percipiamus in retributione dulcedinem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 241.

4 In omni tempore te Dominum benedicat anima noſtra; & laudem tuam oris confeſſio perſonet: magnificet te omnis conventus Eccleſiae; & in unitate fidei collecta te redemptorem noſtrum inquirendo non deſiſtat; ſed potentiam tuam multiplici famulatu ſuſtollat: ut talibus frequentando obſequiis, & à praeſentibus anguſtiis liberetur, & futurae beatitudinis gloriae conjungatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 23.

5 Inquirentes te Domine exaudi propitius, & ab incurvantibus anguſtiis defende precatus: ut Eccleſiae tuae te per omnes gentes magnificent; exaltent nomen tuum unitatis vinculo; diſcant a te quoque ut illuminentur; & attendant ut praeceptorum tuorum tenacitate, vultu conſcientiae nullatenus erubeſcant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 222. *De Sanctis*.

6 Redime Domine in te ſperantium animas noſtras: & quia ſervos tuos nos eſſe confidimus, Amicorum tuorum ſuffragiis commendamur: nec unquam eorum auxilio deſeramur; quorum nunc te precibus annuere feliciter gratulemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BENEDICTIO.

Commentarius in Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi.

7 (Deus) nobis praeſtare dignetur, ut ſit jugiter laus ejus in ore noſtro; ejuſque doctrinâ mediocriter utentes, nec extollere proſpera, nec incommoda valeant inclinare.

Ex Alcuino col. 233.

8 Inquirentes te Domine dignanter exaudi; & ut benedicamus tam in adverſis quàm & in proſperis, benignus indulge: atque ut in te laudetur anima noſtra, propitius indultor imperti. & quia juxta es his qui tribulato ſunt corde, aurem tuam ad contritionis noſtrae ſpiritus aperi: & pax tua, quae exſuperat omnem ſenſum, & corpora noſtra & corda purificet. Per.

XXXIV.

+ Ipſi: David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Totus pſalmus ex perſona Chriſti eſt; qui ſe petit ab inimicorum perſecutione liberari: nam & David *recte Chriſtus accipitur: & cum praeponitur* Ipſi, *non quilibet membrorum ejus, ſed ipſe Mediator oſtenditur.*

Per totum hunc pſalmum verba ſunt Chriſti Domini a diſpenſatione, qua paſſus eſt. Primo membro perſecutoribus retributionem peſſimae actionis reſtitui, optans illis contraria; quae tamen ad converſionem eorum ſunt nihilominus profutura: Judica

dica Domine nocentes me. *Secundo, de reſurrectione ſua gaudet; & Judæorum iniquitates exprobans, propriæ paſſionis exponit actum:* Anima autem mea exſultabit in Domino. *Tertio, promittit ſe per univerſum orbem terrarum in membris ſuis Paternæ potentiæ confiteri; qui eum ab inimicis ſuis reſurrectionis beneficio liberavit; deprecans, ut confundantur perſecutores, & exultent in magna gloria fideles:* Confitebor tibi in eccleſia magna.

Euſebius Cæſarienſis. *Supplicatio juſti, & prophetia de Chriſto.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Occaſione ærumnarum ſuarum David Pſalmum in tempore Hieremiæ componit, quæque pertulerit, qualiterve oraverit exponit.* Aliter, totus Pſalmus ex perſona Chriſti eſt, & per Chriſtum ad omnes Pſalmos referri poteſt.

Pſalt. Syr. *Davidis ad litteram, cum inſectaretur Idumæos; & ſupplicatio juſtorum, verſ. 60.*

Feria II. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *Prophetia de Incarnatione; & de iis, quæ perpetravit populus in Jeremiam, & numerus verſ. 59.*

S. Hier. *Paſſionis Dominicæ Pſalmus continet Sacramentum, in quo notandum eſt, quod quæ in humilitate, fletu, & lamentatione dicuntur, non divinitati, ſed aſſumptæ carni conveniunt. Erat ergo Dominum Patrem dicens.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 JUDICA DOMINE nocentes me:
℣. 1. Pſal. XLII. 1. CXIII. 154. 2 expugna impugnantes me:
† 3 Apprehende arma & ſcutum; & exſurge in adjutorium mihi.
† 4 Effunde frameam & conclude adverſus eos qui perſequuntur me.
5 dic animae meae, *Salus tua ego ſum.*
℣. 6. Pſ. XXXIX. 15. LXIX. 3. † 6 Confundantur & revereãtur quaerentes animam meam:
† 7 avertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala:
℣. 8. Iob XXI. 18. † 8 fiant tamquam pulvis ante faciem venti:
Pſal. I. 4. Iſai. XVII. 13. XXIX. 5. Oſeæ XIII. 3. 9 & Angelus Domini coarctans ✝ eos:
† 10 fiat via illorum tenebrae & lubricum:
11 & Angelus Domini perſequens eos.
℣. 10. Jer. XXIII. 12. † 12 quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui:
13 ſupervacuè exprobraverunt animam meam.
† 14 Veniat illi laqueus quem ignorat:
℣. 15. Pſalm. IX. 16. LVII. 9. Prover. v. 21. 15 & captio, quam abſcondit, apprehendat eum:
16 & in laqueum cadat ✝ in ipſum:
† 17 Anima autem mea exſultabit in Domino:
18 & delectabitur ſuper ſalutari ſuo:
† 19 omnia oſſa mea dicent; *Domine, quis ſimilis tibi?*
† 20 *eripiens inopem de manu fortiorum ejus:*
21 *egenum & pauperem à diripientibus eum.*
℣. 20. Pſ. LXVIII. 5. † 22 Surgentes teſtes iniqui, quae ignorabam interrogabant me:
℣. 23. Pſ. XXXVIII. 21. CVIII. 5. † 23 retribuebant mihi mala pro bonis;
24 ſterilitatem, animae meae.
† 25 Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio:
† 26 humiliabam in jejunio animam meam:
℣. 27. Pſal. CVIII. 4. 27 & oratio mea in ſinu meo convertetur.
† 28 quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam:
℣. 29. Job. XXX. 25. 29 quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.
† 30 Et adverſùm me laetati ſunt & convenerunt:
31 congregata ſunt ſuper me flagella; & ignoravi.
† 32 diſſipati ſunt, nec compuncti:
℣. 33. Job. XXX. 1. 9. 33 tentaverunt me; ſubſannaverunt me ſubſannatione;

fren-

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1
Fac mihi judicium Domine de adverſariis meis, injuſtè
mihi nocentibus: 2 pugna contra impugnantes me: 3
apprehendo contra eos arma & ſcutum potentia tua;
& conſurge ad auxilium meum: 4 evagina gladium
tuum, & præoccupa & intercludo viam ex adverſo
perſequentium me, ne me poſſint aſſequi: 5 & arcanâ
inſpiratione fiducia inde dicito animæ mea; Ego Deus
ſalvator ſum tuus. 6 *Te pro me pugnante, quotquot*
quærunt perdere animam vitamque meam, erubeſcant
& pudefiant, ſpe ſuâ fruſtrati: 7 ac vertantur re-
trorſum, & in fugam verſi pudore ſuffundantur quotquot
mala mihi inferre cogitant: 8 huc illucque diſperſi, ef-
ficiantur ſicut pulvis diſperſus ad præſentiam venti
vehementis: 9 & Angelus à Domino miſſus impellat
& opprimat eos: 10 fiat via illorum tenebroſa & lu-
brica: 11 & Angelus miſſus à Domino perſequatur
eos. 12 & hæc juſto Dei judicio patiantur, quia ſine
juſta cauſa occultaverunt mihi laqueum & rete ſuum,
ut per eorum inſidias caperer & interirem: 13 & va-
nè & ſine cauſa opprobriis me affecerunt. 14 Obve-
niat ergo juſto Dei judicio catui illi adverſariorum
meorum calamitatis pedica, quam ignorat & non præ-
videt: 15 & rete illud quod mihi comprehendendo oc-
cultè tetenderat, illum potiùs comprehendat: 16 &
in eum ipſum laqueum & rete incidat, priùs mihi illa-
queando paratum. 17 Porro anima mea exſultabit de
Domino judice juſtæ cauſæ meæ: 18 ſeſeque oblectabit
in ſalute ſua, quam ab eo exſpectat: 19 et omnia inte-
riora robora mea dicent ei; Domine quis alius eſt ſi-
milis tui? 20 qui pauperem liberas de manu & po-
teſtate validiorum eo; 21 & pauperem & mendicum
liberas à violentis diripientibus eum. 22 *Conſur-*
gentes adverſùm me teſtes injuſti et mendaces, de iis
me criminibus interrogabant, quorum ego conſcius non
eram: 23 mihique reddebant mala loco rerum bona-
rum, quas feceram eis: 24 & orbitatem retribuebant
mihi, ut vitâ pariter & filiis orbatus eſſem. 25 Ego
verò tum, cùm mihi moleſti erant adverſarii mei, indue-
bam me ſacco viliſſimo, ex pilis hircorum atque capra-
rum texto: 26 & animam meam humiliabam & af-
fligebam jejunio: 27 & oratio mea pro eis tunc fuſa, ſi
nihil illis profuit, revertetur ſaltem in pectus meum
fructuoſa, mihique proderit. 28 quaſi ſodali, quaſi
fratri & cognato noſtro, ita eis complacere ſtudebam:
29 & quaſi lugerem matrem, & mærerem, ità me af-
fligebam & incurvabam ob eorum malitiam. 30 Et
nihilominus ipſi adverſarii mei in rebus triſtibus adver-
sùm me accidentibus lætati ſunt; & ſimul ſunt congre-
gati: 31 & ab ipſis percutientibus collecta ſunt ſuper
me flagella; & ego juſtam cauſam, cur me flagellarent,
neſcivi. 32 diſſoluti ac diſſipati ſunt in varias partes,
ut me perderent; nec mei commiſeratione ſunt compun-
cti: 33 variis me modis tentaverunt: & interdum
deriſu me deriſerunt;

34 *inter-*

34 frenduerunt ſuper me dentibus ſuis .
† 35 Domine , quando reſpicies ?
36 reſtitue animam meam à malignitate eorum :
37 à leonibus , unicam meam .
℣. 38. Pſal. XXI. 26
† 38 confitebor tibi in eccleſia magna :
39 in populo gravi laudabo te .
† 40 Non ſupergaudeant mihi qui adverſantur mihi iniquè ;
℣. 41. Pſal. LXVIII 5. CVIII. 3. CXVIII. 161. Thren. III. 52. Johan. XV. 25.
41 qui oderunt me gratìs , & annuunt oculis :
† 42 quoniam mihi quidem pacificè loquebantur ;
43 & in iracundia : terrae : loquentes , dolos cogitabant :
† 44 & dilataverunt ſuper me os ſuum :
45 dixerunt; *Euge euge: viderunt oculi noſtri.*
† 46 Vidiſti Domine , ne ſileas ;
47 domine ne diſcedas à me .
† 48 Exſurge , & intende judicio meo ,
49 Deus meus & Dominus meus in cauſam meam .
† 50 Judica me ſecundùm juſtitiam tuam Domine Deus meus : & non ſupergaudeant mihi :
℣. 51. Pſ. XXXIX. 16.
† 51 non dicant in cordibus ſuis ; *Euge euge animae noſtrae* :
52 nec dicant ; *Devoravimus eum* .
† 53 Erubeſcant & revereantur ſimul qui gratulantur malis meis :
† 54 induantur confuſione & reverentiâ qui magna loquuntur ſuper me :
℣. 55. Pſ. XXXIX. 17.
† 55 Exſultent & laetentur qui volunt juſtitiam meam :
56 & dicant ſemper ; *Magnificetur Dominus* ;
57 qui volunt pacem ſervi ejus .
† 58 Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuā:
59 totâ die , laudem tuam .

34 interdum vero præ iracundiâ ſtrictis dentibus
ſuis ſtridebant & perſtrepebant facientes contra me.
35 Domine , quando demum effectu monſtrabis in-
ſpicere hæc omnia ? 36 in priſtinam , quæſo , ſe-
curitatem reſtitue animam meam , ab eorum male-
ficentia liberatam : 37 & ab iſtiuſmodi leonibus libe-
ratam , in ſecuritatem reſtitue unicam ſolitariam &
deſertam ab omnibus animam meam . 38 qua de re &
ego tibi Domine debitas laudes profitebor palàm in ma-
gna hominum congregatione : 39 teque publicè lauda-
bo in confertiſſima populi turba . 40 Ne , quæſo , gau-
deant ſuper malo meo ii , qui iniquè inimicitias mecum
habent . 41 quique me fruſtra & ſine cauſa oderunt ; &
interim nutibus oculorum pacem ſimulant : 42 nam
mihi quidem pacata & amica verba loquebantur ; 43
ſed enim ira occulta terrenorum hominum , fraudolenta
verba loquentes , mente ſuâ excogitabant dolos mihi
tendendos ; 44 qui & latiſſimè aperuerunt os ſuum
cachinnantes contra me jamjam opprimendum : 45 di-
xeruntque ; Vah Vah ; optimè optimè : viderunt jam
tandem oculi noſtri quæ optabamus in eo . *46 Vidi-*
ſti & tu quoque eos Domine : ne ergo diutiùs ſileas , ſce-
lera tanta diſſimulans : 47 Domine ne , quæſo , a me
adjuvanda abſcedas ; neque deſeras . 48 Expergiſce-
re quodammodo à ſomno patientiæ tuæ Domine ; & at-
tende ad jus mihi dicendum : 49 in cauſam hanc meam
attende Deus meus & Dominus meus . 50 fac pro me
judicium , prout poſtulat juſtitia & magna miſericordia
tua Domine Deus meus : & ne , quæſo , ſuper mala mea
illi gaudeant inſultantes mihi : 51 & ne dicant de me
in cordibus ſuis ; Vah Vah ; bene bene eſt animo no-
ſtro ; res ſucceſſit ſecundùm deſideria noſtra : *52 &*
ne de me dicant ; Jam abſorbuimus ſanguinem ejus à
nobis fuſum . *53 Ejuſmodi ſpe ſuâ fruſtrati , erubeſcant*
& pudefiant pariter ii qui gaudent de malis meis : 54
induantque pudore & verecundia , qui magna & fa-
ſtuoſa verba loquuntur contra me . 55 E contrario au-
tem , exſultent & lætentur , qui amant juſtam hanc cau-
ſam meam , eique favent : 56 dicantque ſemper ita ;
Magnus agnoſcatur & prædicetur Dominus , *57 ita ,*
inquam , dicant quotquot volunt & deſiderant pacem
& ſalutem mihi ſervo Dei . 58 Et nunc maximè , cùm
me liberaveris ab adverſariis meis , lingua mea ex me-
ditabunda corde loquetur & prædicabit juſtitiam tuam
Domine : 59 totaque die eadem lingua mea ex cordis
meditatione loquetur laudem tuam .

ORATIONES.

MSS.
1 PRoteſtio ſaluſque animae noſtrae Deus , operi nos galeâ ſpei , & ſcuto inexpugnabilis munimenti : ut a te in cauſis noſtrae neceſſitatis adjuti , mereamur cum diligentibus te laetitiâ & exſultatione perfundi. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum .

Brev. Mozarab. fol. 160. *De Paſſione Domini.*
2 NE obdures Domine aurem tuam ad orationem Eccleſiae tuae ; in auxilium ejus accede : ut qui pro ea paſſus es paſſionum dura ſupplicia , invocantem eam tua Deitas non ſpernat : ut qui tuis paſſionibus conformatur , tuis quoque muneribus conſoletur . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum . ℟. *Amen* .

fol. 163. *Item de Paſſione.*
3 JUdica Domine nocentes nos ; & impugnantes nos ipſe expugna : ut qui proprio es impugnatus in corpore noſtro ; nunc nos (in) expugnabiles reddas , permanentes in corpore tuo . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 163. *Item de Paſſione.*
4 CHriſte Dei Filius , qui ſtridentium inimicorum dentibus non ēs commotus , ſed ſingulari patientiâ , & effraenis ſtridoribus ſpicula , & humanis languoribus porrigis medicinam : reſtitue tibi per veram poenitentiam animas noſtras : ut a te reſpecti , non feramur praecipites in irâ damnabiles ; ſed exemplo tuae paſſionis reddamur ad omnia mites . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 166. *Item de Paſſione.*
5 CHriſte Salvator noſter & Domine , quem inimici tui gratis oderunt ; cuique , & annuentes oculis , pacificè loquebantur : da nobis , ut & amicos in te , inimicoſque propter

ter te veraciter diligere valeamus: ut cum tu Dominus fueris ſolus in cauſâ noſtra, ſimplex ad omnes procedat noſtra conſcientia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 170. *Item de Paſſione.* • *ibi.* dono.

6 DA nobis Domine, ut mortificationem tuam circumferamus in corpore noſtro; qui nos vivificaſti in corpore tuo: ut cum moleſti nobis fuerint inimici, non eamus contra illos reddituri vindictam; ſed induti cilicio, noſtramque bumiliantes in jejunio animam, tibi * Domino in ſinu noſtro effuſam orationem deferamus acceptam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 177. *Item de Paſſione.*

7 DEus noſter & Domine Jeſu Chriſte, tu ſemper adeſto in cauſâ Eccleſiae tuae; per quam eam patienter diſcernas à caeteris; qui ſolus pro ea pertuliſti vulnera paſſionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 183.

8 LIbera nos Domine de contriſtatione & de flagellis peccatorum noſtrorum: ut non humiliemur ab inimicis Eccleſiae tuae: ſed praeſta nobis, ut tecum poſt tranſitum infinito jubilo jocundemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 188. *Item de Paſſione.* • *al.* aliquando. • *al.* convertere.

9 DOmine, qui olim in corpore noſtro pati dignatus es; quando ad nos reſpicies? & ad ſolitudinem atque implorationem noſtram * quando propitius * convertes obtutum? non moreris; nec tardes; jam intende; jam convertere; jam reſpice ut oratio noſtra, quae nunc in ſinum noſtrum pro ſecretorum ſuorum compunctione convertitur; ante conſpectum tuum purgato cordis ſui gemitu dirigatur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 189. *Item de Paſſione.* • *ibi.* amplectere.

10 SUrgentes in te Domine teſtes iniqui, quae ignorabas, interrogabant; quid enim ignorabas, qui eorum, qui te oderant, dolos ante proſpexeras; & futurorum praeſcius omnia praeſciebas? qui ergo interrogantium blaſphemias alto pietatis myſterio te ignoraſſe deſignas; ſcire nos veraciter, & * amplecti te facito; & redemptionis noſtrae myſteria plenâ fide cognoſcere; & ea ipſa interrogantibus inimicis cognita declarare. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 190.

11 DIc animae noſtrae Domine, *Salus tua ego ſum*. ne deſeras noſtra intima, dum ſe iniquitas prodiderit violenta: ſed nocentes nos, tu judica; tuâque poteſtate nos impugnantes expugna. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

fol. 190. *Item de Paſſione.* • *fortè*, contege.

12 AD defendendam hereditatem tuam tui ſanguinis pretio emptam, Domine Jeſu Chriſte, appreheode arma victricia: & exſurgens in adjutorium noſtrum, fidei nos munere ſcuto * corrige: ut mentem noſtram non queant ioimici jacula penetrare; ſed ipſum inimicum tu Rex noſter frameâ divinâ concide. & quia tu es animae noſtrae ſalus; id nobis petimus tribuas munus, ut mentis vigilantiâ te ſequamur; & onere peccati depoſito, ad promiſſorum tuorum bona perveniamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam &c.

fol. 209. *Item de Paſſione.*

13 DEus Dei Fili, adverſus quem exſurgentes iniqui, dum ignoranda interrogant, ſe ipſos * ignorantiâ caecitatis, reddentes tibi pro bonis mala: da nobis, ſic in tuis paſſionibus conlaetari, ut in caeleſtis gloriae curiâ mereamur coronandi admitti. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 283. *Item de Paſſione.*

14 DIc animae noſtrae Domine. *Salus tua ego ſum*. inimici quoque tui, qui adverſus te convenerunt, erubeſcant: & qui cogitant adverſus fidem tuam, per poenitentiam corrigantur. qui ergo innocens perpeſſus es inimicorum irriſiones & vulnera; noſtra in his ablue propitiatus peccata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 260. *Item de Paſſione.*

15 INimici tui, Domine, adverſus te convenerunt; non ut compungerentur poenitentiâ ſalutari; ſed ut ſoliti tentandum te adirent irriſione crudeli. qui ergo innocens perpeſſus es ioimicorum & inriſiones & vulnera; noſtra in his ablue propitiatus peccata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 300. *Item de Paſſione.*

16 MIſerere nobis Domioe, miſerere nobis: & in te confidentes exaudi: adverſantium arma confringe; & laqueos nobis deſtrue praeparatos: ut circumdati claritate caeleſti, non incidamus in foveam mortis: ſed parato corde tuam in populis exaltemus miſericordiam veritatis; qui pro nobis ſuſtuliſti opprobrium Crucis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 301. 302.

17 DIc animae noſtrae Domine, *Salus tua ego ſum*: quamque cernis imbecillitatis ſuae turbari contuitu, non ſinas in aeterno * eloquio: nec deſeras noſtra intima, dum ſe iniquitas prodiderit virulenta. ſed nocentes nos, tu judica teſtantes: nos impugnantes, expugna. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Ex Mozar. fol. 247.

18 DOmine quando reſpicies diceſque nobis: Salus veſtra ego ſum; & ad ſolitudinem atque implorationem noſtram quando propitius convertes? ad quam jam convertere Domine, & intende judicium noſtrum: & ipſe judicantes nos, fortis propugnator expugna: ut oratio noſtra, quae nunc io ſioum noſtrum pro ſecretorum tuorum compunctione convertitur; ante conſpectum tuum purgata cordis gemitu dirigatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam.

GLO-

GLORIFICATIO.

* Comment. hujus Pſalm. T.7. S. Hieronymi.

Lingua mea meditabitur juſtitiam tuam (Chriſte;) quia pro vita populi murtuus, non es in tartaro derelictus: totâ die laudem tuam, quia devictâ triumphans morte, in caelis es ſuſceptus à Patre. Cum quo tibi & Spiritu Sancto eſt honor & gloria. *Amen.*

XXXV.

In finem: ſervo Domini, ipſi David.

BEDA.

Senſus myſticus. Servo Domini *non alteri accipe quàm ei, qui cum in forma Dei eſſet, formam ſervi accepit, ſoſtus obediens uſque ad mortem.*

Totus pſalmus n perſona Prophetæ dicitur. In primo membro contempteres legis vebementer accuſat: eeſque dicit non habere portionem cum Domino, commemorans eorum impias voluntates: Dixit iuſtus ut delinquat in ſemetipſo. *Secundo, ſub laude Domini collata præmiorum dona deſcribit: eoſque Domus Domini dicit ubertate compleri: breviterque in ruina malorum pſalmus iſte concluditur:* Domine in caelo miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes.

Euſebius Cæſarienſis. *Redargutio impiorum cum Theologia* (hoc eſt, *cum doctrina de Deo.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus accuſatorius impiorum & iniquorum.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Cùm Saulis inſidiis urgeretur, hunc Pſalmum cecinit, eo præcipue tempore, cùm eum necare volens ſcyphum tantùm pro ſigno fidei, boſtemque proripuit.* Aliter, Propheta cum laude opera ipſius Judæi dicitur.

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm inſidiaretur cum Saul. Nobis autem objurgatio inimicorum noſtrorum, ac præterea ſermo de Deitate, verſ.* 24.

Fer. II. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *Petente eum Saule, & quomodo inierit cum eo fœdera. Præterea continetur in eo objurgatio in ſceleſtos & mentio Divinitatis, & nam. ver.* 16.

S. Hier. *Iſte Pſalmus perſona peccatoris deſignat, ſuperbiam notat, fontem æterni luminis monſtrat.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DIXIT INJUSTUS ut deliquat in ſemetipſo;
2 non eſt timor Dei ante oculos ejus:
† 3 quoniam dolosè egit in conſpectu ejus;
4 ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.
† 5 Verba oris ejus, iniquitas & dolus:
6 noluit intelligere ut benè ageret:
℣. 7. Oſeæ VII.6. Michæ. II. 1. † 7 iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:
8 aſtitit ÷ omni: viae non bonae:
9 malitiam ÷ autem: non odivit.
℣. 10. Pſ. LVI. 11. CVII. 5. † 10 Domine, in caelò miſericordia tua;
11 ÷ &: veritas tua, uſque ad nubes.
† 12 juſtitia tua, ſicut montes Dei:
℣. 13. Rom.XI. 33. 13 judicia tua, abyſſus multa.
† 14 Homines & jumenta ſalvabis Domine.
℣. 14. I. Timoth. IV. 10. 15 quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus!
† 16 filii autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt:
℣. 17. Pſ. LXIV. 5. † 17 inebriabuntur ab ubertate domûs tuae:
18 & torrente voluptatis tuae potabis eos.
℣. 18. Job XX. 17. Apoc. XXII. 1. † 19 quoniam apud te eſt fons vitae:
20 ÷ &: in lumine tuo videbimus lumen.
† 21 Praetende miſericordiam tuam ſcientibus te;
22 & juſtitiam tuam, his qui recto ſunt corde.
† 23 Non veniat mihi pes ſuperbiae:
24 & manus peccatoris non moveat me.
† 25 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem:
26 expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

In perpetuum decantandus Pſalmus, inſpiratus Davidi ſervo Domini. PROPHETA.
1 *Iniquus homo intra ſemetipſum & in corde ſuo cogitavit peccare:*
2 *quia non eſt ullus Dei timor coram oculis mentis ejus:*
3 *& quia coram eodem Deo omnia vidente veritus non eſt agere dolosè;*
4 *& eò uſque progreditur ut ejus iniquitas veniat in odium execrabile omnium.*
5 *Sermones oris ejuſdem iniqui hominis ſunt iniqui atque doloſi:*
6 *& noluit mente recogitare, ut benefaceret:*
7 *nocte quoque in ſuo lecto vigilans iniquum aliquid cogitavit:*
8 *adſuitque paratus & promptus ad capeſſendum quodvis genus vitæ non bonæ:*
9 *malitiam porro nec animo ſaltem eſt averſatus.*
10 *Domine in cælum uſque immenſa pertingit tua miſericordia erga peccatores:*
11 *ſed & fidelitas tua in dictis atque promiſſis altiſſima extenditur uſque ad nubes.*
12 *nam juſtitia tua magna eſt & incomprehenſibilis, ceu inacceſſibiles montes proceriſſimi, a te Deo creati:*
13 *& juſta decreta tua inſcrutabilia ſunt, ceù multa profunditas aquarum impenetrabilis.*
14 *Providentia tua Domine tum homines tum pecora ob interitu ſervabis, dans vitam & eſcam omnibus viventibus.*
15 *o quantùm multiplicaſti dona miſericordiæ tuæ Deus ergo animantia cuncta!*
16 *ſed filii Adam prætereo ſperabunt in tegumento & umbra alarum tuarum & tuitione tua:*
17 *qui velut inebriabuntur a pinguedine ineffabili bonorum domus tuæ:*
18 *eoſque plenè potabis deliciis tuis in modum torrentes copiosè fluentibus.*
19 *nam apud te eſt fons & ſcaturigo vitæ:*
20 *& per lumen a te datum veram nos videbimus lucem.*
21 *Extende itaque dona miſericordiæ tuæ in eos, qui te agnoſcunt & colunt:*
22 *tuæque juſtitiæ effectus extende ad defendendos eos, qui rectum animum habent.*
23 *Ne, quæſo, contra me veniat pes alicujus ſuperbi, ne me ſupplantet:*
24 *neque manus & operatio alicujus peccatoris me concutiat & fluctuare faciat.*
25 *Ibi apud te ſcilicet & coram oculis tuis corruerunt in perpetuam ruinam operantes id quod iniquum eſt:*
26 *expulſique ſunt ob uberrima domo tua, nec potuerunt ampliùs ad eam ſurgere, in eoque ſtare.*

ORA-

ORATIONES.

MSS.

1 CLarifica nos caeleſtis miſericordiâ, fons & origo luminis ſempiterni Deus: ut ubertate domûs tuae repleti, omnem iniquitatem & dolum cum procacitate ferocis ſuperbiae renuamus. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 16. 49. 69. 88. 250. * al. ſuperni luminis. fol. 89. 134. 259.

2 DOmine Deus, apud quem eſt fons vitae, & in cujus lumine aſpicimus lumen; enutri in nos tuae ſcientiae ſplendorem: ut ſitientibus nobis vitalem impertias potum; & caligantibus animabus * ſuperno lumine reſtituas intellectum. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

* al. regimine. fol. 167.

3 IN protectione alarum tuarum Domine filios hominum ſperantes, nequaquam detegas; ſed tamquam pullos, quò poſſimus ſupernis volatibus praeparari, fovendo enutrias: nec diripi nos laceratione inſidiantium ſinas; nec a nido Eccleſiae tuae avolare permittas: ſed dum nos * tegmine regis paterno, ad ubertatem domus tuae adjuti tuo veniamus auxilio. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

4 NOn veniat nobis, Domine, pes ſuperbiae; nec manus peccatorum peccato praevalente nos moveat: ſed ſperantes in protectione alarum tuarum, circumvolantium inſidiarum rapinis erepti, ab ubertate domus tuae ſancto eloquio repleamur; & torrente deliciarum tuarum, diſtributâ per Spiritum exundantis gratiae varietate, potemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 182. *De Paſſione Domini.*

5 NOn veniat nobis pes ſuperbiae, neque manus peccatoris moveat nos; ut qui paſſionem tuam veneranter accipimus; animam noſtram non ad poenam, ſed ad vitam facias pervenire perpetuam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 245.

6 DEus, apud quem eſt fons vitae; & in cujus lumine aſpicimus lumen; enutri, quaeſumus, in nos tuae ſcientiae ſplendorem: quò valeamus ad tui fontis accedere ubertatem. locos quoque diverſarum doctrinarum, contentos fluentis tuis, nobis collige propinandos: ut ſitientibus nobis vitalem impertias potum; & caligantibus animabus ſupernè lumen reſtituas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

7 ORamus te Domine, ut nobis nominis tui timorem inſinues; miſericordiam de caelo ſolitè largiaris; ſuperbiam a nobis, bonis tuis inimicam, auferas; atque omnem dolum avertas; noſque, ſacroſancti luminis tui cognitione illuminatos, regno tuo dignos efficias. *Amen*.

XXXVI.

✠ Pſalmus: ipſi David.

BEDA.

Quoniam plerique mortalium pro afflictione bonorum, & impiorum proſperitate turbantur adeo, ut non remuneratas in hac vita virtutes (non) deſiderent, & vitia conſectentur: ad hujuſmodi repellendum errorem Pſalmus iſte componitur; qui finem magis utrorumque conſiderandum crebra repetitione monet.

* Vide Commen. Pſ. CX. T. 7. S. Hieronymi.

*Per totum pſalmum Eccleſiæ vox introducitur, * alphabeti Hebræi ordine digeſtum, ita tamen ut ſextamdecimam litteram minus habeat. Prima poſitione commonet, ne malignantes quiſpiam debeat imitari: ſed quidquid boni ſperandum eſt, a Domino poſtuletur; qui novit & profutura concedere, & perenniter manſura præſtare:* Noli aemulari in malignantibus *& cætera. Secundâ, dicit peccatores maximo hic invidiæ cruciatione torqueri; quoniam in ſuis actibus nil ſimile boni ſe habere cognoſcunt:* Obſervabit peccator juſtum *& reliqua. Tertiâ, profitetur ſe juſtum numquam vidiſſe derelictum; malorum pœnas & præmia bonorum nulli jam commutatione permiſcens:* Junior fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum derelictum. *Prima poſitione continet litteras ſex: ſecunda ſeptem: tertia octo.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Ædificatur hoc Pſalmo fides eorum, qui pravorum temporali felicitate turbati ſuas virtutes intermittunt. Lege ad Sapientiam Salomonis.*

Pſalt. Syr. *De iis, qui dicunt, qua de re non ſumit Deus vindictam de inſolentibus, verſ.* 49.

Pſalt. Arab. *Admonitio, & documentum, & numerus verſ.* 23.

Feria II. ad Vigilias.

S. Hier. *Trigeſimus ſextus Pſalmus perſonam juſti glorificat, injuſti notat, mores inſtruit, bonitatem Dei docet, pravitatem evellit.*

PSALMUS EXHORTATORIUS.

Propheta. ℣. 1. Prov. XXIII. 17. XXIV. 1. 19. ℣. 2. Pſ. LXXII. 3.

1 NOLI AEMULARI in malignantibus;
2 neque zelaveris facientes iniquitatem.
† 3 quoniam tamquam foenum velociter areſcent:
4 & quemadmodum olera herbarum, citò decident.

Spe-

Pſalmus Davidi Inſpiratus. PROPHETA. 1 *Ne provoceris ad iram ob malignos homines honoribus atque divitiis florentes:* 2 *nec invideas aut imiteris ejuſmodi facientes id quod eſt iniquum.* 3 *quia tales homines citò exareſcent & conterentur, ſicut citò areſcit herba:* 4 *& citò marceſcent, & à ſua felicitate excident, ſicut citò marceſcunt olera virentia.*

† 5 Spera in Domino, & fac bonitatem:
6 ✠ &: inhabita terram;
7 & paſcêris in divitiis ejus.
† 8 Delectare in Domino; & dabit tibi petitiones cordis tui.
℣. 9. † 9 Revela Domino viam tuam,
Pſ. LIV. 23. 10 & ſpera in eo; & ipſe faciet:
Prov. XVI. 3. I. Petr. V. 7. † 11 & educet quaſi lumen juſtitiam tuam:
12 & judicium tuum tamquam meridiem.
13 ſubditus eſto Domino, & ora eum.
† 14 Noli aemulari in eo qui proſperatur in viâ ſuâ;
15 in homine faciente injuſtitias.
† 16 deſine ab ira; & derelinque furorem:
17 noli aemulari ut maligneris.
† 18 quoniam qui malignantur, exterminabuntur:
19 ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hereditabunt terram.
† 20 Et adhuc puſillum, & non erit peccator:
℣. 21. 21 & quaeres locum ejus; & non invenies.
Job VII. 10. XX. 9. † 22 manſueti autem hereditabunt terram:
℣. 22. 23 & delectabuntur in multitudine pacis.
Matth. V. 4. † 24 Obſervabit peccator juſtum:
25 & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.
† 26 dominus ✠ autem: irridebit eum:
℣. 26. Pſalm. II. 4. 27 quoniam proſpicit quòd veniet dies ejus.
† 28 Gladium evaginaverunt peccatores;
29 intenderunt arcum ſuum;
† 30 ut dejiciant pauperem & inopem;
31 ut trucident rectos corde.
† 32 gladius eorum intret in corda ipſorum:
33 & arcus eorum confringatur.
† 34 Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas:
℣. 35. Pſ. LIX. 15. † 35 quoniam brachia peccatorum conterentur;
36 confirmat autem juſtos Dominus.
† 37 Novit Dominus dies immaculatorum:
38 & hereditas eorum ✠ in aeternum erit.
† 39 non confundentur in tempore malo:
℣. 40. Pſ. XXXII. 19. 40 & in diebus famis ſaturabuntur.
41 Quia peccatores peribunt:
† 42 inimici verò Domini mox ùt honorificati fuerint & exaltati,
43 deficientes quemadmodum fumus deficient.
† 44 Mutuabitur peccator, & non ſolvet:
45 juſtus autem miſeretur, & tribuet.
† 46 quia benedicentes ei, hereditabunt terram:
47 maledicentes autem ei, diſperibunt.
† 48 Apud Dominum greſſus hominis dirigentur:
49 & viam ejus volet.
℣. 50. Prov. XXIV. 16. I. Corinth. IV. 9. † 50 cùm ceciderit, non collidetur:
51 quia Dominus ſupponit manum ſuam.
† 52 Junior fui, etenim ſenui;
53 & non vidi juſtum derelictum,
54 nec ſemen ejus quaerens panem.

totâ

5 ſed ſpem tuam fiduciamque collaca in Domino; & id quod bonum eſt facito: 6 & bono animo ibi peregrinus habita in terra, 7 & ſufficienter ad alendam vitam paſcêris copioſis fructibus ejuſdem terræ. 8 pone tu oblectamentum tuum in ſolo Domino; & dabit ipſe tibi quæcumque petierit ab eo cor tuum. 9 fidenter detege & expone Domino negotia neceſſitateſque vitæ tuæ; 10 & committens ei te, in eo confide; nam & ipſe faciet, quod tibi utilius erit: 11 & ſuo tempore in apertum proferet, ceu claram lucem, juſtitiam innocentiamque tuam, ſi fortè per calumniam fuerit denigrata: 12 & proferet palàm, ceu meridianum ſolem, juſtitiam cauſæ tuæ, & juſtam præ cæteris ſententiam. 13 interim ſubde te Domino; ne obmurmures, ſed tace ad ejus judicia: eique ſupplica. 14 Itaque ne provoceris ad iram ob eum, qui proſperos ſucceſſus habet in hac temporaria vita ſua; 15 ob hominem, inquam, vitæ proſperæ, qui res facit iniquas. 16 ceſſa ab ejuſmodi ira; conceptumque furorem derelinque: 17 ne provoceris ad æmulationem cum iſtiuſmodi hominibus malis, felicibus licèt; ne tu quoque eos imitando malus efficiaris, & malefacias. 18 quia ii, qui malefaciunt, citò interibunt morte perpetuâ: 19 qui verò patienter exſpectant ſibi opitulatorem Dominum, ipſi hæreditariò perpetuòque poſſidebunt terram, ut feriùs, cùm regnabunt in cælo & ſuper terram novam poſt diem judicii. 20 Et certè adhuc modicum tempus tranſibit, & poſtea non erit ampliùs in ſua felicitate peccator: 21 & cogitatione tuâ illius locum opulentum ſtatumque felicem quæres; nec opulentiam illam invenies nec felicitatem. 22 e contrario mites probique homines hæreditariò poſſidebunt terram, ei regnantes æternùm: 23 ſeſeque oblectabunt multâ pace ac felicitate perpetuâ. 24 Peccator attentè cogitabit & obſervabit hominem juſtum, ut illi noceat: 25 & dentibus ſuis frendet adverſùs eum. 26 ſed Dominus peccatorem illum deridebit: 27 quia prævidet, quòd citò veniet dies ultima ejuſdem peccatoris, in qua ſupplicio deſtinabitur æterno. 28 Peccatores eduxerunt gladium è vagina ferentes; 29 in ſuoque arcu nervum intenderunt; 30 ut emiſſis arcu ſagittis percuſſas in terram ſternant egenum & pauperem; 31 & ut evaginato illo gladio ſuo interficiant eos, qui recto ſunt animo modoque vivendi. 32 ſed gladius ipſe eorum, adverſùs juſtos evaginatus, ingrediatur in corda ipſorummet peccatorum juſto judicio Dei. 33 & arcus ipſe, ab eis contra pauperes tenſus, infringatur. 34 Melius utiliuſque eſt homini juſto parum quid & modicum alimentorum, quàm divitiæ multæ peccatorum. 35 nam brachia & robora peccatorum confringentur: 36 corroborat autem & ſublevat juſtos Dominus. 37 Dominus agnoſcit & approbat probum curſum dierum hominum, ſine macula flagitii & facinoris viventium: 38 eorumque hæreditas incontaminata & immarceſcibilis erit æterna. 39 ipſi immaculati homines tempore adverſitatis non ſuffundentur pudore ceu derelicti à Domino: 40 & in diebus, in quibus caritas & annonæ penuria fuerit, ipſi ſatiabuntur. 41 Cæterùm peccatores omnes peribunt: 42 & inimici Domini ſtatim ac fuerint glorioſi effecti & excelſi in hac vita, 43 conſumpti mox, cum tota illa gloria ſua conſumentur, ſicut fumus conſumitur & evaneſcit. 44 Peccator ab aliis mutuum accipiet, & non reddet debitum: 45 juſtus verò aliis miſericorditer dat, & benignè ſemper largietur. 46 nam qui Domino benedicunt & deſerviunt, hæreditariò poſſidebunt terram: 47 qui verò eidem Domino maledicunt blaſphemiis operibuſque malis, interibunt. 48 Greſſus actioneſque hominis juſti à Domino benè dirigentur & firmabuntur: 49 ejuſque juſti itineri vitæ benè volet Dominus, illudque vehementer amabit. 50 quare, cùm juſtus ceciderit, non perfractus collabeſcet: 51 quia viciſſim Dominus veluti ſuâ manu ſuppoſitâ ſuſtentat & firmat manum illius, ne penitus allidatur. 52 Fui ego olim puer & junior; ſiquidem nunc jam factus ſum ſenex: 53 & numquam ego David vidi hominem juſtum & eleemoſynarium penitùs derelictum à Deo; 54 nec umquam ego vidi ejuſmodi hominis proge-

℣. 55. Pſ. CXI. 9. † 55 totâ die miſeretur & commodat :
56 & ſemen illius in benedictione ⁜ erit :
℣. 57. Pſ. XXXIII. 26. † 57 Declina à malo ; & fac bonum : & inhabita in ſaeculum ⁜ ſaeculi :
† 58 quia Dominus amat judicium :
59 & non derelinquet ſanctos ſuos :
60 in aeternum conſervabuntur .
† 61 ⁜ Injuſti punientur :
62 & ſemen impiorum peribit .
℣. 63. Prov. II. 21. † 63 juſti ⁜ autem : hereditabunt terram :
64 & inhabitabunt in ſaeculum ⁜ ſaeculi : ſuper eam .
℣. 65. Prov. XXXI. 26. † 65 Os juſti meditabitur ſapientiam:
66 & lingua ejus loquetur judicium :
℣. 67. Deuter. VI. 6. Pſ. XXXIX. 9. CXVIII. 11. Iſai. LI. 7. † 67 lex Dei ejus in corde ipſius :
68 ⁜ & : non ſupplantabuntur greſſus ejus .
† 69 Conſiderat peccator juſtum : & quaerit mortificare eum :
† 70 dominus ⁜ autem : non derelinquet eum in manibus ejus :
71 nec damnabit eum cùm judicabitur ⁜ illi :
† 72 Eſpecta Dominum ; & cuſtodi viam ejus :
73 & exaltabit te ut hereditate capias terram .
℣. 74. Pſalm. XC. 74 cùm perierint peccatores , videbis .
℣. 75. Job V. 3. † 75 Vidi impium ſuperexaltatum ,
76 & elevatum ſicut cedros Libani :
† 77 & tranſivi , & ecce non erat :
78 & quaeſivi eum : & non eſt inventus ⁜ locus ejus :
† 79 Cuſtodi innocentiam ; & vide aequitatem
80 quoniam ſunt reliquiae homini pacifico .
† 81 injuſti autem diſperibunt ſimul :
82 reliquiae impiorum interibunt .
† 83 ſalus autem juſtorum , à Domino :
84 ⁜ & : protector eorum in tempore tribulationis .
℣. 85. Iſai. XXXI. 5. † 85 & adjuvabit eos Dominus ; & liberabit eos ,
86 ⁜ & : eruet eos à peccatoribus :
87 & ſalvabit eos , quia ſperaverunt in eo .

progeniem emendicantem alimenta neceſſaria , eiſque indigentem . 55 ejuſmodi juſtus eleemoſynarum erogator omni die miſericorditer aliis donat , & commodat vel dat mutuum : 56 & nihilominus progenies ejus ſemper in benedictione erit & abundantiâ rerum . 57 Itaque ceſſa & recede à re mala facienda ; & id quod bonum eſt facito : & ità inhabita terram , regnaturus ſuper eam in ſæcula ſempiterna . 58 nam Dominus diligit id quod eſt juſtum & rectum : 59 ſuoſque ſanctos miſericordes homines non derelinquet in ſuis neceſſitatibus : 60 qui ſancti ab eo cuſtodientur in æternum ſine malo . 61 Injuſti quidem è terra expellentur & punientur ; 62 impiorumque mala poſteritas , imitatrix malorum parentum , ab eadem terra exterminabitur & peribit . 63 at juſti tamquam hæredes perpetuò poſſidebunt terram in cælo regnantes : 64 & ſuper eam inhabitabunt in ſæcula ſempiterna . 65 Os juſti ex jugi cordis meditatione loquetur non ſtulta & vana , ſed cæleſtis ſapientiæ verba : 66 ejuſque lingua id , quod juſtum eſt & æquum , & cum judicia ſemper & prudentiâ loquetur : 67 nam in ipſius juſti mente & cordis affectu eſt lex Dei ſui . 68 & ideo greſſus actioneſque ejuſdem juſti non impedientur , ut deficiant & prolabantur à recta via . 69 Peccator callidè attendit & animadvertit hominem juſtum : & quærit , ut occidat eum . 70 ſed Dominus non derelinquet juſtum in peccatoris manibus & poteſtate : 71 nec juſtum illum condemnabit , cùm contra illum tamquam reum fiet à peccatore judicium , & ſententia proferetur . 72 Igitur patienter exſpecta , quæ tibi daturus eſt Dominus ; & interim cuſtodi viam rationemque vivendi , quam tibi ſervandam præcepit : 73 & ipſe te exaltabit , ut hæreditariò perpetuòque terram poſſideas . 74 cùm peccatores interibunt , tunc experimento videbis & peccatorum ſupplicia & præmia juſtorum . 75 Vidi ego impium robuſtum ſupra modum exaltatum , 76 eumque fortiſſimum & in altum elevatum inſtar altiſſimarum cedrorum montis Libani . 77 & paulò pòſt per eam viam tranſivi , quà illum videram ; & ecce (mirum dictu !) non erat ille ampliùs in ſublimitate ſua priſtinâ & altitudine : 78 illumque diligentiùs perquiſivi ; & non eſt repertus ne quidem locus & veſtigium excellentiſſimæ claritudinis ejus . 79 Cuſtodi ergò morum innocentiam & ſimplicitatem ; & aſpice ſemper in id quod rectum eſt & æquum , ut id tantùm cogites & facias : 80 quia homini , qui cum omnibus pacem habere curat , ſupererunt poſt hanc vitam virtutis ſuæ reliquiæ ſplendidæ , pax & fælicitas ſempiterna . 81 injuſti autem omnes pariter interibunt : 82 ſed & impiorum reliquiæ , decus ſcilicet & gloria , proles ac reliqua omnia , pariter peribunt . 83 Ceterùm juſtorum ſalus à Domino venit : 84 qui Dominus & eorum eſt fortiſſimus inſtar clypei protector opportunus tempore quo tribulantur : 85 & eis auxiliabitur Dominus : eoſque liberabit , 86 liberabit , inquam , eos , & eximet à peccatorum manibus ac poteſtate : 87 & eoſdem juſtos ab omni malo ſalvabit , eo quòd non in ſe ipſis , ſed in Deo omnipotente ſperaverint .

ORATIONES.

MSS. 1 BEatitudo omnium non incerta juſtorum Deus , qui Sanctos tuos non derelinquis in fame , nec in ſtadio tribulationum ſuperari permittis : precamur , ut eâ nos munias dexterâ , quam illis , ne corruant , velociter porrigis praeparatam. Per Dominum noſtrum *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 169. 2 OBſervat , Domine , peccator juſtum , inſidians fideliſſimum gregem tuum ad perdendum eum viventem ex fide , & de tua miſericordiâ praeſumentem . non ergo nos perituros derelinquas in manibus ejus ; qui propter nos ligno Crucis affixus es . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus , & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum . ℟. *Amen* .

fol. 392. 411. *De S. Laurentio M.* 3 TOtâ die , Domine , juſtus tuus miſeretur & commodat : qui in toto hujus mortalis vitae curriculo temporalia donat , ut aeterna recipiat . ſemen ergo ejus ſuper nos in benedictione fructificet : ut meritorum ejus partem habentes , praemiorum quoque illius mereamur eſſe participes . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

SAnet (Deus) omnes infirmitates mentium noſtrarum: nobiſque praeſtet toto corde erigere ſpem noſtram, & in ſe tribuat collocari: ut à peccatis liberati, mereamur, ipſo diſtribuente, etiam aeternitatis praemium adipiſci.

XXXVII.

*Pſalmus David. * in rememorationem + de Sabbato:*

*Pſ. LXIX. 1.

BEDA.

Senſus myſticus.

Dicendo In commemorationem, *hoc nobis titulus iſte pronunciat, ut quia peccatum omnimodis effugere non valemus, certè ut ab ejus frequentia temperemus, ſemper hoc ante oculos mentis habeamus; ut alibi dicit*, Et delictum meum coram me eſt ſemper. *Quod autem* De Sabbato *exponitur, quia pœnitens quilibet inter ſuorum vulnera peccatorum, æternæ ſemper quietis debet habere memoriam. Quidam hunc pſalmum ad beati Job hiſtoriam aptant: ſed * Hieronymo videtur illum ex pœnitentis alicujus, vel myſticè ex Domini Salvatoris perſona, paſſionis tempore cantatum.*

* Comment. hujus Pſalm. Tom. 5. S. Hieronymi.

Pſalmus iſte Pœnitentis quadrifaria diſtinctione dividitur. In prima miſericordiam movet arguentis Domini & benigni Judicis vita pœnalis: Domine ne in furore tuo arguas me. *In ſecunda, ſuum & corpus verbere ſulcatum, & animum dicit amicorum exprobratione ſauciatum:* Quoniam ſagittae tuae infixae ſunt mihi. *In tertia, medicina Salvatoris adjungitur: cum etiam inter adverſa ſpem Domino ſe commiſiſſe teſtatur, paratumque ſe ad flagella, & plus mereri quam patitur, aſſerit:* Quoniam in te Domine ſperavi *& cætera. In quarta, periculis omnibus exemptus, ſalutis ſuæ Deum profitetur auctorem:* Ne derelinquas me Domine Deus meus *& cætera.*

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina confeſſionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ezechias ægrotans Domino supplicat.* Aliter, confeſſio patientiæ, & virtus ad ſalutem. Lege Job.

Pſalt. Syr. *Davidi, cum dixerunt Philiſtæi Regi Achis: Iſte eſt David, qui interfecit Goliad; nolumus, ut abiſcum contra Saul. Præterea nobis modò inſtitutio confeſſionis, verſ. 42.*

Feria II ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *Mentio fit in eo Sabbathi. Præterea eſt gratiarum actio, atque prophetia, & numerus verſ. 44.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus oſtendit, ut ſi occidat infirmitas corporeæ fragilitati, non deſſiet requiri medicina cœleſtis.*

III. PSALMUS POENITENTIALIS AD PRECANDUM.

Propheta. ℣. 1. Pſalm. VI. 2.

1 DOMINE ne in furore tuo arguas me:
2 neque in ira tua corripias me.

℣. 3. Job VI. 4.

† 3 Quoniam ſagittae tuae infixae ſunt mihi:
4 & confirmaſti ſuper me manum tuam.
† 5 non eſt ſanitas in carne mea à facie irae tuae:

℣. 6. Pſ. VI. 3.

6 non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.
† 7 quoniam iniquitates meae ſupergreſſae ſunt caput meum:
8 & ſicut onus grave gravatae ſunt ſuper me.
† 9 putruerunt & corruptae ſunt cicatrices meae
10 à facie inſipientiae meae.
† 11 miſer factus ſum & curvatus ſum uſque in finem:

℣. 12. Job XXX. 28. Pſ. XXXIV. 14. XLI. 10.

12 totâ die contriſtatus ingrediebar.
† 13 quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus:
14 & non eſt ſanitas in carne mea.

℣. 16. Job. III. 24. Iſai. LIX. 11.

† 15 afflictus ſum & humiliatus ſum nimis:
16 rugiebam à gemitu cordis mei.

℣. 21. Job XVII. 7. Pſalm. VI. 8. XXX. 10. LXXXVII. 10. Thren. V. 17.

† 17 Domine ante te omne deſiderium meū:
18 & gemitus meus à te non eſt abſconditus.
† 19 cor meum conturbatum eſt:
20 dereliquit me virtus mea:
21 & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.

℣. 22. Job XIX. 13. 14. Pſ. XXX. 12. LXXXVII. 19.

† 22 amici mei & proximi mei adversùm me appropinquaverunt, & ſteterunt:

& qui

Pſalmus Davidi inſpiratus ad commemorationem ſuorum peccatorum. In Sabbato decantandus. PROPHETA. 1 *Domine ne, quæſo, in tuo veluti furore & ſeveritate coarguas & convincas me de peccatis meis:* 2 *& ne ex tua velut ira, nimia magna pœna me caſtiges.* 3 *Nam dolores pungentes, a te mihi inflicti, quaſi ſagittæ me penetrarunt:* 4 *& punitricem manum tuam gravi ictu & mora abfirmaſti ſuper me.* 5 *Non ineſt ſanitas ulla carni corporis mei cauſa tuæ erga me indignationis juſtiſſimæ:* 6 *& nulla eſt pax & quies interioribus meis cauſâ peccatorum meorum, quæ plagas tantas commeruerunt juſtiſſimè.* 7 *nam iniquitates meæ præ magno numero tranſcenderunt caput meum, inſtar excreſcentium aquarum, me ſubmergentes:* 8 *& gravis oneris inſtar, nimio pondere pœnarum aggravatæ ſunt ſuper me.* 9 *livores & ulcera mea fœtuerunt, & tabificâ ſanie putrefacta ſunt:* 10 *idque factum eſt cauſâ amentiæ illius meæ, quâ te Deum contempſi.* 11 *miſeriis afflictus ſum, & pœnarum pondere incurvatus ſum nimis & nunc uſque perpetuò:* 12 *totaque die mœrens ambulabam.* 13 *nam interiora animæ meæ repleta ſunt ardore fœdiſque ludibriis & ignominiis:* 14 *& nulla ſupereſt ſanitas carni corporis mei:* 15 *nimiſque afflictus ſum & depreſſus ſum:* 16 *ac inſtar leonis rugiebam præ grandi gemitu cordis mei.* 17 *Domine non te latet ſed in conſpectu tuo eſt omne deſiderium meum, & quid deſiderem:* 18 *nec eſt tibi occultus, ſed bene notus, continuus gemitus meus.* 19 *cor meum ſic perturbatum eſt, ut fluctuet conſcientia culpæ & formidine pœnæ:* 20 *meque deſtituit fortitudo mea:* 21 *& nec lux ipſa oculorum meorum mecum eſt præ fletu atque mœrore.* 22 *qui olim mihi erant chari & ſodales mei, e regione mei a longè tantùm appropinquaverunt mihi, & eminùs conſtiterunt:*

et pro-

Google

† 23 & qui juxta me erant, de longè ſteterunt:
24 & vim faciebant qui quaerebant animam meam:
† 25 & qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates:
26 & dolos totâ die meditabantur.
† 27 Ego autem tamquam ſurdus non audiebam:
28 & ſicut mutus non aperiens os ſuum:
† 29 & factus ſum ſicut homo non audiens;
30 & non habens in ore ſuo redargutiones.
† 31 quoniam in te Domine ſperavi.
32 Tu exaudies ✠ me: Dominus Deus meus.
† 33 quia dixi: *Ne quando ſupergaudeant mihi ✠ inimici mei*:
34 & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
℣. 35. Pſ. XXXIV. 15. † 35 quoniam ego in flagella paratus ſum:
36 & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
† 37 quoniam iniquitatem meã annunciabo:
38 ✠ &: cogitabo pro peccato meo.
† 39 Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ✠ ſuper me:
40 & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.
℣. 41. Pſ. XXXIV. 12. CVIII. 5. † 41 qui retribuunt mala pro bonis,
42 detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem.
† 43 Ne derelinquas me Domine:
44 deus meus ne diſceſſeris à me:
45 intende in adjutorium meum Domine ✠ Deus: ſalutis meae.

23 & propinqui & amici mei à longè ſteterunt, ſeſeque a me elongaverunt.
24 & interim qui quærebant mihi auferre animam & vitam, irruentes magnam mihi vim inferebant:
25 & qui inveſtigabant mala, quæ mihi facerent, locuti ſunt contra me vana & mendacia verba:
26 totaque die dolos excogitabant quibus me caperent ac perderent.
27 Ego verò ita me geſſi, quaſi eſſem ſurdus, & eorum mendacia non audirem:
28 & tacui, quaſi mutus qui non aperit os ſuum ad loquendum:
29 & diſſimulando factus ſum ùt homo qui non audiat;
30 & qui non habeat in lingua ſua redargutionis verba, quibus objecta ſibi crimina confutet.
31 fui autem ùt ſurdus & mutus, quia in te Domine totam ſpem meam & exſpectationem poſui.
32 Exaudies ergo me Domine:
33 quia in te ſperando, tibi dixi inter orandum: Ne, quæſo, aliquando gaudeant ſuper malis meis inimici mei & mihi inſultent.
34 ipſi etenim cùm vacillarent pedes mei, & res meæ nutarent, adverſùm me magna & ſuperba locuti ſunt verba.
35 & quia ego ad nova ſemper excipienda flagella & plagas paratus ſum, & ad hoc natus & deſtinatus ſum, dum in commotione continua verſor:
36 meuſque dolor jugiter coram me perſeverat, & numquam a me diſcedit.
37 & quia ſemper tibi confitebor iniquitatem meam:
38 & anxius atque ſollicitus cogitabo & contriſtabor de peccato meo, & pro eo abolendo & ſanando curam geram.
39 Cæterum inimici mei vivunt & bene valent, & robuſtiores facti ſunt, quàm ego:
40 & qui iniquè & ſine cauſa me oderunt, magno numero ſunt multiplicati.
41 qui reddunt mala pro beneficiis acceptis,
42 mihi adverſabantur & detrahebant, eo quod ego ſectarer id quod bonum eſt & juſtum.
43 Ne, quæſo, derelinquas me Domine:
44 Deus meus ne abſceſſeris & elongeris a me:
45 attende atque feſtina ad ferendum mihi auxilium Domine Deus ſalvator meus.

ORATIONES.

MSS. 1 EMitte ſalutare tuum infirmitatibus noſtris, vulnerum cicatricumque mortalium potentiſſime Medicator; ut omnem gemitum doloremque noſtrum coram te deplorantes, vacamus evincere inſultationes adverſantium vitiorum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 167. 2 DEus, ante cujus conſpectum nullius deſidera vel gemitus abſcondita ſunt; intende in adjutorium noſtrum, & amove à nobis furorem indignationis tuae: ut qui in te confidimus, non decidamus in laqueos inimici. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 168. De Paſſione Domini. 3 CHriſte Deus noſter, qui in corpore tuo & inludi & verberari te paſſus es; tu animam noſtram inluſionibus repletam ab omni pollutionum ſorde depurga: ut, verâ ſanitate habitante in carne noſtrâ, ad coronam mereamur pertingere deſtinatam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Fol. 195. Item de Paſſione. 4 INimici tui, Domine, vivent in poenis; quos deſtruxiſti potentiâ Crucis. non ergo ſuper Eccleſiam tuam ulterius confortentur, qui ſemel gloriâ tuae paſſionis evicti ſunt: ut membra tua vexillo Crucis erepta, & de hoſte victoriam capiant, & exoptata de ſpoliis hoſtium lucra conquirant. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.)

Fol. 253. 267. 5 DOmine ante te omne deſiderium noſtrum; & gemitus noſter non eſt abſconditus à te: praeſta ergo, quae deſideramus; & parce, quae geſſimus: ſimulque & fructum noſtris tribue deſideriis; & veniam concede peccatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 6 QUia graves ſunt pugnae carnis; tu Domine intende in adjutorium noſtrum; & eſto nobis ſalus in tempore tribulationis.

XXXVIII.

In finem : ipſi Idithun : Canticum David.

BEDA.

* I. Paralip. XXV. 3. Senſus myſticus.

Nomen Idithum *ſignificat, quod* canticum *hoc * chorus ipſius caneret. Et quia* Idithum *interpretatur* Tranſiliens eos; *ſignificat eum, qui mente terrena tranſcendit*, tranſilitque eos, *qui inhærentes humo, & curvati in terra, ea, quæ ima ſunt, cogitant; atque in excelſa mentis habitans, de vanitate ſæculi libera carmine philoſophatur. Et ne putares hunc quoque, quia preſſurarum meminit, eſſe pœnitentiæ pſalmum, ſubjunxit* Canticum David: cantare *enim lætantis eſt, interdum & dolentis, numquam verò pœnitentis. Notandumque, quia pſalmi, qui canticum in titulo habent, aliqua ſemper gaudia inter adverſa decantent.* Canticum *autem eſt, quantum ad muſicas artes pertinet, cum chorus libertate ſua utens, neque in conſonum organi aſtruitur obſequium; (ſed) hymno canoro tantùm vocis exultat:* Pſalmus *verò eſt, cum ceſſante voce humana, pulſus tantùm organi auditur concinentis: & ideo myſticè* pſalmus *actum operationis*; canticum *verò lætitiam mentis oſtendit.*

Idithum *iſte, vitiorum* Tranſilitor *formam nobis juſti hominis præbens; In Prima parte pſalmi contra inſidiantes inimicos utiliſſimè ſe tacuiſſe teſtatur; petens vitæ ſuæ finem cognoſcere, ſi forte incarnationem Domini etiam carnis oculis mereatur intueri*: Dixi; cuſtodiam vias meas. *Secundà, vanum probat eſſe timorem mortalium; quoniam ſunt omnia in poteſtate Domini conſtituta*: Verumtamen (in imagine pertranſit homo.) *Tertiò, rogat ut ejus delicta noxia dimittantur; quatenus vita ejus proſpero fine claudatur*: Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam.

Euſebius Cæſarienſis. *Interpellatio cum confeſſione.*

✱ Cardin Thomaſ. *Augentibus ſub Saule mœroribus hunc Pſalmum cecinit, qui plus exhortationis pro audientium profectu, quam pro ſe deprecationis haberet.* Aliter, Propheta increpat eos, qui divitias habent, & neſciunt cui dimittant eas.

Pſalt. Syr. *Oratio, & adhortatio ad cohibendam linguam a ſermone turpi, & viſum cuti uſque ſenſus, verſ. 32.*

Pſalt. Arab. *Documentum, & gratiarum actio pro Idithum, & num., verſ. 29.*

Feria II. ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus patientiam docet, ut refrenet homo os ſuum, obſeret ne per fatuitatem verborum incidat in peccatum, quia ſcit Propheta etiam de verbis otioſis rationem eſſe reddendam: docet etiam, ut eo theſaurizemus in ſæculo, quæ ad profectum pertineant animarum.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DIXI; *CUSTODIAM vias meas ut non delinquam in linguâ meâ.*

℣. 2. Pſal. CXL. 3. † 2 poſui ori meo cuſtodiam,

3 dum conſiſteret peccator adverſùm me.

† 4 obmutui ✠ & humiliatus ſum &: ſilui à bonis:

5 & dolor meus renovatus eſt:

† 6 concaluit cor meum intra me:

7 ✠ &: in meditatione mea exardeſcet ignis.

† 8 Locutus ſum in lingua mea; *Notum fac mihi Domine finem meum;*

℣. 9. Pſal. CXVIII. 34. † 9 *& numerum dierum meorum, quis eſt;*

10 *ut ſciam quid deſit mihi.*

† 11 Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos:

12 & ſubſtantia mea, tamquam nihilum ante te:

℣. 13. Pſ. CXLIII. 4. † 13 verumtamen univerſa, vanitas; omnis homo vivens.

DIAPSALMA.

℣. 14. Pſ. LXXII. 20. I. Corinth VII. 31. † 14 Verumtamen in imagine pertranſit homo.

15 ſed & fruſtra conturbatur:

℣. 16. Job XXVII. 17. Pſalm. XLVIII. 11. Proverbior. XXVIII. 8. Eccleſ. II. 18. 21. 26. V. 14. † 16 theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea.

† 17 Et nunc quae eſt exſpectatio mea? nonnè Dominus?

18 ✠ &: ſubſtantia mea apud te eſt:

† 19 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:

20 opprobrium inſipienti dediſti me:

℣. 21. Job XXXIX 34. † 21 obmutui ✠ &: non aperui os meum, quoniam tu feciſti.

℣. 22. Job IX. 34. 22 amove à me plagas tuas:

† 23 à fortitudine manûs tuae ego defeci.

24 In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem:

& ta-

In perpetuum decantandum, primùm traditum ad canendum Levitæ & Cantori Idithun, Canticum Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Statui apud me ita dicens;* Obſervabo omnes vias greſſuſque actionum mearum, ne peccem linguâ meâ. 2 *idcirco appoſui ori meo cuſtodiam ſilentii,* 3 *dum peccator ex adverſo mei ſteret contra me.* 4 *obmutui tunc, meque humiliavi & compreſſi, ne ſilui etiam a bonis verbis defenſionis meæ, ne fortè præterlaberer linguâ meâ:* 5 *& interim dolor meus interior innovatus eſt magiſque recruduit:* 6 *incaluitque magis cor meum in medio pectoris mei:* 7 *& cùm mea ego mala recogito, novus ſemper inteſtinus ignis exardeſcet, meque peruret.* 8 *Tunc locutus ſum quidem linguâ meâ, ſed ad Deum, ità dicens tædio vitæ hujus:* Oſtende mihi Domine terminum vitæ hujus meæ miſerrimæ; 9 & notifica mihi, quis ſit numerus, quantaque menſura dierum vitæ meæ; 10 ad hoc ut ſciam quid quantumque adhuc mihi ſuperſit vitæ. 11 *Ecce in brevi menſurâ comprehenſibiles & breves decrevisti dies vitæ meæ:* 12 *totaque mea ſubſtantia & firmitas vitæ meæ eſt velut nihil, & quaſi non ſit, coram te.* 13 *& certè omnia, quæ ſunt in hoc mundo, vanitas ſunt & res inſtabiles atque fugaces; & inter cætera maximè vana res eſt omnis homo vivens & ſubſiſtens in mutabili hac & inſtabili vita.* * 14 *Ad ſimilitudinem tantùm inanis imaginis & umbræ citò evaneſcentis, vitam hanc homo pertranſit:* 15 *ſed & in hac ipſa momentanea vita, variarum præterea cupiditatum atque curarum tumultu continuo conturbatur inutiliter & inaniter.* 16 *congregat homo multarum opum theſauros: & nihilominus neſcit, cui hæredi eos theſauros congregabit; & quis illos ſit poſſeſſurus.* 17 *Nunc ergò in tanta vanitate rerum, quid ego patienter exſpecto? nonne Dominum?* 18 *& ſanè tota vitæ meæ ſubſiſtentia firmitas atque ſpes apud te Domine repoſita manent.* 19 *Ab omnibus, quæſo, iniquitatibus meis libera me Domine.* 20 *jam enim ob iniquitates meas permiſiſti me ab homine ſtulto haberi dignum opprobrio & affici probris.* 21 *obmutui inter hæc probra, nec aperui os meum ſubmurmurando, quia tu es qui feciſti me, meque talia nuncuſque pati decreviſti.* 22 *ſed tolle a me flagella hæc tua:* 23 *præ forti enim manus tuæ percuſſione ego totus defeci, jamque ſum conſumptus,* 24 *Severis tu increpationibus caſtiga-*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

† 25 & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus.

26 verumtamen vanè ÷ conturbatur: omnis homo.

DIAPSALMA.

† 27 Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam:

℣. 29. I. Paralip. XXIX. 15. Pſ. CVIII. 19. II. Corinth. V. 6. Hebr. XI. 13. I. Petri I. 17. II. 11.

28 auribus percipe lacrymas meas.

† 29 ne ſileas quoniam advena ego ſum apud te;

30 & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

† 31 remitte mihi ut refrigerer;

22 priuſquàm abeam, & ampliùs non ero.

℣. 32. Job VII. 16. X. 20. XIV. 6.

*ſtigaſti hominem propter propriam iniquitatem: 25 ejuſque animae deſiderium bibendi res caducas contabeſcere feciſti, ſicut araneus tabeſcit, & humorem ſuum exhaurit in texenda ſua tela labore inutili. 26 & nihilominus adhuc vanè inutiliterque turbatur omnis homo. * 27 Audi, quaeſo, Domine orationem meam & ſupplicationem meam atque clamorem: 28 meiſque lachrymoſis precibus benignam aurem praebe. 29 ne videaris mihi obſurdeſcere atque ſilere, nullum dando benignam reſponſionem: quia coram te advena ego ſum ſuper terram; 30 ſumque hic peregrinus, & nulla eſt mihi mora; ſicut advenae quoque & peregrini fuerunt omnes progenitores mei, qui jam tranſierunt ex hoc mundo. 31 parce ergo mihi: meque relaxa a nimia perpeſſione dolorum atque terrorum conſcientiae, ut paululum refrigerer ab hoc aeſtu; & quietus reſpirem; 32 antequàm hinc morte diſcedam, & non ſubſiſtam ampliùs inter vivos.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicae cantilenae inter pſallendum.*

ORATIÓNES.

MSS. 1 CUſtodi Domine viam noſtram, ne delinquamus in lingua: ut in meditationibus noſtris, ſpiritualis igniculo ardeſcente, ea theſaurizemus in ſaeculo, quae te tribuente capiamus in caelo. Per Dominum noſtrum,

Brev. Mozarab. fol. 183. *De Paſſione Domini.* 2 CHriſte Dei Filius, qui opprobrium inſipientium ſactus es, amove à nobis flagella tua; & languoribus noſtris porrige medicinam: ut a te reſpecti non feramur praecipiti irâ damnabiles; ſed exemplo tuae paſſionis reddamur ad omnia mites. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 184. *Item de Paſſione.* 3 ECce, Domine, veteres ſunt poſiti dies noſtri; quia in vetere adhuc homine ambulamus, dum novitatem vitae non capiamus: operum ergo dignorum exhibitione nos amplia; qui fidei tuae nobis contuliſti vexilla: ut non veteres ſimus in actibus pravitatis, qui tuae nos credidimus (ut) viveremus gloriâ paſſionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 4 HIc remitte Domine, ſi quid deliqui; quia in inferno nulla eſt remiſſio; quia nec confeſſio valet. qui nos ab hujus ſaeculi ereptos peregrinatione, facere digneris cives Sanctorum, & domeſticos Dei Patris: ut aedificati ſuper firmiſſimum fundamentum in templum ſanctum, mereamur effici conformes corpori gloriae tuae. *Amen*.

XXXIX.

In finem. Pſalmus ipſi David.

BEDA

Saepè tritum eſt David *&* Finem *ſignificare Chriſtum; cujus membra pſalmum incipiunt; caput ipſe conſummat.*

Senſus myſticus. *Prima narratione gratias egit Eccleſia Gentium, quia de veternoſo mundi moerore liberata, ad novi Teſtamenti meruit gaudia pervenire:* Exſpectans exſpectavi Dominum; & intendit mihi. *Secundâ, ipſe Dominus loquitur, ſanctam incarnationem & juſtitiam ſuae praedicationis exponens; ab hoc Patris auxilium deprecatur, ut pericula paſſa a Judaeis illata devincere; confundi poſtulant inimicos, & laetari omnes qui ſperant in eum.* (Annunciavi & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.)

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio ejus, qui per Deum ſalvatus fuerit; & mentio de Eccleſia.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gloriationis in Domino.*

★ Cardin. Thomaſ. *Poſt* ... *de Babylone reverſus Domino gratias egit. Aliter, qui in trigeſimo octavo Pſalmo dixit:* Quae eſt expectatio mea, nonne Deus? *nunc in trigeſimo nono dicit:* Expectans expectavi Dominum, & reſpexit me; *Et qui ibi dixerat:* Exaudi orationem meam; *hic dicit.* Exaudivit preces meas. *Et Semel nomina eorum qui miniſtrabant. Item, de patientia Pauli, ubi Chriſtum praeannunciat. Lege in actis Apoſtolorum.*

Pſalt. Syr. *Davidis ad litteram, cum attulit in Domo Domini, Spiritualiter verò ſenſu gratiarum actio Deo a cultoribus, & Eccleſia, verſ. 45.*

Feria III. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *De fine, & agitur de Eccleſia, & numerus verſ. 17.*

S. Hier. *Hic Pſalmus in exordio vocem habet populi ex gentibus in haereditatem vocati: inde ipſius Mediatoris ad Patrem.*

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS, ET AD PRECANDUM.

Propheta. 1 EXSPECTANS EXSPECTAVI Dominum; & intendit mihi:

† 2 & exaudivit preces meas:

3 & eduxit me de lacu miſeriae, ÷ &:

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Valde exſpectans exſpectavi Dominum mihi ſubventurum; & ipſo inclinatus eſt atque attendit ad me, ſe exſpectantem: 2 & precem meam atque clamorem benignus audivit: 3 & extraxit me de miſeria & calamitatibus, quaſi de lacu quodam perſtrepentium aquarum, me obvolventium:*

℣. 4. 4 + & : de luto faecis :
Pſ. LXVIII. 3. † 5 & ſtatuit ſuper petram pedes meos :
℣. 5. 6 + & : direxit greſſus meos .
Pſ. XXVI. 5. LX. 3. † 7 & immiſit in os meum canticum novum,
8 carmen Deo noſtro .
℣. 9. Pſ. XXXIII. 3. LXIII. 10. † 9 Videbuut multi ; & timebunt & ſperabunt in Domino .
CXVIII. 74. † 10 Beatus vir cujus eſt nomen Dñi ſpes ejus;
11 & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas .
CHRISTUS. † 12 MULTA FECISTI tu Domine Deus meus mirabilia tua :
℣. 12. Job V. 9. IX. 10. 13 & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi .
℣. 13. Pſal. XCII. 6. † 14 annunciavi & locutus ſum ; multiplicati ſunt ſuper numerum .
℣. 15. I. Reg. XV. 22. Pſ. XLIX. 8. L. 18. Iſai. I. 11. LXVI. 3. Hebr. X. 5. 8. Iſ. I. LI. 7. Jeremiæ XXXI. 33. † 15 Sacrificium & oblationem noluiſti :
16 aures + autem : perfeciſti mihi .
† 17 holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti :
18 tunc dixi ; *Ecce venio* ;
† 19 (*in capite libri ſcriptum eſt de me*)
℣. 21. Deuter. VI. 6. Pſ. XXXVI. 31. CXVIII. 97. 20 *ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui* ,
21 *Et legem tuam , in medio cordis mei* .
† 22 Annunciavi juſtitiam + tuam : in eccleſia magnâ :
℣. 21. Pſ. XXXIV. 18. 23 ecce labia mea non prohibebo :
24 Domine tu ſciſti .
℣. 24. 25. 26. 27. Ad hunc modum diſtinguntur in Cod. Alexandrino ; in Codicetum Vatic. apud Apollinarium ſic : † 25 juſtitiam tuā non abſcondi in corde meo:
(Ecce labia mea non prohibebo .) 26 veritatem tuam & ſalutare tuum dixi .
(Domine tu ſciſti juſtitiam meam .) 27 non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo .
(Non abſcondi in corde meo veritatem tuam :) † 28 Tu + autem : Domine ne longè facias miſerationes tuas à me ;
(Et ſalutare tuum dixi .) 29 miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me .
† 30 Quoniam circumdederunt me mala , quorum non eſt numerus ;
31 comprehenderunt me iniquitates meae ; & non potui ut viderem :
℣. 23. Pſ. LXX. 15. ℣. 29. Pſ. LVI. 4. LX. 8. † 32 multiplicatae ſunt ſuper capillos capitis mei :
33 & cor meum dereliquit me .
† 34 complaceat tibi Domiue ut eruas me :
35 domine ad adjuvandum me reſpice .
℣. 36. Pſ. XXXIV. 4. LXIX. 3. † 36 Confundantur & revereantur ſimul qui quaerunt animā meā ut auferant eam:
37 convertantur retrorſum & revereantur qui volunt mihi mala .
℣. 38. Pſ. XXXIV. 23. 25. † 38 ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi ; *Euge , euge* .
† 39 Exſultent & laetentur ſuper te omnes quaerentes te :
℣. 40. Pſ. XXXIV. 27. 40 + & dicant ſemper; *Magnificetur Dñus,*
† 41 qui diligunt ſalutare tuum .
42 Ego autem mendicus ſum & pauper ; Dominus ſollicitus eſt meî .
43 Adjutor meus & protector meus tu es Deus meus ; ne tardaveris .

tium : 4 & quaſi ex luto limoſo , in quo fixus hærens emergere non poteram , ſic a necâ me miſeram eduxit : 5 meque inde eductum veluti in alta rupe pedes meos conſtituit , ut tutus eſſem : 6 meoſque greſſus ſtabilivit , ut rectè conſiſterem , & inoffensè ambularem . 7 & novo hoc beneficia novum canticum dedit in ore meo , 8 hymnum ſcilicet novo hoc argumenta cantandum ſibi Deo noſtro . 9 Hanc mei divinitus factam liberationem videbunt multi , & hinc magis timebunt Dominum & in eo ſperabunt . 10 Felix certè vir , cujus ſpes & confidentia eſt in Domino poſita ; 11 quique non aſpexit ad ſectandas vanitates & ſuperbias atque veſanias pompaſque mendaces . CHRISTUS. *12 Multa & copioſa eſſe feciſti opera tua admirabilia Domine Deus meus : 13 & non eſt quiſquam , qui ſimilis ſit Tui in mirabilibus cogitationibus & diſpoſitionibus tuis . 14 admirandos iſtos cogitatus tuos enarravi & locutus ſum enumerando ; & nihilominus multiplicati ſunt ſupra humanum numerum , & plures ſunt quàm ut narrari queant . 15 Tu Domine noluiſti amplius ſacrificium ſalutare ex animantibus , & oblationem ex rebus inanimatis ſecundum veterem legem , quæ per ſe placita non ſunt tibi : 16 ſed corpus integrum ex auribus cæteriſque membris aptaſti mihi , tibi offerendum pro ſanctificandis hominibus . 17 holocauſtum ex integra victima combuſta , & hoſtiam pro peccato non amplius petiviſti , nec tibi placuerunt ; impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata : 18 & tunc præfinito tempore abrogandæ legis veteris dixi :* Ecce in conceptione mea ingrediens mundum venio ; 19 (quemadmodum in ſumma & volumine libri ſacrarum Scripturarum ſcriptum eſt de me :] 20 venio, inquam, ut faciam, Deus meus, voluntatem tuam & placitum tibi ; id quod volui libentiſſime : 21 & legem tuam atque mandatum ſervare volui ex intimo cordis mei . *22 In frequenti hominum congregatione bonum ego nuncium prædicavi juſtitiæ tuæ , tum quâ juſtus es , tum quâ juſtificas impium : 23 ecce labia mea à tua laude & prædicatione numquam cohibebo : 24 id quod tu Domine benè noſti . 25 in animo meo non celavi juſtitiam tuam , quâ malis ſupplicia decernis , & præmia bonis : 26 ſed palam dixi & prædicavi fidelitatem tuam in minis atque promiſſis ; & eam , quam in hominibus exhibes ſalutem : 27 nec à quovis magno hominum cœtu tuam ego reticenda abſcondi miſericordiam , tuamque veritatem , quâ verax es in omnibus dictis atque promiſſis . 28 Tu igitur Domine ne prohibeas & ne longe abeſſe facias miſericordias tuas à me hoc temporis : 29 nam ſemper hactenus miſericordia tua & promiſſionum tuarum veritas ſuâ me ſubventione ſervandum ſuſceperunt . 30 Quoniam circumquamque me unve occurrerunt mala , quarum numerum computare nequit homo : 31 meque comprehenderunt pœnæ iniquitatum , quas veluti meas expiandas porto ; & quas [ut ita dicam] non potui perſpicere ac enumerare ; 32 nam multò plures factæ ſunt quàm capilli capitis mei ; 33 jamque defecit me vigor animi mei : 34 placeat idcirco tibi Domine , ut me à tantis malis liberes : 35 Domine attende atque feſtina ad adjuvandum me tempeſtivè . 36 Pudefiant & erubeſcant ſpe ſua fruſtrati omnes pariter , qui animam vitamque meam auferre mihi quærunt : 37 à me avertantur in fugam & terga mihi dent & erubeſcant , qui cogitant ac volunt inferre mihi mala : 38 reportent illico debitum ſibi pudorem , qui mihi inſultantes dicunt ;* Vah Vah . *39 Exſultent contrà ac lætentur in te tuoque favore omnes , qui te Domine quærunt & invocant : 40 dicantque jugiter ;* Magnus agnoſcatur & prædicetur Dominus , *41 ita , inquam , dicant omnes , qui ſemper diligunt ſalutem à te obtinendam deſiderantque à te ſalvari . 42 Cæterùm ego ſum egenus & pauper : ſed Dominus curam habet de me : 43 Auxiliator meus & inſtar ſcuti protector meus atque ſalvator tu es Deus meus ; ne ergo tardes auxilium mihi ferre atque ſalutem .*

ORA-

Digitized by Google

ORATIONES.

MSS. 1 EXſpectatio tuorum unica famulorum Deus, quem venturum in mundum, caput libri principalis edocuit; inſere, precamur, legem tuam in medio cordis noſtri: ut tuas juſtitias nunciantes, ab imminentibus periculis eruamur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Moza. fol. 169. *De Paſſione Domini*. 2 DEus Dei Filius Chriſte, qui tempore paſſionis tuae, dum multiplicantur ſuper capillos capitis tui qui oderunt te gratis, exſolvis ea quae non rapuiſſe probaris; tu nos a numeroſitate peccaminum libera, quò & ſuper numerum capillorum noſtrorum copia virtutum excreſcat, & debita nobis poenalis exſolutio impenſione tuae miſerationis effugiat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui ea benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 195. *Item de Paſſione*. 3 PLaceat tibi Domine liberare nos de manu hoſtium; & confundantur & revereantur quaerentes deglutire nos: in auxilium nobis occurre, qui factus es noſter adjutor: ut non erubeſcamus in actibus pravitatis, qui tua nos credimus innovatos gloriâ paſſionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

XL.

In finem: Pſalmus ipſi David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Verba iſta frequenti uſu nobis jam debent notiſſima eſſe: ſed ut breviter dicta tangamus, omnia diriguntur ad Dominum Chriſtum. Magnificat autem hunc pſalmum, quòd in quadragenario numero noſcitur collocatus: qui calculus emundationi & purificationi frequenter aptatur.*

Primo ingreſſu Propheta loquitur, beatum eſſe prædicans eleemoſynæ largitorem; multiplici eum benedictione concelebrans: Beatus qui intelligit *& reliqua. Secundo glorioſam Dominus ſuam memorat paſſionem:* Inimici mei dixerunt mala mihi. *Tertio, ad confirmandam ſpem fidelium, ſuam nihilominus reſurrectionem prædicit:* Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me *&c.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de Chriſto, & de Proditore (Juda.)*

S. Athanaſius. *Pſalmus beatitudinem proclamans.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Infirmitas, & curatio prædicitur Ezechiæ, & quòd occaſione languoris latentes inimici detecti ſunt, inſultando: quòdque ipſa ægrotatio in devotionem ejus profecerit.* Item, vox Chriſti de paſſione ſua, & de Juda traditore. Legendus ad Eſaiam. Aliter, quilibet Chriſtianus contra immundum ſpiritum, & hominem fæcis ſuæ, idest carnem, profatur.

Pſalt. Syr. *Davidis, quando ſtatuit proviſores ad curandos pauperes: & prophetia de Chriſto, deque Iſcariota. verſ. 28.*

Pſalt. Arab. *Prophetia de Incarnatione, & ſalutatione Judæ, num. verſ. 26.*

Feria III. ad Vigilias. S. Hier. *Iſtum Pſalmum Propheta per Spiritum Sanctum in perſona Chriſti cecinit. Pſalmus vocem continet Prophetæ de Chriſto pronunciantis in initio: deinde ipſius Mediatoris loquentis ad Patrem, quæ manifeſtè ſunt in Evangeliis impleta.*

PSALMUS LAMENTATIONIS.

Propheta. 1 BEATUS QUI INTELLIGIT ſuper egenum ✠ & pauperum:
2 in die mala liberabit eum Dominus.
† 3 Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra:
4 & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
† 5 Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ✠ ejus:
6 univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.
† 7 Ego dixi; *Domine miſerere mei*:
8 *ſana animam meam, quia peccavi tibi*.
CHRISTUS. † 9 INIMICI MEI dixerunt mala mihi;
10 *Quando morietur, & peribit nomen ejus?*
† 11 & ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur:
12 cor ejus congregavit iniquitatem ſibi:
† 13 egrediebatur foràs, & loquebatur inidipſũ
† * adversùm me.
14 ſuſurrabant omnes inimici mei adversùm me:
15 cogitabant mala mihi: ver-

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi Inſpiratus. PROPHETA. 1 *Felix, qui cogitat de egeno & paupere, ut miſereatur eorum:* 2 *in tempore malorum liberabit eum Dominus a malis.* 3 *Dominus meus, quæſo, cuſtodiat ejuſmodi eleemoſynæ largitorem, & vivum & incolumem reddat eum; & felicem eum faciat in terra:* 4 *eumque non tradat animo & voluntati ac manibus inimicorum ſuorum.* 5 *Dominus meus, quæſo, auxilietur illi in lecto, ubi jacuerit præ ſuo dolore & infirmitate:* 6 *in ægritudine enim hominis ejuſmodi tu Domine conſuevisti totum ſtratum ejus vertere & commutare in ſanitatem, vel certè ſternere, ut molliùs quieſceret.* 7 *Ego autem cùm ægrotarem dixi;* Domine miſerere mei: 8 ſana animam meam ægrotantem, eo quod in te Deum peccaverim. 9 *Inimici verò mei tunc mihi ægrotanti locuti & imprecati ſunt mala, dicentes de me;* 10 Quando tandem iſte morietur, & ſimul cum morte abolebitur nomen ejus? 11 *& ſi in cubiculum meum eorum aliquis intrabat, ut me ægrotum inviſeret, vana & conficta commiſerationis verba loquebatur:* 12 *ſimulque ipſius animus ſibi ipſi introrſum congregavit iniquum aliquod contra me.* 13 *tum exibat foras ex cubiculo meo, & unà ſimul cum aliis adverſùm me loquebatur & detrahebat.* 14 *clam murmurabant adverſùm me omnes inimici mei:* 15 *& cogitabant mala contra me:*

† 16 verbum iniquum conſtituerunt adverſùm me.
17 ✤ numquid: qui dormit, non adjiciet ut reſurgat?
✠. 18. 19. Job XIX. 19. Pſal. LIV. 14. 15. Jerem. XX. 10. Joan. XIII. 18.
† 18 Etenimhomo pacis meae in quo ſperavi,
19 qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.
† 20 Tu autem Domine miſerere mei; & reſuſcita me: & retribuam eis.
† 21 in hoc cognovi quoniam voluiſti me;
✠. 22. Actor. I. 26.
22 quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
† 23 me autem propter innocentiam ſuſcepiſti;
24 & confirmaſti me in conſpectu tuo in aeternum.
† 25 Benedictus Dominus Deus Iſrael,
26 à ſaeculo & uſque in ſaeculum. Fiat, fiat.

16 ac rem tandem iniquam ac diabolicam diſpoſuerunt contra me. 17 At numquid, qui decumbit in lecto agrotus, non addet ut è ſuo lecto iterum ſurgat incolumis? 18 Sed & homo pacificus meus & amicus, de quo confidebam, 19 quique manducabat panes meos, levato contra me calcaneo ſuo, magnam in me fecit conculcationem & proditionem. 20 Tu autem Domine miſerere mei; & iterum me ſurgere facito; & inimicis illis ego reddam quod merentur. 21 in eo ego recognovi, quòd mihi benè volueris meque dilexeris; 22 quòd inimicus meus gaviſurus non erit de me, nec mihi inſultaturus. 23 porro propter innocentiam meam me tuâ veluti manu excepiſti & adjuviſti: 24 meque firmiter ſtatuiſti ante faciem tuam in aeternum. 25 Benedictione & laude dignus eſt Dominus Deus, in quem credit Iſraeliticus populus; 26 laudabili ſemper ab hoc ſaeculo uſque in aeternum. Ita fiat: ita fiat.

ORATIONES.

MSS. 1 NOſtrorum peccaminum mitis indultor aeterne Deus, qui dignanter inſinuas effugere diem malum, ſi miſericordia ſubſequatur egenum: fer opem, quaeſumus, doloribus noſtris: ut dum carnalia delicta clementer arguis, medicinam animae placabiliter largiaris. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 184. *De Paſſione Domini.* 2 CHriſte Dei Fili; adverſus quem & inſuſurrantium inimicorum labia mota ſunt, & contra quem verbum iniquum falſis fictionibus formaverunt; tu nos ab omni tentationum genere, protectionis tuae munimine tege: ut per te ſuſurris non cedamus adverſis; qui ſemper vincis in nos potentiâ Deitatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 193. 3 INimici tui, Domine, cupientes de terra perdere nomen tuum, mala de te locuti ſunt, dicentes; *Quando morietur*? nomen videlicet volentes perdere Chriſtianum. ſed tu Domine, cujus promiſſum fidele tenemus, quòd permaneas nobiſcum uſque ad conſummationem ſaeculi, miſerere nobis; & reſuſcita nos propter innocentiam fidei, quâ in te credimus; ut non gaudeat de nobis inſatiabilis inimicus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

XLI.

In finem: intellectus: filiis Core.

BEDA.

Senſus myſticus. Filii Core, *ſicut* Eman, Ethan, Aſaph, *&* Idithum, *non Pſalmigraphi, ſed Cantores fuere: a David quidem ad pſalmodiam electi; ſed ob ſignificantiam nominum Titulis congruenter affixi.* Core *ergo dicitur* Calvariæ; *in cujus nominis loco Dominus eſt crucifixus, & ideo* Filii Core *merito dicuntur, qui paſſionis illius vexillo tota devotione famulantur. Pſalmuſque hic omni convenit Chriſtiano, qui flamma Dominicæ charitatis accenditur. Meminiſſe enim debemus, quòd* * *beatus Hieronymus ait*; Omne Pſalterium ſagaci mente perluſtrans, nuſquam invenio, quòd filii Core aliquid triſte cantaverint; ſemper enim in pſalmis eorum læta ſunt & jucunda; ſæcularibuſque contemptis, cæleſtia & æterna deſiderant, congruentes interpretationi nominis ſui.

* In expoſitione Pſ. XLI. Epiſt. 26. T. 9. S. Hieron.

Filius Core, *quem diximus Crucis honore ſignatum, prima profeſſione pſalmi hujus omne deſiderium mentis ſuæ ad Dominum dicit eſſe translatum*: Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum. *In ſecunda inquitur animæ ſuæ, dicens eam in hoc ſæculi ſalo non debere turbari; quia Deus eſt ipſius ſixa deliberatione ſuffugium*: Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me? *& reliqua*.

Euſebius Cæſarienſis. *Supplicatio Prophetarum ſuper rejectione gentis Judæorum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus glorianium in Domino.*

✠ Card. Thomaſ. *Populus in Babylone captivus Patriæ memor erat.* Aliter, ante Baptiſmum vox Chriſti ad eos, qui fidem ſunt conſecuturi. Lege ad Eſaiam.

Pſalt. Syr. *Supplicatio Prophetarum: eſtque Pſalmus, quem David canebat, dum exularet, cupiens redire Hieroſolymam, verſ. 28.*

Feria III. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *Pro Judæis, qui lapſi ſunt, & numerus verſ. 22.*

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Eccleſiæ, ſive fidelis viri Deum deſiderantis.*

PSAL-

PSALMUS DESIDERII CUM LAMENTATIONE.

Propheta.

1 QUEMADMODUM DESIDERAT cervus ad fontes aquarum:

℣. 2. Pſ. LXXXIII 3.

2 ita deſiderat anima mea ad te Deus.

† 3 Sitivit anima mea ad Deum : fortem : vivum :

℣. 3. Pſ. LXII. 2.

4 quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

℣. 5. Pſ. LXXIX. 6. CI. 10.

† 5 Fuerunt mihi lacrymae meae, panes die ac nocte,

℣. 6. Pſ. LXXVIII. 10. CXIII. 2.

6 dum dicitur mihi quotidie; *Ubi eſt Deus tuus?*

† 7 Haec recordatus ſum, & effudi in me animam meam;

℣. 7. Pſ. LXXVI. 7. CXLII. 5.

8 quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei,

℣. 9. Iſai. XXX. 29.

† 9 in voce exſultationis & confeſſionis, ſonus epulantis.

℣. 10. Pſ. XLII. 5.

† 10 Quare triſtis es anima mea? & ÷ quare: conturbas me?

℣. 11. Pſ. CXIV. 7.

† 11 ſpera in Deo quoniam : adhuc : confitebor illi:

12 ſalutare vultûs mei ÷ &: Deus meus.

† 13 Ad me ipſum anima mea conturbata eſt:

14 propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

℣. 15. Jerem. IV. 10 Ezechiel. VII 25.

† 15 abyſſus : abyſſum : invocat in voce cataractarum tuarum:

℣. 16. Pſ. LXXXVII. 8.

† 16 omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

℣. 17. Pſ. CXXXII. 3 Job XXXV 10. Pſ. LXII 7. CXVIII. 55.

† 17 In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum ejus.

Col. Patr. In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam & nocte declarabit.

† 18 Apud me oratio Deo vitae mae:

† 19 dicam Deo; *Suſceptor meus ÷ es: *quare oblitus es mei?*

20 ÷ *&: quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus?*

℣. 20. Pſ. XXXVII. 7.

† 21 Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me, inimici mei;

† 22 dum dicunt mihi per ſingulos dies; *Ubi eſt Deus tuus?*

23 Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

† 24 ſpera in Deo quoniam : adhuc : confitebor illi:

25 ſalutare vultûs mei : & : Deus meus.

LIBER SECUNDUS PSALMORUM ſecundum Hebraeas.

In perpetuum decantandus Pſalmus, plenus intelligentiæ, datus olim concinendus Levitis Cantoribus de progenie Core. PROPHETA. 1 *Sicut*
cervus, curſu & æſtu fatigatus, deſiderat & anhelat
ad fontes aquarum: 2 ſic anima mea perturbationum
æſtu fatigata deſiderat & anhelat ad te Deum. 3 Anima mea flagrans ſitivit ac deſideravit ardenter Deum
fortem ac viventem: 4 & quando demum ibo & comparebo conſpectui Dei? 5 Fuerunt mihi quotidie per
diem & noctem lacrymæ meæ ut quotidianus cibus, 6
cùm mihi quotidie ab inimicis diceretur; Ubinam eſt
jam Deus tuus, à quo ſperabas auxilium? 7 *Horum ego*
verborum hæc mihi exprobrantium recordatus ſum: &
in pectus meum effudi animi mei vota, ſuſpiria ac ſenſa bonæ ſpei; 8 quòd aliquando tandem tranſibo &
vadam ad locum habitaculi, admirando opere conſtructi,
& ad domum ipſam uſque Dei; 9 tranſibo, inquam,
illuc cum voce exſultante & profitente laudes Dei, ubi
ſonus reſonat populi feſta celebrantis. 10 Quare ergo
mæſta incurvaris anima mea? & cur me mœrore perturbas? 11 exſpectans ſpera in Deo, quòd etiam denuo
ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius: 12 qui ſalvator eſt & liberator faciei meæ à lacrymis & mæſtitiâ, & Deus eſt meus, qui ad ſui cultum me vocavit.
13 In me ipſo anima mea turbata eſt: 14 ob quam
contriſtationis meæ cauſam, ſaltem tui Domine recordabor ex hac regione circa Jordanem, ubi exul ago, &
ex hoc parvo monte Hermoniim in extremis finibus terræ ſanctæ. 15 calamitas namque una calamitatem
aliam in me nunc attrahit, ſicut immenſitas una profunda aquarum, profundam aliam aquarum immenſitatem
advocat ad ſtrepitum præruptorum imbrium, ex alto
cœlo tuo ruentium in tumidos torrentes: 16 omneſque
alti gurgites illi tui & undæ illæ tuæ tribulationum,
quæ tua voluntate fiunt, ad me tranſierunt, meque
ſubmerſerunt. 17 Sed ecce mandavit Dominus de miſericordia ſua, mihi aliqua tandem die conferenda, ut in
domum ipſius redeam: & tunc noctu quoque erit in ore
meo canticum ejus. 18 Interim in hoc exilio meum
jugiter erit oratio ad Deum authorem vitæ meæ: 19
dicamque Deo; Tu es, qui me labentem excipis; quare ergo nuncuſque videris velut oblitus mei? 20 &
quare triſtis incedo affligente me jugiter inimico? 21
Cum confringerentur oſſa mea, probris quoque me afficiebant affligentes me inimici mei; 22 cùm nimirum
ad me quotidie dicebant; Ubi eſt, in quem confidebas,
Deus tuus; qui de iſtis te malis eripiat? 23 *Quare*
mæſta incurvaris anima mea? & cur me mœrore perturbas? 24 exſpectans ſpera in Deo, quòd etiam denuo
ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius; 25 qui Salvator eſt & liberator faciei meæ à lacrymis & mæſtitiâ
& Deus eſt meus, qui me condidit atque gubernat.

ORATIONES.

MSS. 1 VUltûs noſtri mirificum ſalutare Deus; quem animae fidelium ardenter ſitiunt ſervulorum; tribue quaeſumus, ut dum te viſibili lacrymarum imbre paſti requirimus, inviſibiliter te intra pectoris noſtri tabernaculum collocemus. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 166. 2 DIrige nos in via tua; & ſitientibus nobis ſapientiae fontem benignus oſtende: ut nimiâ triſtitiâ careamus; & aeternae vitae dulcedinem hauriamus. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 157. 3 CHriſte ſuſceptor noſter non obliviſcaris noſtri; neque in triſtitiam vertas animas noſtras: & qui conturbant nos, convertantur; & quaerant nomen ſanctum tuum: ut cum in utriſque fueris glorificatus, demus gloriam nomini ſancto tuo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 63. 236. 371. 4 DEus, qui tuam in die mandas miſericordiam, & in nocte declaras: quaeſumus, ut in die nos protegas ad ſalutem; & in nocte defendas ad requiem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. IN Deo noſtra ſit ſpes ſemper attenta. Ipſe omnes fluctus mitiget: ipſe nos in tentationibus conſervet: ipſe ſitim noſtram ſuâ contemplatione ſatiet; noſque vultûs ſui ſalutari vivificet.

XLII.

✝ *Pſalmus David:*

BEDA.

Senſus myſticus. David *indicat Chriſtum, ad quem ex perſona fideliſſimi Chriſtiani pſalmus iſte dirigitur; nam ſicut ſuperior (Pſalmus) ob amorem Domini docet omnia debere contemni; ita & hic, ut mundi tribulatio deprimat, in atriis Domini præmenet eſſe gaudendum.*

Pſalmus iſte cuique fidelium congruit: qui in prima capite Dominum deprecatur, ut in adventu noviſſimi examinis ab infidelium conſortio liberetur: Judica me Deus *&* *cætera. Secunda, intraitum ſe conſidit ad Domini altare habiturum; ubi beatis ſolum acceſſus eſt: & idea moleſtiis hujus mundi animam ſuam dicit non eſſe turbandam; quia (ſpe) ſuperni jam muneris gloriatur:* Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui laetificat juventutem meam.

Euſebius Cæſarienſis. *De eodem. (hoc eſt, Supplicatio Prophetarum ſuper rejectione gentis Judæorum.)*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Populus, ut ſuprà.* Aliter, ad eos, qui fidem ſunt conſecuti a Chriſto: vox Eccleſiæ.

Pſ. It. Syr. *Davidis, cum indicavit illi Jonathan, velle Saulem occidere eum; Et ſupplicatio Prophetarum; continuit etiam Judæos, verſ. 14.*

Pſ. It. Arab. *Precatio pro Judæis, qui lapſi ſunt; & numerus verſ. 12.*

Feria III. ad Matutinum. S. Hier. *Iſte Pſalmus, licèt in aliquibus verſiculis paſſionem Dominicam ſignet; tamen vocem habet animæ fidelis, lucem hujus mundi, id eſt Chriſtum deſiderantis.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 JUDICA ME DEUS; & diſcerne cauſam meam de gente non ſanctâ:
2 ab homine iniquo & doloſo erue me:
† 3 quia tu ✝ es: Deus fortitudo mea.
4 Quare me repuliſti?
✝. 5. Pſ. XXXVII. 7. XLII. 10. 5 & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?
† 6 Emitte lucem tuam & veritatem tuam:
7 ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum,
8 & in tabernacula tua.
✝. 9. Pſ. XXV. 6. † 9 & introibo ad altare Dei;
10 ad Deum qui laetificat juventutem meã:
† 11 confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.
✝. 12. Pſ. XLI. 12. 12 Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
† 13 ſpera in Deo quoniam: adhuc: confitebor illi:
14 ſalutare vultûs mei: &: Deus meus.

Pſalmus inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Judex eſto mihi Deus; & expende cauſam & diſceptationem hanc meam de gente non ſancta, & ſine miſericordia me perſequente: 2 meque libera ab homine iniquo atque doloſo: 3 tu enim Deus es is, qui me corroboras. 4 Quare ergo ita mecum agis, ac ſi a te me repuliſſes? 5 & quare mærens incedo, cùm me jugiter affligat inimicus? 6 Emitte jam tandem lumen illud tuum exhilarans, & fidelitatis illius tua in promiſſis præſtandis effectum: 7 hæc enim lux tua atque fidelitas recto me itinere ducent, & introducent ad montem ſanctum tuum Sion, 8 & ad habitacula illa tua ſancta domûs tuę. 9 & ibi ingrediar ad altare Dei, ſacrificia mea oblaturus; 10 & introibo & accedam ad Deum, qui lętificat juventutem meam nunc mærentem. 11 ac tum citharę ſono debitas tibi laudes profitebor Deus Deus meus. 12 Quare ergo mæſta incurvaris anima mea? & cur me mærore perturbas? 13 exſpectans ſpera in Deo, quòd etiam denuo ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius: 14 qui ſalvator eſt & liberator faciei meę a lachrymis & mærore, & Deus eſt meus, in quo confido.*

ORATIONES.

MSS. 1 TE fontem perpetui luminis, omnipotens Deus, invocamus, & quaeſumus: ut emiſſâ veritate tuâ cordibus noſtris, novae non lucis tuae claritate perfundas. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Moza-rab. fol. 103. 130. 2 EMitte lucem tuam & veritatem tuam Domine Deus noſter; ut ſplendor divinitatis tuae caliginem mentis noſtrae enubilet; & vera humanitatis aſſumptio, humani generis ſit manifeſta redemptio: ut dum verus Deus veruſque homo in nobis atque pro nobis oſtenderis,

opus

opus tuum omnipotentia eripiat ab hoſte captivos; & enutriat miſericordia jam redemptos. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 182. 3 SPerantes in te Domine non contriſtemur; ut nec animam noſtram conturbes, nec a tuo grege ſepares: ſed ſperantes in te, tibi confiteamur, & tibi corde puro pſallamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

Fol 184. 4 TU Deus noſter libera nos ab omnibus iniquis & doloſis: (ut) plenâ ſanitate habitante in carne noſtra, ad coronam mereamur pertingere deſtinatam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 199. *De Paſſione Domini*. 5 DEi Patris Unigenite Fili, qui paſſione tuâ diſcernis cauſam populi tui à grege inſatiabilis inimici; diſcerne cauſam noſtram à gente non ſanctâ per paſſionis tuae potentiam: ut tu ſolus in cauſa Eccleſiae tuae agnoſcaris; qui te voluiſti fieri pretium noſtrae redemptionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 199. *Item de Paſſione*. 6 CHriſte Dei Filius diſcerne cauſam noſtram de gente non ſanctâ per paſſionem tuam: ut ſolus ſis in cauſa noſtra defenſor; qui pro nobis paſſus es ſepulturam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 67. 7 EMitte Domine lucem tuam & veritatem tuam in reditu dierum, & in corda credentium; in ordine temporum, & in devotione populorum; in munere gratiae, & in miniſterio creaturae: ut lux tua aperiat aſpectum, & veritas intellectum: ut lux tua illuminet, & veritas informet: ut lux tua diſcutiat tenebras, & veritas errorem: ac per utriuſque rei efficientiam, nec interior homo noſter vacillet lubrico fluctuandi; nec exterior ſordeat contagione peccati; ſed ſint opera in nos lucis, atque opera veritatis: ut lux tua procuret (nos) in tempore, & veritas confirmet in munere. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 8 TE Deus confitentes expoſcimus, ut mereamur tuâ luce illuminari; viâ dirigi; veritate corrigi; vitâ locupletari.

XLIII.

* Pſ. XLI. 1. *In finem*: * *Filiis Core*. ÷ *ad*: *intellectum*.

BEDA.

Senſus myſticus. Filii Core, *ut prædictum eſt*, Filii *Crucis ſunt*, *id eſt Martyres ſive Confeſſores*; *qui in hoc pſalmo Domino conqueruntur*, *veteres ſanctos inimicis ſuis facillimè dominatos*; *ſe autem graviſſimis Martyrum pœnis adquiſiſſe victorias*. *Et bene additur*, Ad intellectum: *quia intellectu clarior eſt opus*, *ut diſcernatur*, *qua diſpenſatione unius ejuſdemque Creatoris*, *&* *tunc rudes populi terrenis muneribus provocarentur ad fidem*; *quibus etiam terra Chanaan eſt hæreditate donata*: *&* *nunc creſcente fide*, *cæleſtiſque regni januâ reſeratâ*, *majori certamine eſſent Chriſti milites approbandi*; *ne in hac vita diutius ſubſiſtere*, *&* *cæleſtia bona tepidius inquirere vellent*.

Sicut Martyrum ſive Confeſſorum verba ſuſcipias; *In Prima parte dicunt*, *ſe audiſſe*, *patres ſuos multarum gentium fuiſſe victores*: *ſe autem in judicio futuro de inimicis viſuros eſſe vindictam*, *non arcu aut gladio*, *ſed ſola Domini Dei diſceptatione vincendis*: Deus auribus noſtris audivimus *&* *reliqua*. *Secundò*, *diverſarum neceſſitatum*, *quæ in ſæculo patiuntur*, *tormenta dinumerant*; *&* *ſe inter hæc Dei memores perſeverare*: Nunc autem repuliſti nos *&* *reliqua*. *In tertiâ*, *precantur auxilium*; *ut hic graviter afflictis*, *reſurrectionis tempore debeant ſubveniri*: Exſurge, quare obdormis Domine? *&* *reliqua*.

Euſebius Cæſarienſis. *De eodem*. (*hoc eſt*, *ſupplicatio Prophetarum ſuper rejectione gentis Judæorum*.)

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione*.

✱ Cardin. Thomaſ. *Machabæorum preſſuras Propheta ſupplicationeſque commemorat*. *Item in Exomologeſim*, *legendus ad* Epiſtolam Pauli ad Romanos.

Pſalt. Syr. *Filiorum Corah quem canebat populus in Hurib unà cum Moſe*. *Præterea ſupplicatio Prophetarum Davidis* *&* *reliquorum*. *Nobis verò trophæum* *&* *victoria adverſus bellum inferentes*, *verſ*. 35.

Pſalt. Arab. *verſ*. 30.

Feria III. ad Vigilias. S. Hier. *Pſalmus non anteriora facta docet*, *ſed Eccleſiam in Chriſto renaſci pronunciat*; *ac fideles in ea provocat ad agonem*, *oſtendens neminem poſſe*, *niſi qui legitimè certaverit*, *coronari*: *in quo etiam plerumque voces Martyrum proferuntur*.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DEUS, AURIBUS NOSTRIS audivimus,

2 patres noſtri annunciaverunt nobis

† 3 opus, quod operatus es in diebus eorum ÷ &: in diebus antiquis.

℣. 4. Exod. XV. 17. Pſalm. LXXVII. 54. 55. LXXIX. 9. † 4 Manus tua gentes diſperdidit: & plantaſti eos:

afflixiſti

In perpetuum decantandus Pſalmus, datus olim concinendus Levitis Cantoribus de progenie Core, ad magnam intelligentiam & eruditionem. PROPHETA. 1 *Deus a noſtris majoribus opus audivimus auribus noſtris*; 2 *Moyſes enim* *&* *Joſue aliique progenitores noſtri per poſteros ſuos ſuaque ſcripta nobis narraverunt*: 3 *opus*, *inquam*, *illud audivimus mirandum*, *quod effeciſti diebus eorum*, *ſequentibuſque temporibus priſcis*; 4 *quando manus omnipotentia tua nationes Chananæas perdidit e terra*,

quam

5 afflixiſti populos; & expuliſti eos.
℣. 6. Deuter.VIII 17.Pſ.XLI.9. † 6 nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram;
7 & brachium eorum non ſalvavit eos:
† 8 ſed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultûs tuî:
℣. 9. Deut. IV. 37. 9 quoniam complacuiſti + in: eis.
† 10 Tu es ipſe Rex meus + &:Deus + meus:
℣. 10. Pſ. LXXIII. 12. 11 qui mandas ſalutes Jacob.
† 12 In te inimicos noſtros ventilabimus + cornu:
13 + &: in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.
℣. 14. Pſ.LXXXII. 16. † 14 non enim in arcu meo ſperabo:
15 & gladius meus non ſalvabit me.
† 16 ſalvaſti enim nos de affligentibus nos:
17 & odientes nos, confudiſti.
℣. 18. Pſal.XIX. 6. † 18 in Deo laudabimur totâ die:
19 & + in: nomine tuo confitebimur in ſaeculum.

DIAPSALMA.

℣. 20. Pſal. LIX. 3. 12. † 20 Nunc autem repuliſti & confudiſti nos:
21 & non egredieris + Deus: in virtutibus noſtris.
† 22 avertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros:
23 & qui oderunt nos, diripiebant ſibi.
℣. 24. Rom. VIII. 36. † 24 dediſti nos tamquam oves eſcarum:
25 & in gentibus diſperſiſti nos.
℣. 26. Iſaiæ LII. 3. Jer. XV. 13. † 26 vendidiſti populum tuum ſine pretio:
27 & non fuit multitudo in commutationibus eorum.
℣. 28. Deuteron. XXVIII. 37. Pſ.LXXVIII 4. Jer.XXIV. 9. † 28 poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris;
29 ſubſannationem & deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro.
† 30 poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus;
31 commotionem capitis in populis.
† 32 Totâ die verecundia mea contra me + eſt:
33 & confuſio faciei meae cooperuit me;
† 34 à voce exprobrantis & obloquentis;
35 à facie inimici & perſequentis.
† 36 Haec omnia venerunt ſuper nos: nec obliti ſumus te;
37 & iniquè non egimus in teſtamento tuo:
† 38 + &: non receſſit retro cor noſtrum.
39 & declinaſti ſemitas noſtras à viâ tuâ.
† 40 quoniã humiliaſti nos in loco afflictiõis:
℣. 41. Iſai. LIX.10. 41 & cooperuit nos umbra mortis.
† 42 Si obliti ſumus nomen Dei noſtri;
43 & + ſi: expandimus manus noſtras ad deum alienum:
℣. 44. Job XXXI. 14. † 44 nonnè Deus requiret iſta?
45 ipſe enim novit abſcondita cordis.
℣. 46. Rom. VIII. 36.I.Corint. IV. 11. † 46 quoniam propter te mortificamur totâ die:
47 aeſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.
† 48 Exſurge, quare obdormis Domine?
49 exſurge + &: ne repellas in finem.
† 50 Quare faciem tuam avertis?

oblivi-

quam habitabant: & in eorum locum illos patres noſtros firmiter ſtatuiſti. 5 Tu infideles illos populos Chananæos afflixiſti, eoſque ejeciſti de terra ſua: 6 non enim patres noſtri vi gladii ſui poſſederunt hereditariò terram illam: 7 neque brachium eorum & robur ſalvos eos fecit in periculis bellorum: 8 ſed eos ſalvavit dextera tua & brachium tuum, & ſerena lux benigni aſpectus tui: 9 idque operatus es, quia ita beneplacitum fuit tibi in eis. 10 Tu idem ipſe es Rex meus & Deus meus: 11 qui præcipis fieri ſalvationes populi Iſraelitici, quotieſcumque is a malis quibuſvis ſalvatur. 12 Te juvante, hoſtes noſtros armis veluti cornibus agitabimus: 13 & in poteſtate tua pro nihilo reputabimus & conculcabimus adverſarios noſtros inſurgentes in nos. 14 non enim in arcu meo confidam: 15 neque meus me enſis ſalvabit in prælio. 16 tu enim fuiſti, qui nos ſalvaſti ab hoſtibus noſtris, qui nos tribulant: 17 & tu eos, qui nos oderant, pudore confudiſti. 18 unde & in te Deo gaudebimus & gloriabimur tota die: 19 & tuo nomini ac majeſtati dignas quantum poterimus, laudes profitebimur in æternum. * 20 *At nunc poſt tot opera miranda, patribus noſtris a te facta, tu nos a te (ut videris) abjeciſti, noſque deſerendo pudefeciſti: 21 & non videris amplius tu Deus egreſſurus cum exercitibus noſtris, ut protegas ſicut ſolebas, nos bellantes: 22 immò vertiſti terga noſtra inimicis noſtris nos inſequentibus atque fugantibus: 23 & qui nos oderunt, nos noſtraque in ſuum commodum diripiebant. 24 feciſti nos tamquam oves macello deſtinatas & eſui: 25 & inter varias & extraneas nationes nos diſperſiſti. 26 vendidiſti gentibus illis populum tuum nullo vel viliſſimo pretio: 27 & in ejuſdem populi tui alienationibus, cùm venderentur, non multum fuit pretii vel pecuniæ. 28 expoſuiſti nos probro ac vituperationi vicinorum noſtrorum; 29 & nos expoſuiſti ſubſannationi & irriſui eorum, qui ſunt in circuitu noſtro. 30 expoſuiſti nos gentibus tamquam in parabolam & proverbium magnæ calamitatis atque miſeriæ; 31 & inter populos expoſuiſti nos tales, quibus illi ad ludibrium caput deridendo moverent. 32 Totâ die verecundia mea ex adverſo mei eſt, & ante oculos meos verſatur; 33 neque tota die cooperuit ignominia & pudor faciei meæ, 34 propter vocem ejus, qui me improbrat, ac detrahit mihi, 35 & ob præſentiam inimici & me perſequentis. 36 Omnia hæc mala venerunt ſuper nos; nec tamen obliti ſumus tui; 37 & contra teſtamentum legis tuæ iniquè non egimus, pactumque tuum non violavimus; 38 nec converſus eſt retrò a te deficiens animus noſter: 39 & declinare non permiſiſti ſemitas greſſuſque actionum noſtrarum a via recta legis tuæ. 40 & tamen nos dejeciſti in loco teterrimo draconum, ubi affligeremur: 41 & nos operuit obſcuritas magna calamitatis & mœroris, tamquam umbra vicinæ mortis. 42 Si obliti ſumus majeſtatis Dei noſtri; 43 & ſi expandimus manus noſtras ad orandum aliquem ex falſis diis exterarum nationum & gentium: 44 numquid non Deus inveſtigabit hæc ſcelera, ut puniat? 45 nam ipſe optimè cognoſcit non externa modò opera, ſed & occulta cogitata cordis. 46 ſed enim tui causâ tradimur morti tota die: 47 ac reputati ſumus tamquam viles oves occiſioni deſtinatæ. 48 Expergiſcere tandem, ut ita dicam; cur quodammodo dormis nobis Domine, in noſtris nos malis diſſimulans? 49 conſurge, quæſo, in adjutorium noſtrum; & ne nos a te projicias in perpetuum; 50 Cur faciem tuam a nobis quaſi iratus avertis?*

** Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ interponendum.*

51 &

51 oblivíſceris ioopiae noſtrae & tribulatio-
nis ooſtrae?
✝. 52. Pſ. CXVIII. 25. † 52 quoniam humiliata eſt in pulvere anima
noſtra;
53 cõglutinatus eſt ✢ in: terra vẽter noſter.
† 54 Exſurge ✢ Domine: adjuva nos;
55 & redime nos propter nomen tuum.

51 & quare videris oblivíſci inopię noſtra ac tribula-tionis noſtra? 52 nam incurvata & depreſſa eſt ad pulverem uſque anima & vita noſtra: 53 adhæſitque in terra pectus noſtrum, proſternante nos inimico. 54 Surge ergo Domine; auxiliare nobis: 55 & nos penè venditos inimicis noſtris, redime ab eis propter miſe-ricordiam tuam.

ORATIONES.

MSS. 1 EXſurge Domine in auxilium noſtrum; & erue nos ab opprobriis vitiorum: & qui coram patribus ooſtris inimicarum gentium regna vieiſti; à perſequentibus inimicis vultus tui ioluminatione nos eripe. Per.

Brev. Mozarab. fol. 89. 135. 144. * al. contractu. * al. ut in loco afflictionis, ubi nos humiliaſti. fol. 264. 2 EXſurge Domine, adjuva nos contra omnem malitiam perſequentium; & libera nos propter nomen tuum à * contrarietate ſpirituum immundorum: * ut qui nos in loco humiliaſti afflictionis, exaltes iterum in remuneratione virtutis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

3 DOmine Jeſu Chriſte, quem ſaeculorum & regem fatemur & dominum; qui ſalutem in Jacob operaris; & in Iſrael jocundâ cootemplatione cognoſceris; dona ſalutem mentibus noſtris, delendo peccati offenſam de ooſtris conſcientiis: ut mens noſtra te lumen veritatis inradiata aſpiciat; & in ſpleodore tuo, firmo fidei greſſu permaneat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 267. 4 REx Deus noſter, qui mandas ſalutem Jacob, inſurgentium in nos tentationum impetus, tui nominis majeſtate devince; & inſidiantium inimicorum laqueos brachii tui virtute confringe: ut qui cordis ſecreta cognoſcis; conſcientiae maculas abluas; fideo noſtram in te firmam efficias; humilitatem placatus inteodas; & in defenſione noſtri ſemper exſurgas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 JAm tuum (Domioe) in tribulationibus auxilium mereamur: ut liberemur ab his preſſuris non propter meritum noſtrum, ſed propter oomen tuum.

XLIV.

In finem: pro iis qui commutabuntur. Filiis Core: ad intellectum. Canticum pro Dilecto.

BEDA.

In finem *Dominum Salvatorem deſignat*, Pro iis qui commutabuntur *de errore ad fidem, de Gentilitate ad Eccleſiam, de certamine martyrii ad palmam victoriæ, ac de triſtitia ſæculi ad gaudium ſempiternum.* Filiis Core ad intellectum: *filiis Crucis* ad intelligendum *ſpiritualiter pſalmum; ne de Salomone interpretandum putes; quamvis & ipſe* * Dilectus *ſit appellatus*. Canticum pro Dilecto, *pro Filio, cui dicitur:* Hic eſt Filius meus Dilectus.

* II. Reg. XII. 25. * for. paſcerentur. *Cæleſtibus epulis Propheta ſaginatus, præconia ſe Dominicæ incarnationis eructare promittit: ut unde ipſe ſatiatus (fuerat,) inde * participarentur & alii. Prima pars hujus epithalamii, Sponſi continet laudes, idest Domini Salvatoris, quatuor modis:* Eructavit cor meum verbum bonum. *In ſecunda, ſimili myſticarum virtutum numero, quatuor modis Sponſa prædicatur Eccleſia:* Audi Filia & vide; *& cætera.*

Euſebius Cæſarienſis. *Apparitio Chriſti, & regnum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in prophetia.*

✱ Card. Thomaſ. *Propheta de Chriſto ad Eccleſiam dicit*; Legendum ad Evangelium Matthæi de Regina Auſtri.

Pſalt. Syr. *Scriptus a filiis Corah tempore Moſis. Apparitio Chriſti, & de Eccleſia, deque virtute glorioſa Domini. verſ.* 41.

Pſalt. Arab. *Et numerus verſ.* 47.

S. Hier. *Totus Pſalmus refertur ad Chriſtum, de quo Pater loquitur in Evangelio; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui; vel Pſalmus ſpiritualium nuptiarum canciant Sacramentum, idest conjunctionem Chriſti cum Eccleſia; initiatur ergo a voce Paterna.*

Fer. III. ad Vigilias.

CANTICUM NUPTIALE DE CHRISTO ET ECCLESIA.

Propheta. 1 ERUCTAVIT COR MEUM verbum booum:
2 dico ego opera mea Regi:
† 3 liogua mea, calamus ſcribae velociter
✢ ſcribentis:

Canticum nuptiale pro amatiſſimo ſponſo Chriſto Domino, in perpetuum decantandum pro iis, qui ab infidelitate convertentur ad fidem: datum olim Levitis Cantoribus de progenie Core; pertinens ad magnam intelligentiam & eruditionem. PROPHETA. 1 *Cor meum Spiritu Sancto repletum, bonum præcellentemque ſermonem effudit: 2 eloquor nunc igitur ego opera hæc mea & carmina in dilecti Sponſi ac Regis honorem: 3 eritque mea lingua ad dicen-*

SPE-

Digitized by Google

Ad CHRISTUM. † 4 SPECIOSUS formâ, prae filiis hominū:
5 diffuſa eſt gratia in labiis tuis :
6 propterea benedixit te Deus in aeternū.
† 7 Accingere gladio tuo ſuper femur ÷ tuum : Potentiſſime ,
† 8 ſpecie tuâ & pulchritudine tua .
9 iotende , proſperè procede ÷ & : regna,
† 10 propter veritatem & manſuetudinem ÷ & : juſtitiam :
11 : & : deducet te mirabiliter dextera tua.
† 12 ſagittae tuae acutae ,
13 (populi ſub te cadeot)
14 in corda inimicorum Regis .
℣. 15. Pſal. XCII. 2. Hebr. I. 8. † 15 Sedes tua Deus , in ſaeculum ſaeculi :
16 virga directionis , virga regni tui .
† 17 Dilexiſti juſtitiam , & odiſti ioiquitatem:
18 propterea unxit te Deus , Deus tuus
19 oleo laetitiae prae conſortibus tuis .
† 20 Myrrha & gutta & caſia à veſtimētis tuis
21 à domibus eburneis ; ÷ ex : quibus delectaverunt te .
22 Filiae regum in honore tuo :
† 23 aſtitit Regina à dextris tuis iu veſtitu deaurato ,
24 ÷ circumdata varietate :
Ad Eccleſiam. † 25 AUDI FILIA & vide & inclina aurē tuā:
26 & obliviſcere populum tuum & domum patris tui :
† 27 & concupiſcet Rex decorem tuum :
℣. 28. Iſaia. LIV. 5. 28 quoniam ipſe ÷ eſt : Dñus ÷ Deus tuus ;
† 29 : & : adorabunt eum * : & : filiae Tyri in muneribus .
℣. 30. Iſai. XLIX. 23. 30 vultum tuum deprecabuntur ÷ omnes : divites plebis .
† 31 Omnis gloria ÷ ejus: filiae regis, ab intus,
32 in fimbriis aureis , circumamicta varietatibus .
Ad CHRISTUM. † 33 ADDUCENTUR regi virgines poſt eā:
34 proximae ejus afferentur tibi ;
† 35 afferentur in laetitia & exſultatione :
36 adducentur in templum Regis .
† 37 Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii :
38 conſtitues eos principes ſuper omnem terram .
† 39 memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem .
† 40 propterea populi coofitebuntur tibi ,
41 in aeternum & in ſaeculum ÷ ſaeculi :

cendum prompta , velut calamus ſcribæ quamcitiſſimè
ſcribentis . 4 TU MESSIA Rex Sponſe dilecte, decore,
pulchrior es filiis hominum : 5 in tuiſque labiis atque
ſermonibus gratia effuſa eſt mirè loquendi : 6 propterea
quod tibi beneficentia ſuâ Deus benedixerit in æternum.
7 Accinge te enſe tuo ſuper latus tuum ò Fortiſſime
Princeps : 8 & decore iſto tuo ac pulchritudine iſtâ
tuâ te accinge . 9 arcum tuum intende ad ſagittandum,
& proſperè procede ad debellandum inimicos tuos ; &
ſuper gentes omnes regna ; 10 regna, inquam , propter
regias tuas virtutes , fidelitatem ſcilicet , & manſue-
tudinem atque juſtitiam : 11 itaque te dextera & po-
tentia mirabiliter deducet in bella iſto tuo . 12 ſagittæ
tuæ acuminatæ, ò potentiſſime Rex , 13 [quibus populi
rebelles ſub te cadent, ſeque tibi ſubjicient) 14 ſagittæ
iſtæ tuæ in tuorum corda inimicorum infigentur ò Rex.
15 Thronus regni tui, Deus, ſtabilis erit in omnia ſæcu-
la : 16 ſceptrum regni tui ſceptrum eſt rectiſſimum &
æquiſſimum . 17 Tu dilexiſti id quod juſtum eſt ; & id
quod eſt iniquum odiſti : 18 propterea quòd te, ò Deus
Chriſte, unxerit Deus Pater tuus , 19 unxerit, inquam,
te ceu oleo & unguento lætificante, Spiritus Sancti gra-
tiâ, pluſquam alios omnes , qui participes ſunt & con-
ſortes ſive naturæ ſive gratiæ tuę . 20 Myrrhę , & la-
crymę myrrhę , & cinnamomi odores ſpirant & redo-
lent à veſtimentis tuis , 21 depromptis ex eburneis
ampliſque veſtium repoſitoriis ; quibus odoribus ea te
veſtimenta lętificarunt . 22 Filię multorum regum tibi
adſtiterunt in honorem & obſequium tui : 23 ſed &
tua conjux Regina aſtitit tibi proxima ad dexteram in
veſtitu aureo ; 24 circumamicta veſte variegatâ , va-
rioque omnis generis ornatu. 25 TU AUTEM ju-
nior filia, electa Sponſa atque Regina , audi verba Meſ-
ſię Regis & Sponſi tui ; & mentis oculis ea intuere ;
ac aurem tuam ad obediendum illi humiliter porrige :
26 & adhæſura novo Sponſo , obliviſcere idololatriæ
morumque pravorum veteris populi tui , ac paternæ do-
mus tuæ : 27 & ſi hæc feceris , diliget Rex ſponſus
tuus pulchritudinem tuam : 28 obliviſcere ergo majo-
rum tuorum , & auſculta tuo Sponſo ; quia ipſe eſt Do-
minus Deus tuus : 29 & quem adorabunt allatis mu-
neribus & filiæ quoque alienigenæ, ùt ſunt mulieres
Tyriæ . 30 propter quem Sponſum tuum tibi quoque
ſupplicabunt venerabundi ditiſſimi quique populorum ,
ac principes . 31 Univerſa præcipuè gloria ejuſdem
Sponſæ filiæ regis intrinſecùs eſt : 32 quę Sponſa extrin-
ſecùs quoque limbis & faſciis eſt aureis circumamicta
& variegata . 33 ABDUCENTUR ad te Regem
Sponſum virgines alię poſt ſponſam eam tuam : 34 ejuſ-
que propinquę & amicæ adducentur ad te ; 35 addu-
centur , inquam , ad te cum lętitia & exſultatione: 36
ducenturque in templum uſque ac thalamum tuum, ò
Sponſe Rex . 37 Loco patrum tuorum, ex quibus homo
naſci voluiſti , ex iſtâ tuâ Sponsâ nati ſunt tibi filii : 38
quos facies atque conſtitues in univerſâ terrâ principes.
39 qui filii tui tuę ſemper majeſtatis recordabuntur in
generationibus cunctis . 40 Propter quod omnes popu-
li terrę debitas tibi laudes profitebuntur, 41 in ęter-
num & in omnia ſęcula .

ORATIONES.

MSS. 1 CHriſte Domine Verbum Patris, per quem cuncta creata ſunt & creantur ; cuſtodi, quaeſumus, Eccleſiam tuam varietate Gentium congregatam: ut dum te ex ipsâ credulitatis juſtitiâ corde puro diligimus , principatum aeterni ſaeculi cum patribus mereamur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum . *Amen*.

Br. Moz. fol. 89. 113. 135. * al. ac per ſpeciem, tuā pulchritudinem quaerentes. 2 FAc nos Domine diligere juſtitiam & odire iniquitatem : * ac per te , ſpeciemque tuam & pulchritudinem currentes , deducat nos mirabiliter dextera tua : & mortificatâ in nobis iocentivâ fornicatioois libidine , accinge lumbos noſtros gladio caſtitatis . ℟. *Amen* . Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus , & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum . ℟. *Amen* .

fol.137.059.330. *al. quodque ejus ornamentis affigitur. fol.329.

3 DEus, cujus ſedes manet in ſaeculum ſaeculi; fulgeat Eccleſia tua varietate virtutum; & ſceptrum tuum perornetur diſciplinâ officiorum: quoſque ejus ornamentis afficis, ſeparari ab ea nullatenus patiaris, ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

4 VIrga aequitatis, virga regni tui Domine: ipſa nos corrigens à plagaque eruat; atque eadem correptionem & ingerat poenâ, & inſtruat diſciplinâ. ſit ergo nobis haec virginitas non perditio, ſed doctrina: fac & nos diligere juſtitiam; & odire iniquitatem: ac per ſpeciem tuam pulchritudinemque currentes, deducat nos mirabiliter dextera tua; & mortificato in nobis incentivae libidinis ardore, accinge lumbos noſtros cuſtodiâ caſtitatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

f.1.380. *De SS. Virginibus.*

5 DEus, qui omnem Virginum gloriam, filiarum utique Regis, intrinſecùs eſſe vis; ut teſtimonium alienae laudis non appetant, quas virtus in aeterna laetificat; annue nobis earum Virginum precibus, & ut humanas laudes effugere, & boni operis intra nos teſtimonium deportare: quò & virgines perſiſtamus in fide; & incorruptam ex hoc capiamus hereditatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

XLV.

In finem: filiis Core: pro arcanis, Pſalmus.

BEDA.

Senſus myſticus.

In finem *Chriſtum ſignificat*, Filii Core *Chriſtianos, ex quorum perſona pſalmus iſte cantatur.* Pro arcanis *verò adventum Domini ſignificat Salvatoris; quem divinitatis ſuæ mirabili ſecreto pro hominum ſalute diſpoſuit.*

Filii Core, *qui fideles debeat intelligi Chriſtiani, Primo membro pſalmi non ſe timere profitentur conturbationes ſaeculi; quia Deus refugium eorum probatur & virtus:* Deus noſter refugium. *Secundo, Chriſtum dicunt apparere in medio Eccleſiæ; quam in ſeipſo tamquam in ſolidiſſima petra ædificavit;* (Fluminis impetus laetificat.) *Tertio, credentium turba generaliter invitatur ad divina miracula contuenda, dicentes omnipotentem Deum arma nequitiæ confringere, bella removere, & triſtitiam fidelium in æterna gaudia commutare:* (Venite & videte opera Domini &c.)

Euſebius Caſarienſis. *Apoſtolorum prædicatio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona canitur duorum Tribuum, pro liberatione ſua gratias agentium, quando Phacées filius Romeliæ, & Raſin Rex Syriæ, Achaz Regem & Hieroſolyma volentes expugnare, non valuerunt; ſed ipſi potius ſunt ab Aſſyriorum Rege conquaſſati.* Item, legendus ad lectionem Actus Apoſtolorum

Pſalt. Syr. *Filiorum Corah, quem David canebat de afflictione, quæ evenerat populo: quod ad Prophetiam dicitur myſticè prædicatio Apoſtolorum, verſ.23.*

Pſalt. Arab. *Prophetia de Secretis filii, & de gente Ezechiæ, quando erepti fuerunt a Damaſcenis, & numerus v.20.*

Feria III. ad Vigilias.

S. Hier. *Pro arcanis, id eſt pro occultis, de vocatione gentium, & de reprobatione Judæorum. Pſalmus docet nos ſpem noſtram in illum debere ponere, qui ſolus poteſt ex tribulationibus liberare.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 DEUS NOSTER refugium & virtus;
2 adjutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis.
† 3 Propterea non timebimus dum turbabitur terra;
4 & transferentur montes in cor maris;
5 ſonuerunt & turbatae ſunt aquae eorũ:
6 conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.

℣.5. Pſalm.XCII.4.

DIAPSALMA.

† 7 Fluminis impetus laetificat civitatẽ Dei:
8 ſanctificavit tabernaculũ ſuũ Altiſſimus.
† 9 Deus in medio ejus, non commovebitur:
10 adjuvabit eam Deus manè diluculo.
† 11 Conturbatae ſunt gentes ✢ &: inclinata ſunt regna:
12 dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
† 13 Dominus virtutum, nobiſcum:
14 ſuſceptor noſter, Deus Jacob.

DIAPSALMA.

℣.15. Pſal.LXV.5.

† 15 Venite & videte opera Domini,
16 quae poſuit prodigia ſuper terram.
17 auferens bella uſque ad finem terrae:

arcum

In perpetuum decantandus, olim datus concinendus Levitis Cantoribus de progenie Core, Pſalmus ſuper arcanis & admirabilibus operibus Dei. PROPHETA. *Deus noſter noſtrum eſt refugium & fortitudo noſtra; ipſe auxiliator eſt noſtri in tribulationibus, quæ invaſerunt nos valdè.* 3 *Ideo, Deo nos adjuvante, non timebimus, etiamſi conturbabitur & concutietur terra;* 4 *ac etiamſi montes transferentur in medium maris;* 5 *etiamſi perſonuerint & perturbata fuerint aquæ tumentes ejuſdem maris;* 6 *& etiamſi agitati fuerint & tremuerint montes per fortitudinem Dei, non timebimus, ipſo nos adjuvante.* * 7 *Dulces impetus aquarum leniter decurrentium fluminis Siloe noſtram hanc Dei Civitatem Jeruſalem lætificant:* 8 *in qua civitate tabernaculum illud ſuum ſibi conſecravit Altiſſimus.* 9 *Deus eſt in medio ejuſdem civitatis; quæ propterea non concutietur hoſtium incurſu:* 10 *quam civitatem Deus adjuvabit multò manè & in ipſo ortu auroræ, horâ tempeſtivâ ac maturatè.* 11 *Deo pro nobis ſtante, & gentes inimicæ ſunt conturbatæ, & adverſaria regna inclinata ſunt ad ruinam:* 12 *deditque Altiſſimus vocem ſuam tonantem; & timore concuſſi ſunt habitatores terræ.* 13 *Dominus exercituum & Angelorum nobiſcum adeſt:* 14 *Deus Iſraelitarum filiorum Jacobi, protector eſt noſtri.* * 15 *Huc venite, & hac in civitate videte opera illa Domini,* 16 *quæ ſtupenda prodigiosè fecit ſuper hanc terram.* 17 *ipſe, contra quàm fiant in aliis gentibus, bella hinc auferet ad extremos uſque terminos hujus ſanctæ terræ:*

* *Fauſetio aut immutatio majca cantilenæ inter pſallendum.*

* *Fauſetio aut immutatio majca cantilenæ inter pſallendum.*

℣. 18. Pſ. LXXV. 4. † 18 arcum conteret; & confringet arma:
19 ✛ &: ſcuta comburet igni.
DEUS. † 20 VACATE & videte quoniam ego ✛ ſum: Deus:
21 exaltabor in gentibus ✛ &: exaltabor in terra.
Propheta. † 22 DOMINUS virtutum, nobiſcum:
23 ſuſceptor noſter, Deus Jacob.
: *DIAPSALMA*:

18 arcum omnem ſagittarum hic conteret; & armaturam omnem confringet: 19 & ſcuta omnia & plauſtra bellica igne comburet; quia bellum non erit ampliùs, ſed pax atque ſecuritas. DEUS. *20 Ceſſate a curis ſuperfluis, & agnoſcite, quòd ego ſum Deus 21 quia altum & excelſum me oſtendam in gentibus puniendis; & altum & excelſum quoque me oſtendam in terræ iſtius habitatoribus adjuvandis.* PROPHETA. *22 Dominus exercituum & Angelorum nobiſcum adeſt. 23 Deus Iſraelitarum filiorum Jacobi, protector eſt noſtri.* *

*Ceſſatio muſicæ cantilenæ & a ſono pſalterii.

ORATIONES.

MSS. 1 PErſpicuum in imminenti tribulatione refugium, miſericors Deus, ſanctifica impetu aeterni fluminis habitaculum cordis noſtri: ut, te Deo virtutum nobis cooperante, terrena praelia conſutemus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 50. 263. * for. judicante. 2 DEus noſter eſto nobis in adverſis refugium; & in certaminibus hujus mundi virtutis tuae praebe ſolatium: & dum te * adventante moerens turbata fuerit terra, tibi adjungantur in gaudio, qui ob metum judicii admiſſa deflent in ſaeculo: ut tu virtutum Dominus ſis nobiſcum; quem & timemus judicem; & cognoſcimus redemptorem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 63. 123. * al. nullo modo. * al. in ea. 3 DEus, virtus & refugium noſtrum, eſto nobis adjutor in tribulationibus: ut in * nullo noſtra metuat conſcientia, cum te judicante conturbata fuerit terra. fluminis tui impetus, tamquam in ſanctis tuis habitans, laetificat Civitatem: atque * in eo ſumat ex vultu tuo adjutorium; cum Sancti Spiritus, te largiente, perceperit donum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 135. 127. * al. omnem gladium in ſua vagina reductum. 4 DEus, refugium noſtrum & virtus, tu in preſſuris omnibus adſiſte: ut * omni gladio in ſuam vaginam reducto, & omne cor pacis tranquillitate ditatum, te videre ambiat; teque in tuis ſemper muneribus recognoſcat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

XLVI.

In finem: pro filiis Core: Pſalmus.

BEDA.

Senſus myſticus. *Titulus notus eſt, Chriſtum & Chriſtianos inſinuans.*

Quamvis ex perſona filiorum Core totus ſit hymnus cantatus; Diapſalmatis *tamen eſt interpoſitione diviſus. Primo membro commonentur gentes Domino laudes perſonare; quia populo adquiſitionis cuncta ſubjecit, & in ſuo hæreditate collegerit:* Omnes gentes plaudite manibus. *Secundo, Aſcenſio Domini & regnum deſcribitur; quo Sancti ipſius ſunt ſine fine fruituri:* Aſcendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubae.

Euſebius Caſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in prophetia. (&) laudem denuncians.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Machabaeorum perſonæ carmen hoc quaſi triumphale præcinitur; quoniam, victis gentibus, vel Judæis prævaricatoribus, templum eſt cum ſacris ritibus reſtauratum.* Item, legendus ad lectionem Actus Apoſtolorum, poſtquam aſcendit Chriſtus ad Patrem.

Pſalt. Syr. *Filiorum Corah de gloria Dei in Monte Sinai; refertur etiam ad vocationem gentium, verſ. 10.*

Feria III. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *& numerus verſ. 17.*

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Apoſtolicam admonentem, ut in ipſo ſolo lætemur, cujus ſumus ſanguine liberati.*

PSALMUS TRIUMPHALIS DE REGNO CHRISTI.

Propheta. 1 OMNES GENTES plaudite manibus;
℣. 2. Pſ. XCVII. 4. 2 jubilate Deo in voce exſultationis:
† 3 quoniam Dominus excelſus terribilis,
4 rex magnus ſuper omnem terram.
† 5 Subjecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris:
† 6 elegit nobis hereditatem ſuam;
7 ſpeciem Jacob quam dilexit.
DIAPSALMA.
† 8 Aſcendit Deus in jubilo:
9 ✛ &: Dominus in voce tubae.

Pſal-

In perpetuum decantandus Pſalmus, compoſitus pro Levitis Cantoribus de progenie Core. PROPHETA. *1 Populi omnes præ lætitia plaudite manibus; 2 & jubilate cum voce exſultationis & laudis ad honorem Dei: 3 quia ipſe eſt Dominus altiſſimus & terribilis, 4 & rex magnus ſuper totam terram & habitata ex ejus. 5 Ipſe nobis externos populos ſubjecit; ac exteras gentes ſubdidit pedibus noſtris & poteſtati noſtræ: 6 ipſe gratuito elegit terram illam, quam nobis daret in hæreditariam poſſeſſionem: 7 ipſe progeniei Jacobi dedit pulchritudinem illam & gloriam, quam in ea progenie dilexit.* * *8 Aſcendit Arca Dei in civitatem ſanctam cum jubilo: 9 & cum clangore tubæ Arca Domini aſcendit illuc.*

* Ceſſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.

10 Omnes

† 10 Pſallite Deo ✠ noſtro: pſallite;
11 pſallite Regi noſtro, pſallite:
† 12 quoniam rex omnis terrae Deus.
† 13 Pſallite ſapienter; * regnabit Deus ſuper gentes;
14 deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
† 15 Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham:
16 quoniam dii fortes terrae vehementer elevati ſunt.

10 Omnes itaque canite Deo noſtro, canite: 11 canite, iterum dico, Regi noſtro, canite: 12 quoniam Deus rex eſt univerſæ terræ. 13 Canite eruditè & intelligenter; quia regnabit Deus ſuper gentes omnes: 14 & Deus ſedet ſuper thronum ſanctum ſuum. 15 Principes externorum populorum congregati ſunt cum Deo vero, quem coluit Abrahamus: 16 nam principes fortes, & quaſi dii terræ, ſeſe aggregantes atque ſubdentes cultui veri Dei, nimis valde elevati ſunt.

ORATIONES.

Mss.

1 REx omnium ſaeculorum Deus, cujus regnum ſuper omnes populos dilatatur, ſubjice, quaeſumus, gentes vitiorum ſub pedibus noſtris: ut dum tibi ſapienter Deo noſtro pſallimus, tuo eas auxilio ſuperemus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 231.

2 REx magne & terribilis Domine, tibi in omnibus Gentibus vera jubilet fides; & praeſta, ut non ſolùm voce, ſed & mente tibi pſallamus, qui es Rex noſter: ut tecum ſine fine vivamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 234.

3 DA nobis Domine non ſolùm voce, ſed & mente tibi pſallere ſapienter: ut juxta magnitudinis tuae nomen tuam à noſtris vocibus magnifices laudem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 244. *De Aſcenſione Domini.* * *ibi* tui.... reportantia.

4 CHriſte Jeſu, terribilis Deus noſter, & rex noſter, cujus in nativitate cum paſtoribus Angeli gloriam detulerunt; cui, devicto mortis authore, omnes Gentes manibus cordibuſque plauſerunt *; quem trophaea victricia reportantem ad aethera, Apoſtolorum eſt fides proſecuta: fac nos redemptionis noſtrae & Aſcenſionis tuae myſteria, fidei jubilatione cantare; & cum principibus populi, Deo Abraham fideli famulatu placere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

5 ORamus te Domine, ut depoſito omni tumore ſuperbiae, ita tibi conjugamur in hoc ſaeculo, ut in judicio à ſiniſtrâ parte disjuncti, non inveniatur in nobis, quod damnes in poenam; ſed quod pietate multiplici provehas ad coronam.

XLVII.

Pſalmus cantici: filiis Core. ✠ Secundâ Sabbati:

BEDA.

Senſus myſticus.

Secunda Sabbati *eſt ſecunda dies à* Sabbato; *quæ nunc* feria ſecunda *vocatur: in qua die, ſicut Geneſis narrat, fecit Deus firmamentum in medio aquarum; & vocavit illud* Cœlum; *ubi ſanctæ Eccleſiæ celſitudo præfiguratur: quæ velut inter inferiores & ſuperiores aquas ſuſpenſa, inferior quidem Angelicâ ſublimitate; ſed mundanâ eſt converſatione ſublimior. ſicut ergo in xxiii. pſalmo* prima Sabbati, *quo facta eſt lux, Domini demonſtrat reſurrectionem eſſe praecinendam; ſic & in præſenti* ſecunda Sabbati, *quo factum eſt firmamentum in medio aquarum, Eccleſiæ culmen oſtendit: cui* filii Core, *id eſt Dominicæ Paſſionis, hujus cantici pſalmum reſonant.*

In primo poſitione laudes Domino dicunt, quòd Eccleſiam ſuam dilatans, cunctis terrarum regibus potentiam ſuam oſtenderit: Magnus Dominus & laudabilis nimis. *In ſecunda gratias agunt de adventu Domini Salvatoris, commovent eos Antiſtites futuros, ut* * Gradus in Eccleſia *diſtribuant, per quos Salvator poſſit agnoſci; qui famulos ſuos æterna protectione cuſtodit:* Suſcepimus Deus miſericordiam tuam.

*℣. 26, juxta editionem Romanam.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus in Deum de Eccleſia, & destructio perſecutionum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum hymnis.* (al. *Hymnum dicens.*)

✠ Cardin. Thomaſ. *Æſtimatione .... hominum ignorantium Deum; cum hic, quæ in civitate operatus eſt, magnus apparuit.* Item, legendus ad Apocalypſim Johannis figura Eccleſiæ Hieruſalem futuræ.

Pſalt. Syr. *A filiis Corah compoſitus contra ſuperbiam gentium. Tum laus Eccleſiæ ad Deum, & destructio perſecutorum, verſ. 28.*

Feria III. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *Et numerus verſ. 29.*

S. Hier. *Pſalmus tonans circà Saulom I lebem: tectus circa Eccleſiaſtica myſteria commoratur.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 MAGNUS DOMINUS & laudabilis nimis
2 in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus:

Pſalmus cantici datus concinendus Cantoribus Levitis de progenie Core: decantandus autem ſecunda die poſt Sabbatum. PROPHETA. 1 *Magnus eſt Dominus & laudandus valde,* 2 *laudandus ubique, ſed maximè in Jeruſalem civitate Dei noſtri & in ſuo*

Digitized by Google

† 3 fundatur exſultatione univerſae terrae
4 mons Sion, latera Aquilonis,
5 civitas Regis magni. (℣. 5. Matth. V. 35.)
† 6 Deus in domibus ejus cognoſcetur,
7 cùm ſuſcipiet eam.
† 8 Quoniam ecce reges terrae congregati
ſunt, convenerunt in unum:
† 9 ipſi videntes, ſic admirati ſunt;
10 conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor
apprehendit eos:
† 11 ibi dolores ùt parturientis.
12 in ſpiritu vehementi conteres naves
tharſis.
† 13 Sicut audivimus, ſic vidimus
14 in civitate Domini virtutum,
15 in civitate Dei noſtri:
16 Deus fundavit eam in aeternum.
DIAPSALMA.
† 17 Suſcepimus Deus miſericordiam tuam
in medio templi tui.
† 18 ſecundùm nomen tuum Deus, ſic ÷ &:
laus tua in fines terrae.
19 Juſtitiâ plena eſt dextera tua:
† 20 laetetur mons Sion,
21 ÷ &: exſultent filiae Judae,
22 propter judicia tua ÷ Domine:
† 23 Circumdate Sion;& complectimini eam;
24 narrate in turribus ejus:
† 25 ponite corda veſtra in virtute ejus;
26 ÷ &: diſtribuite domos ejus:
27 ut enarretis in progenie alterâ
† 28 quoniam hic eſt Deus Deus noſter,
29 in aeternum & in ſaeculum ÷ ſaeculi:
30 ipſe reget nos in ſaecula. (℣. 30. Ita Cod. Alexandr. & Apollinarius.)

*monte ſancto Sion, 3 ,ita cum exſultatione ac gaudio univerſæ terræ a fundamentis ædificatur 4 tum urbs ipſius montis Sion verſus meridiem, tum latera alia urbis Jeruſalem verſus Aquilonem: 5 quæ duæ urbes conjunctim ſunt civitas Regis magni Dei. 6 Deus in ejuſdem civitatis domibus habitare agnoſcetur ab exteris nationibus; 7 cum eam defendendam ſuſceperit contra hoſtes illius. 8 Nam ecce reges terræ congregati ſunt, & venerunt ſimul adverſus illam: 9 at ipſi reges videntes eam civitatem inhabitari a Deo atque defendi, ſic denuum mirabundi obſtupuerunt; 10 turbati ſunt & concuſſi ſunt pavore; eoſque horror apprehendit ac tremefecit: 11 ibique ad conſpectum ejuſdem civitatis eoſdem reges invaſerunt dolores maximi, tales, quales ſunt mulieris parturientis. 12 quos reges tu Domine tam faciliter conteres, quàm facilè valido vento conteres, cùm volueris, naves maris. 13 Sicut audivimus protectorem fore Deum urbis hujus, ita re ipſa vidimus: 14 ità, inquam, vidimus adfuiſſe divinam protectionem in civitate hac Domini exercituum, 15 in hac civitate Dei noſtri: 16 quam Deus fundavit duraturam in æternum. * 17 Opem miſericordiæ tuæ Deus conſecuti ſumus in medio templi tui in hac tua civitate conſtructi, ubi eam imploravimus. 18 prout ergo decet majeſtatem tuam Deus, ità & laus tua celebretur ad extremos uſque fines terræ. 19 Dextera manus tua Domine plena eſt juſtitiæ, juſtiſſimè faciens quicquid facit: 20 proinde lætentur habitatores montis Sion, 21 & civitates, quæ ſunt in Judæa, exſultent, 22 propter æquitatem judiciorum tuorum Domine, quibus ulciſceris hoſtes populi tui. 23 Circumdate urbem Sion; eamque circuite à Dei cultores: 24 narrate de turribus urbis hujus, quàm numeroſæ ſint & fortes; 25 apponite corda veſtra ad cognoſcendam fortitudinem muniam ejus, quàm ſit valida; 26 ac domos ejus & palatia ſigillatim dinumerate: 27 ut his conſideratis, poſſitis enarrare aliis poſteris veſtris, 28 quod iſte, qui hanc civitatem ædificavit atque defendit, ſit Deus verus & Deus noſter, 29 in æternum uſque & in omnia ſæcula; 30 & quòd ipſe nos ceu paſtor reget in æterna ſæcula.*

* *Pauſatia aut immutatia: muſicæ cantilena inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS. 1 LAudabilis atque terribilis Deus, qui in caeleſti Jeruſalem Princeps magnificus inveniris; dilata mentem noſtram ſpirituali intelligentiâ: ut miſericordiâ tuâ in noſtri pectoris templo ſuſceptâ, digni narratione tui nominis habeamur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 244. 2 MAgnifice Domine dilata exſultationes univerſae terrae: ut diffuſa in omnibus fides mundum repleat; & juxta magnitudinis tuae nomen, tuam noſtris vocibus magnifices laudem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 43. 3 MAgne Domine valdèque laudabilis, dilata in omnes fidem Eccleſiae tuae: ut in cujus gradibus Deus agnoſceris; in ea etiam plenâ fidelium devotione lauderis: ejuſque preces propitius ſuſcipe; & inter ſaeculi procellas ſolicitos gubernator cuſtodi: ut Civitatem, quam fundaſti in ſaecula, miſericordiâ tuâ introeuntes, ſuſcipiamur in illa, narrantes in turribus mirabilia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

XLVIII.

In finem, filiis Core, Pſalmus.

BEDA.

(Senſus myſticus.)

Tituli hujus verba cuncta trahunt ad Dominum, illiuſque cruore redemptos.

Per totum Pſalmum verba ſunt omnipotentis Filii. In prima ſectione narrat, qualia dictarus vel daturus ſit fidelibus tempore incarnationis ſuæ: Audite hæc omnes gentes, *& cætera. In ſecunda, quæ ſunt ſtultis ventura:* Cùm viderit (ſapientes morientes.) *In tertia, quæ juſtis impiiſque ſequutura ſunt:* Sicut oves in inferno poſiti ſunt. *In quarta commonet ſuos, ne timeant divites ſæculi, qui omnia bona ſua cum luce relinquunt:* Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo, *& cætera.*

Eſebius

Digitized by Google

Euſebius Cæſarienſis. *Divini judicii doctrina.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in adhortatione.*

* Cardin. Thomaſ. *Communis exhortatio ad omnes homines dirigitur, ne ſeculi divitiis magni pendant; ſed pro his potius, ſi fortè adfluant, Deo gratias referant, eaſque pro æterna requie diſpenſent. Item, vox Eccleſiæ ſuper Lazaro, & divite purpurato.*

Pſalt. Syr. *Filiorum Core, Prophetia de fortitudine gentium, & documentum judicii divini, verſ.46.*

Pſalt. Arab. *Et numerus verſ. 40.*

Feria. III ad Vigilias. S. Hier. *Iſtum Pſalmum SpiritusSanctus per Prophetam in perſona prædicatorum cantavit: vel ideo iſte Pſalmus eo quod doceat mundi divitias cum vanis honoribus ſpernendas; cavendas etiam ſerpentis aſtutias; & omnem orbem ad audiendum Dei verbum inſtanter admonet, dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 AUDITE HAEC omnes gentes;
2 auribus percipite omnes qui habitatis orbem,
† 3 quique terrigenae & filii hominum,
4 ſimul in unum dives & pauper.
† 5 os meum loquetur ſapientiam;
6 & meditatio cordis mei prudentiam:
† 7 inclinabo in parabolam aurem meam;
8 aperiam in pſalterio propoſitionem meam.
† 9 Cur timebo in die malâ?
10 Iniquitas calcanei mei circumdabit me.
† 11 Qui confidunt in virtute ſua;
12 & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur:
† 13 frater non redimit, redimet homo;
14 non dabit Deo placationem ſuam,
† 15 & pretium redemptionis animae ſuae.
16 Et laborabit in aeternum; & vivet : adhuc : in finem?
† 17 non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes?
18 Simul inſipiens & ſtultus peribunt:
† 19 & relinquent alienis divitias ſuas:
20 ÷ & : ſepulchra eorum, domus illorum in aeternum,
† 21 tabernacula eorum in progenie & progenie:
22 vocaverunt nomina ſua ÷ in : terris ÷ ſuis :
† 23 Et homo cùm in honore eſſet, non intellexit:
24 comparatus eſt jumentis ÷ inſipientibus: & ſimilis factus eſt ÷ illis:
† 25 Haec via illorum, ſcandalum ipſis:
26 & poſtea in ore ſuo complacebunt.

DIAPSALMA.

† 27 Sicut oves, in inferno poſiti ſunt; mors depaſcet eos:
† 28 & dominabuntur eorũ juſti in matutino:
29 & auxilium eorum veteraſcet in inferno, à gloria eorum.
† 30 Verumtamen Deus redimet animam meã de manu inferi cùm acceperit me.

DIAPSALMA.

† 31 Ne timueris cùm dives factus fuerit homo;
32 & cùm multiplicata fuerit gloria ejus;
† 33 quoniam cùm interierit, non ſumet omnia;

neque

℣. 12. Job XXX. 15. Pſ. LXI. 11. Marc. X. 24. I. Timot. VI. 17.

℣. 17. Pſalmus LXXXVIII. 49.

℣. 18. Eccl. II. 16. Apoc. II. 26.

℣. 28. I. Corinth. VI. 2.

℣. 33. Job XXVII. 19.

In perpetuum decantandus Pſalmus, datus olim concinendus Levitis Cantoribus de progenie Core. *Proœmium.*
PROPHETA. 1 *Populi omnes audite hæc quæ dicturus ſum; 2 auribus ea percipite omnes habitatores orbis terræ; 3 audite, inquam, tam vos ignobiles terræ filii, quam vos nobilium filii hominum; 4 pariterque & dives & pauper audite. 5 os enim meum modò loquetur verba ſapientiæ; 6 & diuturna cordis mei meditatio per os erumpens eloquetur documenta prudentiæ: 7 inclinabo & ego quoque aurem meam ad audiendum parabolicum graviſſimumque ſermonem: 8 & cum pſalterii ſono muſiciſque modis depromam hoc problema meum & quæſitum.* * *Narratio.* *9 Quare timebo in die calamitoſa Judicii noviſſimi? 10 Quin pœna iniquorum greſſuum & actuum vita mea me circum tunc circumſtabit, ut effugere nequeam tribunal Dei. 11 Qui fiduciam habent in fortitudine ſua; 12 & ſuperbiunt & gloriantur in multitudine divitiarum ſuarum: 13 eos in illa die mala a calamitate non liberat frater & propinquus, multòque minus alius quilibet homo liberabit eos; 14 nec quiſquam illorum ſive fortium ſive divitum dabit pro ſe quidquam, quo Deum ſibi ipſe placatum reddat: 15 neque pretium aliquod dare poterit, quo à morte redimat animam ſuam. 16 Quod & ſi laboraverit homo in ſæculum, an vel ſic & vivet adhuc in perpetuum? 17 an non experietur mortem etiam dives, cùm videat etiam ſapientes homines mori? 18 Verùm pariter cum ſapientibus inſipiens quoque ac ſtulti homines morte peribunt: 19 & ejuſmodi inſipientes relinquent divitias ſuas extraneis: 20 & ſepulchra eorum erunt eis domicilia uſque ad conſummationem ſeculi. 21 & ipſa ſepulchra erunt eis habitacula in omnes ſubſecuturas ætates uſque ad finem mundi: 22 licèt appellaverint inaniter nominibus ſuis terras ſuas, ut ſua nomina & titulos redderent immortalia. 23 Et ita homo cùm in honore eſſet ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus, non intellexit divina, & quæ ſibi futura eſſent poſt mortem: 24 præſentibus tantùm bellnina more intendens, comparavit ſe brutis pecudibus, & aſſimilatus eſt illis. 25 Talis vivendi ratio offendiculum ipſis eſt, & cauſa ruinæ: 26 & nihilominus poſt hæc facta ſtultiſſimè, de iiſdem rebus ore ſuo ſibi complacebunt & benedicent, quaſi bene prudenterque ſe geſſerint.* * *27 Verùm ejuſmodi ſtulti homines, ſicut ſtulidæ oves mactandæ ponuntur in macella, ita & ipſi poſiti ſunt in inferno, ubi mors perpetua eos depaſcet ac vorabit in ſæcula: 28 & dominabuntur eis juſti, cùm clarum mane illuxerit ſæculi futuri. 29 & adjutorium & robur eorum mundanum, quo nitebantur, antiquabitur & deficiet in inferno; & a gloria illa ſua temporaria expulſi ſunt tandem. 30 At de illius inferni poteſtate Deus animam meam redimet & liberabit, cum ad ſe me aſſumpſerit in morte mea.* * *31 Noli ergo commoveri et timere tibi, cum ditatus fuerit aliquis homo; 32 et cùm multùm aucta fuerit gloria domus et familiæ illius: 33 quia cùm ipſe morietur, non ſecum tollet quidquam ex omnibus, quæ hic habet;*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

nec

Digitized by Google

34 neque deſcendet cum eo gloria ejus:
ỿ. 35. Deut. XXIX. 19. † 35 quia anima ejus in vita ipſius benedicetur.
36 confitebitur tibi cùm benefeceris ei:
† 37 introibit uſque in progenies patrum ſuorum;
38 & uſque in aeternũ non videbit lumen.
† 39 Homo cùm in honore eſſet, non intellexit:
40 comparatus eſt jumentis ÷ inſipientibus: & ſimilis factus eſt ÷ illis:

34 nec in infernum deſcendet cum eo gloria domûs ejus:
35 nam animus ejus in hac tantum ipſius vita ſe bene felicem prædicabit. 36 qui dives tunc ſolum laudabit te o homo, cùm ipſi benefeceris: 37 ſed demum tandem moriens intrabit ad generationem patrum ſuorum jam mortuorum; 38 et in æternum uſque lucem non videbit nec præſentis vitæ nec futuræ. 39 Homo cùm in honore eſſet, ad imaginem et ſimilitudinem Dei creatus, non intellexit divina, et quæ ſibi futura eſſent poſt mortem: 40 præſentibus tantum bellnino more intendens, comparavit ſe brutis pecudibus, et aſſimilatus eſt illis.

ORATIONES.

MSS. 1 REple Domine os noſtrum ſapientiâ tuâ: ut memnres te hominem factum, noſque redemiſſe de tartaro, mereamur vultus tui lumine decorari. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per.

Prev. Mozarab. fol. 80. 2 AUdiant te Domine nmnes gentes; & dives ſimul ac pauper aurem tibi cordis accomodent: neque timeamus in die mala; neque fidei honore r elicto, jumentis inſipientibus comparemur: ut te ſolum intelligentia noſtra adſequens ambiat, quem aeterno in gaudio cum Sanctis omnibus laudans, praemia ſempiterna ſuſcipiat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus nnſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 91. 137. 140. 143. 3 AUdiant ſimul te Domine omnes gentes; & dives ac pauper aurem tibi cordis accomodent: ibique omnium ad fidem praeparetur auditio, quò ſalvandis promittitur gratiae plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 45. 4 APeriat, quaeſumus, Domine os noſtrum ſapientia; & corde meditemur, & linguâ loquamur prudentiam: & ne jumentis inſipientibus comparemur, diſciplinis divinae legis erudiamur: ut te ſolummodn intelligentia noſtra adſequens ambiat, quem aeterno in gaudio cum Sanctis omnibus laudans, praemia ſempiterna ſuſcipiat (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*)

fol. 156. 5 AUdiant ſimul te Domine tuae ſalutis authorem & dives ac pauper; mandatis tuis aurem accomndent, ſimul audiant ſimulque concurrant: ne ſchiſmatum & haereſum errore * ſejunctis, aliis ſint praecepta vitalia odor vitae in vitam, & aliis odor mortis in mnrtem: idcirco Domine & adverſos collige, & * conjunctns non ſinas dirimi ab unitate Eccleſiae: ibique omnium ad percipiendam fidem praeparetur auditio, * quò ſalvandis promittitur gratiae plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* *ibi*, ſevinctis.
* *ibi*, convictos.
* *ibi*, quia.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 6 TE Domine deprecamur, ut ipſe nobis tribuas intellectum: ut dum ea, quae videntur, abjicimus; illa, quae non videntur, adipiſci mereamur.

XLIX.

Pſalmus Aſaph.

BEDA.

I. Paralip. VI. 31. 33. 39. 42. XLVI. 41. 42. Asaph *filius fuit Barachiæ de familia Gerſon filii Levi: qui in Paralipomenon legitur electus inter quatuor Cantorum magiſtros, ut inſtrumentis muſicis Domino pſalmos reſonaret. qui non author pſalmi hujus, ſicut & de aliis dictum eſt, ſed muſicus egregius exiſtens, in hoc tamen titulo meruit ob ſignificationem ſui nominis adhiberi; interpretatur enim* Synagoga: *ſed hic illa* Synagoga *fidelis loqui intelligenda eſt, quæ & venturum Chriſtum credidit, & venientem libentiſſime ſuſcepit. Sciendum plane, quòd hic pſalmus utrumque Domini prophetet adventum.*

Senſus myſticus. *In prima ſectione fidelis* Synagoga *loquitur, quæ nunc eſt in populis Chriſtianis, de primo ſecundoque adventu Domini Chriſti:* Deus deorum Dominus locutus eſt; & vocavit terram. *In ſecunda, Dominus Deus Jeſus Chriſtus ipſe commonet populos, ut victimis pecudum derelictis, ſacrificium laudis immolent:* Audi populus meus (& loquar) *&c. In tertia,* Synagoga *reloquitur, imputans peccatoribus nequitias ſuas:* Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas? & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

Euſebius Cæſarienſis. *Avocatio à ſacrificiis legis Moyſi, & introductio ritus* (al. *legis*) *teſtamenti novi.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione,*

✱ Cardin. Thomaſ. *In priore Pſalmo ad omnes homines ſermonem direxit, nunc ad Judæos loquitur, conſternare volens, & emendare peccantes, qui, virtutum negligentes, ſolas curarent hoſtias: quod totum exequitur terribiliore ſuggeſtu quaſi Tribunal judiciale........ deſcribens, ut ſit tota compellatio Dei plena terroris.* Item, legendus ad Euangelium Matthæi.

Pſalt. Syr. *Dictus ab Aſaph Propheta de ſacrificiis legalibus Teſtamenti Moſis, deque ceſſatione eorum. Nos verò commonet, quòd niſi exequamur ejus mandata, erimus ei abominandi. eo quod negligamus* Libros *ſpirituales, verſ. 40.*

Pſalt. Arab. *verſ.* 47.

Feria III. ad Vigilias. S. Hier. *Pſalmus diſcernit juſtos ab impiis, cæleſtes a terrenis, ſanctos a peccatoribus; proteſtatur in quo non Prophetam ſe locutum, ſed ipſum Dominum pronunciat, dicens:*

PSAL-

PSALMUS XLIX.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 DEUS DEORUM Dominus locutus eſt, & vocavit terram,

† 2 à ſolis ortu uſque ad occaſum.

℣. 3. Pſ. XLVII. 4. 3 Ex Sion, ſpecies decoris ✝ ejus:

† 4 Deus manifeſtè veniet; Deus noſter & non ſilebit.

℣. 5. Pſ. XCVI. 3. † 5 ignis in conſpectu ejus exardeſcet:

6 & in circuitu ejus, tempeſtas valida.

℣. 7. Deut. XXX. 19. XXXII. 1. Pſ. LXXV. 9. Iſaia I. 2. † 7 Advocabit caelum deſurſum

8 & terram, diſcernere populum ſuum.

† 9 Congregate illi Sanctos ejus,

℣. 11. Pſ. XXI. 32. XCVI. 6. 10 qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.

† 11 & annunciabunt caeli juſtitiam ejus:

℣. 12. Pſalm. LVII. 12. 12 quoniam Deus judex eſt.

DIAPSALMA.

DEUS. ℣. 13. Pſal LXXX. 9. † 13 AUDI populus meus, & loquar;

14 Iſraël, & teſtificabor tibi:

15 Deus Deus tuus ego ſum.

† 16 Non in ſacrificiis tuis arguam te:

17 holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

℣. 18. Michee VI. 6. 7. † 18 Non accipiam de domo tuâ vitulos;

19 neque de gregibus tuis, hircos:

† 20 quoniam meae ſunt omnes ferae ſilvarum,

21 jumenta in montibus ✝ &: boves.

† 22 cognovi omnia volatilia caeli:

23 & pulchritudo agri mecum eſt.

℣. 25. Pſal. XXIII. 1. † 24 ſi eſuriero, non dicam tibi:

25 meus eſt enim orbis ✝ terrae: & plenitudo ejus.

℣. 28. Oſee XIV. 3. Hebr. XIII. 15. † 26 numquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?

℣. 29. Pſal. LV. 13. LX. 9. LXV. 13. CXV. 14 18. † 28 Immola Deo ✝ ſacrificium: laudis:

29 & redde Altiſſimo vota tua.

† 30 :&: invoca me in die tribulationis:

31 eruam te; & honorificabis me.

DIAPSALMA.

℣. 30. Job XXII. 27 Propheta. † 32 PECCATORI autem dixit Deus:

DEUS. 33 QUARE tu enarras juſtitias meas?

34 & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

† 35 tu verò odiſti diſciplinam:

36 & projeciſti ſermones meos retrorſum.

† 37 Si videbas furem, currebas cum eo:

38 & cum adulteris portionem tuam ✝ ponebas:

† 39 os tuum abundavit malitiâ:

40 & lingua tua concinnabat dolos.

† 41 ſedens, adverſùs fratrem tuū loquebaris:

42 & adverſùs filium matris tuae, ponebas ſcandalum.

43 Haec feciſti, & tacui.

† 44 exiſtimaſti iniquè quod ero tui ſimilis:

45 arguam te; & ſtatuam contra faciem tuam.

IN-

Pſalmus inſpicatus, aut ad cantandum traditus
Aſapho Levitæ primicerio Cantorum. PROPHE-
TA. 1 *Dominus, qui eſt Deus omnium judicum, qui*
dii quidam terreſtres appellantur, locutus eſt, & ad
judicium ſuum vocavit habitatores terræ, 2 ab orien-
te trahens omnes uſque in occidentem. 3 Ex ſuperna
Sion apparebit ſpecies pulchritudinis ejus: 4 Deus
enim manifeſtè cum gloria ac majeſtate veniet: nec diù
Deus hic noſter tacebit; ſed cito peccata redarguet ac
vindicabit. 5 Ignis coram eo ardebit, mundumque
exuret: 6 et circa ipſum valida tempeſtas erit. 7 Ad-
vocabit in teſtes juſtitiæ ſuæ cœlum deſurſum 8 ac
terram, ut dijudicet populum ſuum. 9 Congregate
ergo ad eum, ô Angeli, cunctos fideles, qui ſanctimo-
niam vitæ profitentur, 10 quique diſponunt & feriunt
pactum cum eo ſuper offerendis ſacrificiis. 11 et
tunc cœlites ipſi annunciabunt ejuſdem Dei juſtitiam:
12 nam Deus eſt judex, qui nec falli poteſt nec fallere.
DEUS JUDEX. 13 *Popule mi, auſculta, & ego ad*
te loquar; 14 audi popule Iſraelitice, teque conteſta-
bor: 15 Deus Deus tuus ego ſolus ſum. 16 Non pro-
pter carnalia ſacrificia tua neglecta te nunc arguam:
17 nam ſacrificia illa tua, in quibus victima tota cre-
matur, ſunt coram me perpetuo. 18 Non ego ſuſci-
piam tamquam rem non meam vitulos domus tuæ, quos
mihi ſacrificaveris; 19 nec gregum tuorum hircos,
quos mihi immolaveris, ſuſcipiam, quaſi antea mei non
fuiſſent: 20 mea ſunt enim animalia omnia ſylva-
rum: 21 mea ſunt pecudes in montibus ac boves:
22 novi ego mei juris eſſe aves omnes in aereo cælo
volitantes: 23 & quicquid pulchrum eſt in quovis
agro, meum eſt & in poteſtate mea. 24 ſi fieri poſſet,
ut ego eſurirem, non dicerem tibi, ut dares mihi aliquid
ad edendum: 25 meus enim eſt totus orbis terræ, &
mea ſunt omnia, quibus ipſe mundus plenus eſt. 26
numquid ego comeſurus ſum carnes taurorum, quos mi-
bi immolas? 27 aut hircorum ſanguinem bibiturus,
quem in libaminibus victimarum mihi offers? 28 Er-
go potiùs mihi offer, ceu ſacrificium ſpirituale, laudem
gratiarumque actionem ex intimo corde tuo: 29 mi-
bique Altiſſimo tua redde & imple vota, quæ promiſiſti,
ut mihi cultum exhiberes & obedientiam. 30 & tunc,
cùm vota perſolveris & laudem, me fidenter invoca
in quovis tempore tribulationis tuæ: 31 & ego ex ea
eximam te: meque magis ac magis tu glorificabis.
PROPHETA. 32 *Peccatorem autem Deus ita al-*
locutus eſt. DEUS. 33 *Ad quid, & ob quam utili-*
tatem tuam tu homo peccator ſemper narras &
prædicas facienda juſta præcepta mea? 34 & cur
ſemper aſſumis in ore tuo legem meam, quam
diſpoſui populo meo, facta fœdere cum eo? 35 cùm
tu interim animo tuo odio habueris inſtitutionem
vitæ bene moratæ: 36 & mea verba ac juſſa
contemnendo projeceris poſt tergum tuum. 37 Tu
ſi furem aliquem videbas, ſtatim conſentiens unà
cum eo currebas ad furandum: 38 & unà cum
iis, qui alienas ſolent uxores ſtuprare, partem
tuam ponebas, ſocius eorum factus & particeps.
39 os tuum abundanter plenum erat maledicentiæ:
40 & lingua tua artificiosè aptabat fraudem ad
decipiendum. 41 cum aliis improbis ſedens de-
trahebas de fama fratris & cognati tui: 42 &
contra ipſum quoque fratrem tuum uterinum fabri-
cabaris opprobrium; & ita ponebas ei offendiculum,
in quod impingeret inopinatè. 43 Hæc tu mala fe-
ciſti; & ego nihilominus diſſimulavi tacens. 44 exi-
ſtimaſti per ſummam iniquitatem futurum me ſimi-
lem tui, ac probaturum mala tua: 45 ſed demum
tandem coarguam te; tuaque peccata proponam atque
conſtituam ante oculos tuos.

PRO-

Propheta. † 46 INTELLIGITE haec, qui obliviſcimini Deum;

47 ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.

DEUS. † 48 SACRIFICIUM laudis honorificabit me:

49 & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.

PROPHETA. 46 *intelligite hæc vos, qui obliviſcimini Deum, & ſecurè peccatis, ac ſi Deus non eſſet: 47 ne aliquando ille vos inopinatè a præſenti vita rapiat ad mortem æternam; cum & non ſit, qui vos liberet a potenti manu Dei.* DEUS. 48 *Sacrificium ſpirituale laudis gratiarumque actionis me apud homines glorificabit: 49 & in eo genere ſacrificii ſpiritualis eſt via, qua demum ejuſmodi immolanti oſtendam atque exhibebo ſalutem illam meam ſummam ac ſempiternam in cælo.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 DEorum Domine te rogamus; utì nos ſuſcipias in ſacrificium laudis; quò ſine onere peccati tuas juſtitias enarrantes, iter illud, quo ſalutare tuum oſteuditur, gradiamur. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum.

Brev. Mozarab. fol. 9. 12. * al. veneris. 2 DEus, qui manifeſtè ad judicium venturus eſſe crederis; manifeſtam potentiam in nobis oſtende tuae ſalvationis: ut qui terribilis ſuſtineris; mitiſſimus, cùm * adveneris, ſentiaris. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 254. 3 DOmine, qui manifeſtus crederis in Judicio cum majeſtate venturus; miſericordiâ tuâ a peccatis eripias; ne nos juſtitia ſimul cum peccatoribus pertrahat. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 268. 4 INvocamus te Dominè in die tribulationis, ut nos eripias, fideique nutrimentis & nos creſcere facias: ut quod mente proficimus, tibi ſerviat; & uſus noſtrae actionis, laus ſit tui perpetim nominis. (℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

B E N E D I C T I O.

Comment. hujus Pſ. in T. 7. S. Hieronymi. 5 CHriſtus Dei Patris Filius nobis praeſtare dignetur, ut diſcreti à paleis, impleti fructu ſanctificationis, offeramus ei ſacrificium laudis: ut ipſo illuminante, intelligere mereamur viam noſtrae ſalutis. *Amen*.

L.

* II. Reg. XII. 1. *In finem: Pſalmus David:* * *Cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethſabee.*

BEDA.

Hiſtoria quidem nota eſt. David *Regem, conſpectâ & raptâ & conſtupratâ* Bethſabee, *virum ejus* Uriam *gladio Ammonitarum peremiſſe: ſed cognita per* Nathan Prophetam *culpa, mox pœnitentiæ lacrymis quod deliquerat abluiſſe. Ubi maxime retandum eſt, ideo fortiſſimos quoſque viros in talia nonnunquam cadere permiſſos; eorumque & culpas & pœnitentiam Scripturæ inditam; ut nobis infirmis & longe poſt eorum veſtigia jacentibus, & in eorum caſu, cautelæ timor commendetur: & in eorum correctione exemplum pœnitentiæ & ſpes veniæ detur. Sed quia Sanctorum geſta etiam myſtica, myſteriam noſtræ ſalutis operantur;* David *Chriſtum ſignificat;* Bethſabee, *quæ* Puteus ſatietatis *interpretatur, Eccleſiam præfigurat;* Urias, *qui interpretatur* Lux mea Dei, *diabolum exprimit, qui lucem ſibi* Deitatis *uſurpare quærebat; ſed à Domino proſtratus, mundi regnum amiſit, Eccleſiamque fidelium ei regendam dimiſit.*

Sensus mysticus. *Quinque membris eſt pſalmus iſte diſcretus. Prima eſt ſatisfactio perfectiſſimæ humilitatis:* Miſerere mei Deus. *Secunda, eſt fiducia miſericordiæ cæleſtis:* Aſperges me hyſſopo. *Tertia petit Dominum a ſuis peccatis aſpectum avertere:* Averte faciem tuam à peccatis meis. *Quarta docet omnes peccatores ad deſiderium ſupplicandi magis ac magis animandos; ſi tam ingens illi remitteretur iniquitas ejus:* Docebo iniquos vias tuas. *Quinta parte, cauſa memoratur Eccleſiæ, quæ per ejus orationem in adventu Domini conſtruenda:* Benignè fac Domine, & *reliqua. Ubi jam latus altari ejus offerendos vitulos pollicetur. Sic & ſupplicatio devota concluditur; & venturæ ſalutis gaudia nunciantur.*

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina confeſſionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in confeſſione.*

Cardin. Thomaſ. *Sub occaſione pœnitentiæ, qualiter populus in Babylone captivus pœnitere debeat, oſtendit.* Item, in
* actus Apoſtolorum, ubi Paulus eligitur, & *vox Pauli pœnitentis.*

Pſalt. Syr. *Davidis, cum peccavit, & occidit Uriam. Nobis autem ſignificatur documentum, & confeſſio. verſ. 41.*

Pſalt. Arab. *Davidi, quem dixit, cum interfecit Uriam, & venit ad eum Nathan Propheta, cumque objurgaſſet ipſum, verſ. 32*

In Feriis ad Matutinum. S. Hier. *Iſte quinquageſimus Pſalmus vocem continet pœnitentis perſonæ, oſtendens, ut qui ceciderit in crimine, confitenda mala ſua redeat ad ſalutem.*

PSALMUS IV. POENITENTIALIS AD SUPPLICANDUM.

Propheta. 1 MISERERE MEI DEUS SECUNDUM ✠ magnam: miſericordiam tuam:

℣. 2. II. Reg. XI. 4. † 2 ✠ &: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meã.

am-

Pſalmus in perpetuum decantandus, Davidi inſpiratus; cùm ad eum veniſſet Nathan Propheta; poſteaquàm ingreſſus fuerat ad Bethſabee uxorem Uriæ. PROPHETA. 1 *Miſerere mei Deus pro magna miſericordia tua: 2 & juxta multitudinem illam miſerationum tuarum, tot tantiſque peccatoribus exhibi-*

b'ta-

Digitized by Google

† 3 amplius lava me ab iniquitate meâ;
4 & à peccato meo munda me.
† 5 quoniam iniquitatem meam ego cognoſco:
6 & peccatum meum contra me eſt ſemper;
† 7 tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci.
✠. 8. Rom. III. 4.
8 ut juſtificeris in ſermonibus tuis;
9 & vincas cum judicaris.
† 10 Ecce ✠ enim: in iniquitatibus conceptus ſum:
11 & in peccatis concepit me mater mea.
† 12 Ecce enim veritatem dilexiſti:
13 incerta & occulta ſapientiae ✠ tuae: manifeſtaſti mihi.
✠. 14. Levit. XIV. Numer. XIX.
† 14 Aſperges me hyſſopo, & mundabor:
✠. 15. Iſai. I. 18.
15 lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.
† 16 Auditui meo dabis gaudium & laetitiam:
17 & exſultabunt oſſa humiliata.
† 18 Averte faciem tuam à peccatis meis:
19 & omnes iniquitates meas dele.
† 20 Cor mundum crea in me Deus:
21 & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.
† 22 Ne projicias me à facie tuâ:
23 & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
† 24 Redde mihi laetitiam ſalutaris tui:
25 & ſpiritu principali confirma me.
† 26 Docebo iniquos vias tuas:
27 & impii ad te convertentur.
† 28 Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meae:
29 ✠ &: exſultabit lingua mea juſtitiã tuã †
Domine.
30 Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam:
† 31 quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique:
✠. 32. Pſ. XXXIX. 7. XLIX. 8. 24. Iſai. I. 11. Jerem. VII. 21.
32 holocauſtis non delectaberis.
† 33 ſacrificium Deo, ſpiritus contribulatus.
34 cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies:
✠. 34. Iſai. LVII. 15. LXVI. 2.
† 35 Benignè fac ✠ Domine: in ✠ bonâ: voluntate tua Sion;
36 ut aedificentur muri Jeruſalem.
† 37 tunc acceptabis ſacrificium juſtitiae
38 oblationes & holocauſta:
39 tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

bitarum, dele iniquitatem hanc meam. 3 me plus plusque lava a maculis iniquitatis meæ; 4 & a meo me peccato purga. 5 nam ſerò licèt, ecce jam agnoſco ego meam illam iniquitatem; atque confiteor: 6 & peccatum illud meum jugiter eſt coram oculis mentis meæ, illudque dolenter conſidero; 7 ſcilicet quod in te Deum ſolum & verum peccaverim, contemnendo mandata tua, & quòd malum illud coram te omnia aſpiciente fecerim, turpiſſimâ contumeliâ in te. 8 ſed miſerere, quaſo, dele, lava, & munda me: nam inde fiet, ut tu juſtus & verax appareat in verbis tuis; quibus veniam promiſiſti peccatoribus ad te converſis: 9 & ità fiet, ut tu vincas cauſam, ſi judicium de te fieret ab hominibus, an ſervans eſſes promiſſi. 10 Miſerere mei, nam ecce ego ab exordio ipſo mei ſum iniquitatum omnium prima & originali conceptus ſum, factuſque ſum pronus ad peccandum: 11 & mea me mater concepit atque peperit vitiatum & corruptum originali peccato, quod caput & fons eſt omnium peccatorum: 12 nam & ecce tu ſolitus fuiſti ſemper diligere veracem ex intimo corde confeſſionem peccatorum: 13 qui mihi ingrato manifeſtaveras olim etiam incognita illa & arcana decreta ſapientia tuæ. 14 Aſperge tu me Domine intima aſperſione, ceu externo illo ſacerdotali hyſſopo tincto in ſanguine; & ita ego mundus ero: 15 lava tu me intimè; & ego plus, quam ſit alba nix, dealbatus efficiar. 16 Auditum mihi facito gaudium & lætitiam. 17 & oſſa & robora mea depreſſa atque confracta, tunc ex diffuſo gaudio exſultabunt. 18 Verte faciem tuam a reſpiciendo peccata mea: 19 omneſque iniquitates meas funditùs abſterge. 20 Crea mihi tu Deus animum mundum, remotâ ſorde peccati: 21 & intra viſcera mea, ablata diſtortione, ſpiritum directum et ſtabilem renova. 22 Ne me projicias velut iratus a præſentia tua: 23 & Spiritùs Sancti tui inſpirationes et afflatus ne auferas a me. 24 Reſtitue mihi lætitiam illam, quam habueram de ſalvatione a te mihi conferenda. 25 & Spiritùs Sancti potenti dono, quod regendæ animæ meæ regium principatum tenrat, me infirmum fac firmum, ne rurſus cadam. 26 Si tecum in gratiam reconciliabor, docebo ego meo exemplo & ſcripto hoc, peccatores alios vias rationeſque redeundi ad te per pœnitentiam: 27 et ita impii, abs te alieni, revertentur ad te. 28 A reatu homicidii, quo ſanguis Uriæ juſſu meo effuſus eſt, libera me Deus Deus ſalvator meus. 29 & cùm a tanto reatu me abſolveris, lingua mea cum exſultatione laudabit juſtitiam tuam, quâ homines ex injuſtis juſtos facis. 30 Domine rurſus aperi labia mea dando novam materiam te laudandi nova hac reconciliatione: et os meum animo grato annunciabit omnibus laudem tuam potiùs, quam externum tibi offeram ſacrificium. 31 nam ſi pro expiatione peccati potiſſimùm voluiſſes & exegiſſes ſacrificium aliquod externum, obtuliſſem ſanè illud: 32 ſed ſacrificia illa, etiam in quibus victima tota crematur, non per ſe tibi placent, nec iis ſolis tu delectaris. 33 ſacrificium autem tibi Deo gratum principaliter eſt ſpiritus & animus hominis ſeipſum affligens & confringens præ dolore peccati. 34 animam, ſeſe dolore confringentem et contenentem, ſeſeque reatus ſui confeſſione humili dejicientem, tu Deus nunquam es aſpernaturus. 35 Tandem Domine pro bona tua voluntate benefac quoque civitati huic Sion, ne propter me regem ejus peccatorem deſerat eam: 36 cum ſi enti coeptum eſt, fac, ut extruantur et ad perfectionem uſque perducantur muri ejuſdem civitatis Jeruſalem. 37 Tunc cùm benefeceris et mihi et civitati huic, reſque omnes fuerint tranquillæ atque pacata, acceptum habebis ſacrificium quodvis juſtum et rectum; 38 et oblationes acceptabis et holocauſta: 39 et illo tunc tempore beneficentia tua Iſraelitæ omnes ex fide ac pietate animi ſui vitulos tibi immolandos imponent ſuper iſtud altare tuum hujus civitatis tuæ ſanctæ Jeruſalem.

ORATIONES.

Mſs. 1 PRofluae miſerationis ineffabile nomen Trinitas Deus; qui humani pectoris antrum emundans vitiis, ſuper candorem efficis nivis; innova, quaeſumus, in viſceribus noſtris ſpiritum ſanctum tuum; quò laudem tuam adnunciare poſſimus: ut recto principalique ſpiritu confirmati, mereamur aeternis ſedibus in Jeruſalem caeleſti componi. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prec. Mozarab. fol. 39. 73. 94. 2 AVerte faciem tuam à peccatis noſtris Domine; & omnes iniquitates noſtras dele: remove ab oculis tuis malarum noſtrarum facinus voluptatum; noſtraeque confeſſioni clementer tuum appone auditum. miſerere, quaeſumus, rogantibus nobis; qui propitius reſpicis in adverſis; & qui deſperatis cor poenitens tribuis, * confeſſionibus noſtris gloriae tuae praeſta ſubſidium. Sed quia publicanus à longe ſtans & percutiens pectus ſuum, ſolâ confeſſione purgatus eſt; ſimiliter & nos peccatores exaudi: ut ſicut illi * meritos petitionis ſuae fructus donaſti; ita & nobis ſupplicantibus indignis ſervis tuis veniam digneris impendere peccatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus, & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* al. ad confeſſionem gloriae tuae. * al. ac confeſſionibus [illegible]. * al. merito. ... fructum. fol. 80.

3 EXaudi orationem noſtram Domine; gemituſque noſtros auribus percipe: nos enim iniquitates noſtras agnoſcimus; & delicta noſtra coram te pandimus: tibi Deus peccavimus; tibique coſitentes veniam expoſcimus. & quia receſſimus à mandatis tuis; & legi tuae minime paruimus; convertere Domine ſuper ſervos tuos, quos redemiſti ſanguine tuo. indulge, quaeſumus, nobis; & peccatis noſtris veniam tribue: tuaeque pietati miſericordiam in nobis largiri dignare. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 80. 97. 4 MIſerere Domine miſeris: & quia noſtram agnoſcimus miſeriam, tuam praeveniamus miſericordiam. ſit igitur vox confeſſionis prompta, venia proxima; atque de tuâ propitiatione ſit exauditio à te; ut noſtra deleas univerſa peccata; & tribuas virtutem, per quam tua ſaciamus praecepta. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 115. 5 MIſerator Domine, ſecundùm magnam miſericordiam tuam nobis propitius miſerere: ut quorum te non latent occulta, his de te confidentibus doretur miſericordia manifeſta: quique pro admiſſis interno rugitu gemimus, & pro remiſſione peccatorum noſtrorum criminum ſuſpiramus; non nos à facie tua projicias: ſed tibi ſoli debita pietate ad indulgentiae portum adducas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 118. 141. 6 AVerte faciem tuam à peccatis noſtris Domine; & omnes iniquitates noſtras delens, remove ab oculis tuis malarum noſtrarum facinus * voluntatum: noſtraeque confeſſioni clementer tuum appone auditum. miſerere, quaeſumus, rogantibus nobis, qui propitius reſpicis in adverſis: & qui deſperatis cor poenitens tribuis; à confeſſionibus noſtris nullatenus avertatur gratia tua. Sed quia publicanus à longe ſtans, & percutiens pectus ſuum, ſola confeſſione purgatus eſt; ſimiliter & nos peccatores exaudi: ut ſicut illi merito petitionis ſuae fructum donaſti; ita & nobis ſupplicantibus indignis ſervis tuis veniam digneris impendere peccatis. ergo quia cordis contriti placaris ſacrificio, tribue nobis hoc tibi offerri, quod praecipis; & promereri indulgentiam, quam promittis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

* al. voluptatum.

fol. 126. 373. 7 COrdis noſtri ſecreta, quae quotidie curis carnalibus ſordidantur, hyſſopi verbi tui, omnipotens Deus, adſparſione mundentur: ut recedat à nobis callidus ſeminator; & Chriſtus Dominus in nobis maneat conſolator. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 54. 131. 319. 8 MIſerere nobis Domine ſecundùm magnam miſericordiam tuam: ut unde nos erubeſcimus, tu indulgeas: & ea, quae egiſſe nos poenitet, tu clementer ignoſcas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 138. 180. 9 DEus, qui ſcelera noſtra figmento operta denudas; qui incerta dubiis, & occulta conſciis conſueta pietate transducis; ut noxietate proditâ adſpargas nos rore miſericordiae tuae; & velut nive dealbemur vitae correptione: averte, quaeſumus, faciem tuam a peccatis noſtris; & omnes iniquitates noſtras delens, innova in viſceribus noſtris Spiritus tui Sancti infuſionem: quò tali inhabitatore gaudentes, aperiamus jugiter labia noſtra ad annunciandam laudem tuam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 58. 157. 232. 258. 10 AGnoſcentibus nobis iniquitates noſtras, & propria tibi Domino pandentes piacula, ejulantes lacrymis, pectore verberato ſupplices oramus: ut avertas à noſtris ſceleribus faciem tuam; & deleas, quae geſſimus, cuncta peccata. crea itaque Deus in * corde noſtro, quod ames; & propitiatione ſolitâ dimitte, quod odis: ac ſi te crebrò ad iraſcendum noſtra

* al. cordibus noſtris.

ſtra iniqua exaſperant vitia; tua te nobis placabilem reddat indulgentia copioſa. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.161. 11 MIſerere nobis Domine ſecundùm magnam miſericordiam tuam; & ab errore reſipiſcentibus clementiae tuae aperi januam. tuarum itaque miſericordiarum magnitudine non ſinimur malorum noſtrorum obrui depreſſione: nos enim iniquitates noſtras agnoſcimus; & per moles criminum commiſſorum in noſtris oculis premimur te precari Domine: unde nos erubeſcimus, tu ignoſce; & ea, quae egiſſe nos poenitet, tu dele clementer. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol.167. 12 TIbi ſoli peccavimus Domine; & malum coram te fécimus: cui quidem non celantur abſcondita noſtra, quae cordis retinent clauſtra: & tamen erubeſcimus pandere, quod non timemus perpetrare. Sed tu Domine, qui non deſpicis poenitentes, ſuſcipe preces humilium; & veniam tribue peccatorum: ac per potentiam Trinitatis, rectitudinem, quâ gradiamur, doceat nos Spiritus Sanctus; & ad ſanctitatis gloriam pertrahat Spiritus rectus; atque ad juſtificationem principalis deducat Spiritus: ut unicae virtutis immenſa poteſtas, & Pater regat quos condidit; & Filius cuſtodiat quos redemit; & Spiritus Sanctus repleat quos creavit. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 184. 13 CLamamus ad te Domine; miſérere nobis: ſana animas noſtras; quia peccavimus tibi: tuum eſt enim, noſtri miſereri (&) praerogare miſericordiam: tuum eſt, animae vulneribus impendere curam, & in pateſactis ſceleribus debitam non exſérere vindictam, nec condignam in poſterum rependere poenam: da humilitatem, quam placatus inſpicias; & accipe confeſſionem, ut peccata dimittas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.195. * *ibi*, poenitentiam. 14 QUinquageſimum pſalmum medicaminibus plenum * poenitentiae meditantes, tu Deus, qui cuncta proſpicis, & noſtram linguam perſolvas: ut ſicut David poſt Uriae Cethaei ſanguinem ſuſum per cor contritum & humiliatum diluiſti peccata; ita & noſtrâ ſatisfactione digneris abluere delicta. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 149. * *ibi*, teſtimonii. 15 SPiritus Sancte, qui ex Patre Filioque procedis, locupleta nos dono tuo benedictionis: quatenus ſpiritu principali confirmati, caeleſti emiſſione mereamur quotidie liberari. Sit ergo ſuper nos benedictio tua, eâ que nos ſemper confirma per ineffabilem potentiam Trinitatis: ut inhabitet in nobis Spiritus ſanctus; innovet Spiritus rectus; confirmet Spiritus principalis; atque unius * teſtimonium ſit virtutis: ut confirmatos nos per Patrem, & innovatos per Filium, cuſtoditos nos eſſe gaudeamus per Spiritum Sanctum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.33. 120. 387. 16 REdde nobis Domine laetitiam ſalutaris tui; quam amiſimus iniquè gerendo, & praetermiſimus negligendo: tu ad eam nos revoca; & eam nobis reſtaura: ut peccato expulso ſuccedat juſtitia; & moeſtitiâ repulsâ adſit laetitia. da quaeſumus hanc jocunditatem, ut pervenire mereamur ad aeternam ſalutem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.56. 87. 17 SEcundùm multitudinem miſerationum tuarum Domine dele iniquitates noſtras: ut quia illae nos aggravant, iſtae nos erigant. cor contritum & humiliatum ne ſpernas in nobis: ſed per ineffabilem potentiam Trinitatis inhabitet in nobis Spiritus ſanctus; innovet Spiritus rectus; cofirmet Spiritus principalis; atque unius teſtimonii ſit virtus: ut confirmatos nos per Patrem, & innovatos per Filium, cuſtoditos nos eſſe gaudeamus per Spiritum Sanctum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.102. 18 HUnc pſalmum, medicaminibus poenitentiae plenum, vocibus tibi Domine linguâ noſtrâ perſolvimus: poſtulamuſque, ut ſicuti David poſt Uriae Cethaei ſanguinem fuſum, per cor contritum & humiliatum diluiſti commiſſa; ita quoque noſtra Domine ſimili ſatisfactione dignare amputare peccata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol.319.323. 19 LAudet te Domine lingua noſtra annunciando juſtitias tuas: & exſultent labia noſtra praeconio veritatis: ut non diſſolvantur vaniloquio falſitatis. ſicque tibi confitendo, remiſſis criminibus in te exſultemus; ut & in congregatione juſtorum ſacro agmine decantantes, vitae beatae efficiamur heredes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 47. 60. 313. 20 NE projicias nos Domine à facie tuâ; neque auferas miſericordiam tuam à nobis: ut quos reatus facinorum tenet obnoxios, miſerationis tuae clementia faciat abſolutos. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 30. 34. 328. 21 EXſultent Domine labia noſtra praeconio veritatis; ut non reſolvantur vaniloquio falſitatis: ſicque lingua noſtra judicium veritatis loquatur, ut Chriſtum tuum verum judicē promptiſſimâ devotione laudet: atque itâ praecepta tua aſſiduè in noſtro corde verſentur

ut greſſus noſtri ab inſidioſis decipulis minimè ſupplantentur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 218. *De Paſſione Domini.* 22 AGnoſcentes iniquitates noſtras & ſcelera noſtra, Chriſte Deus noſtrae ſalutis, qui paſſionibus tuis noſtrorum omnium paſſiones extinguis; tribue nobis famulis tuis Domine Jeſu Chriſte indulgentiam criminum, & remiſſionem peccatorum; & vitam aeternam à te Domine conſequi mereamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 359. 23 DEus, qui ſemper, quae vera ſunt, diligis, & quae ſunt occultata tuâ ſapientiâ, manifeſtas; qui virginalem uterum pro mundi ſalvatione ingredi dignatus es: adſparge nos hyſopo verbi tui; & munda nos ab iniquitatibus noſtris: ut qui tibi ſoli peccavimus, & malum geſſimus coram te; non iratus peccatis tribuas poenam; ſed propitius ſpiritum rectum, qui te invocet, in noſtris infunde viſceribus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. 24 NOs famuli tui ſupplices deprecamur (te) Domine Jeſu Chriſte, ut pietatis conſilio magnis facinoribus noſtris immenſam miſericordiam largiaris; noſque per contritionem cordis humiliati, mactando vitia, jugulando delicta, dignum tibi acceptabileque praepares holocauſtum.

LI.

* I. Reg. XXII. 2.

*In finem, intellectus, David: * cùm venit Doëg Idumæus & nunciavit Sauli;*
Venit David in domum Achimelech.

In Editione Romana, *In domum Abimelech.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Quia titulus juxta hiſtoriam notus eſt, breviter de allegoria dicamus: ideo enim* Intellectus *titulo inſeritur, ut myſterium quaerere non dubites: quia & ipſe* David *ſuis calamitatibus admonitus, de Chriſto futurum intellexiſſe narratur.* David *ergo, ut ſemper, Chriſtus ſit:* Saul, *Judaei perſequentes:* Doëc Idumæus, *qui interpretatur* Motus ſanguinem, *Judas proditor:* Abimelech Sacerdos, *electi diſcipuli, apud quos Dominum & vidit crediditque. Quidam dicunt,* Doëc *Antichriſtum eſſe, cujus membrum Judas ruſtitit: quia ſicut ille Sacerdotes octuaginta peremit, ſic & iſte Martyres, qui fidem reſurrectionis tenent, ſit occiſurus.*

In prima parte pſalmi Propheta in Judam vel in Antichriſtum invehitur, ne ſe in flagitiis extollat; cui finis graviſſimus reſtat: Quid gloriaris in malitia? *& reliqua. In ſecundâ, dicit tum periturum eſſe, Sanctorum per omnia ſocietate privandum:* Propterea Deus deſtruet te in finem. *In tertiâ, Sanctos ſupere dicit, quando diabolum, nunc in ſaecula bacchantem, conſpexerint in fine damnari:* Videbunt juſti, & timebunt. *In quartâ, ipſe Propheta ſperat ſe cum Sanctis in beata vita beandum:* Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei, *& reliqua.*

Euſebius Caeſarienſis. *Redargutio morum pravorum, & eorumdem finis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus accuſatorius impiorum & iniquorum.*

* Cardin. Thomaſ. *Contra verba Rhapſacis poteſt contextum intelligi.* Aliter, vox Chriſti ad Judam traditorem.

Feria III. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis, arguit in eo omnes mores pravos, & docet extirpationem eorum, verſ. 21.*

Pſalt. Arab. *verſ. 19.*

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Prophetae, peccata Judaici populi exprobrantis; ad ipſum enim loquitur dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 QUID GLORIARIS IN MALITIA, ÷ QUI : POTENS ÷ ES:
† 2 in iniquitate? * totâ die
3 injuſtitiam cogitavit lingua tua:
4 ſicut novacula acuta, feciſti dolum.
† 5 dilexiſti malitiam ſuper benignitatem:
6 iniquitatem magis, quàm loqui aequitatem.

DIAPSALMA.

† 7 Dilexiſti omnia verba praecipitationis linguâ doloſâ.
† 8 Propterea Deus deſtruet te in finem:
9 evellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo;
10 & radicem tuam, de terra viventium.

DIAPSALMA.

℣. 11. Pſal. LXIII. 10. † 11 Videbunt juſti, & timebunt:

& ſu-

Pſalmus in perpetuum decantandus, plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi: cùm veniſſet Doeg Idumæus, & annunciaſſet Sauli Regi, & dixiſſet ei: *David fugiendo a te, venit in domum Achimelech Sacerdotis; & ab eo accepit panes & gladium Goliath.* Ob quam Doëg proditionem Saul iratus, occidit primùm quidem 85. Sacerdotes, deinde & cunctos Sacerdotalis civitatis Nobe viros, mulieres, parvulos, aſinos, & boves. PROPHETA. 1 *Quare, o proditor, Doëg gloriaris in tua animi malignitate, qui potens quidem factus es in regia Saulis, ſed per iniquitatem? 2 in quo iniquitate fuiſti per ſingulos dies. 3 lingua tua cogitatè locuta eſt, quod erat injuſtum, & inſidias: 4 tamquam acuta novacula, quæ debeat radere barbam, & jugulum ſecet; ſic tu præter expectationem feciſti dolum: 5 dilexiſti malum magis quàm bonum: 6 & dilexiſti magis loqui quod injuſtum erat, quàm quod juſtum & æquum.* * *7 Dilexiſti omnia verba, quæ poſſent præcipitare & demergere innocentes homines in mortem per tuam linguam doloſam. 8 Ac propter hoc Deus deſtruet te in ſempiternum; 9 teque evellet de habitaculo tuo; & inde te emigrare faciet: 10 immotè tuamque ſtirpem radicitùs evellet de terra viventium.* * *11 Videbunt hujus proditoris* * *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.* * *Pauſatio &c.*

divi-

12 & ſuper eum ridebunt ✝ & dicent :
13 *Ecce homo, qui non poſuit Deum, adjutorem ſuum:*
† 14 *ſed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum:*
15 ✝ *&c: praevaluit in vanitate ſua.*
℣.16. Oſea XIV.5. † 16 Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei:
17 ſperavi in miſericordiâ Dei in aeternum & in ſaeculum ✝ ſaeculi :
† 18 Confitebor tibi in ſaeculum, quia feciſti :
19 & exſpectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

divinam ultionem homines juſti, & magis timebunt Dominum judicem juſtum: 12 *& ſuper illum proditorem ridebunt, & ſecum invicem dicent:* 13 Ecce quò tandem devenit homo iſte proditor, qui ſpem ſuam totam non repoſuit in Deo, ut ſibi ille eſſet adjutor;
14 ſed potiùs ſpem ſuam poſuit in multis divitiis ſuis: 15 ſeque contra innocentes validum ac potentem fecit per ſua vana mendacia atque inſidias. 16 *At ego ab illo proditus, non ut ille eradicabor; ſed firmiſſimè radicabor in domo Dei, ceu virens oleo atque fructifera:* 17 *quia non in divitiis & mendaciis, ſed in Dei miſericordia ſpem meam poſui: ibique ero in æternum uſque & in omnia ſecula.* 18 *Profitebor igitur, tibi Domine debitas laudes uſque in æternum, quòd hæc juſta judicia feceris:* 19 *patienterque poſthac exſpectabo Divinum Numen tuum auxilio mihi adfuturum: quia id beneficum & benignum eſt coram oculis Sanctorum tuorum, non in rebus vanis atque caducis, ſed in te Deo ſperantium.*

ORATIONES.

MSS. 1 TOtius mundanae vanitatis deſtructor, omnipotens Deus, fac nos in domo tua ſicut olivam florere fructiferam: ut in tuâ miſericordiâ ſperantes, ab iniquitatis maledicto ſalvemur. Per Dominum.

Brev. Muzarab. fol. 169. 2 INgeniti Patris unigenitum Verbum, qui gloriantem contra te in malitia populum ſuſtines; ſupernorum Regem confitentem te gregem ſalva fidelium: ut dum turba malorum totâ die in lingua ſua injuſtitias cogitat, plebs nomini tuo credula, cantica tibi deferat ſine fine accepta. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 169. * *ibi*, diſciplinam. *De Paſſione Domini*. 3 DEus, qui gloriantem contra te in malitia * diſcipulum pateris; da nobis ſublimiter gloriari paſſionibus tuis: ut quem * malitia porrecti arcum doloris emiſit; * ſic ſpiculum vulneris in eo credulitas defigat voluntariâ ſuâ confeſſione. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. DEus nobis praeſtare dignetur, ut ab omni dolo liberi, ab omni iniquitate mundati, Filium Dei aequalem Patri Spirituique Sancto confeſſi, mereamur ſicut oliva fructifera in Hieruſalem caeleſti plantari.

LII.

In finem, pro Maëleth, intelligentiae, David.

In Edit. Rom. *Pro Amalech, intellectus, David.*

BEDA.

I.Reg.XXX. *Regum narrat hiſtoria, cùm David apud Achis exſularet, & cum eo deſcenderet in caſtra ad præliandum contra Saul; latrunculos Amelech vaſtaſſe civitatem Siceleth, raptiſque David & ſociorum ejus uxoribus, filiis, ac ſubſtantiis, abiiſſe: & hoc comperto,* David eos perſequutus eſt; *& inter convivia repertos internicioni dedit.* Intellexit ergo David *Chriſtum de ſuo ſemine naſciturum, Gentiumque perſecutionem contra Eccleſiam ejus, quaſi* Amalech *contra Siceleth civitatem* David, *eſſe ſaeviturum; ſed eaſdem non, ne animas, quas de Eccleſia rapuerant, poſſent occidere, Chriſto victore proſternendas, vel ad fidem ſcilicet, vel ad damnationem. & ideo recte titulus dicit* In finem, Amalech, *id eſt in Chriſtum pro Gentibus:* Intellectus David, *quia ipſe* intellexit, *quid hæc, quæ geſſerat, myſterii ſalutaris tenerent.* Amalech *interpretatur* Populus lambens; *quia qui terrena nimium deſiderant, ea jam ambiendo quaſi* lambere *videntur: pro horum ergo converſione vel punitione pſalmus iſte formatur.*

Senſus myſticus. *In primo membro pſalmi Eccleſia loquitur, increpans eos, qui vel corde vel opere corrumpi non metuunt:* Dixit Inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. *In ſecundo dicit eos recepturos mala, quæ fecerint Chriſtianis:* Nonne cognoſcent omnes, *& cætera. In tertio fideles monet æquanimiter ſæculi ferre moleſtias, donec judicium majeſtatis adveniat; ubi Beati omnes judicantur bona recipere:* Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael?

Euſebius Cæſarienſis. *Salvatoris (al. ſalutis) apparitio & atheiſmi emendatio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus accuſatorius impiorum & iniquorum.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ft hic Pſalmus Rhapſacem perculit. Aliter, increpat Judæos incredulos, operibus negantes Deum.* Legendus ad Evangelium Matthæi.

Pſalt. Syr. *De Aſhitophel, qui conſilium dedit Abſaloni, ut inſequeretur Davidem Patrem ſuum, eumque interficeret; at recidit ſcelus ejus in caput ſuum, ac mortuus eſt. Quod autem ad nos, innuit nobis revelationem Salvatoris, in libertatem a populis Atheis, verſ. 16.*

Feria IV. ad Vigilias. Pſalt. Arab. Davidis *prophetia de Babel*, & de Sennacherib, *verſ. 15.*

S. Hier. *Pſalmus noster continet Prophetæ, peccatores atque impios increpantis.*

PSAL-

PSALMVS AD MEDITANDVM.

Propheta. ✝. 1. Pſal.XIII.

1 DIXIT INSIPIENS IN CORDE SUO; *NON EST DEVS.*
✝ 2 Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus:
3 non eſt qui faciat bonum,
✝ 4 Deus de caelo proſpexit ſuper filios hominum,
5 ut videat ſi eſt intelligens ✝ aut: requirens Deus.
✝ 6 Omnes declinaverunt; ſimul inutiles facti ſunt:
7 non eſt qui faciat bonum; non eſt, uſque ad unum.
✝ 8 Nonnè ſcient ✝ omnes: qui operantur iniquitatem?
9 Qui devorant plebē meam ùt cibū panis,
✝ Deum non invocaverunt:
10 illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
✝ 11 quoniam Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent:
12 confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.
✝ 13 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael?
14 cùm converterit Deus captivitatem plebis ſuae,
15 exſultabit Jacob ✝ &: laetabitur Iſrael.

Pſalmus in perpetuum decantandus per chorum ſive pro chorea; plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Homo ſtultus & amens cogitavit & dixit animo ſuo, quòd non ſit Deus.* 2 *Sed et cæteri quoque homines, per Adæ peccatum vitiati, ſe ſuaſque vias valde corruperunt, abominabileſque Deo facti ſunt ob iniquitates ſuas:* 3 *non eſt quiſquam hominum, qui ſuis viribus faciat id quod bonum eſt ſecundùm Deum.* 4 *Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum in terra,* 5 *ut videret, ſi eſſet aliquis homo, qui intelligeret et agnoſceret Deum, eique placere perquireret.* 6 *Et ecce vidit, quòd omnes homines deflexerint, et averterint ſe ab ipſo; et cuncti pariter iniquitatibus adhærentes, inutiles effecti ſint et inepti ad opera bona, Deo digna;* 7 *et quòd non ſit quiſquam hominum, qui ſuis viribus faciat id quod bonum eſt ſecundùm ipſum Deum: et non ſit talis, ne unus quidem.* 8 *Verum numquid non aliquando tandem Deum agnoſcent omnes qui faciunt quod iniquum eſt?* 9 *Qui populum, qui meum eſt, deprædantes devorant, ac ſi famelici comederent eſcam panis, hi Dominum non invocaverunt in neceſſitatibus ſuis:* 10 *quapropter & vano quoque timore ibi timuerunt, exterriti ſunt atque obſtupuerunt; ubi vera timendi cauſa non erat.* 11 *& merito, nam conſtituit Deus diſperdere ac diſſipare robora viriſque ſtudentium placere ſibi & hominibus, et non Deo.* 12 *qui humani favoris ſpe tandem fruſtrati, pudore ac rubore ſuffuſi ſunt, eo quòd Deus nihili fecerit, & projecerit eos.* 13 *O utinam quis det & emittat de monte Sion ſalvatorem Iſraelis!* 14 *nam cùm Dominus captivum populum ſuum Iſraeliticum a prædatorum ſuorum captivitate in patriam reduxerit;* 15 *tunc Jacobi patriarchæ progenies exſultabit gaudio, populuſque Iſraeliticus lætabitur, ab omnium ereptus ſervitute malorum.*

O R A T I O N E S.

MSS. Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

1 RESpiciens de caelo ſancto tuo Deus piiſſime; pone terminum inſipientiae noſtrae: ut à terroribus vanis eruti, tibi ſoli de puritate cordis integra placeamus. Per Dominum.

2 SUpplices (te) deprecamur Deus, ut declinantes à loquacitate ſuperflua, te inſtruente intelligamus omnia in tuâ dominatione conſiſtere: qui digneris ablata captivitate vitiorum, erigere nos in libertatem virtutum.

LIII.

* I. Reg. XXIII. 19. XXVI. 1.

In finem, in carminibus, intellectus, David. Cùm veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul*; Nonne David abſconditus eſt apud nos?

BEDA.

Senſus myſticus.

Intellectus David, *accipiendus eſt, ut ſupra: quia videlicet angoribus obſeſſus, ſed inopinatè liberatus, quid Eccleſiæ Chriſti, cujus & ipſe membrum erat, venturum eſſet,* intellexit: *& hunc tamen* intellectum *ſuum* in carminibus, *hoc eſt, in maximis lætitiæ laudibus extulit. ſemper enim (ni fallor) Pſalmi, qui* In carminibus *inſcribuntur, exſultationem canentis inter adverſa denunciant.* Ziphæi *interpretantur* Florentes; *quòd in hoc ſæculo peccatoribus datum eſt: ubi ad tempus libertate perfida proſperari finuntur: fidelibus è contrario contemptis, & impiorum obſtinatione concluſis.*

A Saulis *periculo Propheta liberatus, per totum pſalmum Domino gratias egit, quia ei* Ziphæorum *non potuit nocere proditio. In primâ parte deprecatur, ne eum inimici fortiſſimi gravare prævaleant:* Deus in nomine tuo ſalvum me fac. *Secundo loco adverſarios ſuos ſpirituali pietate ſupplicat debere converti:* (Ecce enim Deus adjuvat me.) *quod omnem convenit petere Chriſtianum, ut à* florentibus *hujus mundi ita liberetur; quatenus eis converſionis gratia non negetur.*

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio ejus, qui propter Deum exagitatur.* (*al. qui ſecundùm Deum decertat.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *In perſona Ezechiæ obſeſſi poteſt intelligi.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem, vel cujuslibet fidelis, auxilium Dei contra vitia flagitantis.

Pſalt. Syr. *Davidis, cum miſiſſet Joab, & exercitum ſuum ad pugnandum contra Abſalon. Nobis verò eſt trophæum, & oratio ejus, qui a Deo cuſtoditur, verſ. 13.* Pſalt. Arab. *Perfectio eundem mentalium, verſ. 14.*

Quotidie ad Horam Primam.

S. Hier. *Pſalmus orationem Dominici hominis continere dignoſcitur, formam ſervi accipientis, accidentiſque ad paſſionem in forma ſervi.*

PSAL-

Digitized by Google

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DEUS IN NOMINE TUO SALVUM ME FAC:
2 & in virtute tua judica me.
† 3 Deus exaudi orationem meam;
4 auribus percipe verba oris mei:
℣. 5. Pſ. LXXXV. 14. † 5 quoniam alieni inſurrexerunt adverſùm me;
6 & fortes quaeſierunt animam meam;
7 & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

DIAPSALMA.

† 8 Ecce ✠ enim: Deus adjuvat me:
9 ✠ &: Dominus ſuſceptor eſt animae meae.
† 10 Averte mala inimicis meis:
11 ✠ &: in veritate tua diſperde illos.
† 12 Voluntariè ſacrificabo tibi:
℣. 13. Pſal. LI. 11. 13 ✠ &: confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.
† 14 quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me:
15 & ✠ ſuper: inimicos meos deſpexit oculus meus.

Pſalmus in perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi: quando, cùm ipſe ſe abſcondiſſet in deſerto Ziph, venerunt Ziphæi, & prodiderunt eum Sauli Regi dicentes: *Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutiſſimis ſylvæ in colle Hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti? nunc ergo ſicut deſideravit anima tua, ut deſcenderes, deſcende: noſtrum autem erit, ut tradamus eum in manus tuas.* PROPHETA.
1 Deus in divino tuo nomine atque auxilio ſalva me de manibus Saulis: 2 & in tua fortitudine fac pro me judicium, liberando me innocentem ab hoc perſecutore meo. 3 Deus exaudi hanc orationem meam; 4 & præbe benignas aures ſupplicibus his verbis oris mei: 5 quia Ziphæi iſti a me animo ſuo alieni, inſurrexerunt adverſùm me; 6 & viri robuſti animam vitamque mihi eripere quæſierunt: 7 itaque juſtum judicem Deum non poſuerunt ante oculos mentis ſuæ. * *8 Sed ecce Deus auxiliatur mihi: 9 & ex adverſo illorum, Dominus eſt defenſor animæ & vitæ meæ, ne corruam. 10 Juſto judicio tuo Domine avertes a me, & retorquebis in inimicos hos meos mala, quæ in me cogitaverant: 11 et pro tua juſtitia et fidelitate veracium promiſſorum tuorum funditùs perde illos. 12 Id cùm tu feceris, ego ſponte promptoque animo tibi ſacrificia offeram; 13 debitaſque laudes profitebor divino numini tuo, eo quòd bonum ſit ac per ſe amandum; 14 & præterea eo quòd a tribulatione omni quacumque me liberaveris; 15 & oculus meus jam ab alto ſecurè tutòque reſpexerit in inimicos meos, divina ultione profligatos ac perditos.*

* *Pauſatio out immutatio in muſica cantilena inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS. 1 SAlvifica Domine Eccleſiam tuam, in tui nominis protectione fidentem: ut deſpectis inimicis, voluntariâ te confeſſione magnificet. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 214. 2 SAlva nos Domine in tuo nomine; & libera in virtute: educ de tribulatione; & reple jocunditate: ne à ſalute noſtra praeſidium retrahas; & quò minus liberemur, virtutem impendas: ut dum nobis ſalus tua praeſtatur ex munere, tibi gloria rependatur in laude, & nobis libertas contingat in requiem. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 137. 3 COncede Domine, ut tuo noſtra ſalus perficiatur in nomine; noſque in virtute tua libera, quos propriis infirmitatibus praepeditos agnoſcis: ut tuum ſit omne quod ſumùs; qui feciſti ex nihilo ut eſſemus. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 193. 4 ADjuva nos Deus ſalutaris noſter, qui ſuſceptor es animarum noſtrarum; ut in nomine ſancto tuo laetemur: & qui cenſemur vocabulo Chriſti, mereamur ejus participio perfrui: ſicque aeterna conſequamur gaudia, & praeſentia ſuperemus adverſa; ut per omnia te laudemus; & te in nobis eſſe gaudeamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 SUpplices (te) deprecamur Domine Jeſu Chriſte, ut tuo adjutorio ab inimicis ſalvati, à tribulationibus mundanis erepti, (te) caput noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, quem in caelis ſuſpicimus, mente & opere proſequamur.

LIV.

In finem, in carminibus, intellectus, David.

BEDA.

Senſus myſticus. In finem *in Chriſtum*: In carminibus, *in gaudiis ſpiritualibus*: Intellectus David, *quia eum intellexit incarnandum, per quem ſe novit à tribulatione liberandum.*

Per totum pſalmum, duobus Diapſalmatibus *diſtinctum, verba ſunt Domini. In primâ parte petit, ut ſua in tribulatione poſiti deſpiciatur oratio, deprecans liberationis celeritatem, quam ex carnis infirmitate probabatur expetere:* Exaudi Deus orationem meam. *Secundo loco Judaeorum deſtrui ſupplicat iniquitates; quoniam in civitate, eorum erat* con-

* *Caſſiod.* Ex-ſpectabam ‸ tum.
* *Caſſiod.* Non eſt enim illis commutatio.

contradictis veritatis ; * Praecipita Domine, & divide linguas eorum, *& caetera. Tertio dicit, quae obſtinatis Judaeis pro ſuis ſceleribus noverat evenire* :* Veniat mors ſuper illos, *& reliqua. Poſt haec introducitur pia conſolatio; ne quis fidelium, audita Judicis ſeveritate, terreatur* : (Jacta in Deum cogitatum tuum) *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Manifeſtatio eorum, quae in Chriſtum audacter facta ſunt.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona Oniae Sacerdotis, ſponte Ægyptum petentis, Pſalmus iſte depromitur, quando Jaſon propinquus ejus, ſed honoris & vitae illius aemulus, ab Antioco Seleuci filio Pontificatum redemit ea conditione, ut omnes Judaeos in Gentium ſcita traduceret. Ipſe verò Onias, conſtructo in Ægypto Altari, ritus ſacros, quos Hieroſolymis Jaſon prophanaverat, cum Judaeis, qui invenire potuerat, Antiſtes devotus inſtauravit.* Aliter, fidelis quiſpiam contra vitia carnis, & ipſam carnem deprecatur.

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm deploraret Abſalom filium ſuum, qui interfectus fuerat. Et prophetia de his, qui ſaevierant in Chriſtum, verſ. 49.*

Feria IV. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *Perfectio in laudibus ſenſatorum, verſ. 43.*

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Mediatoris, qui, cùm Deus eſſet, formam ſervilem pro noſtra libertate ſuſcepit.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 EXAUDI DEUS ORATIONEM MEAM;
2 & ne deſpexeris deprecationem meam:
3 intende mihi, & exaudi me.
℣. 4. Pſ. LXXVI. 4 † 4 contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum
5 à voce inimici ÷ & : à tribulatione peccatoris:
† 6 quoniam declinaverunt in me iniquitates; & in ira moleſti erant mihi.
† 7 Cor meum conturbatum eſt in me; & formido mortis cecidit ſuper me.
℣. 8. 9. *Ita diſtinguit codex Alexandrinus.* † 8 timor & tremor venerunt ſuper me;
9 & contexerunt me tenebrae.
† 10 & dixi: *Quis dabit mihi pennas ÷ ſicut : columbae; & volabo & requieſcam?*
† 11 Ecce elongavi fugiens; & manſi in ſolitudine.

DIAPSALMA.

12 exſpectabam eum qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritûs & tempeſtate.
13 Praecipita Domine, divide linguas eorum:
14 quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate;
† 15 die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus:
℣. 16. Jerem. VI. 6. 7. 16 iniquitas & labor in medio ejus & injuſtitia:
† 17 & non defecit de plateis ejus uſura & dolus.
† 18 Quoniam ſi inimicus ÷ meus : maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem ÷ utique:
† 19 & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo.
℣. 20. Job XIX. 19. Pſ. XL. 10. † 20 tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus:
† 21 qui ſimul mecum dulces capiebas cibos;
22 in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.
† 23 Veniat mors ſuper illos ÷ & : deſcendant in infernum viventes:
† 24 quoniam nequitiae in habitaculis eorum in medio eorum.
† 25 Ego ÷ autem : ad Deum clamavi; & Dominus ſalvabit me:

veſpe-

Pſalmus in perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Auribus perci-*
pe Deus orationem hanc meam; 2 & deprecationem
hanc meam ne deſpicias: 3 attende mihi oranti, me-
que deprecantem exaudi. 4 quia valde ſum contriſta-
tus & animo conſternatus in aſſidua meditatione malo-
rum, quae ego patior, de quibus jugiter mecum allo-
quor: & quia conturbatus, ac metu & timore perfu-
ſus ſum 5 propter inimici vocem mihi minantem, &
propter perturbationem ac perſecutionem, qua me im-
pius peccator affligit. 6 nam hi inimici mei impoſue-
runt mihi iniquitates & crimina falſa; & cum ira
jampridem inveterato odio adverſabantur mihi. 7 Ani-
ma mea doluit & conturbata eſt in intimis vitalibus
meis: & formido mortis irruit ſuper me: 8 timor
& tremor venerunt ſuper me; 9 meque operuerunt
tenebrae maeſtitiae atque doloris. 10 unde & dixi: O
quis mihi dederit alas veloces, ut ſunt alæ columbae;
ut & hinc avolem in locum tutum, & ibi quieſcam
ſecurus? 11 *Ecce autem profugiendo procul abivi a*
meis, & in hoc deſerto ſum commoratus: * 12 *ubi* — * *Pauſatio aut immutatio muſicae cantilenae inter pſallendum.*
ſolum Deum exſpectabam, qui me ſalvaret a puſilla-
nimitate, & procella ac tempeſtate tot tentationum
atque terrorum. 13 Domine pro juſtitia tua demerge
in profundum hos peccatores: eorumque linguas ac
ſententias divide; ne inter ſe conſentiant in malum
meum: 14 nam in eorum civitate iniquitatem contra
jus fieri vidi, & contradictionem contra verum; 15
quae die ac nocte indeſinenter circumibit in muris ejus:
16 in cujus civitatis medio iniquitas & labor fiet, quo
probi vexentur; & injuſtitia committetur: 17 nec de
ejuſdem urbis latis viis, ubi venalia venduntur, &
commercia fiunt, uſura deſuit & fraus. 18 Profectò
ſi aliquis apertus inimicus meus probris ac maledictis
me affeciſſet, ſuſtinuiſſem utique tolerantiùs: 19 & ſi
aliquis, qui me jampridem odiſſet, grandia calumnia-
rum & minarum verba contra me dixiſſet, potuiſſem
utique me abſcondere ab eo. 20 at tu ò homo me ma-
ledictis ac probris affeciſti, & magna contra me mala
dixiſti, qui paulò antè eras amicus meus unanimis, &
dux & princeps a me conſtitutus, & notus meus ac fa-
miliaris; 21 qui unà mecum pariter dulcorabas eſcas
atque ſumebas; ac dulce ſecretum atque colloquium
ego & tu communiter habebamus: 22 & ſimul quoque
unanimiter ambulabamus in templo Dei. 23 Dignum
ſanè eſt, ut ſuper ejuſmodi homines veniat mors re-
pentè: & ut abſorpti a terra, vivi deſcendant in in-
fernum: 24 quia malitia eſt in his temporariis hoſpi-
tiis & congregationibus eorum, & inter eos & in
viſceribus ipſorum. 25 Caeterùm ego in hac contriſta-
tione & tribulatione mea clamavi ad Deum, opem
ejus implorans: & ipſe Dominus (uti ſpero) me ſal-
vabit a malo.

26 *veſpere*

† 26 veſperè & manè & meridiè narrabo,
27 & annunciabo; & exaudiet vocem meam.
† 28 redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi;
29 quoniam inter multos erant mecum.
† 30 Exaudiet Deus: & humiliabit illos qui eſt ante ſaecula:

DIAPSALMA.

† 31 non enim eſt illis commutatio:
32 & non timuerunt Deum.
33 extendit manum ſuam in retribuendo,
† 34 contaminaverunt teſtamentum ejus:
35 diviſi ſunt ab ira vultûs ejus; & appropinquavit cor illius.
✠.36. Pſal.XXVII. 3. LXI. 5. † 36 molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum; & ipſi ſunt jacula.
✠. 37. Pſ. XXXVI. 5. I. Petr. V. 7. † 37 Jacta ſuper Dominum curam tuam; & ipſe te enutriet:
38 non dabit in aeternum fluctuationem juſto.
† 39 Tu verò Deus deduces eos in puteum interitûs.
✠. 40. Job XV. 32. XXII. 16. Prov. X. 27. † 40 viri ſanguinuni & doloſi non dimidiabunt dies ſuos:
41 ego autem ſperabo in te ✠ Domine:

26 Veſpere & mane & meridie totoque die pergam ei exponere 27 atque nunciare miſerias meas ac neceſſitates; & ipſe Deus (uti confido) exaudiet aſſiduam hanc vocem meam, qua ipſum invoco. 28 ipſe tandem reddita mihi pace & tranquillitate, animam meam redimet & liberabit ab iſtis appropinquantibus mihi, ut me opprimant: 29 nam cum bene multis conjuratis adverſùm me erant. 30 Exaudiet ergo me Deus, illoſque humiliabit qui eſt ante condita ſaecula & manet in aeternum. 31 nam non eſt illis adverſariis meis immutatio ulla a malitia ad bonitatem; 32 nec Deum timuerunt. 33 idcircò Deus jam tetendit manum ſuam ultricem in retribuendo illis condigna ſupplicia: 34 eo quòd profanaverint & violaverint pactum, cum ipſo Deo initum, legem ejus praevaricando; 35 ſeſeque diviſerint a conſideranda ira faciei ejuſdem Dei in peccatores; & eo quòd cor animuſque uniuſcujuſque illorum appropiaquaverit mihi ad oppugnandum me injuſtè; 36 & cujuſque illorum verba fuerint mollia & lenia pluſquam oleum, cùm re ipſa ea ſagitta eſſent & lancea cum inſidiis transfigentes. 37 Tu autem, quiſquis affligeris, projice ſuper Dominum omnem ſollicitudinem & anxietatem animi tui: & ipſe Dominus te enutriet; 38 nec enim ſinet hominem juſtum inter perſecutiones fluctuari ſemper. 39 At ipſos impios perſecutores meos tu Deus deduces in puteum perditionis & gehennae. 40 viri quidem ſanguinarii & fraudulenti, ut plurimum, non pertingent ad dimidium dierum vitae ſuae, quos ſibi promittebant: 41 ego autem ſpem omnem & fiduciam habebo in te Domine.*

* *Pauſatio aut immutatio muſica &c.*

ORATIONES.

MSS. *De Paſſione Domini.* 1 JEſu Domine, qui ante ſaecula cum Patre & Spiritu Sancto manens, conditionemque humanam ſuſcipiens, ab unanimo diſcipulo proditus, mortem ſubiſti pro perditis; exaudi orationem ſupplicum; & praeſta, ut te veſpere mane meridieque laudantes, mereamur ab hujus ſaeculi tempeſtatibus defenſari. Qui vivis & regnas cum eodem Deo Patre in unitate ejuſdem Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Brev. Mozarab. fol. 173. 2 ECce Domine poſiti in perturbatione mundanâ, quietem ſolitudinis eligentes, elongari fugiendo à terrenis actibus cupimus; ut à puſillo animo & tempeſtate ſalvemur. qui ergo nunc locorum praeparatam requiem exſpectamus; praebe nobis, ut exempto humano ſtrepitu, in ſolâ dulcedinis tuae contemplatione laetemur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 184. *De Paſſione Domini.* 3 DEus, qui in exercitatione noſtrâ contriſtari nos inſpicis, da nobis potentiſſimum auxilium in victoriâ ſanctae Crucis: ut qui exemplo tuo mundum decertamus evincere; caelos mereamur & poſt tranſitum poſſidere. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 192. 4 INtende & exaudi nos Domine; quos frendentis inimici adverſitas conturbat; & contritio perſequentis exagitat: ut dum cernis mentes in nos deſaevire rebelles, magnanimes nos efficias, & invictâ virtute ſuccingas. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*)

fol. 208. *De Paſſione Domini.* 5 COntriſtamur ecce Domine à voce inimici; dum ſeralia ſuper nos cadunt jacula odii: ſed tu, qui pro nobis acerba ſuſtuliſti opprobria, nos famulos tuos & à tribulatione peccatores elonga; & declinantes, virtutis tuae diſperde potentiâ. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 6 NOs ſupplices deprecamur, ut à te Domine exauditi; nec peccati oleo delibuti; à te enutriti; à te ab hujus ſaeculi fluctibus liberati; à te mereamur longitudinem dierum pro bonis actibus adipiſci. *Amen.*

Digitized by Google

LV.

In finem: pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt. David, in tituli inſcriptionem.
** Cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth.*

*I. Reg. XXI. 12.

BEDA.

Senſus myſticus. *In Hebræo ita habet*; Pro columba muta longitudinis David humilis atque perfecti: cùm tenuiſſent eum Philiſthiim in Geth. Columba muta, & David humilis atque perfectus, *Chriſtus intelligitur in Paſſione. Quod verò tranſlationes dicit* Pro populo, cui à ſanctis longè factus eſt, *id eſt, pro eo cui hoc David, qui in Geth conſiſteret longè factus fuit à Judæa, in quo Sancta ſanctorum fuerunt; ſignificat pro Chriſti diſcipulis, qui tempore Paſſionis ejus ſcandalizati fuerunt, Pſalmum hunc eſſe cantatum: pro quorum fide, ne deficeret, ipſe Dominus ſe rogaſſe teſtatur.* David in tituli inſcriptione, *Dominus in Paſſione: ubi titulatus eſt Rex eſſe Judæorum, id eſt omnium credentium & confitentium Deum.* Cùm tenuiſſent eum Allophyli in Geth; *cùm eum tenuiſſent eum Judæi; vel milites Pilati:* Geth *enim, quæ interpretatur Torcular, preſſuram Crucis indicat. Poſſunt in columba muta vel in populo cui à ſanctis longè factus eſt, etiam fideles intelligi, qui ob æternæ Sanctis conſolantes, cùm Apoſtolo dicunt;* Dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: *pro quibus David pſallere non ceſſat; ille videlicet, qui ſedet ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Poteſt & tempore Ecclesiæ hunc pſalmum intelligi; quæ ſemper in ſæculo preſſuram pati non deſinit, diverſis tribulationibus exercita.*

In prima ſectione pſalmi, loquitur Eccleſia, confitens ſe Deum ab inimicis eſſe liberandam: Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo. *Secunda ſectione propter eos quos numerat pſſores, gratias agens, quia de crebris ſit erepta periculis; nec ſe (dicit) formidare mala quæ caterva inferat:* Totâ die verba mea execrabantur. *In tertia loco, in futura illa beatitudine laudes ſe dicit Domino jugiter cantaturam; qui eam de hujus ſæculi adverſitate liberavit:* In me ſunt Deus vota tua; & cet quæ.

Euſebius Cæſarienſis. *Juſti gratiarum actio, ab inimicis liberati.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ C. edit. Theod. *Machabæorum ſupplicatio, quando ultionem legis conjurantes, tum prævaricatores cives, quàm eorum hoſtes expugnare tentabant. Alitercum Chriſti ad Patrem. Item Arabinus, ſi tenuerint te Allophyli, & à ſanctis cognationibus te longè fecerint, clama ad Dominum dicens:* Miſerere mei Domine quoniam conculcavit me homo: *homo utique exterior, per te enim agit contra te; per ipſum tota die pugnant contra te inimici tui.*

Pſalt. Syr. Davidis: *gratiarum actio juſti, quòd liberatus ſit ab hoſte, & de manu Saulis. Tum de Judæis, & de Chriſto,*

Fer. IV. ad Vigilias. *verſ.* 24.

Pſalt. Arab. *Davidis: diſtrue ab eo de gente, quæ receſſerat à ſanctitate, verſ.* 24.

PSALMUS LAMENTATIONIS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 MISERERE MEI DEUS QUONIAM CONCULCAVIT ME HOMO:
2 totâ die impugnans tribulavit me:
In Cod. Vatic. ſic diſtinguitur 𝔳. 3. † 3 conculcaverunt me inimici mei totâ die:
(Conculcaverunt me inimici mei totâ die ab altitudine diei.) 4 quoniam multi bellantes adversùm me.
† 5 ab altitudine diei timebo:
6 ego verò in te ſperabo.
(Quoniam multi qui bellant me, timebunt.) † 7 In Deo laudabo ſermones meos.
8 in Deo ſperavi: non timebo quid faciat mihi caro.
(ego vero in te ſperabo.) † 9 Totâ die verba mea exſecrabantur:
(In Deo laudabo ſermones meos tota dia.) 10 adversùm me omnes cogitationes eorum in malum.
𝔳. 8. † 11 inhabitabunt & abſcondent.
Pſal. CXVII. 6. Hebr. XIII. 6. † 12 ipſi calcaneum meum obſervabunt * ſicut ſuſtinuerunt animam meam.
13 Pro nihilo ſalvos facies illos:
14 in ira populos confringes.
† 15 Deus vitam meam annunciavi tibi:
16 poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo:
† ſicut & in promiſſione tua.
17 Tunc convertentur inimici mei retrorſum;
18 in quacumque die invocavero ✠ te:
† 19 Ecce cognovi quoniam Deus meus es.
20 in Deo laudabo verbum,
21 in Domino laudabo ſermonem:
22 in Deo ſperavi; non timebo quid faciat mihi homo.
† 23 In me ſunt Deus vota tua: ✠ quæ reddam, laudationes tibi:

quo-

In perpetuum decantandus Pſalmus, compoſitus pro populo illo exſule 400. virorum, elongato à Sanctuario Dei; qui ſcilicet convenerant cum Davide in perſecutione Saulis: inſpiratus ipſi Davidi, ſtabiliterque recolendus, ac ſi eſſet titulus inſculptus in columna. Id quod factum eſt poſtquam detinuerunt Davidem Philiſtæi in civitate Geth, ad cujus regem Achis confugerat. PROPHETA. 1 *Miſerere mei Deus, quia inimicus homo me conculcavit; 2 et omni die pugnans, me tribulavit: 3 conculcaverunt me hi inimici mei & inſidiatores toto die: 4 multi enim ſunt qui pugnant contra me. 5 in quacumque die timuero & territus fuero ab alto & mecinimici, quando fugiendo latere non poſſum; 6 in te tamen ego vel tunc maximè ſperabo. 7 In adjutorio Dei laudabo veracia fuiſſe verba & promiſſa Dei ad me facta: 8 in Deo ſperavi; ac proinde non timebo quidquid mihi faciat carneus & mortalis homo. 9 Omni die hi inimici mei verba mea abominabantur; & ſermones de me ſollicitè tractabunt: 10 omneſque cogitationes eorum contra me erunt ad malum mihi inferendum. 11 qui et congregabuntur etiam, & ſimul habitabunt, ac ſeſe abſcondent; 12 meumque greſſum diligenter obſervabunt, ſicut deſideranter exſpectaverunt eripere mihi animam & vitam. 13 Sed tu Domine nullo modo ſalvos facies eos: 14 quinimmo in ira tua juſta hos bellantes contra me populos dejicies atque confringes. 15 Deus meus ærumnas & pericula vitæ meæ expoſui tibi; et quæ intra me ſunt, enumerata ſunt tibi: 16 et in tuo conſpectu poſuiſti omnes lacrymas meas, ut me ingemiſcentem reſpiceres et non defereres: ſicut & id à te faciendum eſſe jam olim fuit in promiſſione tua mihi facta. 17 Itaque tunc inimici mei à te vertentur retrorſum; 18 nimirum quacumque te die ſupplex invocavero. 19 Ecce experimento agnovi, quod Deus meus es tu. 20 itaque ob Dei gratiam ejus dictum atque promiſſum laudabo; 21 per Domini gratiam ejuſdem prædicabo ſermonem, quo mihi bona promiſit: 22 In Deo ſperavi: non igitur timebo quid faciat fragilis homo mihi. 23 In memoria mea ſunt vota illa à Deus, quæ reddam tibi, laudes ſcilicet actioneſque gratiarum*

propo-

Digitized by Google

℣. 24. Pſ. CXIV. 8. 24 quoniam eripuiſti animam meam de morte;
25 & pedes meos de lapſu:
℣. 26. Job XXXIII 30. 26 ut placeam coram Deo in lumine viventium.

24 propterea quod animam meam liberaveris de morte; 25 & pedes meos de caſu liberaveris, ne laberentur; & oculos meos de lacrymis abſterſeris, ne amplius flerem pro meis acerbitatibus: 26 ut demum tandem placeam coram te Deo in ſerena luce beate viventium.

ORATIONES.

MSS. 1 Bellorum inviſibilium optime propugnator aeterne Deus; qui in te fidentes ab inimicis obrui non permittis; exterge, precamur, ab oculis noſtris peccati lacrymas: ut dum carnalia bella, te adjuvante, comprimimus; placere tibi in lumine viventium mereamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 173. *De Paſſione Domini.* 2 Deus vitam noſtram annunciamus tibi, quoniam inferna moriendo viciſti: tu enim infirma noſtra agnoſcis; qui ſolus inſpector es cordis. pone, quaeſumus, in conſpectu tuo lacrymas noſtras: ut repromiſſionis percipiant donum; dum per illud, ſanctum paravimus, indulgentiae fructum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 186. 3 Miſerere noſtri Domine: & ne conculcari nos ab inimico luminum patiaris, qui redemiſti nos pretio Crucis: ut infecto adverſario noſtro tu ſolus pro nobis obſiſtas, qui perſtrepentis mundi devincis procellas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 213. *De Paſſione Domini.* 4 Pone Domine in conſpectu tuo contra eos, qui nos oderunt, noſtrarum obices lacrymarum: ut jam tandem inimici noſtri convertantur retrorſum, qui nos inſano odio perſequuntur: ſicque rogamus, noſtri criminis incendia ubertas laehrymarum extinguat, ut paſſionis tuae celebritas per arctam gradientes, viam ad gaudia nos pertrahat infinita. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 Deprecamur Domine, ut compreſſis bellis corporeis, ſuperatis ſaeculi tentamentis, mereamur Jeſu Chriſto in ipſo lumine complacere. *Amen*.

LVI.

* I. Reg. XXII. 1. XXIV. 1.

In finem: Ne diſperdas. *David, in tituli inſcriptionem.* * *Cum fugeret à facie Saul in ſpeluncam.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Per finem*, *Dominum ſignificat, qui nobis omnium bonorum perfectio reſtat; quia cum ad ipſum venerimus, nihil ultra quaerere opus habemus.* Ne diſperdas: David *prohibetur à* Saule diſperdi; *qui a Domino fuerat praeparatus ad regnum.* In tituli inſcriptione; *hoc non David, ſed Domino convenit; ne videlicet ſcriptus in Paſſione titulus mutaretur. Sed quia* David *Chriſti perſonam geſtat, hoc nunc de ipſo dicitur, quod erat in Chriſti Paſſione ſ[illegible]endum; ne diſperderetur David de regno deputato; ſicut nec illa potuit Domini* Tituli inſcriptio *commutari*. Cum fugeret à facie Saul in ſpeluncam. *Sicut* Saulem fugiens David, in ſpelunca *ſe condidit: ita in Chriſto Divinitas eſt à perfidis Judaeis intra tempum corporis abſcondita. Poteſt & ita dici, quod Dominus ad hoc uſque paſſus ſit a Judaeis, donec monumenti* ſpeluncam *intraret; maxime cum pſalmus hic non Paſſionem tantum illius, ſed & reſurrectionem decantet.*

Dominus Chriſtus in prima parte pſalmi orat ſollicitus ſecundum humanitatem, qua paſſus eſt: Miſerere mei Deus, miſerere mei, *& caetera. In ſecunda, reſurrectionis ſuae gloriam commemorat;* Miſit Deus miſericordiam ſuam. *In tertia, laudes Patri per reſurrectionem decantat;* Paratum cor meum Deus. *Quae membra* Diapſalmatum *quoque interpoſitione diſtinguuntur.*

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio Davidis: & prophetia de vocatione Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.* (al.) *In prophetia.*

* Cardin. Thomaſ. *Ad Machabaeorum, verùm incipiente jam videlicet la tebnuda formatur oratio. Item, vox Pauli poſt reſurrectionem. Item Arnobius, cùm fugiens a facie principis hujus mundi perſequentis te, ſicut Saul perſequebatur David:* ſpeluncam pete, *ideſt ita te conſtitue, ut ab inimico tuo inveniri non poſſis; & tu quidem inimicum tuum inter manus habeas, ille verò te non videat; hoc enim eveniet, ſi ex toto corde dicas Deo:* In umbra alarum tuarum ſperabo.

Feria IV. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis, cùm reverſus eſt Saul ad eum perſequendum: & gratiarum actio; atque vocatio gentium ad fidem, verſ. 29.*

Pſalt. Arab. *verſ. 25.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 MISERERE MEI DEUS, MISERERE MEI:
2 quoniam in te confidit anima mea:
† 3 ✝ &: in umbra alarum tuarum ſperabo,

Pſalmus in perpetuum decantandus ſub hac prece, *Ut non diſperdas, neque perire ſinas Domine:* Davidi inſpiratus, perpetuóque recolendus, ac ſi eſſet Titulus ſcriptus in columna: compoſitus pro eo tempore, quo fugiebat a praeſentia Saulis Regis in ſpeluncam in deſerto Engaddi; eodem rege eum ibi perſequente unà cum 3000. virorum ex omni Iſrael. PROPHETA. 1 *Miſereat te mei Deus, miſereat te mei: 2 quia in te confiſa eſt anima mea; 3 & in protectio-*

4 donec tranſeat iniquitas.
† 5 Clamabo ad Deum altiſſimum;
6 Deum qui benefecit mihi.
† 7 miſit de caelo, & liberavit me:
8 dedit in opprobrium, conculcantes me.
DIAPSALMA.
℣. 9. Pſ. XXXIX. 12. XLII. 3. LX. 8. † 9 Miſit Deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam;
10 ✠ &: eripuit animam meam de medio catulorum leonum:
11 dormivi conturbatus.
† 12 filii hominum, dentes eorum arma & ſagittae:
13 & lingua eorum, gladius acutus.
℣. 14. Pſal. CVI. 6. † 14 Exaltare ſuper caelos Deus:
15 ✠ &: in omni terra, gloria tua:
† 16 Laqueum paraverunt pedibus meis:
17 ✠ &: incurvaverunt animam meam;
† 18 foderunt ante faciem meam foveam:
℣. 19. Pſalm. VII. 16. IX. 16. 19 ✠ &: inciderunt in eam.
DIAPSALMA.
℣. 20. Pſ. CVII. 2. † 20 Paratum cor meum Deus;
21 paratum cor meum, cantabo & pſalmum dicam.
† 22 Exſurge, gloria mea:
23 exſurge pſalterium & cithara:
24 exſurgam diluculo:
† 25 confitebor tibi in populis Domine:
26 ✠ &: pſalmum dicam tibi in gentibus:
℣. 27. Pſal. XXXV. 6. † 27 quoniam magnificata eſt uſque ad caelos miſericordia tua:
28 & uſque ad nubes, veritas tua.
† 29 Exaltare ſuper caelos Deus:
30 ✠ &: ſuper omnem terram, gloria tua.

tecti me tua quaſi in umbra alarum tuarum perſeveranter ſperabo; 4 donec hæc calumniatoris mei & inſidiatoris iniquitas tranſeat omnino atque deficiat. 5 Effundam clamorem vehementis affectus ad Deum altiſſimum, 6 Deum, inquam, qui mihi ſemper aliàs benefecit. 7 qui in aliis tribulationibus meis miſit de cælo auxilium; & liberavit me ab hoſtibus meis: 8 & opprobrio affecit eos qui me conculcabant. * *9 Miſit & nunc quoque Deus effectum miſericordiæ ſuæ & veracium promiſſionum ſuarum: 10 & animam meam liberavit de medio iſtiuſmodi ferocientium leunculorum: 11 inter quos præ grandi metu, animo conturbatus dormiebam. 12 nam dentes filiorum hominum ſunt velut arma, lanceæ atque ſagittæ; 13 eorumque lingua eſt quaſi gladius acutus. 14 Monſtra te Deus excelſiorem eſſe cælis: 15 & ſuper totam terram excelſa eſſe monſtretur gloria tua. 16 Hoſtes hi mei paraverunt laqueum irretiendis pedibus meis; 17 conatique ſunt animam vitamque meam incurvare atque dejicere in tendiculas ſuas: 18 & foderunt quidem ante faciem meam, quò iturus eram, foveam; 19 ſed juſto Dei decreto ipſimet jam ceciderunt in eam.* * *20 Promptum & paratum eſt cor meum ad te laudandum ò Deus; 21 promptum eſt, inquam, & paratum cor meum; cantabo itaque, & pſalmum dicam Domino. 22 Expergiſcere ad contexendos hymnos, ò prophetica gratia & gloriatio animi mei: 23 expergiſcere & tu pſalterium & cithara cum cæteris muſicis inſtrumentis: 24 expergiſcar & ego diluculò: 25 & profitebor tibi debitas laudes Domine inter frequentiſſimos populos; 26 cantaboque tibi pſalmos inter omnes gentes: 27 propterea quod magna apparuit miſericordia tua ad cælos uſque; 28 & ad nubes uſque magnificè ſe demonſtravit veritas promiſſionum tuarum. 29 Perge Domine te monſtrare excelſiorem cælis: 30 & ſuper totam terram excelſa appareat gloria tua.*

* *Ferſetia aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

* *Pauſatio &c.*

ORATIONES.

MSS. 1 TRansfer Domine iniquitatem familiae humilis, ſub tuarum alarum umbrâ ſperantis: ut miſſâ de caelo miſericordiâ tuâ, à nequiſſimis inſidiarum foveis & laqueis eruamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 193. *De Feſſione Domini.* 2 MIſerere nobis Deus, miſerere nobis; & in te confidentes exaudi: adverſantium arma confringe; & laqueos nobis deſtrue praeparatos: ut circumdati claritate caeleſti, non incidamus in foveam mortis; ſed parato corde tuam in populis exaltemus miſericordiam veritatis; qui pro nobis ſuſtinuiſti opprobrium Crucis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. in ejus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 3 NObis praeſtare digneris (Domine), ut in cunctis preſſuris ac tribulationibus univerſis mittas Spiritum tuum Sanctum; cujus ope ac praeſidio ſive munitione protecti, ad aeterna gaudia praeparari, & ad caeleſtia transferri praemia mereamur. ℟. *Amen*.

LVII.

In finem: Ne diſperdas: *David, in tituli inſcriptionem.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Nomen* Finis & David, in tituli inſcriptione, *Chriſtum in Cruce deſignat: commonetuque Pilatus,* ne diſperdat inſcriptum titulum, *qui regem Dominum declarabat.*

In prima narratione Dominus Judæorum exprobrat nequitiam: Si verè utique juſtitiam loquimini. *In ſecundâ, retributiones eorum optimis comparationibus declarat*: Deus conteret dentes eorum. *In tertia, qualis fiat correptio juſtorum de peccatorum ultione, memoratur*: Laetabitur juſtus, cum viderit vindictam.

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina de juſto judicio Dei.* (al.) *Doctrina de juſto ſecundum Deum judicio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus pudore afficiens.* (ſive, *reprehendens.*)

Cardin.

✱ Cardin. Thom: ſ. *Creſcente indies fama & victoria Machabeorum, quidam ſe illis inimici fraudulenti admiſcebant, a quibus & Jonathas, Simonque cum filiis ſunt interempti. Hos ergo Pſalmus iſte redarguit.* Aliter, Propheta de Senioribus dicit.

Pſalt. S. *Davidis, cùm minitatus eſt Saul Sacerdotes, eo quod non revelaverint ei Davidem, quem noverant ubi eſſet: nobis autem exponit documentum juſti judicii Dei, verſ.* 22.

Feria IV. ad Vigilias. Pſ.l. Arab. *Et numerus verſ.* 22.

S. Hier. *Pſalmus vocem continet Prophetæ, de judiciis atque juſtitia commonentis.*

PSALMUS QUERIMONIAE.

Propheta.

1 SI VERE UTIQUE JUSTITIAM LOQUIMINI;
2 recta judicate filii hominum.
† 3 etenim in corde iniquitates operamini in terra:
4 injuſtitias manus veſtrae concinnant.
† 5 Alienati ſunt peccatores à vulva:
6 erraverunt ab utero, locuti ſunt falſa.
✝. 7. Pſ. CXXXIX. 4. Eccl. X. 11. † 7 Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis;
8 ſicut aſpidis ſurdae & obturantis aures ſuas;
✝. 9. Jer. VIII. 17. † 9 quae non exaudiet vocem incantantium,
10 & venefici incantantis ſapienter.
† 11 Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum:
✝. 11. Job 4. 10. 12 molas leonum confringet Dominus.
† 13 ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens:
14 intendit arcum ſuum donec infirmentur.
† 15 ſicut cera quae fluit, auferentur:
16 ÷ ſuper: cecidit ignis, & non viderunt ſolem.
In col. Ratio [illegible] ✝. 17 & 18. (Priuſquam intelligerent ſpinae veſtrae) (rhamnum ſicut viventes ſic in ira abſorbet eos.) † 17 priuſquam intelligerent ſpinae veſtrae rhamnum.
18 ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.
† 19 Laetabitur juſtus cùm viderit vindictam:
20 manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.
† 21 & dicet homo: *Si utique eſt fructus juſto:*
22 *utique eſt Deus judicans ÷ eos: in terra.*

Pſalmus in perpetuum decantandus ſub hac prece; *Ne me diſperdas ô Deus*: inſpiratus Davidi ad perpetuam rei memoriam, ac ſi eſſet titulus inſculptus in columna. PROPHETA. 1 *Si verè & ex animo loquimini quod juſtum eſt;* 2 *etiam quæ recta ſunt & juſta judicate in animo veſtro ô filii hominum* 3 *nam & vos in hac terra res iniquas machinamini, & operamini in corde veſtro:* 4 *& manus veſtræ componunt connectunt atque appendunt res injuſtas ea arte, ut juſtæ potiùs videantur.* 5 *Ejuſmodi homines peccatores animo ſuo à Deo & à juſtitia abalienati ſunt jam à vulva ipsâ matris:* 6 *erraverunt ab utero, & à prima infantia ſemper locuti ſunt mendacia.* 7 *furor & venenum eorum eſt ſicut furor & venenum ſerpentis;* 8 *& ſicut furor & venenum aſpidis ſurdæ eaudâ obturantis aures ſuas:* 9 *quæ ne venenum ſuum deponat, obturatis jam auribus non auſcultabit poſtea vocem incantantium ipſam,* 10 *nec incantationes veneficii, callidè licèt & ſapienter eam incantantis.* 11 *Sed Deus conteret & excutiet iſtiuſmodi peccatorum venenatos dentes in ore ipſorum:* 12 *& hujuſmodi leonum molares dentes idem Dominus confringet.* 13 *qui diſſolventur & ad nihilum redigentur, quaſi aqua deſinens atque decurrens:* 14 *nam Deus jam intenſurus eſt arcum ſuum ad ſagittandos eos, donec viribus debilitentur & conterantur.* 15 *ſicut cera, quæ admota igni ſtatim liquefacta eſt; ità hi ſtatim hinc auferentur;* 16 *cælitùs enim ſuper eos cecidit ignis iræ Dei, & ampliùs non viderunt ſolem & lucem vitæ hujus,* 17 *idque vobis continget, ô peccatores, priuſquam tenues ſpinæ veſtræ creverint in rhamnum, ſpinam ſcilicet majorem & veterem; antequam ſcilicet noverint (ut ſperabatis) robuſtiorem veſtra ſtudia atque conſilia.* 18 *ſic namque viventes atque vigentes mediâ vitâ, ſic pro juſtâ irâ ſuâ Deus ſubitâ tempeſtate de vita abripiet & abſorbebit eos.* 19 *Lætabitur juſtus, quando videbit ejuſmodi juſtam vindictam impiorum:* 20 *ſuaſque manus & pedes more victoris ſecurus atque triumphans lavare poterit in ſanguine interempti peccatoris:* 21 *& quiſque hominum, cum hec viderit, dicet:* Utique ſi eſt (ut verè eſt) fructus & præmium homini juſto ab improbis oppreſſo: 22 utique verum quoque eſt, quod ſit Deus, qui eoſdem probos & improbos judicet in terra; redditurus bona bonis, & mala malis.

ORATIONES.

MSS. 1 JUſtiſſime Domine concede populo tuo ſequi juſtitiam, & diligere recta: ne à veritate tua auditum avertens, à venefici ſerpentis morſibus ſaucietur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Br. Moz. fol. 99. 237. 2 DOmine, qui nos juſtitiam loqui, & quae recta ſunt, praecepis judicare; tribue nobis, ut nec iniquitas in ore, nec pravitas reperiatur in mente: ut puro cordi purior quoque ſermo conſentiat: praecedat in operibus juſtitia; nec inveniatur dolus in linguâ. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 114. 145. 3 DEus, cujus ſunt eloquia caſta, & judicia recta; tribue nobis, caſto ore verba tua depromere; & corde puriſſimo judiciorum tuorum mandata ſervare. oſtende itaque arcum tuum ob defenſionem noſtram; & ad infirmanda inimicorum conſilia, ſpiritualia dirige tela; molaſque confringe leonum, quae tuum demolire nituntur ſceptrum: ut in te laetetur copia redemptorum, qui es corona juſtorum; tibique decantemus pſalmum laetitiae;

tiae; cujus munere pervenitur ad fructum juſtitiae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus. *&c.*

fol. 133. 4 DEus, qui admirabili reſponſionis objectu dentes conteris inimicorum; molaſque frangis leonum: dum & interrogationibus eorum inexpugnabi'e praeparas telum; & eorum clamoribus inſultans, viventem te oſtendis poſt vulnera crucifixum: frange nunc, quaeſumus, ſequentium contra te inimicorum audaciam: ut ad nihilum, velut decurrens aqua, deveniant, qui malitiae ſuae geſtiunt intra tuam Eccleſiam ſpargere documenta. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

LVIII.

*1. Reg. XIX. 11.

In finem: Ne diſperdas: *David: in tituli inſcriptionem.* * *Quando miſit Saul, & cuſtodivit domum ejus, ut eum interficeret.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Principium tituli ſaepius expoſitum eſt; ubi Paſſio Chriſti & regnum ejus inviolabile deſcribitur.* Quando miſit Saul & cuſtodivit domum ejus ut eum interficeret: *quando miſerunt Principes Sacerdotum, &* cuſtodierunt *monumentum Chriſti; ut eum quaſi in morte ſervarent, reſurgendi januâ praecluſa.*

Primo ingreſſu pſalmi orat Dominus, ne ei inimici nocere praevaleant: Eripe me de inimicis meis. *Secunda proſequitur, quemadmodum in fine ſaeculi convertendi ſint Judaei; & pro eis oratio mirabili pietate depromitur:* Convertentur ad veſperam, *& caetera. Tertio, quae ſoluturi ſint poſt converſionem; & ſe in Sanctis ſuis gaudere teſtatur:* Convertentur ad veſperam. *Quae partes* Diapſalmatis *termino dividuntur.*

Euſebius Caeſarienſis. *Gentium vocatio: & Judaeorum rejectio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in iate rpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Hic etiam Pſalmus in perſonam Machabaeorum formatur. Item Arnobius; quando Domus corporis tui a principe hujus mundi cuſtodiri praecipitur, ut capiaris & interficiaris gladio cujuſcumque peccati, ex totis viribus exclama:* Eripe me de inimicis meis Deus meus.

Pſalt. Syr. *Edidit hunc David, cum cuſtodiae interfectiones a Saule Sacerdotes; nobis verò declarat converſionem gentium ad fidem, & reprobationem Judaeorum, verſ. 41.*

Feria IV. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *& numerus verſ. 37.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus Dominicae Paſſionis declaret myſterium, dicens:*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 ERIPE ME DE INIMICIS MEIS DEUS MEUS:
2 & ab inſurgentibus in me libera me:
† 3 eripe me de operantibus iniquitatem:
4 & de viris ſanguinum ſalva me.
† 5 quia ecce ceperunt animam meam:
6 irruerunt in me fortes.
† 7 neque iniquitas mea neque peccatum meum Domine:
8 ſine iniquitate cucurri, & direxi.
† 9 Exſurge in occurſum meum, & vide:
10 & tu Domine Deus virtutum, Deus Iſraël,
† 11 intende ad viſitandas omnes gentes:
ŷ. 12. Jer. XVIII. 23. 12 non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.
DIAPSALMA.
13 Convertentur ad veſperam: & famem patientur ùt canes, & circuibunt civitatem.
† 14 ecce loquentur in ore ſuo:
ŷ. 15. Pſal. LVI. 5. 15 & gladius in labiis eorum:
ŷ. 16. Pſal. II. 4. † 16 *Quoniam quis audivit?* Et tu Domine deridebis eos:
17 ad nihilum deduces omnes gentes.
† 18 fortitudinem meam ad te cuſtodiam:
19 quia Deus ſuſceptor meus es.
20 Deus meus, miſericordia ejus praeveniet me:

deus

Pſalmus in perpetuum decantandus ſub hac prece: *Ne me diſperdas ò Deus:* inſpiratus Davidi ad perpetuam rei memoriam, ac ſi eſſet titulus inſcriptus in columna: compoſitus, quando Saul miſit ſatellites ſuos in domum Davidis, ut cuſtodirent eum illa nocte, ut interficeretur poſtero manè. PROPHETA. 1 *Eripe me de his inimicis meis Deus meus*
2 *& ab iſtis contra me conſurgentibus abſconſum ſerva me & captivatum redime me:* 3 *libera me ab his, qui quod eſt iniquum operantur.* 4 *& ab hujuſmodi viris ſanguinariis ſalva me.* 5 *nam ecce hi inſidiosè tamquam aucupes aucupaverunt animam & vitam meam:* 6 *& fortes in me irruerunt, ut me capiant & interficiant.* 7 *neque tamen Domine id poſtulat ab eis ulla iniquitas mea contra eos facta, neque ullum peccatum meum, quo peccaverim in eos:* 8 *nam ſine aliqua adverſus eos iniquitate in curſu vitę meę converſatus ſum; modumque meum vivendi juſtè direxi.* 9 *Evigila, quaeſo, Domine, (ut ita dicam) a ſomno patientię tuę ad ſuccurrendum mihi; & vide innocentiam meam:* 10 *& tu Domine Deus cęleſtium exercituum & Deus Iſraelis,*
11 *attende, ut viſites & punias has omnes gentes, quę in me inſurgunt:* 12 *nec miſerearis horum omnium, qui animo obſtinato, quod iniquum eſt, operantur.* * 13 *Ecce ſatellites iſti, qui me cuſtodiunt, inceſſanter ibunt & redibunt hoc veſperi ſerò: & interim patientur famem me devorandi, latrantes ùt canes famelici: & civitatem hanc totam circumibunt, ne hinc effugiam.* 14 *ecce enim ore ſuo loquentur contra me:* 15 *& de gladio ad me occidendum agitur in labiis eorum:* 16 *& quaſi nemo eos audiat, dicunt:* Quis nos audivit? *Tu autem Domine, qui omnia vides & audis, deridebis eos:* 17 *& pro nihilo habebis & veluti ſubſannabis has omnes gentes mihi contrarias.* 18 *Fortitudinem ego meam non in me reponam, ſed apud te ſervabo:* 19 *quia tu Deus es is, qui me labentem excipis & elevas.* 20 *Ejuſdem Dei mei miſericordia me ſemper prae-*

* *Confuſio aut immutatio muſica &c.*

† 21 deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos.
22 Ne occidas eos, ne quando obliviſcan-*
tur populi mei.
† 23 diſperge illos in virtute tua:
24 & depone eos protector meus Domine;
† 25 delictum oris eorum, ſermonem labio-
rum ipſorum:
26 & comprehendantur in ſuperbia ſua:
† 27 & de exſecratione & mendacio annun-
ciabuntur in conſummatione,
28 in ira conſummationis & non erunt.
† 29 & ſcient quia Deus dominabitur Jacob
+ &: finium terrae.

DIAPSALMA.

† 30 Convertentur ad veſperam: & famem
patientur ùt canes: & circuibunt civi-
tatem.
† 31 ipſi diſpergentur ad manducandum:
32 ſi verò non fuerint ſaturati, & murmu-
rabunt.
† 33 Ego autem cantabo fortitudinem tuam;
34 & exſultabo manè miſericordiam tuam:
† 35 quia factus es ſuſceptor meus,
36 & refugium + meum: in die tribulatio-
nis meae.
† 37 Adjutor meus tibi pſallam:
38 quia Deus ſuſceptor meus es;
39 Deus + meus: miſericordia mea.

*praveniet, antequam illi noceant: 21 qui Deus mihi
demonſtrabit & exhibebit bono inter inimicos ipſos &
inſidiatores meos. 22 Ne, quaſo, Domine eos occi-
das: ne fortè utilem & fructuoſam legis tuę & populi
hujus mei memoriam penitùs amittant, 23 diſperge eos
tantùm fortitudine tua 24 eoſque de ſuperbia ſua detrahe
atque depone Domine, qui inſtar clypei protector meus
es; 25 idque fac propter peccatum oris eorum, & prop-
ter perniciosum ſermonem labiorum ſuorum. 26 &
capiantur cum tota ſuperbia ſua. 27 & ob maledi-
ctionem & mendacium ſuum denuncientur infames ad
extremum uſque, 28 in ira ſcilicet & caſtigatione
conſummata, & extremo ſummoque ſupplicio: & ſic
non ſint amplius ſuperbi, & humilem ac innocentem
perſequentes: 29 ſed vel tunc experimento ſuo edocti,
ſciant, quòd Deus dominabitur generi ex ſtirpe Jacobi,
& omnibus finibus terra. * 30 Ut ergo dicebam, ſa-
tellites iſti, qui me cuſtodiunt, ibunt atque redibunt hoc
ſero veſperi: & famem mei vorandi patientur, atque
latrabunt ùt canes: civitatemque hanc circuibunt, ne
hinc effugiam. 31 & ipſi quidem vagabuntur diſperſi,
ut me comedant ac devorent: 32 ſi autem ſaturati
non fuerint carnibus meis, & tunc maximè murmu-
rabunt præ dolore. 33 At ego cantabo Domine forti-
tudinem tuam & imperium: 34 & poſtero manè,
quando me hi capere volunt & interficere, jam libe-
ratus de manibus eorum, exſultans laudabo miſeri-
cordiam tuam; 35 propterea quòd ex adverſo illorum
tu me exceperis, 36 & fueris refugium meum in tem-
pore tribulationis meæ. 37 Adjutor meus tibi canta-
bo: 38 quia me labentem ſemper excipis, 39 Deus
meus, qui miſereris mei.*

* *Pauſatio &c.*

ORATIONES.

MSS.
* *al.* omni.
* *al.* ſempiterno.
* *al.* fulgeamus.

1 OMnipotens Domine, cujus virtutem atque miſericordiam * matutino laudamus in tempore; te fortitudinem noſtram oramus & quaeſumus, ut ab omni obſcuritate tenebrarum eruti, * matutino lumine * decoremur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 169. *Pro Judæis.*

2 IRruentes in me fortes, Chriſte Domine, virtutis tuae valore compeſce: quique tuam in paſſione animam occupaverunt, jugo ſervitutis tuae eorum genimina occupentur: ut tu ſolus Dominus redemptor ſaeculi agnoſcaris; cùm in occurſum Eccleſiae tuae ſurrexeris. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 174. *De Paſſione Domini.*

3 OCcupantes animam tuam, Chriſte Domine, fortes, ſuper te aeriter irruerunt; cùm tempore paſſionis cuneus ſuper te inruit ſuperborum: & ideo quaeſumus, ad precem Eccleſiae tuae jam reſpice; & cruentum hoſtis de manu gladium tolle: ut mucronem ſuum deciſum ſentiant; cùm per eos, qui te annunciant, fidei tuae cognoverint praedicari doctrinam. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

fol. 187. *Item de Paſſione Domini.*

4 ERipe nos Domine de inimicis noſtris: & qui tuam pro nobis dignatus es ponere animam; nos ab inſurgentibus in nos libera uſquequaque. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

fol. 210. *Item de Paſſione Domini.*

5 CHriſte Dei Fili, qui ſine cauſa delicti & morti es traditus, & venantium laqueis irretitus; facito, ut per indebitam mortem tuam mors nobis debita devincatur: ut qui pro nobis es traditus innocens, per bona innocentiae ad te nos facias quandoque pervenire felices. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 208. *Item de Paſſione Domini.*

6 CHriſte Deus noſtrae ſalutis, qui paſſionibus tuis noſtrorum criminum paſſiones extinguis; libera nos de ſanguinum viris, & ab omnibus corruptionibus noſtris: ut facta carnis & ſanguinis declinantes, non virorum ſanguinum praecipitio interitûs, ſed placentium tibi mereamur numero aggregari. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

(DOminus) nobis praeſtare dignetur, ut adjutorio ejus muniti, miſericordiâ adjuti, reſurrectione glorificati; mereamur in Eccleſiâ ſanctâ laudes ejus immaculatis ſenſibus exaltare. *Amen*.

LIX.

* II. Reg. VIII. 3. 13. X. 9. I. Paralip. XVIII. 3. 12.

In finem, pro his, qui immutabantur, in tituli inſcriptionem, ipſi David, in doctrinam.
** Cùm ſuccendit Meſopotamiam, Syriæ & Sobal: & convertit Joab;*
& percuſſit Idumaeam in valle Salinarum, duodecim millia.

Ed. Rom. *In finem, pro his qui immutabuntur in tituli inſcriptione, ipſi David, in doctrinam. Cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Syriam Sobal: & convertit Joab, & percuſſit Edom in valle Salinarum, duodecim millia.*

BEDA.

Senſus myſticus.

In finem, *in Chriſtum Salvatorem dicit*. His qui immutabuntur, *illo utique modo, quo Apoſtolus dicit*: Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. *qui qualiter ad hunc Finem mutari valeant, conſequenter exponitur*. In tituli inſcriptione, David, in doctrinam. Tituli inſcriptione, *Jeſum Chriſtum ſignificat Regem. Sic ergo mutentur, ut deſerentes diabolum, regi Chriſto colla ſubmittant. addidit* In doctrinam, *ſcilicet Chriſtianam: quia non ſufficit Chriſtum regem credere, ſi non ejus & doctrina ſervetur*. Cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriae & Syriam Sobal; *hæ victoriæ David Chriſti triumphum de Gentibus inſinuant: quas igne ſuæ charitatis inflammando, regno antiqui hoſtis, quod Adureret ſignificat, eripuit; & ſuæ fidei tributarios fecit: quia enim Syria, quæ hebraicè Aram dicitur, & interpretatur* Sublimis; *ſuperbiam gentilitatis inſinuat: duas* Syriae *gentes* ſuccendit, *qui Gentilium ſtulta & ditia pariter accendit: ut uni vero regi, fidei & operis ſui tributa perſolverent*. Et convertit Joab, & percuſſit Edom in valle Salinarum, duodecim millia. Vallis Salinarum, *quæ hebraicè* Gemelach *vocatur, infirmam terrenamque ſapientiam deſignat: qua & Gentilium philoſophia, & Judæorum pertinacia contra Chriſtum armatur. Sed utraque* converſio Joab (*qui interpretatur* Pater eſt) *inſtante diligentius fidei doctore*, percutitur. *Fateſt ergo* Gemelach, *quia* Idumæorum *regio eſt, ſapientem ſe'entiæ Gentilis indicare; ſed melius de Judæis in finem ſæculi credituris accipitur; vel propter* xii. millia *ad numerum tribuum Iſraël, vel propter nomen* Edom, *qui Judæos ſæpe ſignificat: unde & ſub ejus perſona de illis dicitur*; Et major ſerviet minori.

Populus ergo ille, qui de priſcis erroribus mutatus eſt ad fidem, primo capite ſupplicat, ut poſt afflictionem, quam ſatisfaciendo paſſus eſt, beneficii novitate reparetur: Deus repuliſti nos, *& cætera. Secundo, interpoſito* Diapſalmate, *rogat, ut poſt tribulationes, quas pertulit, deducatur à Domino in muniti ſſimam Civitatem: petens auxilium ſibi de tribulatione concedi; quod ſoli Domino probatur eſſe poſſibile*: (Ut liberentur dilecti tui.) *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Rejectio gentis Judæorum: & vocatio Gentium.*

✱ Card. Thomaſ. *Per occaſionem ſuæ victoriæ Machabæorum quoque triumphum prædicit*. Aliter, vox Apoſtolorum, quando Chriſtus paſſus eſt.

Pſalt. Syr. *Quem edidit David (dicens) ſi devenero in manus Saulis, interiere; deditque locum fugæ (ipſe) & qui cum eo erant; nobis autem exprimit converſionem gentium, & abolitionem Judaiſmi, verſ. 26.*

Feria IV. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *verſ. 24.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

✝.1. Pſal. XLIII. 10.

1 DEUS REPULISTI NOS ✝ ET: DESTRUXISTI ✝ NOS:
2 iratus es ✝ &: miſertus es nobis.
† 3 Commoviſti terram; & conturbaſti eam:
4 ſana contritiones *ejus*; quia commota eſt.
† 5 Oſtendiſti populo tuo dura:
✝.6. Pſ. LXXIV. 9. 6 potaſti nos vino compunctionis:
† 7 dediſti metuentibus te ſignificationem ut fugiant à facie arcûs.
DIAPSALMA.
† 8 Ut liberentur dilecti tui;
✝.8. Pſ. CVII. 7. 9 ſalvum fac dexterâ tuâ: & exaudi me.
† 10 Deus locutus eſt in ſancto ſuo.
11 laetabor ✝ &: partibor Sichimam:
12 & convallem Tabernaculorum metibor.
† 13 meus eſt Galaàd; & meus eſt Manaſsès:
14 & Ephraim, fortitudo capitis mei.
✝.15. Gen. XLIX. 10. † 15 Juda, rex meus.
16 Moàb, olla ſpei meae:
† 17 in Idumaeam extendam calceamentum meum:
18 mihi alienigenae ſubditi ſunt.

In perpetuum decantandus Pſalmus pro iis, qui commutabuntur variis viciſſitudinibus rerum: ad perpetuam memoriam recolendus, ac ſi eſſet titulus inſculptus in columna: Davidi inſpiratus ad aliorum doctrinam: quando ſcilicet pugnavit adverſus Syriam Meſopotamiæ; & Syriam Sobal: eaſque ſuccendit, & reverſus eſt Joab, & percuſſit Idumæam in valle Salinarum, duodecim ſcilicet millia hominum. PROPHETA. 1 *Tu nos Deus olim projeciſti noſque deſtruxiſti*: 2 *iratus quidem es primum nobis, ſed tamen poſtea miſertus es noſtri*. 3 *Tu terram hanc noſtram antè commoviſti: eamque flagellis tuis conturbaſti*: 4 *ſed nunc ſana ejuſdem terræ noſtræ conquaſſationes; quia tota commota eſt ſurſum atque deorſum*. 5 *Feciſti autem populum tuum videre atque experiri dura & gravia*: 6 *noſque potaſti vino pungente ac perturbante, & in ſtuporem adducente præ grandi amaritudine*: 7 *quibus certè flagellis dediſti metuentibus te ſignum, ut ad te fugerent à præſentiâ arcus & armorum hoſtium*. * 8 *Ut ergo ab illis liberentur dilecti & electi tui Domine*; 9 *ſalva me und cum omni populo dexterâ potentiæ tuæ; & exaudi me invocantem te*. 10 *Deus locutus eſt in ſanctuario tabernaculi ſui, mihique promiſſa dedit*. 11 *lætabor ergo conſtitutus Rex in totum Iſraëlem; & ut dominus dividam Sichimam, quæ eſt in Samaria*: 12 *& tamquam meam hæreditatem dimetiar vallem Succoth, hoc eſt Tabernaculorum in tribu Gad*. 13 *Mea eſt terra Galaad: & mea eſt tribus Manaſſe*: 14 *& tribus Ephraim eſt robur capitis & principatûs mei*. 15 *& tribus Juda eſt regia & ſedes regni mei*. 16 *Sed gens Moabitica ita erit mihi ſubjecta, perinde ac olla lavacri, in qua ego ſine cura & anxietate ſpero me loturum pedes meos*: 17 *& ad Idumæam quoque extendam pedem meum, ut in ea mihi ſubditâ incedam* 18 *quemadmodum & alienigenæ Philiſthæi jam mihi* Pauſatio &c.

Quis

ſub-

† 19 Quis deducet me in civitatem munitam?
20 quis deducet me uſque in Idumaeam?
† 21 nonnè tu Deus qui repuliſti nos?
✠.22. Pſal. XLIII. 20. 22 & non egredieris Deus in virtutibus noſtris?
† 23 Da nobis auxilium de tribulatione:
24 quia vana, ſalus hominis.
† 25 In Deo faciemus virtutem:
26 & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

ſubditi ſunt. 19 At quis me deducet ad civitatem munitam Idumæorum? 20 quis, inquam, me deducet uſque ad Idumæam, ut ſubjiciam eam? 21 nonne tu Deus, qui antea nos projeceras? 22 & an forſitan non egredieris Deus cum exercitibus noſtris ad prælium? 23 Da ergo nobis Domine auxilium, quod nos eruat a tribulatione & anguſtia præliorum, aliorumque malorum: 24 quia ſalus, quæ ab homine exſpectatur, vana eſt atque inanis, falsâ ſpe hominem decipiens. 25 Igitur cum auxilio Dei fortiter faciemus in re militari: 26 & ipſe conculcabit & ad nihilum redigct eos, qui nos tribulant & affligunt.

ORATIONES.

MSS. 1 CLementiſſime Domine ſalva ſupplicem populum auxilio dexterae tuae: ut dum ad fructum boni operis in tribulationibus excitatur; tuâ ſemper gratiâ conſoletur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Apud Landulphum, ſive Ludolphum de Saxonia. 2 OMnipotens mitiſſime Deus, humani generis reſtaurator & rector; qui fideles tuos ſic deponis, ut erigas; ſic humilias, ut ad caelorum regnum perducas: in te credentium corda piâ miſeratione cuſtodi: ut ad confeſſionis tuae remedia fugientes, ſanatis contritionibus aeternâ felicitate te largiente perfrui mereamur, Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 93. 3 AUxiliare nobis Domine in tribulatione; & exaudi nos ad ſalutem: ut dilecti tui ipſâ, quâ formati manu ſunt, reformentur: ut quo ſunt contriti brachio, eodem rurſum favente, cupitum perveniant ad remedium. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 115. 237. 4 DA nobis Domine auxilium in tribulatione; quia vana eſt ſalus ab homine: in te enim faciemus virtutem, qui & confortas famulos, & ad nihilum redigis inimicos. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 193. 208. 239. 5 SAlvum fac populum tuum Domine dexterâ tuâ: & qui dediſti timentibus te Crucis ſignificationem, da* pleniſſimam fidei dignitatem: ut quos peccantes repuleras, * convertens ſuſcipias: & tu da in tribulatione auxilium neceſſarium, qui pro peccatoribus factus es pretium: & ipſe tribulantem inimicum ad nihilum redigas; ipſe redemptos in civitatem circumſtantiae introducas. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* *al.* pleniſſimae.
* *al.* convertentes.

LX.

In finem, in hymnis, David.

BEDA.

Senſus myſticus. In hymnis *Græcum eſt, & interpretatur*, In laudibus: *quia totus pſalmus Chriſti præconia perſonabit.*

In prima parte a finibus terræ deprecatur populus fidelis, ut ejus audiatur oratio; quatenus in ſancta Eccleſia perſeverans, alarum ejus velamine protegatur: Exaudi Deus deprecationem meam. *In ſecunda, gratias agit, quòd juſtis hæreditatem ſuam dedit, & nomen ſuum in æternam gloriam conſecravit; in qua se laudes ſe redditurum jugiter Domino pollicetur:* Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam

Euſebius Cæſarienſis. *Deprecatio cum gratiarum actione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona populi in Babylone poſiti, & pro ſua libertate deprecantis Pſalmus iſte componitur, cum tamen ſpem nutriret reverſionis in Patriam.*

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm revelavit ei Jonathan conſilium Saulis, machinantis interitum illius. ſpiritualiter autem innuit orationem cum gratiarum actione, verſ. 16.*

Feria IV. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *In laudationibus de ultimo fine, verſ. 16.*

S. Hier. (*Pſalmus*) *vocem continet gratulantis Prophetæ de æternitatis beatitudine.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 EXAUDI DEUS DEPRECATIONEM MEAM:
2 intende orationi meae.
† 3 à finibus terrae ad te clamavi dum anxiaretur cor meum.
4 In petra exaltaſti me:
† 5 deduxiſti me; quia factus es ſpes mea,
6 turris fortitudinis à facie inimici.

Inha-

Pſalmus in perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis hymnorum, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Exaudi Deus hanc cum laudatione tui deprecationem meam:* 2 *attende huic orationi meæ.* 3 *hic modò ad te clamavi in noviſſimis & extremis finibus terræ, ubi exſulo, cùm præ triſtitia ac tædio anxiaretur cor meum.* 4 *Tu me in rupe & arce alta & tuta collocaſti, ut ſecurus eſſem ab inimicis meis:* 5 *meque huc deduxiſti, quia fuiſti is, in quem ego ſperarem;* 6 *& fuiſti mihi velut turris fortiſſima & munitiſſima,*

quâ

† 7 Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſaecula:
8 protegar in velamento alarum tuarum.
DIAPSALMA.
† 9 quoniam tu Deus ✠ meus: exaudiſti orationem meam:
10 dediſti hereditatem timentibus nomen tuum.
† 11 Dies ſuper dies Regis adjicies annos ejus,
12 uſque in diem generationis & generationis.
† 13 permanet in aeternum in conſpectu Dei.
14 Miſericordiam & veritatem ejus quis requiret?
℣. 15. Pſ. XXXIX. 12. LXXXVIII. 25. Proverb. XX. 28. † 15 Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſaeculum ✠ ſaeculi:
16 ut reddam vota mea de die in diem.

*quò ego confugerem a praeſcatid inimici me perſequentis. 7 Sed tandem aliquando, habitabo (uti confido) apud tabernaculum ſanctum domus tuae; 8 ibique defendar & protegar veluti velamine alarum tuarum. * 9 tu enim Deus meus ſemper exaudiſti orationem meam: 10 dediſtique timentibus nomen tuum ſuam ipſorum haereditatem poſſidendam. 11 Dies ſuper dies vitae adjicies ad ejuſdem Regis annos, 12 idque uſque in omne tempus omnium generationum. 13 unde idem Rex permanſurus eſt & ſeſſurus coram te Deo in aeternum. 14 Porrò quis eorumdem inimicorum exquiret & penitus inveſtigabit ejuſdem Dei miſericordiam & fidelitatem ſummam in ſervandis promiſſis, dum Regem ſuum ſervat? 15 Sic igitur ſperans, pſalmos canam nomini tuo Deus uſque in omnia ſaecula; 16 ut reddam tibi per ſingulos dies mea vota; & praeſtem, quae tibi debeo atque promiſi.* * Pauſatio &c.

ORATIO.

MSS. **A**Nxietatum noſtrarum miſericordiſſime conſolator Deus, protege familiam tuam à facie inimici: ut a te turre fortitudinis praemunita, inhabitare tabernacula mereatur aeterna. Per Dominum noſtrum.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſ.lm. T. 3. S. Hieronymi (**D**Ominus) nobis praeſtare dignetur; ut conformes facti gloriae ſuae, eruti à corruptione mortis ſecundae, pſallere mereamur nomini ejus in ſpiritualium oblatione votorum.

LXI.

In finem: pro Idithun: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. Idithun *interpretatur* Tranſiliens (eos) *id eſt, amatores ſaeculi: Introducitur enim perſona militis Chriſti, qui & mundi deſideria reliquerit, & in Domino ſpe firmiſſima permanſerit.*

Tranſilitor *iſte, quem diximus vitiorum, videns mundum erroribus miſeriiſque pleniſſimum, in primo membro pſalmi animam ſuam Deo profitetur eſſe ſubjectam; quia per Filium Dei unigenitum munus ſalutare ſuſcepit; arguens eos, qui ſola nomine ſe dici deſiderant Chriſtianos:* Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? *Secunda parte iterum animam ſuam dicit ſubditam Deo Patri; quoniam per ejus Verbum ſalutarem patientiam conquiſivit; confirmans plebem conſeſſure fideli, ut toto cordis affectu ſperare debeat ſemper in Domino:* Verumtamen Deo ſubjecta eſto anima mea. *Tertio membro errantes populos monet, ut in Domino magis quàm in caduca iſtius mundi felicitate confidant:* Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, *& reliqua.*

Euſebius Caeſarienſis. *Doctrina efficioſa (ſive de obſequiis & officiis debitis erga Deum.)*

S. Athanaſius. *Pſalmus glorîationis in Domino.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Verba Machabaeorum, quando ab Antiocho ſacrificare & profanari cogebantur.* Aliter, vox Chriſti de Paſſione.

Pſ. It. Syr. *Pſalmus dictus ad Idithun pſalte; fertur ſenſus literalis eſſe, cùm luderent pueri Abnir, & pueri David, ſeque trucidaſſent invicem; occidit enim quidam ex his, qui ad Abnir pertinebant, fratrem minimum inter natos Suriae, fratrem ſcilicet Joab; atque hoc ſervavit Joab ad longum tempus, & interfecit Abnir gigantem tempore Saulis. ſpiritualis vero (ſenſus) indicat nobis nunc documentum medens peccata, ſi poenitentia, & confeſſione utamur, verſ. 22.*

Feria IV. ad Vigilias. Pſ. It. Arab. *verſ. 24.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus plenum de Deo affectum Prophetae edocet, dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 **N**ONNE DEO SUBJECTA ERIT ANIMA MEA?
2 ab ipſo enim ſalutare meum.
† 3 nam & ipſe Deus meus & ſalutaris meus,
4 ſuſceptor meus; non movebor amplius.
† 5 Quo uſque irruitis in hominem?
6 interficitis univerſi vos:

tam-

Pſalmus in perpetuum decantandus, traditus Idithun Levitae * uni ex tribus primariis Cantoribus; qui cum filiis ſuis prophetica dicta confeſſionum & laudum Domini in Tabernaculo canebat; inſpiratus autem Davidi. PROPHETA. *1 An non ſe Deo anima mea ſubjicit cum ſilentio & ſine murmure? 2 ex eo enim eſt ſalus mea. 3 nam & ipſe eſt Deus meus & ſalvator meus; 4 ipſe eſt qui me labentem excipit: unde nec plurimum commovebor in afflictionibus meis. 5 Vos autem perſecutores mei uſquequò inſidiamini, & magno irruitis impetu in me hominem imbecillem? 6 nam vos omnes me vultis interficere* * I. Paralip. XXV.

7 tamquam parieti inclinato, & maceriae depulſae?
† 8 Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere:
9 cucurri in ſiti:
℣. 10. Pſal. XXVII. 3. 10 ore ſuo benedicebant; & corde ſuo maledicebant.
D I A P S A L M A.
† 11 Verumtamen Deo ſubjecta eſto anima mea:
12 quoniam ab ipſo patientia mea.
† 13 quia ipſe Deus meus, & ſalvator meus;
14 adjutor meus; non emigrabo.
† 15 In Deo ſalutare meum & gloria mea:
16 Deus auxilii mei; & ſpes mea in Deo ✠ eſt:
† 17 Sperate in eo omnis cōgregatio populi:
18 effundite coram illo corda veſtra:
19 Deus adjutor noſter ✠ in aeternum:
D I A P S A L M A.
† 20 Verumtamen vani filii hominum:
21 mendaces filii hominum in ſtateris ut decipiant:
℣. 22. Pſ. XXXVIII. 6. CXLIII. 4. 22 ipſi de vanitate in idipſum.
† 23 Nolite ſperare in iniquitate:
24 & rapinas nolite concupiſcere.
℣. 25. Job. XXXI. 25. Matth. VI. 19. 21. Luc. XII. 15. I. Tim. VI. 17. 25 divitiae ſi affluant; nolite cor apponere.
† 26 Semel locutus eſt Deus; duo haec audivi:
27 quia Poteſtas Dei eſt:
28 & tibi Domine Miſericordia.
℣. 29. Matth. XVI. 27. Rom. II. 6. I. Cor. III. 8. Galat. VI. 5. 29 quia tu reddes unicuique juxta opera ſua.

ſicere: 7 quouſque, inquam, irruitis in me tamquam
in parietem jam curvatum ad ruinam, & tamquam
in maceriam jam propulſam & corruentem? 8 Certè
hi cogitaverunt honorem meum, quo in pretio ſum, &
pretioſam partem meam a me expellere & auferre: 9
qua de cauſa & ego ſitibundus cucurri per loca arida,
ut eorum inſidias evaderem: 10 & licèt linguâ ſuâ
mihi benedicerent; animo tamen ſuo mihi maledice-
*bant. * 11 His tamen non obſtantibus, adhuc ſubjice*
te Deo cum ſilentio & ſine murmure o anima mea; 12
ab ipſo enim pendet præſtolatio mea; & ab eo tibi ve-
niet id, quod ego patienter exſpecto: 13 ipſe enim eſt
Deus meus & ſalvator meus; 14 & is, qui me laben-
tem excipit & ſuſtentat: quare nec e loco & ſtatu meo
aliò tranſmigrabo. 15 In Deo ſita eſt ſalus mea & glo-
ria mea: 16 ipſe Deus eſt mei auxiliator: & tota ſpes
mea in Deo eſt, non in homine. 17 Sperate igitur in eo
omnis cœtus populi: 18 & coram eo exponite & ef-
fundite cogitationes omnes, curas, anxietates, ac deſi-
deria cordium veſtrorum; 19 quia Deus eſt noſtri ad-
jutor in æternum. 20 Attamen vani ſunt, ut vapor,
filii Adam: 21 mendaces ſunt homines in ſtateris
ſuis doloſis ad decipiendum alios: 22 ipſi omnes pariter
evaneſcunt; & ex vanitate ſunt, & fraudulenter
agunt. 23 Nolite confidere in iniquitate & calumnia:
24 & nolite deſiderare neque rapere res alienas. 25
quin & ſi veſtræ vobis divitiæ affluxerint magnâ co-
piâ; ne illis apponatis cor veſtrum & affectum. 26 Ir-
revocabiliter locutus eſt mihi Deus unum quiddam; &
tunc duo hæc audivi, 27 primum, quòd poteſtas &
imperium Dei ſit; 28 & ſecundum, quòd miſericor-
dia adſit tibi Domine. 29 nam tu, nemine te impedien-
te, per potentiam & miſericordiam unicuique reddes
bona bonis, & mala malis, ſecundùm quod exigunt
opera eorum.

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 SUbde tibi Domine animas noſtras; quoniam tu es patientia vera: ut renuentes incerta divitiarum, te ſolum, contemptâ omni mundanâ vanitate, ſequamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 70. 80. 265. 2 EFfundentibus nobis coram te corda noſtra in oratione, tu Domine, qui ſpes omnium es, exaudi & miſerere; tibique nos ſervituros ſubde; & ſubditis peccato propitiâ benignitate occurre: fac nos iniquitatis rapinâ carere; & divitiarum tuarum ornamenta conquirere: atque te noſſe, te concupiſcere, teque omni vitae noſtrae tempore Deum mereamur habere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 256. 3 TIbi Domino ſoli ſubjacet anima noſtra, quem omnis creatorem ſuum agnoſcit natura: à te virtutem patientiae, ne ſcandalo moveamur, accipimus; cui omne, quod ſumus, debere nos novimus. fac ergo nos ſpe numquam iniquitatis fulciri; nec ſallacibus divitiis cor noſtrum apponere: ut in te ſolo adſueſcamus requieſcere; & ad promerendum petita, coram te corda noſtra compuncta effice. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 257. 4 VIrtus immenſa Domine, tibi ſubdatur anima & caro noſtra; tibique ſinceriſſimè deſerviat vita noſtra: deſiderium animae, quo ad te perveniat, ſupple; & labiorum deprecationem, milleformis ille ne ſubripiat, ſuſcipe: occultum hoſtem devince virtute tuâ; noſque praeveni in benedictione; & per viam vitae perduc ad gaudia ſempiterna. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

LXII.

* I. Reg. XXII. 5. XXIII. 14. 15. 25. 26.

Pſalmus David. * *Cum eſſet in deſerto Idumeæ.*

BEDA.

Senſus myſticus.

Pſalmus & David *frequenter indicant Dominum Chriſtum, frequenter Eccleſiam: quia Chriſtus in membris ſuis eſt; & membra in ſuo Capite continentur. quapropter Eccleſiæ, quæ in hoc pſalmo loquutura eſt, meritò propoſita ſunt verba, quæ ſignificant Dominum Salvatorem. Hæc igitur* in deſerto Idumeæ, *hoc eſt in hujus ſæculi ariditate habitat; ubi ſitit & deſiderat Chriſtum: unde &* Idumæa, *in qua* David *erat, Terrena interpretatur.*

In prima parte pſalmi Eccleſia deſiderat Domini virtutem, optans omnium bonorum pinguedine repleri; ut ejus digna poſſit laudibus inveniri: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. *In ſecunda gratias agit, quia ſub velamine alarum Domini, mundi procellas evaſerit; inimicoſque ſuos in inferiora terræ damnandos. Regem Chriſtum in Deo Patre cum Sanctis prædicat eſſe lætaturum:* Si memor fui tui, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Gratiarum actio ejus, qui ſecundùm Deum eſt perfectus.*

S. Athanaſius. *Pſalmus pratiorum actionis.*

✶ Cardin. Tom. ſ. *Ex perſona eorum canitur, qui mentis eminentioris in Babylone degebant.*

Pſalt. Syr. Davidis. *Ad literam, cùm dixit Regi Moab: Mortuus eſt Pater meus, & Mater mea apud eos, quando ſugeret è conſpectu Saulis (&) ego pariter confugi ad te. nobis autem modo præſumitur gratiarum actio viri perfecti apud Deum in ſpiritu. beati ſitientes juſtitiam &c. verſ. 25.*

Pſalt. Arab. *verſ. 20.*

Quotidie ad Matutinum.

S. Hier. *Pſalmus adventus Dominici declarat myſterium, de quo ſe Propheta quaſi illuminatum cernens exſultat, & dicit:*

PSALMUS MATUTINUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 DEUS DEUS MEUS AD TE DE LUCE VIGILO.

* 2. Pſ. XLI. 3. CXLII. 6.

† 2 ſitivit ✠ in: te anima mea;

3 quàm multipliciter tibi caro mea;

† 4 in: terra: deſerta & invia & inaquoſa:

5 ſic in ſancto apparui tibi;

6 ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam:

† 7 quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.

8 Labia mea laudabunt te:

† 9 ſic benedicam te in vita mea:

10 ✠ & in nomine tuo levabo manus meas.

† 11 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:

12 & labiis exſultationis laudabit os meum.

* 13. Job XXXV. 10. Pſ. XLI. 9. CXVIII. 55. CXLIX. 5.

† 13 Si memor fui tui ſuper ſtratum meum; in matutinis meditabor in te:

14 quia fuiſti adjutor meus:

† 15 & in velamento alarum tuarũ exſultabo.

16 Adhaeſit anima mea poſt te:

17 me ſuſcepit dextera tua.

† 18 Ipſi verò in vanum quaeſierunt animam meam:

19 introibunt in inferiora terrae:

20 tradentur in manus gladii:

21 partes vulpium erunt.

† 22 Rex verò laetabitur in Deo:

23 laudabuntur omnes qui jurant in eo:

24 quia obſtructũ eſt os loquentium iniqua.

Pſalmus Davidi inſpiratus, cùm eſſet profugus in deſerto Idumææ. PROPHETA. 1 *Deus Deus meus es tu: & ad te orandum matutinus conſurgo ac vigilo ab albeſcente luce diei.* 2 *nam ſitivit & deſideravit te contemplari anima mea:* 3 *& multum admodum corpore quoque meo te adorare ſitivi ac deſideravi* 4 *in terra hac deſerta & inacceſſa & ſine aqua,* 5 *ſicut ſi eſſem in Sanctuario tuo, ita ſitienter in hoc deſerto ante te comparui* 6 *ad videndum & conſiderandum potentiam tuam & gloriam tuam:* 7 *melior eſt enim mihi miſericordia erga me tua, quàm vita qualibet jucunda & diuturna.* 8 *Laudabunt te propterea labia mea:* 9 *& ſic anima ſitiente, & ore laudante benedicam tibi in vita mea;* 10 *& cum auxilio numinis tui levabo ad cælum manus meas in orando.* 11 *Quaſi ſpiritnali adipe & pinguedine, quæſo, impleatur à te anima mea gratiâ conſolationis internæ:* 12 *& ità labiis etiam os meum exſultanter laudabit nomen tuum.* 13 *idque faciam etiamſi memoratus fuero tui, in cubili meo jacens; & quando per ſingulas vigilias & matutinis præſertim horis meditabor de te;* 14 *quia tu ſemper fuiſti auxiliator meus.* 15 *ſemperque in poſterum te laudando exſultabo, tectus quaſi velamine alarum tuæ defenſionis atque protectionis.* 16 *Anima mea adhæſit arctiſſimè ad te:* 17 *meque viciſſim retinendum excepit dextera potentiæ tuæ.* 18 *At ipſi perſecutores mei vanè quæſierunt interficere vitam animæ meæ.* 19 *quin potius ipſi ingredientur ad inferna loca terræ;* 20 *tradentur in manus & eadem gladii, quo ſunt occidendi;* 21 *eorumque cadavera erunt partes & eſcæ vulpium, cæterarumque ferarum.* 22 *Rex autem, quem illi perſequuntur, lætabitur in Deo, ipſum protegente:* 23 *in quo etiam omnes, qui per eumdem Deum, & non per falſa numina, jurant, illi credentes & ſervientes, ſe laudabunt & gloriabuntur;* 24 *propterea quòd obturatum ſit os loquentium res iniquas atque mendacium, ne innocentibus ampliùs imponant crimina falſa.*

ORATIONES.

MSS. 1 AD te diluculò vigilantibus lumen largire perpetuum author lucis aeternae Deus: ut te labia noſtra laudent; te vita benedicat; te meditatio matutina glorificet. Per Dominum.

Brev. Moza-rab. fol. 109. 2 IN matutinis meditamur te Domine; quia te illuminante, ſuſceptor es noſtrûm: quòd pro nobis natus es, confitemur; & in velamento alarum tuarum, Cruce tuâ protecti, laudamus. dona igitur nobis, ut qui munera tua in ſacro myſterio praedicamus, te in ſummo

mo munere perfruamur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 236. 3 **D**Omine, ad quem vigilat de luce anima noſtra; dona, ut ſemper à tenebris properemus ad lucem: caligo depereat menti; & plenitudo tuae in nobis permaneat lucis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 4. **D**Eprecamur te Domine, ut in tuam lucem vigilantes, te jugiter ſitientes, mereamur, te largiente, bonis operibus adimpleri.

LXIII.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Tituli hujus verba Chriſtum ſignificant: qui per totum pſalmum de ſua eſt Paſſione locuturus.*

Prima peſtione Dominus orat, ut à populi Judæ ei timore liberetur; docens, illos defeciſſe in inſidiis; ſe autem reſurrexiſſe ad gloriam: Exaudi Deus orationem (meam) cùm deprecor. *Secundâ, ſævitiam deridet Judæorum; quia magis ipſi conturbati ſunt de ſceleribus ſuis; quando reſurgente Domino, eis eſt annunciata fortitudo: tunc enim lætitia juſtorum, & recta fidei virtus apparuit:* Sagittae parvulorum, & reliqua.

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina obſecta cultoris Dei.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *De ipſo David cecinit, cùm Saulis perſecutionibus laboraret.* Aliter, vox Martyrum Chriſti.

Pſ. It. Syr. *Pſalmus editus a Davide, cùm admonuit eum Gad Propheta (dicens): ne maneas in Meſret, quoniam Saul quærit necem tuam. nobis verò ſpiritualiter triumphus agoniſtarum, & inſtructio timentium Deum, atque victoria in certamine, verſ. 24.*

Pſ. It. Arab. *Davidis, quando perſecutus eſt eum Saul, verſ. 29.*

Feria IV. ad Vigilias. S. Hier. *Pſalmus vocem continet Prophetæ, Deum jugiter deprecantis, ut non ſolùm ſuo peccato, ſed & aliis malorum venena, ipſo protegente, poſſit evadere. Sed & nos intelligere debemus id, quod in eo canitur, in credentibus poſſe impleri.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 **E**XAUDI DEUS ORATIONEM MEAM CUM DEPRECOR:
2 à timore inimici eripe animam meam.
† 3 Protexiſti me à conventu malignantium,
4 à multitudine operantium iniquitatem:
✝. 5. Pſal. CVIII. 2. † 5 quia exacuerunt ùt gladium linguas ſuas:
6 intenderunt arcum, rem amaram,
✝. 7. Pſalm. X. 3. 7 ut ſagittent in occultis immaculatum:
† 8 ſubitò ſagittabunt eum, & non timebunt.
9 firmaverunt ſibi ſermonem nequam:
† 10 narraverunt ut abſconderent laqueos:
11 dixerunt; *Quis videbit eos?*
† 12 Scrutati ſunt iniquitates:
13 defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.
† 14 Accedet homo ad cor altum:
15 & exaltabitur Deus.
† 16 ſagittae parvulorum factae ſunt plagae eorum:
17 & infirmatae ſunt contra eos linguae eorum.
✝. 18. Pſal. LI. 8. † 18 Conturbati ſunt omnes, qui videbant eos:
19 & timuit omnis homo.
† 20 & annunciaverunt opera Dei:
21 & facta ejus intellexerunt.
† 22 Laetabitur juſtus in Domino; & ſperabit in eo:
23 & laudabuntur omnes recti corde.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETIA. 1 *Auſculta Domine vocem hanc & orationem meam, dum deprecor ad te; 2 & à timore, quo inimicum timeo, eripe me, ne illum timeam. 3 Quemadmodum me hactenus protexiſti; ita nunc quoque me protege & abſconde à concilio & conſpiratione malignorum contra me. 4 & à multitudine & tumultu operantium iniquè: 5 quia maligni iſti acuerunt quaſi gladium linguas ſuas, parantes contra me calumnias ad interitum meum: 6 extenderuntque arcum ſuum & ſagittam, hoc eſt amarum verbum & rem; 7 ut ex abſconditis locis clanculum & inſidiosè ſagittarent me hominem innoxium, & nullo adverſus eos crimine maculatum. 8 quem & ſubitò & de repente ſagittabunt; & Deum, qui omnia videt, non timebunt. 9 qui firmiter ſibi ipſis conſtituerunt ſermonem malignum ejuſmodi: 10 & inter ſe diſputaverunt, & modos expoſuerunt, ut abſconderent laqueos, ut me irretirent ad mortem: 11 & dixerunt, quod nullus quiſquam non viſurus eſſet ipſos, iſta tractantes ac diſponentes. 12 Perſcrutati ſunt quidem & inveſtigaverunt rem iniquam hanc facere modis omnibus: 13 ſed irrito conatu defecerunt, tamen licet perſcrutatione perſcrutantes & excogitantes modos, quibus me perderent. 14 accedet quidem homo ad cor altè profundum, & ad excogitandum callidum conſilium; cujuſque cor profundum & tectum ad machinandum malum: 15 ſed Deus excelſum ſe demonſtrabit, cùm eos ſagittaverit, & eorum diſſipaverit prava conſilia. 16 tunc apparebit, quod plagæ, quas ipſi inferre volebant, fuerint veluti arundineæ ſagittæ imbecillium parvulorum laedentium & non vulnerantium; 17 & quòd eorum linguæ in proprium tantummodo ipſorum malum fuerint, & ad aliorum malum invalidæ effectæ. 18 Omnes, qui eos ſic à Deo punitos videbant, conturbati ſunt præ terrore; 19 & Deum timuit omnis homo: 20 qui & aliis quoque annunciaverunt hæc juſta opera juſtitiæ Dei: 21 & eorum, quæ idem fecit providentiâ ſua in mundo, intelligentiam habuerunt. 22 Lætabitur itaque quilibet juſtus in Domini providentia & protectione; & in eo ſemper ſperabit: 23 & exſultando ſe laudabunt, & gloriabuntur in eo omnes, qui rectum erga illum habent animum ſuum.*

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 **T**Utela omnium credentium Deus, cuſtodi Eccleſiam tuam à conventu malignantium; qui eam occultis jaculis impugnare nituntur: ut te ſalubri rectoque retinens intellectu, juſtorum meritis perpetualiter conlaetetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 173. *De Paſſione Domini.* 2 **P**Rotege nos Domine à conventu malignantium inimicorum; qui crucis pertuliſti opprobrium: ut qui contra te linguas ſuas exacuerunt ùt gladium; ſaluberrimo tuae gratiae dono conquiſiti, devorentur Eccleſiae morſu. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 190. *Item de Paſſione Domini.* 3 **A** timore inimici Domine libera animam meam; & à conventu malignantium eripe eam: ut quae vulnere paſſionis tuae educta eſt de lacu miſeriae; in te credens perducatur ad libertatem aeternae gloriae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. (**D**Eus) nobis praeſtare dignetur, ut à ſagittis inimicorum liberi, ab arcu falſitatis erepti; mereamur ab eo protegi: qui Sanctis omnibus pro ſpe ſalutis gloriam tribuit immortalitatis.

LXIV.

In finem, Pſalmus David: Canticum. ✠ Jeremiæ & Ezechielis, populo transſmigrationis cùm inciperent exire.

BEDA.

Senſus myſticus. *Quia principia tituli jam nota ſunt, ſequentia paucis exponimus verbis.* Transſmigrato in *Chaldæam* populo *Iſrael*, *Prophetæ memorati prædixerant, eos poſt* LXX. *annos (ad) patriam redituros; everſamque ab hoſtibus Hieruſalem, meliori ſtatu reparaturos. Non ergo* Hieremias *&* Ezechiel pſalmum *fecerant: ſed quorum tempori juxta hiſtoriam congruit; eorum nomine prætitulatur. quod ab Eſdra factum plurimi authores aſſeverant: dicentes, eum pſalmis omnibus Titulos indidiſſe; eoſque catenus incompoſitos, & pro authoritate vel temporis diverſitate diſperſos, in volumen unum collegiſſe. Spiritualiter autem*, populus, *qui Babyloniam deſerens, poſt captivitatem ad Hieruſalem feſtinabat, illos reſpicit, qui poſt peccatu priora, mundi iſtius confuſione damnatâ, ad Eccleſiam Chriſti venire contendunt, quibus authoritate Patrum totus iſte pſalmus aptandus eſt.*

Populus ille, qui ſaeculi peccata deſerens, reverſus eſt ad Dominum, primo ingreſſu pſalmi, authorem ſuum liberatus agnoſcens, orationem ſuam poſtulat exaudiri; definiens ſolùm beatum eſſe, qui ad ejus meruerit atria pervenire: Te decet hymnus, Deus in Sion. *Secunda ſectione, ſpem dicit Dominum omnium finium eſſe terrarum, diverſa laude ipſius potentiam allegoricâ comparatione deſcribens; Sanctoſque ejus hymnidicâ in ipſum exſultatione gaudere:* Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, *&* *reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum hymnis.* (al. *hymnum dicens.*)

✠ Cardin. Thomaſ. *Reditum populi de Babylone prædicit, ex perſona revertentium loquens.* Aliter, vox Eccleſiæ ante Baptiſmum.

Pſalt. Syr. *Davidis ad literam, cùm aſſumpſit arcem Dei ad Sion; & nobis proinde ſpiritualis (ſenſus) innuit in eo prædicationem Apoſtolorum, qui reduxerunt gentes per enunciationem Evangelii, verſ.* 32.

Pſalt. Arab. *verſ.* 30.

Feria IV. ad Matutinum. S. Hier. *Iſte Pſalmus in perſona Chriſti cantatur, & de reverſione Babyloniæ in Hieruſalem, & de noſtra ad cæleſtem Hieruſalem.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 **T**E DECET HYMNUS, DEUS, IN SION:
2 & tibi reddetur votum ✠ in Ieruſalem:
† 3 exaudi orationem ✠ meam: ad te omnis caro veniet.
† 4 Verba iniquorum praevaluerunt ſuper nos;
5 & impietatibus noſtris tu propitiaberis.
† 6 Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti!
7 inhabitabit in atriis tuis.

Reple-

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus: Canticum. Jeremiæ & Ezechielis pro populo Dei, qui transſmigraverat in Babylonem; quando ſcilicet ab illa captivitate idem populus exiturus eſſet, & reverſurus in Hieruſalem. PROPHETA. 1 *Decet te, o Deus, cantari tibi laudem in civitate Sion, ubi nunc laus tua ſilet; 2 & in eadem civitate Hieruſalem perſolvendum eſt tibi votum, quod olim vovi, ut redirem ad eam: 3 exaudi ergo orationem meam, ut illuc ad te laudandum veniat omnis homo noſtræ gentis hic peregrina. 4 Verba quidem & facta iniquorum Babyloniorum, qui nos captivos fecerunt ac detinuerunt hactenus, valde multum gravia & dura fuerunt ſuper nos & præ viribus noſtris: 5 ſed & tu tamen propitius eris eiſdem impietatibus noſtris; quibus meruimus in illorum redigi ſervitutem. 6 Beatus & felix ille, quem tu elegeris; & in tuam protectionem & urbem ſanctam aſſumpſeris! 7 habitabit*

Digitized by Google

℣. 8. Pſal. XXXV. 9.

† 8 Replebimur + in : bonis domûs tuae :
9 ſanctum eſt templum tuum, mirabile in aequitate.
† 10 Exaudi nos Deus ſalutaris noſter,
11 ſpes omnium finium terrae & in mari longè.
† 12 Praeparans montes in virtute tua,
13 accinctus potentiâ :
14 qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus.
† 15 turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos, à ſignis tuis :
16 exitus matutini & veſpere delectabis.
† 17 Viſitaſti terram ; & inebriaſti eam :
18 multiplicaſti locupletare eam :
† 19 flumen Dei repletum eſt aquis.
20 paraſti cibum illorum ; quoniam ita eſt praeparatio ejus.
† 21 Rivos ejus inebria :
22 multiplica genimina ejus :
23 in ſtillicidiis ejus laetabitur germinans.
† 24 Benedices coronae anni benignitatis tuae :
25 & campi tui replebuntur ubertate :
† 26 pingueſcent ſpecioſa deſerti :
27 & exultatione colles accingentur.
† 28 induti ſunt arietes ovium :
29 & valles abundabunt frumento.
30 clamabunt, etenim hymnum dicent.

℣. 17. Pſal. LXVII. 10. CIII. 13.

℣. 20. Pſal. LXVII. 11.

tabit enim illic in atriis templi tui. 8 Ibi replebimur bonis domus tuę : 9 nam templum tuum ſanctum eſt & admirabile in juſtitia, in vera & juſta religione cultûs tui, excluſis immundis & contaminatis, ne prophanetur. 10 Exaudi igitur nos Deus, qui nobis das ſalutem : 11 qui es is, in quem ſperant omnes fideles tui, in omnibus quibuslibet terræ finibus fuerint vel in mari longinquo. 12 Tu enim es, qui firmiter conſtituis & apparas montes fortitudine tua, 13 ſolo tuo veluti præcinctus potentatu : 14 qui etiam vis, turbas vel compeſcis fundum maris, & ejuſdem fluctuum ſonitum cujus maris fremitum nemo ſine terrore ſufferret. 15 a cujus ſignis & prodigiis mirabilibus, quæ facis, cum volueris, conturbabuntur gentes omnes ; & qui habitant etiam in extremis terrę, ſibi timebunt : 16 qui e contrario delectabiles facies egreſſus orientis matutini ſideris & veſpertini ; quibus delectabis gentes omnes ad Orientem degentes & ad Occidentem. 17 Tu es, qui donis tuis inviſiſti quodammodo terram ; eamque imbribus abundè potaſti & veluti inebriaſti : 18 & multiplicando dona tua, multipliciter eam ditaſti ubertate fructuum & herbarum : 19 flumenque tuum o Deus, per te repletum eſt jugiter aquis. 20 ſic tua tu providentia frumentum & cibum omnem illis omnibus habitantibus in terra apparaſti uſque ad maturitatem ; quia hoc modo per pluviales & fluviales aquas fit terra inſtructio & apparatio, ut apta ſit ad germinandum. 21 Inebria igitur Domine abundanter aquis tuis terræ ſanctæ ſulcos : 22 ejuſque germina & fruges multiplica : 23 ut terra in germinando læta ſit propter aquas, quæ in ipſam ſtillaverint atque decurrerint. 24 Benefaciendo benedic toti circulo anni, quem tua benignitate nobis largiris : 25 & campi terræ tuę pinguedine repleantur uberrima : 26 pinguia fiant ſpecioſa paſcua in cunctis finibus deſerti olim ſterilis : 27 & veluti exſultanter lætiſſimo gramine colles circumcingantur. 28 ſic enim arietes ovium & greges omnes veſtiti erunt velleribus optimis : 29 & valles abundanter plenæ erunt frumento. 30 & tunc homines præ lætitia clamabunt : nam & grati beneficiis tuis hymni laudem tibi canent.

ORATIONES.

MSS. 1 SPes omnium finium terrae Deus, exaudi orationem ſupplicem familiae tuae : ut dum te plauſu conſono, hymno modulante perſultat, infuſione Paracliti decorata, multiplici fructu pingueſcat. Per Dominum &c. in unitate ejuſdem Spiritûs Sancti &c.

Apud Landol. Sax. 2 TRibue Rex caeleſtis ; ut nos erepti ab ariditate peccati ; flumine miſericordiae tuae copioſiùs inrigati, pingueſcere mereamur ; vel hymnum cum Sanctis tuis decantare poſſimus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 91. 137. 135 * al. charitate. 3 EXaudi nos Deus ſalutaris noſter ; ac nos tuâ virtute praecinge : dumque fidei optamus ſoliditatem, ſpei mereamur quietem ; & * charitatis perveniamus ad requiem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 241. 4 EXaudi nos Deus ſalutaris noſter ; qui es omnium terrae ſpes : & in virtute tua praepara montes, quos illuſtres potentiâ, virtutumque ſublimes * inſignium : tuum eſt enim, nos celſiora ditare per merita ; per quae vitae beatae ſcandimus ardua : ut Eccleſia tua in omnibus terrae finibus dilatata, dum fidei petit ſublimitatem, ſpei promereatur quietem ; & ad charitatis perveniat apicem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

fol. 410. 5 BEnedic Domine coronam anni benignitatis tuae in die inſignis ſolemnitatis noſtrae : ut & mentes copiâ doctrinae reſulgeant ; & campi donorum tuorum ubertate pingueſcant : quò ita nobis ſubſtentatio cum tua gratia largiatur, ut & caro frugibus, & anima divinis paſta conlaetetur * virginibus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

* for. germinibus.

fol. 26. 6 BEnedic Domine coronam anni benignitatis tuae : ut & montes copiâ doctrinae reſulgeant, & campi donorum tuorum ubertate pingueſcant : quò ita nobis ſubſtantia cum tua gratia largiatur ; ut & caro frugibus, & anima divinis paſta collaetetur * virginibus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

* for. germinibus.

7 Te

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi.

7 TE deprecantes, Deus, oramus, ut Electorum tuorum congregemur meritis: ut jungamur praemiis: ut, ſi non meremur honorari praemiis, vel ornari coronis, ſaltem veniam conſecuti, poenâ careamus aeterni judicii. *Amen*.

LXV.

In finem, Canticum pſalmi ✠ reſurrectionis:

BEDA.

Senſus myſticus.

Apertus eſt titulus, Lætitiam Dominicæ Reſurrectionis non ſolùm Judæis, ſed & Gentibus inſinuant.

Contra perſuaſionem Judæorum, qui ſe dicebant ſolos ad beatam vitam præ omnibus pertinere, mater Eccleſia ſpem generalis reſurrectionis, interpoſitis tribus Diapſalmatibus, *læta decantat. Prima ordine hortans univerſitatem, ut de Domini reſurrectione congaudeat; quæ cunctis erat fidelibus æterna præmia præſtitura:* Jubilate Deo omnis terra. *Secunda ordine invitat omnes, ut veniant ad Dei opera conſideranda; quatenus una credulitas jungat, quos unum præmium exſortiat:* Venite & videte opera Dei. *Tertia iterum monet Gentes, ut benedicant Dominum; qui eos diverſis licèt probet tribulationibus, ad requiem tamen ſuæ miſerationis adducet:* Benedicite Gentes Deum noſtrum. *Quarta ordine iterum invitat univerſitatem, ut commonita exemplo liberationis ſuæ, amplius confidat in Domino, benedicens eum, quoniam orationem ejus exaudire dignatus eſt:* Venite audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum.

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium; & prædicatio (al. teſtatio) Apoſtolorum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus jubilationis, & de reſurrectione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Et hic reditum populi deſignat, verùm ex perſona illorum loquens, qui inter eos merito celſiores; cum ſuperius carmen totius populi preces, & vota contineat.* Aliter, vox Apoſtolorum ad populum.

Pſalt. Syr. *Pſalmus incertus de Sacrificiis, & holocauſtis, deque . . . . arietum. Spiritualis (ſenſus) innuit nobis vocationem gentium, & prædicationem, verſ. 42.*

Feria IV. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *Laudatio, & de reſurrectione, verſ. 39.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus ad reſurrectionem Chriſti pertinet.*

PSALMUS GRATIARUM ACTIONIS.

Propheta.

1 JUBILATE DEO OMNIS TERRA;
2 pſalmum dicite nomini ejus;
3 date gloriam laudi ejus.
† 4 Dicite Deo: *Quàm terribilia ſunt opera tua ✠ Domine:*
5 *in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.*
† 6 *omnis terra adoret te & pſallat tibi:*
7 *pſalmum dicat nomini tuo.*

DIAPSALMA.

℣. 8. Pſal. XLV. 9.
† 8 Venite, & videte opera Dei:
9 terribilis ✠ in: conſiliis ſuper filios hominum.

℣. 10. Exod. XIV. 22.
† 10 ✠ Qui: convertit mare in aridam:
11 in flumine pertranſibunt pede.

℣. 12. Joſue III. 15.
12 ibi laetabitur in ipſo,
† 13 qui dominatur in virtute ſua ✠ in aeternum:

℣. 14. Pſalm. X. 5. XXXII. 13.
14 oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt.
15 qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis.

DIAPSALMA.

† 16 Benedicite gentes Deum noſtrum;
17 & auditam facite vocem laudis ejus:
† 18 qui poſuit animam meam ad vitam;
19 & non dedit in commotionem pedes meos.

℣. 20. Pſal. XVI. 3.
† 20 Quoniam probaſti nos Deus; igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum;
† 21 induxiſti nos in laqueum;
22 poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro;
23 impoſuiſti homines ſuper capita noſtra;
† 24 tranſivimus per ignem & aquam;
25 & eduxiſti nos in refrigerium:

introi-

In perpetuum decantandum canticum pſalmi,
in gratiarum actionem pro reſurrectione a dura
morte ſervitutis. PROPHETA. 1 *Jubilate in ho-
norem Dei omnes habitatores terræ; 2 pſalmos cantate
ad gloriam nominis ejus: 3 glorioſam facite laudem
ejus. 4 Dicite Deo:* O quam ſtupenda ac terribilia
ſunt opera tua Domine! 5 adeo ut præ magnitudi-
ne fortitudinis tuæ nec ipſi inimici tui auſuri ſint
apertè palamque te omnipotentem non fateri, etſi
animo ficto & ſimulato. 6 omnes, qui ſunt in terra,
adorent te; & cantent tibi pſalmos: 7 cantent pſalmos
ad honorem nominis tui o Deus Altiſſime. * 8 *Veni-
te omnes, & oculis mentis videte & conſiderate ope-
ra Dei; 9 quàm is ſit tremendus in ſuis conſiliis at
deliberationibus ſuper filius Adæ. 10 Qui Deus, cùm
vult, mare convertit in terram aridam, ut fecit in
mari rubra tempore Moſis: 11 quo operante, homines
in flumine ſicco pede petranſibunt, ut factum eſt in
Jordane tempore Joſue. 12 & ibi in ſiccato mari vel
flumine nos quoque (ſi opus fuerit) lætabimur in eo
ipſo, 13 qui vi omnipotente poteſtatis ſuæ dominatur
ſæculo ab exordio ſæculi & in æternum uſque: 14 cu-
jus oculi ad gentes omnes aſpiciunt; nihilque illum
latet. 15 quapropter increduli, & qui ſuis iniquita-
tibus ad iram provocant illum, ne ſeſe extollant ac
ſuperbiant in ſemetipſis.* * 16 *Benedicite Deum no-
ſtrum omnes gentes; 17 & facite audiri vocem laudis
ejus: 18 qui repoſuit animam meam in vitam, ut tran-
quillè viveret, ablata captiva morte miſerrimæ ſer-
vitutis; 19 quique non ampliùs tradidit pedes meos in
commotionem & inſtabilitatem in loco peregrino, ubi
incertis ſedibus vagabar. 20 Quoniam autem priùs
tu nos examinaſti Deus: & eo in examine igne tribu-
lationum nos ignisti ... ent igne examinari ſolet ar-
gentum, ut purum ſit & defæcatum; 21 & nos intro-
duxiſti in laqueum & obſidionem captivitatis, unde
exire non poteramus; 22 & poſuiſti in dorſo noſtro
tribulationes portatu graviſſimas; 23 & impoſuiſti
impios homines ſuper caput noſtrum, ut nobis tyran-
nicè dominarentur; 24 & quoniam tranſivimus per
grandes afflictiones, ceu per ignem urentem, & per
aquam ſubmergentem; 25 ſed tamen poſtea illinc nos
eduxiſti in refrigerium & quietem:*

26 *idcir-*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

* *Pauſatio aut immutatio ſupra.*

Digitized by Google

† 26 introibo in dnmum tuam in hnlocauſtis;
27 reddam tibi vota mea quae diſtinxerunt labia mea,
† 28 & locutū eſt os meū in tribulatinne mea.
† 29 holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum;
30 offeram ✝ tibi: boves cum hircis.
DIAPSALMA.
† 31 Venite, audite; & narrabo, omnes qui timetis Deum,
32 quanta ſecit animae meae.
† 33 ✝ Ad: ipſum ore men clamavi:
34 & exaltavi ſub lingua mea.
† 35 iniquitatem ſi aſpexi in corde meo; non exaudiet Dominus:
† 36 propterea exaudivit Deus;
37 & attendit voci deprecationis meae.
† 38 Benedictus Deus; qui non amovit oratinnē meā, & miſericordiam ſuā à me.

ỽ. 35. Proverb. XXVIII. 9. Iſai. I. 15. Johan. IX. 31 Jacob IV. 3.

*26 idcirca huic libarationis beneficio gratus & pius ingrediar in domum tuam cum victimis, quæ tota igni cambuſta tibi afferantur; 27 ubi & tibi reddam vota illa mea, qua diſtinctè promiſerant labia mea; 28 quæque, cùm eſſem in tribulatione illa mea, locutum crat os meum. 29 victimas igitur medullis & adipe pingues totas igne comburendas tibi offeram, unà cum incenſo thuris in conſuetis libaminibus & victimis arietum; 30 afferam tibi quoque boves & hircos. * 31 Venite omnes, qui timetis Deum, audite me, & narraba vobis, 32 quanta is beneficia fecerit animę mea. 33 Ad ipſum emiſi clamorem ore meo, invocando illum ad auxilium meum: 34 ipſumque excelſum eſſe pradicavi laudanda linguà meâ. 35 ſi in corde meo iniquitatem aſpexiſſem, Dominus me exauditurus non fuiſſet: 36 & ideo exaudivit me Deus; 37 & cum benignitate attendit ad vocem, qua eum orabam. 38 Verè benedictione & laude dignus eſt Dominus: qui nec a ſe abjecit meam orationem; nec a me removit ſuam miſericordiam, qua tam multipliciter miſertus eſt mei.*

** Pauſatio aut immutatio muſicæ contilenæ inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS.

1 INſinua Domine menti noſtrae gloriam laudis tuae: ut dum hujus ſaeculi incendia vitamus, in aeterna refrigeria, te praeſule, transſeramur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 91. 137. * *al.* inſpicis.

2 DA nnbis Domine; ut nos, qui in te credendo, domum tuam iu holocauſtis ingredimur, dicatis tibi operibus, ac mortificato corpore ſerviamus: ſicque non amoveas orationem noſtram & miſericordiam tuam à nnbis; dum ea * inſpiras petere, quae nobis proſpicis convenire. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculnrum. ℟. *Amen*.

fol. 45. 115. 241.

3 OMnis terra adoret te Domine; & tibi pſallat vitae participin incurruptae: ut ſicut ſuut omnia tuo formata opificin, ita cuncta tuo pariter ſubdantur imperin. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 405. *De Sanctis*.

4 DEus, qui prnbatinne ſolitâ pietatis probari Sanctos tuns .... voluiſti in terris; ne plus eos tentari permitteres, quàm quod in eis donum tolerantiae adeſſe conlatum tuo munere perſpicis: erue nos ab omni tentatione; ne noſtram poſſit obruere mentem: ut placito tibi famulatu fideliter ſervientes, ſic nos tentari permittas, ut tentatin ipſa nnn nns in confuſinnem erroris, ſed valenter in amplexum adſtringat veritatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus nnſter *&c.*

fol. 261.

5 DEus, cui nmnis terra praeconans jubilat laudem; cujuſque gloriam canorâ pſalmi conclamat voce; cujuſque terribilem in tuis operibus fatetur virtutem: da noſtris vocibus tibi placitum jubilum; & orationibus perfectum dicere pſalmum; teque conditorem omnium praedicare virtutum: ut quia ſuper gentes oculi tui aſpiciunt, & cunctorum intima inſenſibiliter ſcrutantur; quaeſumus, ſic nos clementer tuis viſibus proſpice, ſicque miſericorditer corrige; ut in nobis nec facinoribus provocatus, iram effundas; nec cùm rugaris, miſericordiam tuam contineas. & praeſta, ut ipſa nobis ſit diſciplina, quod te pro admiſſis metuimus; ipſumque veniae praemium, quod Deitatem tuam credimus & fatemur. Tu itaque Domine pone animas noſtras ad vitam; ut hìc defleamus quae geſſimus; & quam peccando amiſimus, gratiam adquiramus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus nnſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

6 SUppliciter te Domine deprecamur, ut aperias aures tuas ad preces nnſtras; & ipſe nos, datâ peccatorum remiſſione, de praeſentibus aerumnis eripias: tibique holocauſtum purum effectos, mactatis vitiis, Sanctorum agminibus jungas. *Amen*.

LXVI.

In finem, in hymnis, Pſalmus cantici ✠ David:

BEDA.

Senſus myſticus. Hymnus & Canticum *laudationem ſignificant: quæ ut tantum Domino Chriſto data monſtretur, præmittitur* In finem.

vide Pſalm. LXV. *Eſt* Canticum Reſurrectionis * *Propheta deprecatur, ut benedicti ad Divinam cognitionem deducamur; ad quam noſtra non poſſunt merita pervenire. Prima enim parte fidelibus loquens, ſupplicat, ut cum ipſe benedici mereatur a Domino; quoniam illuminati corde, in cunctis Gentibus Chriſtum Dominum prædicandum eſſe cognoſcunt:* Deus miſereatur noſtri. *Deinde converſus ad Dominum, prophetico ſpiritu confitendum illi dicit a populis, quia gentes judicet in æquitate:* Confiteantur tibi populi Deus, *& reliqua. Tertio eumdem verſum repetit, quem ſuperius dixit; hoc in myſterium capiens, quia fructum ſuum terra jam protulit; & ideo frequentato verbo poſtulat, nos debere benedici:* (Confiteantur tibi populi Deus ..... terra dedit fructum ſuum.)

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium, & Apoſtolorum prædicatio.* (al.) *Vocationem Gentium deſignat, & Apoſtolorum prædicationem.*

S. Athanaſius. *Pſalmus enunciantis . quæ erant ventura.* (al.) *Imprecatorius.*

✠ Card. Thomaſ. *Hoc quoque carmine reditus populi ex Babylone prædicitur; in quo iiſdem verbis reverſorum alacritas indicatur, quibus, ut Sacerdotes populo benedicerent, lege ſcriptum eſt.*

Pſalt. Syr. *Incertum, quis eum ediderit: accrebit iisdem populus, cum traducerent Davidem per flumen Jordanem. nobis autem innuit in eo prophetiam de vocatione gentium, & prædicatione Apoſtolorum, atque judiciis Domini, verſ. 15.*

Quotidie ad Matutinum. Pſalt. Arab. *Ex visione, et laudationibus, & numerus verſ. 15.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus, licet parvus ſit, tamen Apoſtolorum Prophetarumque continet vocem, qui aut veniſſe aut venturum Dominum gentibus nunciaverunt.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DEUS MISEREATUR NOSTRI, ET BENEDICAT NOBIS;

✠. 2. Pſalm. IV. 7. 2 illuminet vultum ſuum ſuper nos;

✠. 3. 3 ✠ & miſereatur noſtri:

DIAPSALMA.

Ita diſtinguit Codex Alexandr. † 4 ut cognoſcamus in terra viam tuam;

5 in omnibus gentibus ſalutare tuum.

† 6 Confiteantur tibi populi Deus;

7 confiteantur tibi populi omnes;

† 8 laetentur & exſultent gentes:

9 quoniam judicas populos in aequitate;

10 & gentes in terra dirigis.

DIAPSALMA.

† 11 Confiteantur tibi populi Deus;

12 confiteantur tibi populi omnes:

✠. 13. Pſ. LXXXIV 13. 13 terra dedit fructum ſuum.

† 14 Benedicat nos Deus, Deus noſter; benedicat nos Deus:

15 & metuant eum omnes fines terrae.

In perpetuum cum inſtrumentis muſicis hymnorum decantandus Pſalmus cantici, inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Deus noſter, quæſumus, miſereatur nos: nobiſque beneficentia ſua benedicat;* 2 *ſuper nos lucere faciat propitiam atque benignam faciem ſuam;* 3 *& miſereatur noſtri:* * 4 *ut à nobis in terra agnoſcatur vera via, quâ itur ad te, nempe quid ſequendum, quidve vitandum ſit ſecundum legem tuam;* 5 *& ut in univerſis gentibus per fidem agnoſcatur ſalus & redemptio, quæ à te omnibus exhibetur.* 6 *Fateantur tibi populi laudes tuas Deus;* 7 *fateantur tibi eas populi omnes;* 8 *collætentur & exſultent gaudio, te laudando gentes:* 9 *quia tu cum rectitudine juſtitiæ judicaturus es populos;* 10 *& gentes in terra ducturus es in viam rectam & bonam.* * 11 *Fateantur ergo tibi populi laudes tuas Deus;* 12 *fateantur tibi eas populi omnes;* 13 *quia terra, olim in pietate ſterilis, edidit jam fructum hunc ſuum veræ religionis & pietatis in te, poſtquam ex terreo corpore procreatum corpus protulit Chriſti, præſtantiſſimum fructum ſuum.* 14 *Sui nobis beneficentia benedicat Deus, Deus noſter; benedicat, inquam, nobis Deus:* 15 *eumque timeant & colant etiam omnes, qui habitant in cunctis extremis terræ.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ ... inter pſallendum.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ &c.*

ORATIONES.

MSS. 1 INlumina Domine vultum tuum ſuper nos; & miſericordiam nobis uberem benedictionemque largire: ut confitentes tibi in timore ſancto, fructum juſtitiae coram facie majeſtatis tuae reportare mereamur. Per.

Brev. Mozarab. fol. 241. 2 COnfiteantur tibi omnes populi, Deus, tua qui redempti ſunt praemia: & quorum erant ob infidelitatem implenda ſupplicia; gaudeant tuâ gratuitâ ſalvari ſe gratiâ. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 15. 3 ILlumina Domine vultum tuum ſuper nos; & benedictionem tuam ubertìm noſtris infunde pectoribus: quò corda noſtra lucis tuae hilaritate perfuſa, tuam in terris valeant recognoſcere viam; & omnibus ſingulari Gentibus fidei ſacrae laetentur notitiâ. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

Ex Albino col. 239. 4 COgnoſcentes in terra viam tuam, Domine, in omnibus gentibus ſalutare tuum; Chriſtum Dominum & viam eſſe confitemur & patriam; per quem in directum gradimur, & ad profectum pleniſſimum pervenimus. Per.

LXVII.

In finem, Pſalmus cantici, ipſi David.

BEDA.

Senſus myſticus.

David *Dominum deſignat; quem & Finis deſignat. Longus pſalmus & quinque* diapſalmatibus *prænotatur; per quæ nos diviſiones impreſſimus. Totus pſalmus per myſticas ſimilitudines loquitur: qui ſacramentis plenus Evangelicis, & Aſcenſionis Chriſti deſcriptione monſtratur eſſe præcipuus.*

Primo ingreſſu pſalmi Propheta dicit, quæ inimicis Domini accidant, vel quæ fidelibus in futura judicatione contingant: Exſurgat Deus *&c. Secunda, virtutes ſignificat, quas contulit populo Judæorum; ut deinde dicit, quemadmodum eas his perficit Eccleſiam:* (Terra mota eſt) Etenim cæli diſtillaverunt à facie Dei. *Tertia, per montis ſpeciem deſignat Dominum Salvatorem; commemorans, quæ beneficia præſtiterit Eccleſiæ, quando eam reſurrectionis ſuæ munere ſublevavit:* Dum diſcernit Cæleſtis. *Quarto, inimicorum ſuperbiam conquaſſandam eſſe pronunciat, & converſiones & martyria ab utroque ſexu, & ea peſſimis dicit eſſe ſoluenda; cùm Domini Salvatoris adventus mundo illuxerit:* * Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum. *Quinto dicit, Dominum in Eccleſiis debere benedici, ubi Apoſtoli & Chriſtus ipſe prædicavit; ſupplicans, ut dona, quæ dedit fidelibus ſuis, conſervare dignetur: monet etiam, ut velociter ad Dominum veniant, qui in hoc mundo tamquam in Ægypto & Æthiopia commorantur:* In Eccleſiis benedicite Domino. *Sexto ingreſſu, univerſitatem monet, ut pſallat Domino Chriſto, qui jam reſurrectionis ſuæ miracula patefecit; ac deinde pſalmum Dominica laude concluſit:* Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli.

* Caſſiodor. Deus noſter Deus ſalvos faciendi.

Euſebius Cæſarienſis. *Chriſti humanatio, & vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in oratione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Cùm arcam Teſtamenti, poſt crebras migrationes, tandem David ad ſe grandi exultationis ambitu transferret, carmen hoc cecinit, memorque itineris illius, & tranſductionis quondam in heremo, quaſi ex perſona principum illius temporis Pſalmum compoſuit. Ipſum verſum in capite ponens, quem & Moyſes tunc, quoties in ſignum profectionis arca movebatur, decantare ſolebat.* Aliter, Propheta reſurrectionem Chriſti, & poſteriores glorias adnunciat.

Pſal. Syr. *Davidis, cùm pararunt ſe Reges ad bellandum contra eum. Item, Prophetia de diſpenſatione Chriſti, deque vocatione gentium ad fidem, verſ. 42.*

Pſal. Arab. *Davidis, laudatio, & numerus verſ. 80.*

Feria IV. ad Vigilias.

S. Hier. *Sexageſimus ſeptimus Pſalmus, ſi intelligatur ſpiritualiter, refertus Legis Evangeliorumque reperietur Sacramentis, qui ſic inchoat ex voce prophetica:*

PSALMUS AD PRECANDUM ET LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ✠. 1. Numer. X. 35.

1 EXSURGAT DEUS, ET DISSIPENTUR INIMICI EJUS:
2 & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.
† 3 Sicut deficit fumus, deficiant:
4 ſicut fluit cera à facie ignis;
5 ✛ ſic: pereant peccatores à facie Dei.
† 6 & juſti epulentur;
7 & exſultent in conſpectu Dei; & delectentur in lætitia.
D I A P S A L M A.
† 8 Cantate Deo; pſalmũ dicite nomini ejus:
9 iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: DOMINUS, nomen illi:
† 10 exſultate in conſpectu ejus.
11 ✛ turbabuntur à facie ejus:
12 patris orphanorum, & judicis viduarum.
† 13 Deus in loco ſancto ſuo;
14 Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo:
† 15 ✛ qui: educit vinctos in fortitudine,
16 ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.
† 17 Deus, cùm egredereris in conſpectu populi tui;
18 cùm pertranſires in deſerto:
D I A P S A L M A.
† 19 terra mota eſt, & ✛ enim: cæli diſtillaverunt à facie Dei Sinai,
20 : à facie Dei Iſrael:
† 21 pluviam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ:
22 ✛ &: infirmata eſt; tu ✛ verò: perfeciſti ✛ eam:

✠. 9. Iſai. XL. 3.
✠. 12. Pſal. CXLV. 9.
✠. 15. Pſal. CVI. 10. CXLV. 8.
✠. 19. Judic. V. 4.
✠. 21. Deuter. XI. 11. 12.

ani-

In perpetuum decantandus Pſalmus cantici. Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Exſurgat, quaſi,*
Deus exerenda palàm efficacia omnipotentia ſua, &
ejus inimici diſpergantur: 2 & ab ejus conſpectu fugiant, qui odia habent eum 3 Sicut fumus citò & omnino deficit, ſic deficiant: 4 & ſicut liqueſit cera à præſentia ignis; 5 ſic impii & peccatores pereant à præſentia potentiæ Dei. 6 & è contrario juſti quaſi in jucundo epulo collætentur: 7 & præ gaudio exſultent in
conſpectu Dei, & oblectentur cum lætitia. * 8 *Eja ergo, juſti cantate Deo; pſallite ad honorem nominis ejus:*
9 *præparate viam, & remotis offendiculis & impedimentis, eam complanate: & date locum laudi ejus, qui*
veluti conſcendit & inſedit ſuper obſcuram occidentem
& cælos omnes; latetque inviſibilis & incomprehenſibilis nobis: cujus nomen eſt Dominus, *à quo ſunt*
omnia: 10 & exſultate gaudio coram eo. 11 & è
contrario peccatores illi conturbentur à conſpectu ejus;
12 *qui pater eſt pupillorum, & judex & defenſor viduarum humanâ ſpe deſtitutarum. 13 Hic eſt Deus, qui*
habitaculum habet in loco ſancto ſuo: 14 Deus, qui
unius moris & unanimes homines habitare facit in domo; & ſolitarios ſine liberis efficit fœcundos cum plena familia in domo: 15 qui per fortitudinem ſuam vinctos educit de vinculis & carceribus; 16 & qui conſimiliter incredulos, & eos, qui ipſum exacerbabant &
provocabant ad iram, & propterea habitabant in ſepulchris & in locis ſiccis & horridis, de miſerrimo ſtatu
educit & liberat. 17 Cùm tu Deus tamquam dux egredereris in columna ignis & nubis ante populum tuum
egreſſum ab Ægypto; 18 & pertranſires per deſertum
Sinai: * 19 *tunc ad montem Sinai terra commota eſt*
& tremuit ob fulgura atque tonitrua: ſed & nubes cæli diſtillaverunt aquas coram te Deo, qui legem daturus,
apparebas in eo monte Sinai, 20 coram te, inquam,
Deo Iſraelis. 21 at nunc remotis terroribus illis montis Sinai, tranquilliùs pluviam ſpontaneam & placidam ex tua benignâ voluntate ſpeciatim tribues terræ
huic noſtræ, quam tamquam tuam propriam & peculiarem hæreditatem nobis dediſti poſſidendam: 22 etenim
terra hæc noſtra, quando ſiccitate laboravit, & infirma
facta eſt & debilis ad germinandum, tu conſuevisti, datâ

* Pauſatio aut immutatio &c.
* Pauſatio &c.

plu-

† 23 animalia tua habitabunt in ea:
24 paraſti in dulcedine tuâ pauperi Deus.
† 25 Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multâ:
† 26 Rex virtutum dilecti
27 : dilecti: & ſpeciei domûs, dividere ſpolia.
† 28 Si dormiatis inter medios cleros;
29 pennae columbae, deargentatae,
30 & poſteriora + dorſi: ejus, in pallore auri.

DIAPSALMA.

† 31 Dum diſcernit Caeleſtis reges ſuper eam,
32 nive dealbabuntur in Selmon.
33 Mons Dei, mons pinguis,
† 34 mons coagulatus, mons pinguis.
35 ut quid ſuſpicamini montes coagulatos?

℣. 36. Pſ. CXXXI. 13.

† 36 mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo:
37 etenim Dominus habitabit in finem.

℣. 39. Deuteron. XXXIII. 2. Daniel VII. 10. Hebr. XII. 22.

† 38 Currus Dei, decem millibus multiplex:
39 millia laetantium;
40 Dominus in eis in Sinà in ſancto.

℣. 41. Epheſ. IV. 8. In Cod. Vatic. à ℣. 43. ſic diſtinguitur. (Etenim non credentes inhabitare.) (Dominus Deus benedictus.) (Benedictus Dominus de die in diem.)

† 41 Aſcendiſti in altum: cepiſti captivitatem:
42 accepiſti dona in hominibus:
† 43 etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.
† 44 Benedictus Dominus die quotidie:
45 proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

DIAPSALMA.

† 46 Deus noſter, Deus ſalvos + faciendi:
47 & Domini : Domini: exitus mortis.
† 48 verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum,
49 verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.
† 50 Dixit Dominus: *Ex Baſan convertam,*
51 *convertam in profundum maris:*
† 52 *ut intingatur pes tuus in ſanguine,*
53 *lingua canum tuorum, ex inimicis ab ipſo.*
† 54 Viderunt ingreſſus tuos Deus,
55 ingreſſus Dei mei, Regis mei + qui eſt: in ſancto.
† 56 praevenerunt principes, conjuncti pſallentibus,
57 in medio juvencularum tympaniſtriarum:

DIAPSALMA.

† 58 *In eccleſiis benedicite Deo*
59 *Domino, de fontibus Iſrael.*

℣. 59. Iſai. XLVIII. 1. LI. 1.

† 60 Ibi Beniamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu;
† 61 principes Juda, duces eorum;
62 principes Zabulon,
63 principes Nephthali.
† 64 Manda Deus virtuti tuae:
65 confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
† 66 à templo tuo in Jeruſalem

tibi

pleni, id, eam pergere ac conſortare, & efficere frugi-
feram: 23 ut in eâ paſcuorum pinguia habitarent anima-
lia tua: 24 nam ita pro tua bonitate apparaſti alimen-
ta pauperi populo tuo o Deus. 25 Dominus eſt, qui verbum
de victoria ab hoſtibus una cum multo exercitu & forti-
tudine dabit iis, qui afferunt nuncium hunc bonum & lae-
tum, quod 26 Rex exercituum dilecti 27 dilecti, in-
quam, populi ſui, dederit eidem pulchrae domui & fa-
miliae ſua vim & poteſtatem dividendi ſibi ſpolia hoſtium
devictorum. 28 Et tunc poſt victoriam, vos populus
Domini ſi dormieritis, & quieti degeritis inter medias
ſortes & terminos veſtrarum tribuum, 29 eritis candi-
di & laeti ſicut deargentata penna alicujus columbae, 30
*cujus dorſi poſteriora ſiat cum auri ſpecie & virore. 31**   * Pauſatio aut immutatio muſicae &c.
Quando caeleſtis Rex fortiſſimus in terra haereditatis ſuae
inimicos reges ab ipſa ſecreverit & diviſerit; 32 tunc
habitatores ejus veluti nive albi & candidi fient, ut nix,
quae eſt in monte Selmon. 33 Caeterum mons hic noſter
Dei, nempe Sion, mons eſt pinguis & fertilis magnitu-
dine bonorum; 34 mons eſt ad modum caſei coagulatus
firmiterque ſolidatus; mons, inquam, eſt pinguis &
fertilis. 35 quare ergo animis veſtris ſuſpiciones habe-
tis, eſſe alios quoque montes pinguedine ſolidatos prae-
ter hunc montem Sion, cui nullus alius comparari po-
teſt? 36 iſte mons eſt, in quo Deo habitare complacuit
in conſtructa ſua ſanctâ domo: 37 etenim in eo Dominus
habitabit in perpetuum. 38 Currus Dei eſt decies mille-
cuplex & innumerabilis; 39 & millia exſultantium
Angelorum aſſiſtunt ei: 40 quemadmodum olim Domi-
nus cum iiſdem aſſiſtentibus Angelis legem dedit in mon-
te ſancto Sinai. 41 Tu Domine aſcendiſti in excelſum:
captivam tibi duxiſti captivitatem; hoſteſque tuos ſub-
jeciſti tibi & captivaſti: 42 accepiſti dona tua, ut ea da-
res hominibus: 43 & quidem eos, qui antea non crede-
bant, ſe Dominum Deum inhabitare in illo monte Sion,
tibi quoque captivaſti; ut in Dominus Deus inhabita-
res cum eis. 44 Benedictione ac laude dignus eſt Domi-
nus per ſingulas dies: 45 quia iter vitae noſtrae proſpe-
rum faciet idem Deus, qui dat nobis quamcumque ſalu-
*tem. * 46 Deus noſter, Deus eſt ad ſalvandum nos ab*   * Pauſatio &c.
exitio: 47 nam & egreſſus & liberationes à morte in
Domini ſunt, in Domini ſunt, inquam, poteſtate. 48
qui tamen Deus inimicorum ſuorum capita confringet &
conquaſſabit: 49 & verticem capillatum & comatum
confringet eorum, qui vitam ducunt & tranſigunt in
ſuis erratis & delictis. 48 Dominus dixit populo ſuo:
Sicut olim hominibus ex regione Baſan cum ſuo rege
Og feci; ſic inimicos tuos funditùs evertam: 51 &
evertam, ut olim Pharaonem cum Aegyptiis ſubver-
ſi in profundis maris rubri: 52 & adeo illos evertam,
ut pes tuus poſſit intingi in ſanguine vulneratorum:
53 & lingua ipſa quoque tuorum canum lambere poſ-
ſit ex ſanguine ipſo effluente ex inimicis tuis. 54
Viderunt fideles ejuſmodi tuos greſſus, expeditiones &
geſta, ô Deus; 55 greſſus, inquam, & itinera iſta tua
Dei mei Regis mei, qui es in ſanctuario tuo: 56 & ob
eam cauſam ad te laudandum principes noſtrates praeve-
nerunt ante alias in populi coetu, conjuncti choris pſal-
*lentium, 57 in medio puellarum tympaniſtriarum. **   * Pauſatio &c.
58 praecinentes hortanteſque alios ſubſequentes, atque
dicentes: In Eccleſiis publiciſque conventibus Deo
benedicite laudantes: 59 Domino benedicite vos,
qui de Iſraelis eſtis origine, & de ejus XII. filiis, tam-
quam de XII. fontibus profluxiſtis. *60 In eo coetu tri-*
bus parvula Beniamini, junioris quondam filii Jacobi,
fuit cum exceſſu mentis, & ingenti admirationis ſtupore
concinens; 61 adfuerunt & ibi principes tribus Judae,
qui ſunt veluti purpurati duces omnium contribulium
ſuorum: 62 adfuerunt etiam principes tribus Zabulon,
63 & principes tribus Nephthalim. 64 Praecipe Deus
vi & fortitudine tua, ut fiat quod petimus: 65 conforta
Deus hoc, quod hactenus perfectè operatus es in nobis:
66 ſic enim de templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem:

67 mu-

†. 67. Pſal. LXXI. 10.

67 tibi offerent reges munera.
† 68 Increpa feras arundinis;
69 congregatio taurorũ in vaccis populorũ;
70 ÷ ut: excludant eos, qui probati ſunt argento.
† 71 diſſipa gentes quae bella volunt.
72 Venient legati ex AEgypto:
73 AEthiopia praeveniet manus ejus, Deo.
† 74 Regna terrae cantate Deo, pſallite Dño.
DIAPSALMA.
† 75 ÷ Pſallite Deo: qui aſcendit ſuper caelum caeli ad Orientem:
† 76 ecce dabit voci ſuae vocem virtutis.
77 Date gloriam Deo:
78 ſuper Iſrael magnificentia ejus;
79 & virtus ejus in nubibus.
† 80 Mirabilis Deus in ſanctis ſuis:
81 Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ÷ ſuae:
82 Benedictus Deus.

*67 munera tibi offerent reges omnes. 68 e contrario increpa iſtiuſmodi gentes, quæ ſunt velut feræ in ſylveſtri arundineto degentes; 69 quæ ſunt congregatio iſta populorum veluti armentum taurorum inter vaccas laſcivientium & ferocientium, 70 calcitrantium ad excludendum & expellendum à loco ſuo eos, qui examinati ſunt velut argentum igne probatum. 71 diſperge igitur gentes, quæ bella contra nos facere volunt. 72 Id ſi feceris, venient ex Aegypto legati, de pace tractaturi cum populo tuo: 73 & ipſi etiam Aethiopes manus ſuas ad faciendam pacem Deo porrigere feſtini anticipabunt. 74 Regna omnia terræ cantate Deo: pſallite Domino. 75 * Pſallite Deo, qui conſcendit & inſedit glorioſus in ſummo cælorum ad orientalem partem, unde lumen emanat: 76 ecce ipſe dabit voci laudis & prædicationis ſuæ, ut ubique ſit vox fortis & prædita vigore magno. 77 Date ergo gloriam Deo: 78 cum magnificentia potentiæ ejus in Iſraele oſtenditur: 79 & fortitudo ejus in nubibus cœli reſplendet. 80 Mirabilis & terribilis eſt Deus in locis ſanctis ſanctuarii ſui: 81 ipſe Deus Iſraelis dabit fortitudinem & robur populo ſuo. 82 Benedictione & laude dignus eſt Dominus.*

** Pauſatio aut immutatio muſicæ &c.*

ORATIONES.

MSS.

1 DOminator Domine, qui juſtis ſpiritale epulum tribuens, facis eos in laetitia delectari: concede gregi tuo mortem tuam intelligere; teque triumphatorem mortis ſedentem ad Patris dexteram confiteri. Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Br. Moz. fol. 236.

2 DOmine Jeſu Chriſte, qui aſcendiſti ſuper caelos caelorum ad Orientem, Occaſum devincens; quos in te ſuſcepiſti redimendos, in te perfice ad excelſa tollendos: ut ubi Caput praeceſſiſti glorificatum, illuc totum corpus adtrahas honorandum: nec in Occiduum mundi relinquas, quos ad Orientem perpetuum verſus triumphator exaltas. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*)

fol. 237. *De Aſcenſione Domini.*

3 DOmine, qui aſcendiſti in altum, captivam ducens captivitatem; nos à captivitate Diaboli, victoriae tuae erue triumphis: ut dona tua dum hominibus tribuis, ipſos homines donorum tuorum reddas ex toto participes. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 403. *De Sanctis.*

4 MIrabilem te in Sanctis tuis N. & N. Dominum Deum virtutum plurimum deprecamur, ut des nobis ad adverſa expellenda virtutem; qui Sanctis tuis tribuiſti ad promerenda caeleſtia dignitatem: fortitudinem quoque plebi tuae, quaeſumus, ut eiſdem ſuffragantibus, largiaris; quos tuae amicitiae ſociare ingenitâ bonitate digneris. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus &c.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

DEus nos à morte in vitam, à corruptione in incorruptionem demutare dignetur: ut Sanctis ejus participes facti, ſempiternis in eum gaudiis exſultemus. *Amen.*

LXVIII.

In finem: pro iis qui commutabuntur: David.

BEDA.

In finem *ad Chriſtum reſpicere nullus ignorat; qui, atteſtante etiam Evangelio, ſuam in hoc pſalmo narraturus eſt paſſionem:* qui commutabuntur *credentes, exutos veterem hominem, & induentes novum.*

Per totum pſalmum ex forma ſervi loquitur Chriſtus. Primo capite deprecatur, ut ſalvus fiat à Patre, quoniam gratis eſt à Judæis odio habitus: Salvum me fac Deus, *& reliqua. Secundo poſtulat à parte membrorum, ne decipiatur ſpes fidelium in ejus reſurrectione confiſa; omnia ſe dicens æquanimiter ſuſtinuiſſe, quæ ingerebant iniqui:* Deus tu ſcis inſipientiam meam, *& reliqua. Tertio deprecatur, ut ipſius exaudiatur oratio, quatenus de luto iſtius ſæculi ejus converſatio immaculata liberetur; ſcire dicens Dominum quantis inimicorum appetatur inſidiis, ut uſque ad Paſſionis exitum morbiunto diſcrimine perveniret:* Ego verò orationem meam. *Quarto, virtute præſcientiæ ſuæ, quæ contingere poterant, inimicis ventura prænunciat:* Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, *& reliqua. Quinto, à forma ſervi ſe pauperem profitetur; unde & laudes ſe dicit redditurum Futuræ clementiæ; hortans fideles, ut in Domino confidant, qui Eccleſiam ſuam de mundi iſtius adverſitate liberavit, Sanctiſque ſuis in ea perenni felicitate proſpexit:* Ego ſum pauper & dolens; ſalus tua Deus ſuſcepit me.

Euſeb

PSALMUS LXVIII.

Euſebius Cæſarienſis. *Paſſiones Chriſti, & rejectio Judæorum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Machabæorum perſonis, cauſiſque conveniens aptatur oratio.* Aliter, legendus ad lectionem Jonae Prophetae, & ad Euangelium Johannis. vox Chriſti, cum pateretur.

Pſalt. Syr. *Davidis, ad literam, cùm clanuit Semei filius Bochri buccinâ, & deſtitit populus ab eundo poſt Davidem. Dicitur prophetia de his, quæ paſſus eſt Chriſtus; & reprobatione Judæorum.*

Pſ. It. Arab. *De commutandis, & prophetia, & numerus verſ. 75.*

Feria V. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus de Paſſione Chriſti ſonat, & ex perſona membrorum ſuorum. Iſte Pſalmus vocem continet Dominici hominis venientis ad Paſſionem.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

CHRISTUS. 1 SALVUM ME FAC DEUS; QUONIAM INTRAVERUNT AQUAE USQUE AD ANIMAM MEAM.

℣. 2. Pſ. XXXIX. 3. † 2 Infixus ſum in limo profundi; & non eſt ſubſtantia.

† 3 Veni in altitudinem maris; & tempeſtas demerſit me.

† 4 Laboravi clamans; raucae factae ſunt fauces meae:

5 defecerunt oculi mei dum ſpero in Deum meum.

℣. 6. Johan. XV. 25. † 6 Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis:

† 7 confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè:

8 quae non rapui, tunc exſolvebam.

† 9 Deus tu ſcis inſipientiam meam:

10 & delicta mea à te non ſunt abſcondita.

† 11 Non erubeſcant in me qui eſpectant te Domine, Domine virtutum:

† 12 non confundantur ſuper me, qui quaerunt te Deus Iſrael.

† 13 quoniam propter te ſuſtinui opprobrium,

14 operuit confuſio faciem meam:

℣. 15. Job XIX. 13. 14. 15. Pſal. XXX. 12. XXXVII. 12. LXXXVII. 19. † 15 extraneus factus ſum fratribus meis;

16 & peregrinus filiis matris meae.

† 17 Quoniam zelus domûs tuae comedit me:

18 & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me.

℣. 17. Pſ. CXVIII. 139. Johan. II. 17. † 19 Et operui, in jejunio, animam meam:

20 & factum eſt in opprobrium mihi.

† 21 & poſui veſtimentum meum cilicium:

℣. 18. Rom. XV. 3. 22 & factus ſum illis in parabolam.

† 23 adverſùm me loquebantur qui ſedebant in porta:

℣. 24. Job XXX. 9. 24 & ✠ in me: pſallebant qui bibebant vinum.

† 25 Ego verò orationem meam ad te Domine:

℣. 26. Iſai. XLIX. 8. II. Corin. VI. 2. 26 tempus beneplaciti, Deus.

† 27 In multitudine miſericordiae tuae,

28 exaudi me in veritate ſalutis tuae.

† 29 Eripe me de luto ut non infigar:

30 libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

† 31 Non me demergat tempeſtas aquae:

32 neque abſorbeat me profundum:

33 neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.

Exau-

In perpetuum decantandus Pſalmus pro iis, qui mutabuntur ad fidem & imitationem Chriſti, inſpiratus Davidi. CHRISTUS. 1 *Salva me Deus; quia afflictiones magnæ, velut aquæ inundantes, excreverunt & pervenerunt uſque ad ſuffocandam vitam cordis mei:* 2 *Merſus ſum velut in voragines interminatas: & infixus ſum velut in limo profundi & cœnoſi laci; & non eſt conſiſtentia & ſtatus, in quo poſſim ſubſiſtere.* 3 *Veni quodammodo in profunditatem maris: meque tempeſtas operuit & ſubmerſit.* 4 *Defatigatus ſum clamando ad te, auxilium tuum implorans: & guttur meum præ continuo clamore exaſperatum eſt, & factum eſt raucum:* 5 *& vigor oculorum meorum jam defecit ob ſuſpiciendo intentè in cœlum, dum ſpero in te Deum meum, & exſpecto auxilium à te meum.* 6 *Qui ſine cauſa juſta me odio habent, multiplicati ſunt ſupra numerum capillorum meorum:* 7 *inimici mei, qui injuſtè me perſequebantur, corroborati ſunt valdè:* 8 *& ita (uti dicitur) reddebam, quæ non rapueram: alii peccaverunt; & ego eorum peccata portavi, debitas illis pœnas ſufferendo.* 9 *Deus tu benè noſti ſtultitiam, quam mihi impingunt, an ſit in me, nec ne* 10 *& hæc errata & delicta, quæ mihi impingunt, falſa eſſe, te non latet.* 11 *Ne quæſo ii, qui te ſibi adjutorem exſpectant, rubore ſuffundantur propter me à te derelictum; quaſi me fefellerit ſpes in te mea, ô Domine, Domine exercituum omnium cæleſtium atque terreſtrium.* 12 *ne verecundentur, quæſo, meâ cauſâ ii, qui te colere, tibique ſervire quærunt, ô Deus Iſraelis.* 13 *quia propter te tuumque præceptum & gloriam ſuſtinui patienter improperium mihi illatum;* 14 *ac turpitudo & verecundia coram hominibus cooperuit faciem meam:* 15 *& effectus ſum velut alienus & extraneus fratribus & cognatis meis:* 16 *& factus ſum velut peregrinus & ignotus filiis gentis Judæorum, qua gens eſt mater mea, de qua ſum natus.* 17 *Quoniam autem zelus & ardens ſtudium erga domum tuam, ne veluti ſpelunca latronum profanaretur, me comedit atque conſumpſit;* 18 *idcirco & probra illa ac dedecora eorum, qui tibi tuæque domui probra inferebant, & à me redarguebantur, in me reciderunt; mihique crucem attulerunt & necem.* 19 *Ego unà cum jejunio operui mœrore ac fletu animam meam pro ſalute illorum:* 20 *& effectum eſt, ut id mihi probro daretur.* 21 *& feci, ut ex ſacco & vili materia eſſet indumentum meum:* 22 *& ſic quoque effectus ſum eis ceu dicterium & fabula ad irridendum.* 23 *contra me loquebantur, qui ſedebant in porta urbis:* 24 *& de me cantilenas deriſorias cantabant ii, qui bibebant vinum in tabernis.* 25 *Ego autem inter hæc omnia orationem meam ad te dirigo Domine:* 26 *adeſt namque tempus reconciliationis, & quo tandem mihi placeris, ut me liberes.* 27 *Ergo per magnam multiplicemque miſericordiam tuam te rogo:* 28 *exaudi me per veritatem illius promiſſionis tuæ de ſalute mihi dando.* 29 *Erue me de luto ejuſmodi miſeriarum, ut non infigar in eo:* 30 *liberer, quæſo, ab his, qui oderunt me, & de hac profunditate aquarum & oppreſſione ærumnarum.* 31 *Ne tamquam tempeſtas aqua, calamitas iſta me ſubmergat:* 32 *neque me abſorbeat profundum iſtud malorum:* 33 *neque puteus hic mortis concludat & obturet os ſuum ſuper me, ita ut prodire inde non poſſim.*

34 Exau-

† 34 Exaudi me Domine; quoniam benigna
eſt miſericordia tua:
℣. 29. Pſal. XXI. 7. 8. Iſai. LIII. 3.
35 ſecundùm multitudinem miſerationum
tuarum reſpice in me.
† 36 & ne avertas faciem tuam à puero tuo:
℣℣. 39. & 40. ſic diſtinguuntur in Cod. Alexandrin. & apud Apollinar. In Cod. Vatic. autem. (Propter inimicos meos eripe me. tu ſcis improperium meum) (& confuſionem meam & reverentiam meam.)
37 quoniam tribulor, velociter exaudi me.
† 38 intende animae meae ÷ &: libera eam:
39 propter inimicos meos eripe me.
40 Tu ſcis improperium meum & confuſio-
nem meam & reverentiam meam:
† 41 in conſpectu tuo ſunt omnes qui tribu-
lant me.
42 Improperium expectavit cor meum &
miſeriam:
† 43 & ſuſtinui qui ÷ ſimul: contriſtaretur;
& non fuit:
℣. 44. Iſai. LI. 18. Thren. I. 2. 17.
44 & qui conſolaretur; & non inveni.
† 45 & dederunt in eſcam meam fel:
46 & in ſiti mea potaverunt me aceto.
℣. 45. Matt. XXVII. 34. Marc. XV 23.
† 47 Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueũ
48 & in retributiones & in ſcandalum.
† 49 obſcurentur oculi eorum ne videant:
℣. 46. Matt. XXVII. 48. Jo. XIX. 27.
50 & dorſum eorum ſemper incurva.
† 51 effunde ſuper eos iram tuam:
52 & furor irae tuae comprehendat eos.
℣. 47. Roman. XI. 9.
† 53 fiat habitatio eorum deſerta:
54 ÷ &: in tabernaculis eorum non ſit qui
inhabitet.
† 55 quoniã quẽ tu percuſſiſti, perſecuti ſunt:
56 & ſuper dolorem vulnerum meorum,
addiderunt.
† 57 Appone iniquitatem ſuper iniquitatem
eorum:
58 & non intrent in juſtitiam tuam.
† 59 deleantur de libro viventium:
60 & cum juſtis non ſcribantur.
† 61 Ego ſum pauper & dolens:
62 ſalus tua Deus ſuſcepit me.
† 63 Laudabo nomen Dei cum cantico:
64 & magnificabo eum in laude.
℣. 65. Pſal. XLIX. 13. 14.
† 65 & placebit Deo ſuper vitulum novel-
lum, cornua producentem & ungulas.
† 66 Videant pauperes & laetentur.
℣. 67. Pſalm. XXI. 27.
67 Quaerite Deum; & vivet anima veſtra:
† 68 quoniam exaudivit pauperes Dominus;
69 & vinctos ſuos non deſpexit.
† 70 Laudent illum caeli & terra,
71 mare & omnia reptilia in eis:
† 72 quoniam Deus ſalvam faciet Sion;
73 & aedificabuntur civitates Juda;
† 74 & inhabitabunt ibi; & hereditate acqui-
rent eam;
℣. 75. Pſal. CI. 29.
75 & ſemen ſervorum ejus poſſidebit eam;
76 & qui diligunt nomen ejus, habitabunt
in ea.

*34 Exaudi me Domine, quia benigna & prompta
eſt ad miſerandum miſericordia tua: 35 juxta ma-
gnitudinem & multitudinem ſolitarum miſerationum
tuarum reſpice ad me. 36 & ne velut iratus faciem
tuam avertas a me ſervo tuo, quem hominem creaſti:
37 quoniam tribulor, citò exaudi me. 38 attende
animam meam patientem, & libera eam: 39 pro-
pter inimicos meos, ne me derelictum glorientur, libe-
ra me ab eis. 40 Tu Domine bone noſti meum impro-
perium & meum pudorem & meam ignominiam ac ve-
recundiam, quibus me illi afficiunt: 41 nam coram
te ſunt omnes tribulantes me. 42 Anima mea ab eis
jugiter exſpectavit novum improperium atque miſe-
riam: 43 & exſpectavi, aliquem qui unà mecum con-
triſtaretur, ſed nullus adfuit qui mihi condoleret. 44
& exſpectavi aliquem, qui ſaltem me conſolaretur;
nec ullum inveni. 45 immo & pro cibo dederunt mi-
hi fel & vinum cum felle mixtum: 46 & in ſiti mea
me crucifixum potaverunt aceto, ſpongeâ mihi oblu-
ta aceto plenâ. 47 Sed (ut futurum prævideo) hæc
menſa ſive eſca fellis & aceti ab eis mihi apparata,
efficiatur coram eis tamquam laqueus, quo irretiti ca-
piantur ad exitium: 48 & ejuſmodi eorum menſa fiat
eis cauſa condignarum retributionum ſcelerum ſuorum;
eiſque vertatur in offendiculum ad corruendum. 49 con-
tenebrentur, ſubtracto ſuperno lumine, oculi mentis
eorum, ne me Chriſtum eſſe videant & credant: 50 &
dorſum illorum gravi ſervitutis onere ſemper incur-
va. 51 effunde ſuper eos dignos effectus indignationis
tuæ: 52 eoſque puniendos comprehendat indignatio iræ
tuæ. 53 habitatio eorum fiat deſerta & deſolata: 54
& non ſit, qui habitet in habitaculis eorum. 55 quo-
niam ipſi odio crudeli perſecuti ſunt me, quem tu juſto
judicio tuo multis neceſſitatibus & miſeriis iſtius vitæ
percuſſeras; 56 & ſuper dolorem vulnerum meorum
addiderunt alios dolores & alias inſultationes & im-
properia. 57 Meritò igitur Domine appone iniquita-
tem ſuper iniquitatem eorum, ſinendo eos liberè ruere
de iniquitate in iniquitatem: 58 nec intrent ad juſti-
tiam tuam conſequendam, quâ a te juſti fiant ex inju-
ſtis: 59 deleantur de libro & regeſto beatè viventium:
60 & numero juſtorum non adſcribantur. 61 Cæte-
rùm ego quidem pauper ſum & dolens: 62 ſed ſalus
illa, quæ a te Deo datur, me jamjam ab his malis ſal-
vandum excepit. 63 Igitur laudabo nomen Dei mei
cum cantico: 64 eumque magnum ſatebor cum laude.
65 & hæc mea laudatio placebit Deo pluſquam ſacri-
ficium vituli novelli & teneri, incipientis efferre
cornua & ungulas. 66 Videant hanc mei libera-
tionem pauperes afflicti atque manſueti, & collæten-
tur. 67 Quærite & invocate Dominum omnes afflicti;
& ſic anima veſtra vivet: 68 nam Dominus ſemper
exaudivit pauperes: 69 & ſuos, cùm eſſent compedi-
bus & nexibus miſerrimè vincti, numquam deſpexit
& dereliquit in miſeriis. 70 Laudent Deum cæli cum
cæleſtibus, & terra cum terreſtribus, 71 mare &
omnia repentia, ſeque moventia in eis: 72 quia Deus
ſalvabit per me Sion & Hieruſalem, incredulos inde
expellendo, & credentes introducendo: 73 & ab ea
ædificabuntur civitates & Eccleſiæ fidelium in Ju-
dæa. 74 & hi ibi habitabunt; & expulſis incredu-
lis Hebræis, hæreditario jure acquirent eam terram;
75 quam terram poſſidebit progenies ſervorum ejuſ-
dem Dei, nempe Apoſtolorum: 76 & horum filii, qui
diligunt nomen & majeſtatem ejuſdem Dei, habita-
bunt aliquando in eadem terra ſancta pacificè ac jure
legitimo.*

ORATIONES.

MSS. 1 BEnigniſſime Domine exaudi nos in veritate ſalutis tuae: ut eruti ab ſqualore peccati, mereamur in libro vitae digito caeleſti conſcribi, Per Dominum.

2 Quae-

Brev. Mozarab. fol. 91. 2 QUaerentibus te, Domine, vitam animae noſtrae temetipſum imperti; exaudi pauperes tuos, qui nihil prae ſua juſtitia, ſed tuo replentur munere; tuâ aluntur ſubſtantiâ; tuâ gratiâ protegantur. nec deſpicias vinctos, quorum te ſuſpirant deſideria; quorum tibi aderunt animae; tuorumque ſtudia jugiter proſequuntur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 173. 186. 3 NOn erubeſcant in nobis Domine Deus virtutum, qui te exſpectant de humanis actibus judicium eſſe facturum: ut Crucis tuae potentia & placitos nos tibi operarios ſalutis exhibeat, & caeleſtis militiae curiam de noſtris actibus contriſtari non ſinat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 179. 4 DOmine Deus, apud quem delicta noſtra non ſunt abſcondita; cujus oculi non ſolùm exteriora proſpiciunt, ſed & cordis intima inſenſibili intuitu penetrant; da nobis poenitentiae remedium pro cilicii indumento; da confeſſionis praeconium pro veniae lucro; da, ut effluant oculi pro admiſſis flumina lacrymarum; da voci noſtrae gemitibus expetere ſuffragia precum. & tu Domine exaudi orationem noſtram; quia benigna eſt miſericordia tua: & ne nos inferi profundum abſorbeat, aut lutulenta facinora ſubruant, multitudo nos tuarum miſerationum reſpiciat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 190. 5 CHriſte Deus, ingeniti Patris unigenite Fili, intende animae meae; & libera eam propter inimicos tuos, qui Eccleſiae tuae adverſantur: ut quia tu es redemptio noſtra, exſpectatum te in munere, capiamus in gloria ſempiterna. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 190. 6 JEſu Deus noſter, qui, facto de reſticulis flagello, vendentes & ementes ex tuo eximis templo; da nobis, in Eccleſia tua nec quaeſtu poſſe rerum temporalium capi; nec intra eam ſordidis moribus converſari: ſed ita zelus domûs tuae nos comedat, ut placita tibi fratribus de nobis praebeas exempla. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 193. 200. 7 CHriſte Dei Fili, quem zelus domûs Dei, Eccleſiae videlicet Patris tui, comedit; dum iniqua gerentes de ea funiculo audacter expellis; ab omnium nos funiculo iniquitatum abſolve; atque in medio domûs tuae dignè habitare concede: quò & ipſi domus tibimet ſpiritualis effecti, à te mereamur caelitùs laureari. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 190. De Paſſione Domini. 8 REcordare Jeſu abſynthii & fellis, quibus pro impiis amaro poculo propinatus es: & ideo amaritudo tua ſit, quaeſumus, dulcedo noſtra perpetua: ut in quo tu pro nobis amaricatus es volens, in eo nos & hîc & in aeternum gratulemur felices. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 193. Item de Paſſione Domini. 9 CHriſte Rex noſter, qui dum pro impiis ſupportaſti opprobria; dum adverſus te vino malitiae crapulata turba omnis infidelium exerceretur in porta: tu nos miſeratione aſſiduâ & ab omnium peccatorum contagione emunda; & piae actionis efficaciâ operando glorifica: quò in termino vitae noſtrae non confundamur inimicis noſtris loqui in porta; ſed ſanctorum Angelorum occurſione adtollamur laetitiâ ſempiternâ. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 206. Item de Paſſione Domini. 10 CHriſte Dei Fili, qui ultimo paſſionis exitu felle & aceto potatus es Judaeorum; praeſta nobis, ut per hoc, quod tu amaritudinem propinatus es, amaritudinum tuarum nos potatione inebries: ut & amaritudo mortis tuae, dilectionis in nos augeat flammam; & reſurrectionis potentia perfectam faciei tuae nobis repraeſentet gloriam repromiſſam. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 191. Item de Paſſione Domini. 11 QUid tibi Domine à te formata creatura reſtituat; pro qua exprobrantium opprobria ſuſtinens, ſolus ſedens comminatione repletus es? pro quibus ergo tanta paſſionum vulnera ſuſtuliſti, quaeſumus, ut eos nec carnis paſſionibus dejici, nec inferni patiaris barathro demergi. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 418. De S. Clemente Papa & Mart. 12 DEus, qui corpus beatiſſimi Martyris tui Clementis in limo profundi nulla marinorum fluctuum feciſti lege teneri; ut altitudo illum nullo modo maris demergeret; qui inſurgentes contra ſe pro tuo nomine catervas hoſtium devicisset: interventu Martyris tui à cunctis nos tentationibus libera; & à profundo flagitiorum ereptos, in te placidâ converſationis luce exalta: ut, te opitulante, & vitiis careamus, & virtutibus abundemus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 339. De S. Vincentio M. 13 DEus, qui multis paſſionum generibus mirificè vincentem Vincentium coronaſti, liberans illum ab omni exitio tormentorum, ut veſtigia ejus, quae luto non inhaeſerant vitiorum, mirificè calcarent omne crudelitatis ſupplicium; ne aquarum abſorberetur profundo, qui mente ſaeculum calcans, jam heres eſſet proximus caelo: praebe nobis precibus tanti Martyris, nec luto vitiorum attingi; nec profundâ deſperationis voragine

operi-

operiri; ſed candidâ conſcientiae libertate decori, tibi praeſentemur in die judicii. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 398. *Pro Judæis.* 14 EFfunde Domine ſuper inimicos meos iram tuam; ut habitatio eorum permaneat deſerta: tandem aliquando agnoſcant locum furoris & injuſtitiae ſuae: ut converſionis illorum ad te aditus pateat in Eccleſia; qui terrenae civitatis Hieruſalem perdiderunt auxilia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T.7. S. Hieronymi. *De Paſſione Domini.* 15 ORamus te Domine, ut nos à Gentilitate converſos, in Judae civitates aedifices; & à jugo diaboli abſolutos, ùt ſoboles diligas proprias: ut quos redemiſti per fellis amaritudinem, per aceti aſperitatem, per crucis ſupplicia, per clavorum vulnera, per mortis contumeliam; per gloriam reſurrectionis ſic cuſtodire digneris in ſaeculo, ut facias participes Sanctis tuis in regno. ℟. *Amen*.

LXIX.

* Pſalmus XXXVII. 1.

In finem ÷ Pſalmus: David: * *in rememorationem ÷ quòd ſalvum fecerit eum Dominus:*

BEDA.

Senſus myſticus.

Finis & David, *ut ſæpe dictum eſt, ſignificat Dominum Salvatorem; ad quem diriguntur hæc verba fidelium: quia totus hic pſalmus ex perſona Martyrum dicitur in rememorationem vel ſuæ liberationis, vel præmii futuri. congruum quippe fuit, ut quoniam in ſuperiori pſalmo Paſſionem & Reſurrectionem ſuam Dominus expoſuerat; poſt Caput loquerentur & membra, Paſſiones & ipſas ſuas, & poſteriores glorias edicentes.*

Martyrum Confeſſorumque populus, qui multiplici quidem, ſed ſimili clade laborabat, primo poſitione Dominum deprecatur, ut ipſe à perſequentium periculis liberetur, & irriſiones eorum irritas faciat; quatenus converſi dicto ſuo ſalubriter erubeſcant: Deus in adjutorium meum intende. *Secunda parte ſupplicat, ut magnificans Dominum exſultet turba fidelium; quoniam ipſe pauperes cognoſcit ſuos adjuvare & liberare dignatur:* Exſultent & laetentur in te omnes qui quaerunt te.

Euſebius Caſarienſis. *Supplicatio juſti, vel etiam ipſiuſmet Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *In diſcrimine regni ſui, utique dejectus à filio, Pſalmum hunc orationis vice compoſuit. Aliter, vox Chriſti, vel Eccleſiæ ad Dominum. Item, quod titulus ſcriptus eſt* In rememoratione, *quod ſalvum fecerit eum Dominus ſuperioris Pſalmi mentionem facit, ubi ait:* Salvum me fac Deus.

Pſalt. Syr. Davidis: *Ad literam, cùm miſit Joab ad capiendum Semei, qui rebellaverat: tum quoque ſupplicatio Juſtorum, immo ipſius Chriſti, verſ. 42.*

Feria V. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *& numerus verſ. 10.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus ex perſonâ Domini incorporati canitur, deprecantis præſidium Patris.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. ✝.1. Pſ. XXXIX. 14.

1 DEUS, IN ADJUTORIUM MEUM ÷ INTENDE:
2 1 Domine: ad adjuvandum me feſtina.
✝ 3 Confundantur & revereantur, qui quaerunt animam meam.
✝ 4 avertantur retrorſum & erubeſcant, qui volunt mihi mala.
✝ 5 avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt ÷ mihi: *Euge, euge*.
✝ 6 Exſultent & laetentur in te omnes qui quaerunt te:
7 & dicant ſemper, *Magnificetur Dominus*, qui diligunt ſalutare tuum.
✝ 8 Ego verò egenus & pauper ÷ ſum: Deus adjuva me.
✝ 9 Adjutor meus & liberator meus ÷ es: tu Domine; ne moreris.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus ad recordandum, quod ſalvavit eum: & in poſterum quoque ſalvabit eum Dominus. PROPHETA. 1 *Domine Deus attende ad dandum mihi promptè adjutorium, ut liberes me:* 2 *Domine, ut mihi auxilieris, feſtina.* 3 *Fac, ut te mihi auxiliante, illi pudore ſuffundantur & erubeſcant, qui cupiunt & quærunt perdere animam meam.* 4 *à me avertantur retrorſum & dent terga in fugam & erubeſcant, qui volunt mihi inferre mala.* 5 *avertantur à me confeſtim, qui contra me & de meis malis gaudentes, dicunt:* Vah, vah, euge. 6 *Contrà verò, fac ut gaudio exſultent & lætentur omnes, qui te amare, colere, & diligere quærunt:* 7 *& qui diligunt ſalutem, quæ à te exſpectatur, ſemper dicant:* Magnus eſſe credatur & prædicetur Dominus. 8 *Cæterùm ego egenus ſum & pauper; proinde adjuva me Deus.* 9 *Adjutor meus in bonis, & liberator meus à malis tu es Domine; ne ergo tardaveris adjuvare me ac liberare.*

O R A T I O N E S.

MSS. 1 INexhauſti adjutorii Deus aeterne, ad adjuvandum familiam ſupplicem feſtinus occurre: ut evictis malorum opprobriis, tuis ſemper auxiliis muniamur. Per.

Brev. Mozarab. fol. 91. 2 INtende in adjutorium noſtrum Domine; & ut nos adjuves feſtinus aggredere: tribue vires explendi quae novimus; & perfectum deputa quod optamus: ut dum opere tuo tua in nobis praecepta perfeceris, tibi laudem deputes: de effectu tuo nos exaltemur in praemio: te noſtri magnificet operis rectitudo: nos tua attollat remuneratio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

Mm   In

fol. 215. 258. 3 IN adjutorium noſtrum intende Domine; noſque ad adjuvandum feſtina: nihil enim in bonis operibus conatus noſtri te deſiſtente proficiunt; à quo greſſus omnes diriguntur: tu es enim, per quem noſtra roboratur fragilitas. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 174. *De Paſſione Domini.* 4 DEus in adjutorium noſtrum intende: ut qui paſſionibus tuis communicare votis ſinceriſſimis anhelamus, adjutorem te noſtrum in ipſis noſtris conatibus ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 297. 5 DEus ad adjuvandum nos feſtina; ne aut praevaleat (tentatio), dum differs adjutorium; aut deſperatio ſuccedat, dum retardas auxilium: utramque tuam opitulationem oppone; & piam cautionem nobis, & omnibus Chriſtianis impende: ut qui fiduciam noſtram in tua collocamus virtute, ſemper tua muniamur divinitate. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*)

fol. 297. 6 DEus in adjutorium noſtrum intende; Domine, & ut nos adjuves, feſtinans aggredere: tribue itaque vires explendi quod novimus, & perfectioni deputa quod optamus. (℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*)

B E N E D I C T I O.

Commentarius Pſalmi. T. 7. S. Hieronymi. QUi vulneratus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram; ipſe nobis nunc auxilium in tempore tribulationis miſeratione ſolitâ largiatur: ut cum Sanctis ejus exſultantes, eum magnificare atque extollere valeamus. *Amen*.

LXX.

Pſalmus David filiorum Jonadab & priorum captivorum.

BEDA.

*Cap. XXXV 6. Hieremias Propheta * refert, Jonadab fuiſſe Dei Sacerdotem; qui filiis ſuis praeceperat, non bibere vinum; neque in domibus, ſed in tentoriis habitare; eaſque magnam obedientiae hujus apud Dominum gratiam compertiſſe: qui nunc pro fidelibus ac devotis ponuntur. unde &* Jonadab *interpretatur* Domini ſpontaneus; *quo dicere poteſt,* Voluntarie ſacrificabo tibi. *Cum quibus &* priores captivi *ſimul lacrymas fundunt, id eſt, qui prius captivari, poſtea redimi meruerunt; qui peccando* captivi, *ſed poenitendo redempti, ajunt;* Et de abyſſis terrae iterum reduxiſti me.

Introducitur perſona generalis, quae peccatorum captivitate liberata, divinis mandatis inhaerebat; praedicans nobis Domini Chriſti eximiam charitatem, quae nullis meritis praecedentibus, gratis ſemper nobis impenditur. hac in prima parte pſalmi ab iniquitatibus humanis jugiter ſe petit debere liberari; ut Domino gratias referre mereatur: Deus in te ſperavi. *Secundo loco ſupplicat, ne in ſenectute ejus beneficiis privetur, cujus auxilio in juventute protectus eſt;* Ne projicias me in tempore ſenectutis. *Tertio loco, dona ejus enumerans, jugiter ſe agere gratias pollicetur:* * Potentiam & juſtitiam tuam Deus, *& reliqua.*

* *Cf. Quae feciſti magnalia.*

Euſebius Caeſarienſis. *Chriſti Paſſiones & Reſurrectio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Praedicit ea, quae erat populus in Babylone paſſurus, & haec ad emendationem ventura, ſimul etiam reditum praemittens.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.

Pſ. It. Syr. *Pſalmus compoſitus a David, cum Saul bellaret adverſus Domum David: & prophetia de Paſſione ac Reſurrectione Chriſti, verſ. 50.*

Pſ. It. Arab. *Davidis filiis Jonadab primis, quos duxerunt captivos, & numerus verſ. 100.*

Feria V. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetae, de illo Redemptoris humilitate corporea conquerentis, ac de ejus reſurrectione glorioſa canentis.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. ℣. 1. Pſ. XXX. 1.
1 IN TE DOMINE SPERAVI; non confundar in aeternum;
2 in juſtitia tua libera me, & eripe me.
† 3 Inclina ad me aurem tuam; & ſalva me.
† 4 Eſto mihi in deum protectorem,
5 & in locũ munitũ: ut ſalvum me facias:
† 6 quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
† 7 Deus meus eripe me de manu peccatoris;
8 ☩ & de manu contra legem agentis & iniqui:
† 9 quoniam tu es patientia mea, Domine;
10 Domine, ſpes mea à juventute mea:

in te

Pſalmus Davidi inſpiratus; qui Pſalmus [forte in frequenti uſu fuit Rechabitarum] filiorum Jonadab, & eorum qui primi captivi ducti ſunt in Babylonem.
PROPHETA. 1 *In te Domine ego ſemper ſperavi: ne ergo pudore ac rubore ſuffundar in aeternum; quaſi me feſellerit ſpes haec in te mea:* 2 *per tuam juſtitiam, qua defendis injuria oppreſſos, libera me & exime me de perſecutoribus meis.* 3 *Praebe mihi inclinato atque proſtrato aurem tuam benignam; & ſalva me.* 4 *Eſto mihi Deus protector ſcuto tuo:* 5 *& eſto mihi ut locus munitus & tutus, quò confugiam, ut me ſalves:* 6 *quia tu es is, qui me firmum facis; & ad quem ego perfugio.* 7 *Deus meus libera me ex manu & poteſtate peccatoris,* 8 *& ex et & manu contra legem tuam agentis & iniqui:* 9 *quia tu Domine es is, quem ego patienter exſpecto auxilio mihi adfuturum:* 10 *& quia tu Domine es is, in quo ego jam ab adoleſcentia & pueritia*

mea

℣. 11. Pſalm. XXI. 10. 11.
† 11 in te confirmatus ſum ex utero :
12 de ventre matris meae tu es protector meus :
† 13 in te cantatio mea ſemper.
14 Tamquam prodigiũ factus ſum multis :
15 & tu adjutor fortis.
† 16 Repleatur os meum laude;
17 ÷ ut cantem gloriam tuam :
18 totâ die magnitudinem tuam.
† 19 Ne projicias me in tempore ſenectutis:
20 cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
† 21 quia dixerunt inimici mei mihi;
22 & qui cuſtodiebant animam meam,
† 23 conſilium fecerunt in unum * dicentes; *Deus dereliquit eum :*
24 *perſequimini & comprehendite eum;*
25 *quia non eſt qui eripiat.*
† 26 Deus ne elongeris à me:
℣. 27. Ita cod. Alexandrinus.
27 Deus meus in auxilium meum reſpice.
† 28 Confundantur ÷ & : deficiant detrahentes animae meae :
℣. 29. Pſ. XXXIV. 4.
29 operiantur confuſione & pudore, qui quaerunt mala mihi.
† 30 Ego autem ſemper ſperabo :
31 & adjiciam ſuper omnem laudem tuam:
† 32 os meum annunciabit juſtitiam tuam,
33 totâ die ſalutare tuum.
† 34 quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini :
35 Dñe, memorabor juſtitiae tuae ſolius.
† 36 Deus docuiſti me à juventute mea :
37 & uſque nunc pronũciabo mirabilia tua.
† 38 Et uſque in ſenectam & ſenium, Deus, ne derelinquas me,
† 39 donec annunciem brachium tuum generationi omni, quae ventura eſt,
† 40 potentiam tuam & juſtitiam tuam,
41 Deus, uſque in altiſſima quae feciſti magnalia.
42 Deus, quis ſimilis tibi?
† 43 Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas!
44 ÷ & : converſus, vivificaſti me:
45 & de abyſſis terrae iterum deduxiſti me.
† 46 multiplicaſti magnificentiam tuam :
47 & converſus, conſolatus es me.
In cod. Vatic. inter ℣℣. 47. & 48. interponitur ſequens verſus. (Et de abyſſis iterum reduxiſti me.)
† 48 Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam;
49 Deus pſallam tibi in cithara, Sanctus Iſrael;
† 50 exſultabunt labia mea cùm cantavero tibi;
51 & anima mea, quam redemiſti;
† 52 ſed & lingua mea totâ die meditabitur juſtitiam tuam :
53 cùm confuſi & reveriti fuerint, qui quaerunt mala mihi.

mea adhuc ſpero. 11 per te enim ſuſtentatus & firma-
tus ſum jam ab eo tempore, quo eram in utero geni-
tricis meæ; 12 & ab eodem tempore, quo eram in ventre
matris meæ, tu es meus defenſor & protector: 13 &
de te tuiſque laudibus jugiter fuit omnis mea cantatio.
14 Et nunc Domine ob grandia mala, quæ patior, tam-
quam prodigium ac res portentoſa & horribilis factus
ſum multis, qui à me propterea refugiunt: 15 ſed &
tu Domine es fortiſſimus adjutor meus, ut me ex tot
tantiſque malis eripias. 16 Impleatur nunc quoque os
meum laude tua, 17 ut poſſim cantare gloriam tuam;
18 & tota die cantare paſſim magnitudinem tuam, &
magnorum & excelſorum amplitudinem operum tuo-
rum. 19 Ne ergo à tua defenſione & curâ projicias me
hoc tempore ſenectutis meæ; quem ab infantia protexi-
ſti: 20 & cùm jam defecerit vigor ætatis meæ, ne me
derelinquas deſtitutum auxilio tuo. 21 quia inimici
hi mei contra me locuti ſunt: 22 & qui obſervabant
animam meam inſidiantes ei, 23 inierunt conſilium
pariter dicentes de me; Deus dereliquit eum à pro-
tectione ſua ſolita: 24 proinde perſequimini eum
& comprehendite: 25 quia non eſt ullus, qui eum
eripiat ex manibus noſtris. *26 Tu itaque Domine*
ne te tuumque adjutorium elonges à me: 27 Deus meus
ad feſtinè mihi dandum auxilium attende. 28 Pude-
fiant & deficiant in ſuis conatibus, & à te conſumen-
tur hi, qui criminantur animam meam: 29 operiantur
probroſâ ignominiâ & verecundiâ hi, qui quærunt mi-
hi inferre mala. 30 Ego autem ſemper in te ſperabo
Domine: 31 ſemperque novam laudem adjiciam ſuper
omnem laudem tuam hactenus à me factam: 32 os meum
narrabit juſtitiam tuam; 33 & totâ die narrabit ſa-
lutem illam, quæ à te nobis datur. 34 & quoniam non
cognovi litteras humaniores, ac mundanæ ſcientiæ di-
ſciplinas, & negotiationes ejuſmodi vanas, animum
abſtrahentes à vera ſolidaque ſapientia rerum divina-
rum; idcirco huic ſoli vacaturus, ingrediar ad con-
templandum & prædicandum potentias & fortitudines
tuas Domine in operando omnipotentiſſimè quæcumque
vis; 35 & juſtitiam tui ſolius commemorabo Domi-
ne, quâ juſtiſſimè mundum gubernas; qui ſolus es ju-
ſtus naturâ tuâ. 36 non enim humanæ ſapientiæ libri,
ſed tu docuiſti me jam ab adoleſcentiâ ipſâ meâ: 37 &
ideo ad hunc uſque diem annunciabo admiranda opera
tua. 38 Ne igitur ò Deus etiam uſque ad ſenectutem
& canitiem ætatis decrepitæ me derelinquas ſine auxi-
lio tuo: 39 ut eò uſque poſſim omnipotentiæ tuæ bra-
chium annunciare omni progeniei, quæ poſt me ventura
eſt in mundum, 40 eique annunciare poſſim potentiam
tuam & juſtitiam tuam; 41 & annunciare ea quoque,
quæ tu Deus feciſti magnifica, ad excelſa uſque cælo-
rum magnificè per totum orbem ſplendentia. 42 quis
enim ſimilis eſt tui ò Deus? 43 O quantas mihi exhi-
buiſti ſufferendas; & experiri feciſti tribulationes be-
nè multas & graves atque moleſtas: 44 & tamen rur-
ſus ad me benignè converſus, me vivificaſti ac recrea-
ſti; 45 & veluti de inferis abyſſis terræ rurſum eduxiſti
me in lucem hilarem atque ſerenam: 46 multipliciter
demonſtraſti juſtitiam tuam & magnificentiam tuam
erga me: 47 & ad me converſus, iterum me es con-
ſolatus. 48 Etenim ego cum inſtrumentis muſicis pſal-
terii profitebor tibi veritatem tuam in ſervandis pro-
miſſis tuis: 49 tibique ò Deus cantabo laudes cum ci-
thara, ò ſanctificator Iſraelis; 50 exſultanter lauda-
bunt labia mea, cùm cantavero tibi hymnos: 51 & ex-
ſultabit anima mea, quam de captivitate tantorum
malorum redemiſti; 52 ſed & totâ die lingua ipſa
mea ex cordis meditatione ſe exercebit in enarranda
juſtitiam tuam: 53 quando turpiter pudore confuſi
fuerint, & dehoneſtati erubuerint hi, qui me malis
afficere quærunt & opprimere.

ORATIONES.

MSS.

1 EXcelſi ſolii Regnator immenſe, qui ſperantes in te, damnari aeternâ confuſione non pateris; reple, quaeſumus, labia noſtra laude tuâ: & in his nos ſemper meditationibus bonorum inſinuator exerce. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 190. De Paſſione Domini.

2 DEus noſter eripe nos de manu peccatoris; qui pro nobis poenam perferre dignatus es Crucis: ut tu ſolus ſis patientia noſtra; qui pro nobis paſſus es ſepulturam. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 192. Item de Paſſione.

3 LIngua noſtra Domine meditetur juſtitias tuas: ut laus tua tota die ex ore noſtro procedat in eo, quod paſſionis tuae à nobis praedicata fuerit gloria: ut in eâ juſtitiâ, quâ ex fide vivimus, te nunc & ſemper ſine fine laudemus. (℟. *Amen.* Per miſericordiam *&c.*)

fol. 176. Item de Paſſione.

4 FIrmamentum noſtrum atque refugium, te Dominum poſcimus crucifixum: ut de manu peccatoris nos liberans, in locum munitum coronandos ſtatuas. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 194. Item de Paſſione.

5 DEus virtutum, qui dum eſſes Deus, ſpontaneè te comprehendi voluiſti tempore paſſionis; dum adversùm te conſilium facerent dicentes; *Liberet eum, ſi vult*: ne derelinquas nos in tribulatione noſtra; & ne à te nos elonges: ut tu ſolus in adjutorium noſtrum reſpicias, qui in Cruce tuâ poteſtates hujus mundi triumphas. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 195. Item de Paſſione.

6 JEſu Dei Fili, quem ipſa malignorum turba inaniter perſequens, dum conſilium contra te agit comprehenſionis, fugat potius à ſe beneficium pietatis: dum viſa eſt volendo vitam comprehendere, quem utique neſciebat vitae eſſe authorem; praebe nobis, ut te, quem illi malignâ voluntate perſecuti ſunt, nos piâ devotione in bonis actibus aſſequamur: * ut in quo inimicis erit perpetuum gaudium. ℟. *Amen.* Per miſericordiam *&c.*

fol. 195. Item de Paſſione.

7 DEus noſter ne elongeris, qui longè factus es à perſecutoribus tuis: ut tu ſolus in adjutorium noſtrum reſpicias, qui in Cruce tuâ poteſtates hujus mundi triumphas. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 280. De S. Johanne Baptiſta.

8 EXſultent in te Domine labia noſtra praeconio veritatis, ne reſolvantur vaniloquio falſitatis; & tibi ſemper gloriam dicant; ne indecenter rixarum litigiis perſtrepent: anima quoque noſtra, quam redemiſti, martyris tui Johannis Baptiſtae & Praecurſoris tui laudando triumphum, ejuſdem patrocinio te mereatur habere propitium. ℟. *Amen.* Per miſericordiam *&c.*

Comment. hujus Pſ. in T. 7. S. Hieronymi.

9 DEprecamur te Domine, ut repleto laudibus tuis ore humano, ea ſemper meditemur in cordibus, quae tibi placitis vocibus proferamus.

LXXI.

✝ Pſalmus: in Salomonem.

BEDA.

Salomon *interpretatur* Pacificus, *ſignificans Dominum Chriſtum, de quo dicitur*, Imperii ejus & pacis non erit finis. *Per totum pſalmum Propheta loquens, adventum Chriſti praecinit. In prima parte verba facit ad Patrem, judicium Filio petens ad populos judicandos; quod tamen praedeſtinatum ante ſaecula noſcebat*: Deus judicium tuum Regi da. *Secundâ in judicio Domini filios pauperum ſalvandos, & humiliandam diaboli dicit eſſe ſuperbiam; nam & ipſum quoque Virginis partum per ſimilitudines exponit*: Judicabit pauperes populi. *Tertiâ refert, quae bona contigerint, de Spiritu Sancto, & Maria Virgine nato, Chriſto Domino*: Orietur in diebus ejus juſtitia. *Quartâ ab omnibus regibus dicit eum adorandum: quia humanum genus a diaboli poteſtate redemit*: Et adorabunt eum omnes reges. *Quintâ pronunciat, quoniam humanis oculis viſus, ſit momentum fuit credentium, & profectus pro dubietate juſtorum*: Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiae. *Sextâ aeterno Domino totius mundi confeſſas laudes perhibet eſſe ſolvendas*: Ante ſolem permanet nomen ejus. *Septimâ hymnum Domino Chriſto mundiſſima devotione perſolvit*: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus.

Euſebius Caeſarienſis. *Prophetia de Chriſti regno, & vocatione Gentium.* (al.) *Prophetia de adventu Chriſti, & vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in prophetia. Hortatorius ad fortitudinem.*

✱ Card. Thomaſ. *Hic Pſalmus non ſimpliciter in Salomonem, ſed propter communem populi proſperitatem, quae erat cum Regis felicitate conjuncta, & in Salomonem canitur.* Aliter, vox Eccleſiae de Chriſto ad Dominum.

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm Regem conſtituiſſet Salomonem: & prophetia de adventu Chriſti, & vocatione gentium*, v. 45.

Pſalt. Arab. *& numerus verſ. 42.*

Feria V. ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Septuageſimus primus Pſalmus, quem Propheta cecinit, Filium Dei in mundum venturum oſtendit, cumque poſt aſſumptae carnis injurias, liberatoſque pauperes de manu potentis, caelis redditum a Patre omne ſumpſiſſe judicium.*

PSALMUS PROPHETICUS DE CHRISTO.

Propheta.

1 DEUS JUDICIUM TUUM REGI DA;
2 & juſtitiam tuam Filio Regis;
† 3 judicare populum tuum in juſtitia, & pauperes tuos in judicio.

℣℣. 4. & 5. Ita cod. Alexandrinus. In cod. Vatic. ſic vero diſtinguitur. (Suſcipiant montes pacem populo tuo & colles.) (In juſtitia Judicabit pauperes populi.)

† 4 Suſcipiant montes pacem populo;
5 & colles juſtitiam.
† 6 Judicabit pauperes populi;
7 ÷ &: ſalvos faciet filios pauperum:
8 & humiliabit calumniatorem.
† 9 Et permanebit cum ſole
10 & ante lunam in generationem & generationem.

℣. 9. 10. Pſalmus LXXXVIII. 38.

† 11 Deſcendet ſicut pluvia in vellus;
12 ÷ &: ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

℣. 12. Oſeæ VI. 3.

† 13 Orietur in diebus ejus juſtitia
14 & abundantia pacis donec auferatur luna.
† 15 Et dominabitur à mari uſque ad mare,
16 & à flumine uſque ad terminos ÷ orbis: terrarum.
† 17 Coram illo procident AEthiopes:
18 & inimici ejus terram lingent.
† 19 Reges Tharſis, & inſulae munera offerent:
20 reges Arabum & Sabâ dona adducent.

℣. 21. Pſal. LXVII. 30. Iſ. XLIX. 7.

† 21 Et adorabunt eum omnes Reges terrae:
22 omnes Gentes ſervient ei.

℣℣. 23. & 24. Ita Cod. Alexandrin. & & apud Apollinar. In Cod. autem Vat. faciunt unum ℣.

† 23 Quia liberabit pauperem à potente,
24 & pauperem cui non erat adjutor.
† 25 parcet pauperi & inopi:
26 & animas pauperum ſalvas faciet.
† 27 Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum:
28 & honorabile nomen eorum coram illo.
† 29 Et vivet & dabitur ei de auro Arabiae:
30 & adorabunt de ipſo ſemper:
31 totâ die benedicent ei.
† 32 Et erit firmamentum in terra in ſummis montium:
33 ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus:
34 & florebunt de civitate ſicut foenum terrae.
† 35 Sit nomen ejus ÷ benedictum: in ſaecula:
36 ante ſolem permanet Nomen ejus.

& bene-

Pſalmus de Meſſia filio Davidis, ſub typo & figura Salomonis deſcripto. PROPHETA. 1 *Da o*
Deus tuam rectè judicandi ſcientiam ac poteſtatem Re-
gi Meſſiæ; 2 & eidem filio, naſcituro ex me Davide
rege Iſraelis, da juſtitiæ tuæ dictionem ac adminiſtra-
tionem; 3 ad judicandum populum tuum juſtè; ac ad
liberandum incorrupto judicio pauperes tuos, injuſtè a
potentioribus oppreſſos. 4 Sub ejuſdem Meſſiæ regno
montes, ubi ſolent eſſe latrones ac feræ, ſuſcipiant cælitus
pacem ac felicitatem omnem pro populi tui tran-
quillitate: 5 ac colles omnes, ſublata facinorum in-
juſtitiâ, ſuſcipiant juſtitiam ubique colendam. 6 Qui
Rex Meſſias judicabit ac defendet afflictos pauperes
populi: 7 & ſalvabit filios pauperum, humano auxi-
lio deſtitutos: 8 ac omnem deprimet eorumdem calum-
niatorem ac oppreſſorem. 9 Et permanebit in ſuo re-
gno cunctis timendus, quamdiu ſol fuerit; 10 & in
conſpectu lunæ, quamdiu luna erit, in progenies om-
nes, immo verò in æternum. 11 Deſcendet iſte de cœlo
in uterum Virginis ſine corruptione, ſicuti pluvia in-
nocuè deſcendit ſuper lanam, a pecudibus detonſam &
conglobatam: 12 ac ſine ſtrepitu, ſed fœcunditatem
afferens, leniſſimus deſcendet in terram, ſicut imbrium
ſtillicidia leniter ſtillant ſuper terram ſitientem, eam-
que fœcundant. 13 In diebus regni illius exorietur
ac florebit ubique juſtitia, quâ Deus ex peccatoribus
homines juſtos facit: 14 eritque abundantia pacis non
tam mundanæ, quàm divinæ in tranquillitate con-
ſcientiæ, ac gaudio ſpiritûs, duratura in terra ad
finem uſque ſæculi, ac donec luna removeatur a ſua
mutabilitate, ac non ſit ampliùs in eo motu ac defe-
ctu, quo nunc creſcit vel decreſcit. 15 Porrò Rex iſte
dominabitur a mari mediterraneo Terræ ſanctæ ad ma-
re uſque, quod Atlanticum, quod Oceanum appellant,
in tota ſcilicet terra illo mari circumfuſâ. 16 ac do-
minabitur a flumine Jordanis ad terminos uſque terræ
habitabilis. 17 Ante eum procumbent venerabundi
etiam Aethiopes, ſeſe illi ſubjicientes: 18 ac inimi-
ci ejus coram ipſo in reverentiæ ſignum ac ſervitutis,
pulverem terræ oſculabuntur ac lambent. 19 Reges
ultra mare mediterraneum vel in India regnantes, ac
inſulani quique per totius orbis inſulas habitantes,
munera eidem Meſſiæ offerent tamquam ſuo Regi ac
Domino: 20 ac Reges Arabiæ felicis, ac Saba, quæ
regio eſt Aethiopiæ, dona ac tributa ſua afferent ei-
dem. 21 ac in ſumma, omnes reges terræ eum ado-
rabunt: 22 univerſæque nationes ſervient ei. 23 Rex
iſte Meſſias ex oppreſſione potentis eruet pauperem, 24
ac inopem, cui nullus fuerit adjutor. 25 miſerebi-
tur ac parcet pauperi ac inopi; iiſque, qui ſe humiliant
ac non exaltant: 26 ac animas pauperum ejuſmodi a
peccati morte ſalvabit: 27 eorumque animas ab uſu-
ris ſolvendis, ac iniquis vexationibus poteſtatum tene-
brarum potiſſimùm redimet, quibus veluti captivæ te-
nebantur: 28 & coram oculis ejus præclarum erit eo-
rumdem pauperum nomen; ac ſanguis pretioſus erit
ac honorabilis. 29 Et Rex iſte Meſſias vivet æternùm;
eique dabitur & offeretur de auro Arabiæ ac Sabæ
Aethiopiæ: 30 omneſque ſemper per ipſum ac pro re-
gno ipſius orabunt ſemper ad Dominum: 31 totâque
die ſuis illi laudibus benedicent. 32 Et in tempore
illo magna ſeges tritici, ſpiritualis maximè, quo ani-
ma vitaque hominum firmatur ac ſuſtentatur, erit in
terra etiam in cacuminibus incultis montium, quæ ſo-
lent alioquì eſſe infrugifera: 33 ejuſque tritici fru-
ges ſeſe altiores elevabunt, quàm altæ ſint arbores
montis Libani: 34 ac qui ſunt de civitate iſtius Re-
gis, florebunt ac multiplicabuntur, ut herba multi-
plicatur in terra, 35 Sit igitur in ſæcula omnia bene-
dictum ejuſdem Regis Meſſiæ nomen: 36 quod ejus no-
men ſemper celebre perſeverabit ac permanebit coram
ſole

Digitized by Google

✝.37. Geneſ. XII. 3. XXII.18. — ✝ 37 & benedicentur in ipſo ✦ omnes tribus terrae:
38 omnes Gentes magnificabunt eum.
✝✝.39. & 40. Ita Cod. Alexandrin. & apud Apoll. In Cod. autem Vetic. faciunt unum ✝. — ✝ 39 Benedictus Dominus Deus Iſrael;
40 qui facit mirabilia ſolus.
✝ 41 & benedictum nomen majeſtatis ejus in aeternum:
42 & replebitur majeſtate ejus omnis terra.
43 Fiat, Fiat.

Defecerunt laudes David filii Jeſſe.

ſole durante, ac quamdiu ſol ſtabit: 37 *ac per ipſius Meſſiae meritum omnes nationes terrae a Divina beneficentia benedicentur:* 38 *eumque gentes omnes magnum ac beatum fatebuntur ac praedicabunt.* 39 *Benedictione ac laude dignus eſt Dominus Deus Iſraelis:* 40 *qui ſolus ſolâ vi ac poteſtate ſua, cùm vult, facit opera admiranda:* 41 *ac benedictione ac laude dignum eſt nomen majeſtatis ac gloria ſua in aeternum uſque;* 42 *quare & univerſa terra impleatur gloria illuſtri, frequentique fama de majeſtate ejus.* 43 *Fiat fiat id totum, ut opto.*

In hoc pſalmo finierunt laudes & orationes Davidis filii Jeſſe. qui pſalmus eſt quidem tempore ultimus pſalmorum a Davide compoſitorum; ſed non ordine hujus libri Pſalmorum, in quo ordo temporis non eſt ſervatus.

O R A T I O N E S.

Mss. 1 NOmen tuum, omnipotens Domine, ante cuncta ſaecula benedictum invocantes, oramus; ut, humiliato calumniatore, pacem populo juſtitiamque largiri digneris. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 93. 138. 2 PArce Domine pauperibus; & animas inopum ſana: ut qui viribus noſtris non fidimus, & ſpe à te miſericordiam poſtulamus; per ſpiritûs paupertatem, ſupernae benedictionis impetremus plenitudinem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 144. 3 SUſcipiant montes pacem populo tuo; qui primordiali radio inluſtrati ſunt fidei: ut de ſublimitate Sanctorum deſcendat juſtitia collium; & puſilli cum magnis culmen perfectorum ſubeant meritorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 22. *De Natali Domini.* 4 DEus Dei Filius, cujus in aeternum permanet nomen; quique unum te eſſe innoteſcens Deum ac Dominum, per ſuſceptae Incarnationis myſterium veniſti in regem, ut redimeres ſaeculum: da nobis ita ſervere hujus myſterio pietatis, ut per haec evadamus muſcipulam deceptoris: ut qui adventûs tui gaudia diffuſo ore praecinimus; ſalvatos nos, cùm ad judicium veneris, te judice gratulemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 50. 5 DOmine, cui reges & inſulae munera offerunt; qui invictâ virtute liberare veniſti pauperem à potente; & ex hoſtis antiqui potentiâ fragile humanum genus eripe miſeratione supernâ: cùm nos à te prolongati, tuarumque miſerationum inopes facti; illius iniquitati ſubditi, vinculiſque peccaminum teneremur addicti: ſic tua nos jam pietas & ab ejus ſervitio eruat, & reſtitutos tibi, tecum permanſuros commendet: & qui nos te miſerante redemptos fatemur; remunerati te donante poſtmodum gloriemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

B E N E D I C T I O.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. (DOminus) nunc in nobis Paraclitum, id eſt, Conſolatorem, dignetur infundere: ut intelligere poſſimus, eum pro redemptione noſtra corpus aſſumpſiſſe terrenum; ſuſcepiſſe mortem; penetraſſe inferos; rediſſe victorem ad caelos.

LXXII.

Pſalmus Aſaph.

Edit. Rom. *Defecerunt laudes David filii Jeſſe. Pſalmus Aſaph.*

B E D A.

Senſus myſticus. *Cùm in titulis ſuperioribus* David *tantùm videatur adſcriptus, hic addidit* filii Jeſſe, *ſcilicet ne illum* David *patrem Salomonis intelligere debeamus.* Laudes *ergo temporales, quae Domino in Lege per ſacrificia pecudum & inſtrumenta muſica reddebantur,* defecerunt *atque mutatae ſunt: quia nunc Eccleſia Catholica immolatione Corporis & Sanguinis Chriſti, ſanctam peragit pſalmodiam; Synagoga autem Dominum quidem colebat; ſed videns florere malos, in peſſimas cogitationes incideret: ex cujus perſona in hoc* Pſalmo *ipſe* Aſaph *loquitur; qui in ſuo nomine,* Synagogae *continet ſignificationem: de Gentilibus enim populis, & de his, qui legem Domini ſuſceperunt, multa diſſerens eſt, quae ad emendationem noſtram utiliter dicuntur, ut talibus cogitationibus polluamur. ALITER. Quòd* Defecerunt laudes David filii Jeſſe, *ad finem LXXI. pſalmi pertinet; quod verò ſequitur* Pſalmus, *initium ſequentis.*

Aſaph, *ut diximus, ex typo Synagogae per totum loquitur pſalmum. In prima parte zelaſſe ſe dicit felicitatem mundi, pacem contuens peccatorum; admirans, cur inimicis Dei & Paganis proſperitas tanta proveneris, ut os ſuum uſque ad caelum extollere viderentur:* Quam bonus Iſraël Deus! *Secunda parte eventurum dicit populum ſuum ad ſalubre conſilium, & prima*

Digitized by Google

ſinæ cogitationis erubeſcere pravitatem; donec ultima impiorum intelligere atque complecti mereatur: Ideo convertetur populus meus hic, *& reliqua. Tertiò propter dolos ſuos mala impiis provenire teſtatur, quia ſanctos viros felicitate ſua ſcandalizare videbantur; ſed tamen beneficio Domini de his malis ſe aſſerit eſſe liberatum:* Verumtamen propter dolos. *Quartò dicit, quomodo ad perfectum intellectum Domino miſerante pervenerit:* Quid enim mihi eſt in caelo? & à te quid volui ſuper terram?

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de regno & longanimitate Dei. Confeſſio humanæ infirmitatis ſuper impiorum proſperitate, & longanimitatis Dei.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Qua expoſtulatione populus, in Babylone captivus, adversùs providentiam uſus ſit, indicatur; & quod pro exploratione virtutis in hac vita plerumque juſti cruciantur, necnon inopinatis aliquoties ſucceſſibus attollantur.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judæis.

Feria V. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Pſalmus compoſitus ab Aſaph, memoratore de morte Abſalomi. Præterea confeſſio infirmitatis humanæ, & de proſperitate impiorum, deque longanimitate Dei, verſ. 21.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 50.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 QUAM BONUS ISRAEL DEUS, HIS QUI RECTO SUNT CORDE!
2 mei autem penè moti ſunt pedes;
℣. 4. Pſ. XXXVI. 1. 7. Jerem. XII. 1. Malach. III. 15. † 3 penè effuſi ſunt greſſus mei:
4 quia zelavi ſuper iniquos, pacem Peccatorum videns; †
5 quia non eſt reſpectus morti eorum;
† 6 & firmamentum in plaga eorum;
† 7 in labore hominum non ſunt;
8 & cum hominibus non flagellabuntur.
† 9 Ideo tenuit eos ſuperbia:
10 operti ſunt iniquitate & impietate ſuâ.
† 11 prodiit ✠ quaſi: ex adipe iniquitas eorum:
12 tranſierunt in affectum cordis.
† 13 cogitaverunt & locuti ſunt nequitiam:
14 iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
† 15 poſuerunt in caelum os ſuum:
16 & lingua eorum tranſivit in terra.
† 17 Ideo convertetur populus meus hîc:
18 & dies pleni invenientur in eis.
℣. 19. Job XXII. 13. † 19 & dixerunt; *Quomodo ſcit Deus?*
20 & *Si eſt ſcientia in Excelſo?*
℣. 21. Job XII. 6. XXII. 7. † 21 *ecce ipſi peccatores, & abundantes:*
22 *in ſaeculo obtinuerunt divitias.*
℣. 23. Job XXI. 15. † 23 Et dixi: *Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum;*
℣. 24. Pſal. XXV. 6. Malach. III. 14. 24 *& lavi inter innocentes manus meas;*
† 25 *& fui flagellatus tota die;*
26 *& caſtigatio mea in matutinis?*
† 27 Si dicebam, *Narrabo ſic;*
28 ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.
† 29 Exiſtimabam ut cognoſcerem:
30 hoc labor eſt ante me,
† 31 donec intrem in ſanctuarium Dei;
32 ✠ & : intelligam in noviſſimis eorum.

Verum-

LIBER TERTIUS PSALMORUM
ſecundùm Hebræos.

Pſalmus inſpiratus Aſapho Levitæ; qui erat unus ex tribus primariis Cantoribus conſtitutis à Davide in domo Domini: qui Aſaphus triſtia ferè ſemper & mœſta decantat. PROPHETA. 1 *Quam verè bonus eſt Deus erga Iſraelem, eos ſcilicet, qui non diſtortum ſed rectum & mundum animum habent!* 2 *mei tamen pedes, parùm abfuit, quin commoti fuerint, & vacillaverint in recta viâ;* 3 *& quin dilapſi fuerint à rectitudine greſſus & actus vitæ meæ:* 4 *nempe quia æſtuavi indignatione, vel etiam invidentiâ ob iniquos, intuens pacem ac felicitatem peccatorum hominum:* 5 *propterea quòd non reſpectent mortem ſuam, & de eâ non recogitent:* 6 *& quòd in eorum plaga & morbo, ſi quo ægrotaverint, non ſit ulla firmitas & duratio, cum citò ſanentur & convaleſcant:* 7 *& quòd non vivant in labore, & communibus & ſolitis miſeriis hominum;* 8 *& unà cum cæteris hominibus flagella non patiantur.* 9 *Ob eas planè cauſas ſuperbia eos cinxit, tenuit atque poſſedit:* 10 *totique cooperti ſunt & involuti iniquitate & impietate ſuâ:* 11 *& ex ipſorum opulentiâ, quaſi ex quadam adipe redundante pinguedinem, proceſſit iniquitas eorum:* 12 *& ita tranſierunt ad aſſequendum quidquid diſpoſuerat atque affectaverat animus ipſorum.* 13 *qui & cogitaverunt & locuti ſunt malignè:* 14 *& palam ad ſummum uſque impudentiæ locuti ſunt iniquè.* 15 *& extulerunt os ſuum blaſphemum contra cælites, & Deum ipſum creatorem cæli:* 16 *eorumque lingua maledica pervagata eſt per terram, licenter & impunè loquens contra homines juſtos maximè.* 17 *Ob eam rem, quia peccatores ſunt & felices, populus hic noſter fidelis huc ſe convertet ad inquirendum, quare vita impiorum proſperatur?* 18 *cùm è contrario in ipſis popularibus meis ſemper dies inveniantur pleni malorum & ærumnarum.* 19 *unde & ex noſtratibus nonnulli infirmiores offenſi dixerunt:* Quomodo novit hæc Deus? 20 & an ſit rerum, quæ hîc eveniunt, notitia & providentia in Altiſſimo Deo? 21 nam ecce hi & peccatores ſunt, & rebus omnibus abundant: 22 & in ſaeculo divitias obtinuerunt & multiplicaverunt. 23 *Hinc & ego quoque diſſerui in cogitationibus meis, dicendo:* Ergone fruſtra mundavi ab omni injuſtitia cor meum? 24 ergone fruſtra cum hominibus innocentibus lavi manus meas, & converſatus ſum? 26 ergone fruſtra fui afflictionibus flagellatus tota die? 27 & ergone fruſtra mihi fuit increpatio illa, quâ à Deo caſtigatus ſum quotidie ab ipſo ſtatim primo manè diei? 27 *At ſi dicerem:* Ad hunc modum loquar de providentia tua & judiciis tuis ô Deus: 28 *ecce jam rejeciſſem nationem filiorum tuorum, quos tu caſtigas ac flagellas; ac rupiſſem eis fœdere, noluiſſem jam amplius eſſe ſocius & fœderatus eorum.* 29 *Exiſtimabam humanâ me ratiocinatione poſſe cognoſcere & comprehendere rerum ejuſmodi veras & arcanas cauſas & rationes:* 30 *ſed & id rei laborioſum & difficillimum eſt in oculis mentis & conſiderationis meæ;* 31 *donec veniam & ingrediar in ſanctuarium illud cæleſte Dei;* 32 *& ibi plenam*

† 33 Verumtamen propter dolos poſuiſti eis.
34 dejeciſti eos dum allevarentur.
℣. 35. Job XXI. 30. † 35 Quomodo facti ſunt in deſolationem!
36 ſubitò defecerunt perierunt propter iniquitatem ſuam.
℣. 37. Job XX. 8. † 37 velut ſomnium ſurgentium,
℣. 38. Pſalmus XXXVIII. 7. 38 domine in civitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.
† 39 Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt,
40 & ego ad nihilum redactus ſum & neſcivi;
† 41 ut jumentum factus ſum apud te;
42 & ego ſemper tecum:
† 43 tenuiſti manum dexteram meam;
44 ✠ & : in voluntate tua deduxiſti me;
45 & cum gloria ſuſcepiſti me.
† 46 Quid ✠ enim : mihi eſt in caelo?
47 & à te quid volui ſuper terram?
† 48 defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei;
49 & pars mea Deus in aeternum.
† 50 Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt:
51 perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
℣. 52. Pſal. LXII. 9. † 52 mihi autem adhaerere Deo, bonum eſt:
53 ponere in Domino Deo ſpem meam;
† 54 ut annunciem omnes praedicationes tuas
55 ✠ in portis filiae Sion:

nam apertamque intelligentiam aſſequar de ultimis & extremis eventibus eorumdem peccatorum.
33 Certè, etſi illi nunc felices ſunt, attamen tu eis mala graviſſima repoſuiſti in poſterum ob ipſorum doloſitates:
34 quos dejicere decreviſti in profundum, cum ſe ipſi exaltaverint ad proſperitatem ſummam.
35 O quomodo vaſtati ſunt & facti ſunt deſolati.
36 ſubitò defecerunt & perierunt conſumpti, quaſi non ſint, ob iniquitates ſuas.
37 quaſi ſomnium evigilantium & expergiſcentium, quod confeſtim evanuit & nihil eſt amplius;
38 ſic in civitate tua ſupernà Domine ad nihilum rediges, & nullam relinques imaginariam & apparentem inanemque felicitatem ipſorum, quâ hic felices comparebant.
39 Quoniam autem ejuſmodi mundanae felicitatis delectabili cupiditate inflammatum eſt cor meum, & renes ac interiora mea ex turbatione puncto ac alterata ſunt;
40 ne ego ob eam malorum proſperitatem propemodum ad nihilum redactus ſum, neſciens quò me verterem, ac ignoravi arcana conſilia tua;
41 ac coram te factus ſum quaſi brutum jumentum, quod nonniſi praeſentia videt:
42 cùm interim tamen, gratiâ tuâ me adjuvante, ſemper fuerim tecum, ac à fide ac amore tuo non diſceſſerim:
43 ideirco tu tenuiſti manum dexteram meam, ne ad tentatione caderem:
44 atque me duxiſti per viam praeceptorum tuorum ſecundùm voluntatem tuam:
45 meque ad te (uti ſpero) glorioſè aſſumere praedeſtinaſti.
46 Quid autem mihi optabilius eſt in caelo praeter te?
47 & in terra quid volui & deſideravi praeter te? nihil ſanè.
48 conſumpta eſt atque defecit caro corporis mei & cor meum prae deſiderio tui, ô Deus, qui das robur cordi meo;
49 & qui es portio illa mea veluti haereditaria in aeternum uſque, ô Deus.
50 Etenim ecce peribunt, qui ſe a te colendo & diligendo elongant:
51 & perdidiſti omnem fornicantem & deficientem a cultu & amore tuo.
52 ſed mihi bonum eſt atque ſalutare, tibi Deo appropinquare & adhaerere fide & amore toto,
53 & ponere omnem ſpem meam in te Domino Deo;
54 ut narrem omnes laudes tuas & opera tua laudanda & praedicanda.
55 idque apertè palamque in portis & foris civitatis ſanctae Sion.

ORATIONES.

MSS. 1 FAc nos Domine tibi jugiter adhaerere; in te totam virtutem ſpei noſtrae defigere: ut mereamur laudes tuas in portis aeternalibus nunciare. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 93. 2 TIbi adhaerere bonum eſt Domine; & à te recedere, noxium: à te elongari, perditio; & tibi coujugi, vitae eſt plenitudo: dona itaque nobis, ut qui ſpem noſtram in te ponimus, perfectam vitae beatitudinem conſequamur; tuaſque laudes in portis filiae Sion, dum ad tuum regnum ingreditur, decantemus. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 135. 240. 244. 3 NObis adhaerere tibi Domino, bonum eſt: ſed tu deſiderium boni ſic in nobis accumula; ut ſpes, quae nos tibi aſſociat, nullâ fidei titubatione vacillet; ſed charitatis ſtabilitate perduret. ℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

fol. 244. *Pro Lapſis*. 4 DOmine Deus Iſrael, te rogamus, te petimus; ut bonitatem tuam, quam rectis corde profuſiùs tribuis, peccatoribus nobis ob converſationem non deneges: ut ipsâ, quâ regis humiles, per ipſam ſibi ſubditos efficias contumaces: & ea ipſa bonitas, per quam indeſinenter juſtos coronas, ſit jugiter interventrix pro nobis, ut peccatoribus parcas: ut de bonitate, in qua Sancti exſultant, laetantes; de eadem ſe tibi reſtitui gaudeant oberrantes: quoſque ſaecularis inlecebra per diverſarum contagia rerum à te facit recedere; eoſdem ſincera confeſſio tibi faciat adhaerere; atque in laudem tui impenſione ſupplici, mentis unanimitate clamitantes, vota perſolvere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 259. *Pro Judaeis*. 5 IN excelſo Domine contra te peccatores locuti ſunt; cùm latentem cordis ſui ſuperbiam altis vocibus clamaverunt. qui ergo contra te in caelum ſua nituntur ponere ora, redeant in terra conliſuri per poenitentiam: ut nobiſcum te Dei Filium humiles agnoſcentes, non ſuperba ſapiant; ſed tuis ſemper monitis acquieſcant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi.

BENEDICTIO.

IN Electorum ſuorum nos conſortium, non meritorum inſpector, ſed veniae largitor, admittat Chriſtus Dominus. *Amen*.

LXXIII.

* Pſ.XXI. 1.

* *Intellectus*: *Aſaph*.

BEDA.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi

Ideo Intellectus *in titulo præcantatur, quia duplex captivitas ſequitur, ſpiritualis una, altera carnalis; una, quæ Templo deſtructo in Babyloniam duxit; altera, quæ fide, ſubverſâ errorum confuſione, ſubjugavit. Hunc Pſalmum* * *Hieronymus contra Chaldæos cantatum putat; Caſſiodorus contra Romanos; Arnobius contra Philiſthiim, quando Ophni & Phinees Sacerdotibus interfectis, Arca Dei capta eſt.*

Synagoga per totum loquitur Pſalmum. In prima ſectione deplorat, cur traditi fuerint Gentibus, ita ut Sanctuarium Domini inimicorum profanaſſet audacia; memorans, quorumdam Judæorum cor impœnitens Domini provocaſſe cenſuram; ex quibus tamen in fine ſæculi convertendos eſſe prophetat: Ut quid Deus (repuliſti) in finem? *Secundâ dicit, adventu Chriſti ſuperſtitiones & iniquitates hominum fuiſſe deſtructas: enumerans diverſa eum feciſſe magnalia: inter quæ petit & Judæis errantibus ſubveniri*: Deus autem Rex noſter. *Tertiâ rogat, ut memor promiſſionum ſuarum ab interitu eripiat ſemen Abrahæ; & ad ipſum aſcendat ſuperbia beſtium, qui ſe inaniter extulerunt*: Ne tradas beſtiis animam confitentem te.

Euſebius Cæſarienſis. *Proclamatio ultimæ Judæorum obſidionis, ſub Veſpaſiano & Tito factæ.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.* (Item.) *Gratiarum actionis.*

* Cardin. Thomaſ. *Machabæorum & pericula narrantur, & preces conſtituuntur.*

Pſalt Syr. *Aſaphi, cùm vidit David Angelum perimentem populum, & flevit, ac dixit: in me & in progeniem meam, non in hos oves innoxias. Prætereà prædictio obſidionis Urbis Judæorum quadraginta poſt aſcenſionem annos per Veſpaſianum ſenem, & Titum ejus filium, qui occiderunt ex Judæis myriades, & deſtruxerunt Hieruſalem: indeque diſperſi ſunt Judæi, uſque in præſentem diem. verſ.* 47.

Feria V. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 45.

S. Hier. *Ideo intellectus in titulo præcantatur, quia duplex captivitas ſequitur, carnalis videlicet, & ſpiritualis.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 UT QUID DEUS REPULISTI IN FINEM?

℣. 2. Pſ. XCIV. 7.

2 iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuae tuae?

† 3 Memor eſto congregationis tuae, quam poſſediſti ab initio:

† 4 redemiſti virgam hereditatis tuae:

5 mons Sion in quo habitaſti ✣ in eo:

† 6 Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem.

7 Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?

† 8 ÷ & : gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuae.

† 9 poſuerunt ſigna ſua, ſigna ✣ & non : cognoverunt,

10 ſicut in exitu ſuper ſummum.

† 11 ✣ quaſi: in ſilva lignorum, ſecuribus exciderunt januas ejus:

12 in idipſum in ſecuri & aſciâ dejecerunt ✣ eam:

† 13 incenderunt igni ſanctuarium tuum:

14 in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

† 15 dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul;

16 ✣ *Quieſcere: faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.*

† 17 Signa noſtra non vidimus:

℣. 18. Amos VIII. 11.

18 jam non eſt propheta: & nos non cognoſcet amplius.

† 19 Uſquequò Deus improperabit inimicus? irritat

Pſalmus intelligentiæ & eruditionis plenus, inſpiratus Aſapho Levitæ Cantori. PROPHETA. 1
*Quare nos Deus in perpetuum repuliſti? 2 quare tamdiu juſtitia tua ceu furens irata manet contra nos, qui
ſumus oves gregis tui, quas tu paſcis? 3 Recordare,
queſo, hujus congregationis tuæ, quam tu poſſediſti ab
antiquo; 4 ac à ſervitute Aegyptiâ redemiſti; ut eſſet
virga ac ſceptrum regale hæreditatis tuæ; quam
tu peculiariter poſſideres ac regeres: 5 cujus Regia eſt
mons Sion; in quo habitaculum ſanctum tuum jampridem
habuiſti. 6 Leva ultrices manus tuas contra ſuperbias
illorum, qui locum hunc tuum diſſipaverunt;
ut vaſtes eas in perpetuum, ne ampliùs reſurgant. 7
O quantâ malignè operatus eſt inimicus hic tuus in ſanctuario
tuo! 8 ac qui te oderunt, gloriati ſunt tamquam
victores in medio atrii domûs tuæ ubi feſta ſiunt,
ac in medio ipſo feſto tuo. 9 ubi poſuerunt hi inſignia
ac vexilla ſua profana, ut eſſent victoriæ ſuæ ſigna ac
trophæa; & te eſſe Dominum templi non agnoverunt:
10 poſuerunt, inquam, trophæa illa ſuper ſummum
domûs tuæ ſacrilegè, ac ſi ea ponerent in exitu viarum
ac portarum, cæteriſque profanis locis civitatum. 11
quaſi eſſent in ſilva arborum ligna cadentes, tantâ
hi audaciâ ſecuribus ſuis exciderunt januas ejuſdem
domûs tuæ: 12 ac pariter omnes cum ſecuri ac aſciâ
ac dolatoriis confregerunt eam. 13 miſerunt ignem
in ſanctuarium tuum, illudque incenderunt: 14 ac in
terram dejecerunt ac contaminaverunt idem tabernaculum,
ubi colebatur nomen tuum: 15 & omnis eorum
natio ſimul in corde ſuo dixerunt:* 16 Venite, &
inceſo iſto ſolemnitatum loco, faciamus ceſſare omnes
dies feſtos Dei, ne ampliùs celebrentur in terra.
17 *Et nos inter hæc tanta mala, hucuſque non
vidimus ſigna ac prodigia illa, Deo olim patrata pro
defenſione noſtra: 18 & non eſt ultra nobiſcum propheta
aliquis Dei, qui nos conſoletur: videturque,
quòd Deus non nos agnoſcet amplius tamquam ſuos;
ſed tamquam alienos à ſua nos defenſione repellet. 19
Uſquequò Deus nobis quaſi imbecillis exprobrabit
inimicus hic noſter?*

> ℣. 20. Pſal. IX.* 33.

20 irritat adverſarius nomen tuum, in finem?
† 21 ut quid avertis manum tuam?
22 & dexteram tuam de medio ſinu tuo, in finem?

> ℣. 23. Pſ. XLIII. 5.

† 23 Deus autem rex noſter ante ſaecula,
24 operatus ✠ eſt: ſalutem in medio terrae.

> ℣. 25. Exod. XIV. 21. 22.

† 25 Tu confirmaſti in virtute tua mare:
26 contribulaſti capita dracónum in aquis.
† 27 Tu confregiſti capita draconis:

> ℣. 29. Exod. XVII. 5. 6. Numer. XX. 11.

28 dediſti eum eſcam populis AEthiopum.
† 29 Tu dirupiſti fontes & torrentes:

> ℣. 30. Ita cod. Alexandrinus, & apud Apollinarium.

30 : tu ſiccaſti fluvios Ethan:
† 31 Tuus eſt dies & tua eſt nox:
32 tu fabricatus es auroram & ſolem.

> ℣. 30. Joſue III. 15. 16.

† 33 Tu feciſti omnes terminos terrae:
34 aeſtatem & ver tu pſalmaſti ✠ ea:
† 35 memor eſto hujus.

> ℣℣. 34. & 35. ſic diſtinguuntur in Cod. Alexandrino. & apud Apollinar. In Cod. Vatic. autem. (Aeſtatem & ver tu feciſti, memor eſto hujus creaturae tuae.)

36 Inimicus improperavit Domino:
37 & populus inſipiens incitavit nomen tuum.
† 38 Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi:
39 & animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.
† 40 Reſpice in teſtamentum ✠ tuum:
41 quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terrae, domibus iniquitatum.
† 42 Ne avertatur humilis factus, confuſus:
43 pauper & inops laudabunt nomen tuum.
† 44 Exſurge Deus; judica cauſam tuam:
45 memor eſto improperiorum tuorum ✠ eorum quae: ab inſipiente ✠ ſunt: totâ die.
† 46 ne obliviſcaris voces inimicorum tuorum:
47 ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

20 uſquequò adverſarius iſte blaſphemando provocabit ad iram nomen tuum? perpetuo nè? 21 quare retrovertis quodammodò poſt tergum ultricem manum tuam a puniendo hoſtes tuos? 22 ac quare perpetuò dexteram tuam auxiliatricem non profers ac educis de medio ſinu tuo, ut eam porrigas nobis, ut liberemur? 23 Sed Deus, qui noſter eſt Rex ab initio ſeculorum, 24 ipſe ſemper in medio terrę noſtra operatus eſt ſalutem noſtram, liberando nos a periculis. 25 Tu Deus vi ac poteſtate tua firmum ſolidumque feciſti mare rubrum, ut tranſeunte populo suo, in modum muri ſtaret a dextris ac a ſiniſtris: 26 ac e contrario in ejuſdem maris rubri aquis contriviſti capita illa Aegyptiorum, qui veluti dracones ſequebantur ad devorandos noſtrates: 27 ac tu ibi confregiſti capita ac principes exercitùs magni illius draconis Pharaonis: 28 quem quoque Pharaonem ſubmerſum, dediſti in eſcam, prædam ac ſpolium populis habitantibus ad littus Aethiopicum ejuſdem maris rubri. 29 Tu rumpendo petram in partes, erumpere inde feciſti aquarum fontes ac torrentes: 30 ac contrà tu exſiccaſti flumina fortia ac rapida, veluti Jordanem, tranſituro populo tuo in terram promiſſam. 31 Tua eſt dies; ac tua eſt nox; a te creata ſunt; ac per te perſeverant: 32 tu perfeciſti ac ordinaſti auroræ lucem & ſolem ac lunam in cælo. 33 Tu feciſti ac ſtabiliviſti univerſos terminos terræ: 34 & æſtatem & una cum hyeme ver tu feciſti. 35 memento ergo ejuſmodi creaturæ tuæ, rerumque a te conditarum atque geſtarum ad ſalutem noſtram. 36 Caterùm inimicus iſte exprobravit tibi Domino: 37 ac amens hic populus blaſphemavit, ac ad iracundiam provocavit nomen tuum. 38 Ne ergo tradas iſtiuſmodi ferocibus beſtiis animas, quæ licèt inſtar turturis flebili voce, adhuc tibi tamen tuas laudes fatentur ac prædicant: 39 ac ne in perpetuum videaris obliviſci animarum ac vitæ pauperum tuorum. 40 Reſpice ad pactum tuum cum populo tuo, nempe de ipſo a te ſervando: 41 quia tenebriones iſti, ac terræ obtenebrati homines, repleti ſunt ac ditati ſpecioſis domibus, ſed iniquis ac malè ſibi acquiſitis atque poſſeſſis. 42 Nè, quæſo, Domine, populus tuus humilis jam ac abjectus factus, revertatur a conſpectu tuo pudore ſuffuſus, non impetrato auxilio, quod a te ſperat: 43 nam pauper ac inops laudabunt nomen tuum. 44 Surge (ut ita dicam) a patientia tua o Deus: ac judica ac defende cauſam hanc, non tam noſtram, quàm tuam. 45 Memento opprobriorum illorum, quæ tota die contra te ab inſipiente hoſte fiunt. 46 ne videaris veluti obliviſci eas voces, vel probroſas illorum inimicorum tuorum contra te bellantium, vel ſupplices famulorum tuorum te querentium atque deprecantium: 47 nam ſuperbia, ſonitus, ac tumultus eorum, qui te oderunt, aſcendit jugiter, ac per omnia creſcit, fitque ſemper major in dies.

ORATIONES.

> MSS. * aliquem in ligno Crucis ſanguine proprio redemiſti. Brev. Mozarab. fol. 94. 140.

1 CReator omnium elementorum Domine, ante ſaecula rex aeterne; memento gregis tui, quem * effuſione cruoris proprii redemiſti, atque omnium te quaerentium voces propitiatus exaudi, Salvator mundi. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

2 MEmento congregationis tuae Domine, quam creaſti ab initio: tuaeque non obliviſcaris Eccleſiae, quam à ſaeculo praedeſtinaſti in Chriſto; atque ad teſtamentum tuum, memor tuae miſericordiae, reſpice: & promiſſâ nos jugiter libertate complectere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

> fol. 139. *De Paſſione Domini.*

3 NE tradideris Domine in perſequentium manum animas tibi confitentium populorum: ut qui falſorum teſtium pertuliſti mendacium, colentium te glorificeris vocibus redemptorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

> fol. 43.

4 MEmento Domine congregationis tuae, quam ab initio creaſti, quamque mirabiliter ac miſericorditer tui ſanguinis pretio redemiſti; qui hanc ipſam in poſſeſſionem tuam

Digitized by Google

tuam de Gentibus elegiſti. libera ergo virgam hereditatis tuae à ſupplantatoris incurſibus: ac ſic eam rege juſtificando praeſenti in ſaeculo, ut ipſam hereditet in ſaeculo pòſt futuro: & quae regnum tuum advenire divinâ traditione exorat; ad idem regnum, indulto piaculo, hereditariâ ſucceſſione perveniat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 203. *Pro Cathecumenis.*

5 NE obliviſcaris Domine vocem quaerentium te; & ſuperbiam eorum, qui te oderunt, aſcendentem in ſempiternum: ut hi, qui per adnotationem officii in gremio Eccleſiae matris ſuſcepti ſunt; ad ſacri Baptiſmatis gratiam accedere mereantur: quò & illi talia optantes, praeceptum * in nos lavacri non denegetur myſterium; & ipſi nobiſcum poſſideant gaudium infinitum. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

* *for.* inter nos.

Comment. hujus Pſalm. T. 9. S. Hieronymi.

6 SUpplices (te) Domine deprecamur, ut ereptos nos ab ſpinis iniquitatum, à ſuperbiae ruinoſae cothurno, poſt mundi contemptum attollere digneris in caelum.

LXXIV.

In finem: Ne corrumpas. *Pſalmus Cantici Aſaph*.

BEDA.

Senſus myſticus.

Aſaph, *ut ſaepe diximus, interpretatur* Synagoga; *illa, quæ utique credidit, non quæ obſtinata permanſit: nam poſt reſurrectionem Domini confeſſa legimus multa millia Judæorum; quos* Aſaph *iſte nunc admonet, ut fidem ſuam* corrumpant *in finem, id eſt in Dominum Salvatorem.*

Primo ingreſſu fideles Judæi dicturos ſe omnia ejus mirabilia profitentur. Secundo, Rex ipſe loquitur Chriſtus, juſtitiam ſe judicaturum promittens, cùm tempus generalis reſurrectionis advenerit; commonet etiam, ne quis audeat aliquid contra divina mandata præſumere; ne eum poſſit æterna pœna torquere: (Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo.)

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina de Chriſti divinitate: & commonitio* (al. laus) *de judiciario tribunali Dei.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in confeſſione.*

Feria V. ad Vigilias.

✱ Cardin. Thomaſ. *Poſt victoriam de Sennacherib ex totius populi perſona reddunt officia, votaque gratiarum.*

Pſalt Syr. *Aſaphi Prophetæ Theologia de Chriſto, & commemoratio judicii, verſ.* 22.

Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 20.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

In cod. Vat. ita ſcribitur ℣. 3. (Narrabo omnia mirabilia tua cum accepero tempus.)

DEUS. ℣. 4.

Ita cod. Alexandrin. & apud Apollinarium.

1 CONFITEBIMUR TIBI DEUS:
2 confitebimur & invocabimus nomen tuum:
† 3 narrabimus mirabilia tua.
4 CUM ACCEPERO TEMPUS, ego juſtitias judicabo.
† 5 Liqueſacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea:
6 ego confirmavi columnas ejus.

DIAPSALMA.

Propheta.

† 7 DIXI INIQUIS; *Nolite iniquè agere*:
8 & delinquetibus; *Nolite exaltare cornu*:
† 9 *nolite extollere in altum cornu veſtrum*:
10 ÷ *nolite*: *loqui adversùs Deum iniquitatem.*
† 11 *quia neque ab Oriente neque ab Occidente,*
12 *neque à deſertis montibus; quoniam Deus judex eſt*:
† 13 *hunc humiliat, & hunc exaltat.*

℣. 13. I. Reg. II. 7.

14 *quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.*
† 15 *& inclinavit ex hoc ÷ in hoc*: *veruntamen faex ejus non eſt exinanita*:
16 *bibent omnes peccatores terrae.*
† 17 Ego autem annunciabo in ſaeculum:
18 cantabo Deo Jacob.

DEUS.

† 19 ET OMNIA CORNUA Peccatorum confringam:
20 ÷ &: exaltabuntur cornua juſti.

In perpetuum decantandus, fortè ad modulamen illius cantilenæ, quæ incipiebat, *Ne diſperdas*. Pſalmus cantici inſpiratus Aſapho Levitæ Cantori: PROPHETA. 1 *Fatebimur tibi tuas laudes ò Deus: 2 fatebimur, inquam, laudes tuas; & nomen tuum invocabimus: 3 & admirabilia judicia tua & opera enarrabimus.* 4 DEUS. *Cùm advenerit à me ſtatutum ac definitum judicii tempus, ego, quæ juſta ſunt & recta, judicabo. 5 Tunc in die judicii igne diſſolvetur quaſi liquefacta terra, omneſque animantes, qui habitant in ea: 6 ego enim ſum, qui, ut volui, firmavi ejuſdem terræ fundamenta ſtabilia, quaſi firmas & ſtabiles columnas.* * 7 PROPHETA. *Dixi iniquis tranſgredientibus legem Dei*: Ne divinam legem tranſgrediamini: 8 *& dixi iis, qui peccant*: Ne exaltetis quaſi cornu quoddam taurorum, veſtram potentiam ac ſuperbiam: 9 ne extollatis, inquam, in altum quaſi cornu, robur virium veſtrarum: 10 & ne loquamini injuſtum aliquid contra Deum: 11 quia de judicio & manu Dei vos erepturus nemo vobis adveniet neque ab Oriente neque ab Occidente, 12 neque à meridionalibus his deſertis montibus: nam Deus omnipotens, & non imbecillis homo, judex eſt veſter: 13 qui juſtè hunc deprimit; & illum exaltat. 14 & quia in ejuſdem Dei manu & poteſtate eſt poculum acerbiſſimæ punitionis, quaſi plenum mixtione varia & turbida vini fortis & meraci, aquâ non contemperati. 15 & ſanè inclinavit hujuſmodi poculum ex hac parte in hanc aliam partem, diverſis propinando bibendum; attamen necdum idem poculum evacuatum eſt, vel ejus fæx exhauſta; 16 quam ex eo divinæ punitionis poculo indubitanter bibent omnes peccatores terræ. 17 *Cæterum ego gaudens, hanc divinæ juſtitiæ æquitatem narrabo in ſæculum: 18 & pſalmos cantabo in honorem Dei, quem colit progenies patriarchæ Jacobi.* 19 DEUS. *Et ego Deus omnia cornua & robora ſuperbiæ peccatorum hominum confringam: 20 & à me exaltabuntur cornua & robora gloriæ ac dignitatum hominis juſti.*

* *Pauſatio ont immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

Digitized by Google

ORATIONES.

MSS. *De Paſſione Domini.*

1 PAſtor bone, qui propter mortalium ovium redemptionem hauſiſti calicem paſſionis; nomen tuum ſupplices invocamus: ut nos ſuper columnas ſapientiae ſtabilitos, ſeptiformis Spiritus ſanctificatione confirmes. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Brev. Mozarab. fol. 94. 141.

2 COnfitentes tibi Domine placabilis intuere: & quos contritos efficit timor poenae; & amor indulgentiae laetificet, & plenitudo remiſſionis indeptae. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 245.

3 COnfitebimur tibi Deus, confitebimur tibi peccata atque facinora noſtra; quae tibi potius ſunt cognita, quàm probantur admiſſa. invocamus itaque nomen tuum, ut in te patefactis tribuas veniam; qui non ſtatim in abditis vis exercere vindictam: ut qui confeſſione placaris humilium, remiſſionem omnium tribuas delictorum. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam *&c.*)

LXXV.

In finem, in laudibus: Pſalmus Aſaph. Canticum ✝ *ad Aſſyrios:*

BEDA.

Senſus myſticus.

Aſſyrii, Dirigentes *interpretantur: qui, jam fidei regulis docti, rectis ſemitis ambulare contendunt: hos alloquitur* Aſaph, laudes *Domini mirabili varietate* decantans. *Quidam codices habent*, Canticum contra Aſſyrium: *ubi intelligitur contra diabolum. hunc pſalmum ſub perſona Sennacherib regis* Aſſyriorum cantatum: *contra eum enim* notus factus eſt in Judaea Deus Iſraël, *in Chriſto mundum reconcilians ſibi.*

Aſaph *in prima parte*, Dirigentes, *id eſt fideles alloquitur Judaeos: deſignans, ubi nomen Domini factum ſit, virtutum declaratione, notiſſimum*: Notus in Judaea Deus, *&* reliqua. *Secundò dicit admiranda, quae geſſerit*: Illuminans tu mirabiliter. *Tertia, devotos omnes admonet, ut Deo terribili munera offerre non deſinant; qui ſpiritum principum ſalutari emendatione purificat*: (Quia cogitatio hominis confitebitur tibi.) *Quae partes* Diapſalmatum *ſunt interpoſitione diviſae.*

Euſebius Caeſarienſis. *Ultio judicii Dei contra impios.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gloriationis in Domino.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ut ſupra.* Aliter, vox Eccleſiae ad Chriſtum.

Feria V. ad Vigilias.

Pſalt. Syr. *Cùm vaſtata fuit Rabbath filiorum Ammon. Praeterea indicat ultionem judicii Chriſti adverſus impios, v. 11.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 24.

PSALMUS AD PRECANDUM DEUM.

Propheta.

1 NOTUS IN JUDAEA, DEUS:
2 in Iſraël, magnum Nomen ejus.
† 3 & factus eſt in Pace locus ejus:
4 & habitatio ejus, in Sion.
† 5 ibi confregit potentias arcuum
6 ſcutum gladium & bellum.
DIAPSALMA.
† 7 Illuminans tu mirabiliter à montibus aeternis,
8 turbati ſunt ✝ omnes: inſipientes corde.
† 9 dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt
10 omnes viri divitiarum in manibus ſuis.
† 11 ab increpatione tuâ Deus Jacob,
12 dormitaverunt qui aſcenderunt equos.
† 13 Tu terribilis es: & quis reſiſtet tibi?
14 ex tunc ira tua..
† 15 De caelo auditum feciſti judicium:
† 16 terra tremuit, & quievit * cùm exſurgeret in judicium Deus,

ut

In finem decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, pſalmus inſpiratus Aſapho Levitae Cantori. Canticum de victoria contra Aſſyrios. PROPHETA. 1 *Deus pleniùs perfectiùſque cognoſci poteſt in terra Judaea: 2 ejuſque nomen magnum eſſe cognoſcitur, & magni fit in populo Iſraelitico: 3 factus eſt enim locus tabernaculi ejus in urbe pacifica * Salem* (*quo nomine ſignificatur* Pax:) 4 *& habitaculum ejus factum eſt in eadem urbe Sion. 5 illic, in Judaea nempe, ſaepè confregit potentes volitanteſque ſagittas arcuum: 6 & contrivit ſcutum, gladium, & quodvis bellicum inſtrumentum inimicorum noſtrorum belligerantium nobiſcum.* * 7 *Te Domino mirabiliter lucem adjutorii tui nobis afferente, quodammodo ab iſtis montibus ab initio ſaeculi conditis, ac ad finem ſaeculi duraturis, ubi eſt ſancta Domus tua, 8 omnes inimici hi noſtri inſipientes ac ſuperbi corde turbati ſunt ac ſpoliati ſunt: 9 ac dormierunt ſomnum ſuum nempe mortis ac nihil potentiae, gloriae, ac opum invenerunt 10 omnes hi viri divites, qui priùs robuſti erant manibus ac operibus ſuis. 11 propter objurgationem ac caſtigationem tuam ſeveram, ò Deus Jacobi, 12 dormitaverunt ac conſopiti morte, vires perdiderunt viri iſti bellatores, qui priùs equos ac currus aſcendebant ad praeliandum. 13 Tu tremendus es: ac quis adverſùm te ſtabit? 14 ab antiquo namque tempore ſemper invincibilis manet ira ac punitio tua. 15 De caelo audire feciſti judicium tuum, jaculando tonitrua ac fulmina, in caelo ac aere excitata: 16 ac ita terra noſtra cum habitatoribus ſuis priùs timuit quidem atque contremuit; ſed poſtea pacata quievit ac tacuit, cùm tu Deus quaſi ſurrexiſſes*

ad ſa-

* id eſt, Jeruſalem.

* *Pauſatio aut immutatio muſicae &c.*

17 ut ſalvos faceret õnes manſuetos terrae.
DIAPSALMA.
† 18 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi;
19 ÷ &: reliquiae cogitationis, diem feſtum agent tibi.
† 20 Vovete & reddite Domino Deo veſtro,
21 õnes qui in circuitu ejus affertis munera
† 22 terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum,
23 terribili apud reges terrae.

*ad faciendum judicium ac ſtrogem hoſtium noſtrorum, 17 ut ſalvos faceres omnes, qui mites erant ac quieti in terra noſtra. * 18 Hominis profectò cogitatio indignabunda ac irarum plena, qualis erat inimicorum noſtrorum contra nos, materia ac argumentum erit nobis ſatendi tibi debitas laudes: 19 ac reliquiæ ejuſmodi humanæ cogitationis ac irarum, quæ ſuperſunt in memoriâ noſtrâ, materia ac occaſiones erunt nobis celebrandi feſto ad laudem tuam. 20 Vovete igitur ac perſolvite ea, quæ voveritis Domino Deo veſtro, 21 omnes, qui circùm ipſius Dei templum conſiſtentes, dona offertis 22 eidem Domino tremendo, ac auferenti, cùm vult, ſpiritum, reſpirationem, ac animam principum, 23 ejuſque, qui tremendus eſt ob omnibus regibus terræ.*

* *Pauſatio aut immutatio majc.* &c.

ORATIONES.

MSS. *De Reſurrectione Domini.*

1 COgitationibus te confitentibus effectum largire terribilis Deus, ut à montibus aeternis inluminati, dum Reſurrectionis tuae gloriam ſuſcipimus, futuri judicii ignominiâ careamus. Qui cum Patre & Spiritus S.

Br. Moz. fol. 141. *In Quadrogeſimo.*

2 TIbi Domino Patri cogitatio confitetur Unigeniti tui; dum quod Adam per ſuperbiam perdidit; hujus ad te humanitas humilitate reducit obedientiae. ergo noſtra ſtude pectora exercere; quò exercitio feſta tibi haec celebremus ſolemnia. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 153. *De Paſſione Domini.*

CHriſte Dei Filius, cujus locus in Sion magnus eſt; converte ad te corda noſtra: ut in ſpeculatione ejus conſtituti, te pro nobis flagellis alapiſque caeſum, morti quoque adjudicatum fideliter fateamur: ut qui ſecundùm tempus es paſſus pro impiis; perenniter à fidelibus conlauderis. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

LXXVI.

In finem: pro Idithun. Pſalmus Aſaph.

BEDA.

Senſus myſticus.

Aſaph, Congregatio *bonorum*; Idithun, Tranſilitor *ſecularium*; Finis *proficientium Chriſt intelligitur. Totus hic pſalmus à fideli* Congregatione *canitur; quæ vitia iſtius ſeculi glorioſis paſſibus* tranſiliens, *ad illum* Finem *pervenit; cui nihil poteſt ſimile reperiri. Sed ſciendum eſt, in Hebræo,* Per Idithun, *non* Pro Idithun *haberi; ut ſignificet, non pro eo ſed per eum pſalmum fuiſſe cantatum: & quod ſequitur,* pſalmus Aſaph, *in * veris exemplaribus non haberi.*

* *al.* veteris (*ſor.* veteribus) exemplaribus.

Aſaph *iſte, quem diximus niſiorum* Tranſilitorem, *in primo narratione pſalmi ad Dominum ſe clamare teſtatur; & tribulationibus ſuis eruditum eſſe teſtatur:* Voce mea ad Dominum clamavi. *Secundò, cogitationes enumerat, quæ ſolent pulſare in hoc mundo corda laborantium:* Anticipaverunt vigilias oculi mei. *Tertiò, beneficio Divinitatis in meliorem ſenſum ſe aſſerit permutatum, ut opera potentiamque Dei ſine metu cogitaret; quibus rebus aſſiduâ cognoſcitur exercitatione profeciſſe:* Et dixi, Nunc coepi, *& reliqua. Quartò, proſequitur, quemadmodum per Dominum Salvatorem facta ſint in populis divina mirabilia:* Viderunt te aquæ Deus, *& cætera.*

Euſebius Cæſarienſis. *De longanimitate Dei, & mirabilibus operibus ejus.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Prædicit ea, quæ erat populus in babylone paſſurus, & qualiter pro his ipſis liberè querimoniam facturus, ſicut & in ſeptuageſimo ſecundo Pſalmo.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.

Feria V. ad Vigilias.

Pſalt. Syr. *De longanimitate Dei, & miraculis ejus, & quomodo vicerit David inimicos Domini, verſ.* 42.
Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 43.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI, VOCE MEA AD DEUM; ET INTENDIT MIHI.
† 2 In die tribulationis meae Deũ exquiſivi,
3 manibus meis nocte contra eum; & non ſum deceptus.
† 4 Renuit conſolari anima mea:
5 memor fui Dei ÷ &: delectatus ſum:
ꝟ. 6. Pſal. LIV. 3. 6 ÷ &: exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.
DIAPSALMA.
† 7 Anticipaverunt vigilias oculi mei:
8 turbatus ſum, & non ſum locutus.

Cogi-

Pſalmus in perpetuum decantandus, qui datus fuit Idithun Levitæ Cantori ad cantandum: inſpiratus autem fuit Aſapho item Levitæ & Cantori. PROPHETA. 1 *Voce mea clamavi ac imploravi Dominum, voce, inquam, meâ ad Deum emiſſâ; & ipſe mihi toto affectu clamanti aurem præbuit, ac benignus attendit. 2 In tempore afflictionis meæ Deum exquiſivi, ac ad eum confugi: 3 noctu quoque manibus meis extenſis coram eo aſſidue: & non me fefellit ſpes, quam in eo ego collocaveram. 4 Anima mea noluit conſolationem ullam admittere extra Deum: 5 recordatus ſum miſericordiæ Dei; ac lætatus ſum: 6 ac cogitabundus memetipſum exercui, meditando grandia mala mea: & propter timiditatem animus me defecit. * 7 Oculi mei præ inſomnio ante omnes nocturnarum cuſtodiarum horas vigilare cœperunt ab exordio ipſo noctis: 8 turbatus ſum ac obſtupui in me ipſo adeo,*

* *Pauſatio* &c.

✠ 9. † 9 Cogitavi dies antiquos:
Pſ.CXLII.5. † 10 ✠ &: annos aeternos ✠ in mente habui * &: meditatus ſum:
11 nocte cum eocde meo ✠ &: exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.
† 12 Numquid in aeternum projiciet Deus?
13 aut non ✠ apponet: ut complacitior ſit adhuc?
† 14 aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem?
† 15 aut obliviſcetur miſereri Deus?
16 aut continebit in ira ✠ ſua: miſericordias ſuas?

DIAPSALMA.

† 17 Et dixi ✠ *Nunc: coepi*;
18 *haec mutatio, dexterae Excelſi.*
† 19 Memor ſui operum Domini:
20 quia memor ero ab initio mirabilium tuorum:
✠. 21. Pſ.CXLII.5. † 21 & meditabor in omnibus operibus tuis:
22 & in adinventionibus tuis exercebor.
† 23 Deus, in ſancto via tua:
24 quis deus magnus ſicut Deus ✠ noſter:?
25 Tu es Deus, qui facis micabilia:
† 26 notam feciſti in populis virtutem tuam:
✠. 27. Exod.VI.6. 27 redemiſti in brachio ✠ tuo: populum tuum
28 filios Jacob & Joſeph.

DIAPSALMA.

✠. 29. Pſal. CXIII. 3. † 29 Viderunt te aquae, Deus;
30 viderunt te aquae & timuerunt:
✠. 31. Habac. III. 10. † 31 & turbatae ſunt abyſſi, * multitudo ſonitûs aquarum:
✠. 32. Habac. III. 11. 32 vocem dederunt nubes: etenim ſagittae tuae tranſeunt;
33 vox tonitrui tui in rota:
✠. 33. Exod. XIV. 24. 25. † 34 illuxerunt coruſcationes tuae orbi ✠ terrae:
35 commota eſt & contremuit terra.
† 36 In mari, via tua;
37 & ſemitae tuae, in aquis multis:
38 & veſtigia tua non cognoſcentur.
✠. 39. Pſ.LXXVII. 52. † 39 deduxiſti ſicut oves populum tuum in manu Moyſi & Aaron.

adeo, ut nec loqui jam cum aliis. 9 Recogitavi dies antiquos, quibus Deus eripuit ſuos a malis: 10 ac recordatus ſum annorum per omnia retrò ſæcula præteritorum: ac meditatus ſum beneficia Dei priſcis patribus collata: 11 ac noctu in corde meo multis aſſiduiſque exercitabar cogitationibus; ac quaſi ſarrirem herbas in agro, ità frequenter retractabam cogitationes ſpiritus mei, ac ventilabam ac inveſtigabam hac; 12 nempe ita apud me dicendo: Ergone Deus nos projiciet ac deſeret in æternum? 13 aut adhuc ultra non addet, ut nobis repropitietur, & fiat nobis complacitior? 14 aut conſuetos effectus miſericordiæ ſuæ a nobis recidet in perpetuum per generationes omnes & ſequentia ſæcula? 15 aut obliviſcetur (ut ita dicam) miſereri noſtri Deus? 16 aut præ ira ſua retinebit effectus miſericordiæ ſuæ, ne eos effundat in nos? * 17 *Sed & poſt diutinas illas meditationes meas, tandem dixi:* Nunc quidem cœpi ſentire imbecillitatem meam, & mihi dolores adſunt: 18 ſed erit tamen viciſſitudo & commutatio afflictionis in conſolationem ab omnipotente dextera Dei altiſſimi. 19 *Recordatus ſum operum tuorum Domine, quæ olim geſſiſti erga afflictos, mei ſimiles: 20 quia & memor ero admirabilium tuorum ab initio mundi factorum: 21 ac de omnibus operibus tuis meditabor: 22 ac in adinventionibus & conſiliis tuis commemorandis me exercebo. 23 O Deus, via ac ratio omnis operationum tuarum cum ſanctitate eſt, atque ſanctiſſima: 24 ecquis ex falſis diis Gentium magnus eſt, ſicut tu Deus noſter? 25 Tu ſolus verus es Deus, qui vi & naturâ tuâ facis mirabilia: 26 qui oſtendiſti potentiam tuam in populis Aegyptiis: 27 & veluti brachio potentiæ tuæ redemiſti ex Aegyptiâ ſervitute populum tuum, 28 poſteros ſcilicet Jacobi patriarchę, ejuſque filii Joſephi. * 29 Tunc temporis viderunt (ut ita dicam) te aquæ maris Rubri; 30 viderunt te, inquam, & quodammodo timuerunt: 31 ac commotę ac conturbatę ſunt ejuſdem maris Rubri abyſſi, & multitudo ſonantium ac perſtrepentium aquarum ſeſe dividentium, ac murorum inſtar ſe congregantium in medio mari: 32 & juſſu tuo ſonitum tonitruorum dederunt nubes; ac ſagittę fulminum tuorum undique diſcurrebant: 33 ac ſonus tonitrui impetum fecit in rota curruum Aegyptiorum, qui & ferebantur in profundum maris: 34 apparueruntque fulgura tua orbi: 35 & concuſſa & contremebunda facta eſt terra illa. 36 Fuit tunc ſanè grandi miraculo a te aperta via in mari: 37 & a te factę ſunt ſemitæ tuæ in aquis multis: 38 & veſtigia illa viarum tuarum non cognoſcentur ampliùs, reductâ confeſtim aquâ ad locum ſuum. 39 ſic mirabiliter iter feciſti populo tuo egreſſo ab Aegypto per ductum ac miniſterium Moſis & Aaronis.*

* *Pauſatio &c.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantillaæ inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS. 1 MIrabilium omnium operator immenſe Deus, qui quondam aquas in aſpectu tuo aſſiſtentes deinceps in vina mutaſti; te humiliter imploramus, ut ſuſceptâ voce clamoris noſtri, miſericordiam nobis, quam nunquam obliviſceris, largiaris. Qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula.

Brev. Mozarab. fol. 172. *De Paſſione Domini.* 2 IN die tribulationis noſtrae Domine precem, quam effundimus, ſuſcipe; & extenſis in nocte manibus, quae deſideramus, intellige: occurre animabus noſtris optimus conſolator; & indulgentiali favore exiſte redeptor: & qui nos acquiſiſti paſſione voluntariâ; erue nos de laqueo venantis invictâ potentiâ. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

Fol. 225. 3 OMnipotens ac mirabilis Domine, tu es qui facis mirabilia ſolus; & tu regnas in aeternum: ne obliviſcaris noſtri; nec humanis dejiciamur in laudibus; ſed in te, in quo ſumma eſt gloriatio, tui memores delectemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

4 Tu

fol. 127. *De Paſſione Domini.* 4 TU es Deus, qui facis mirabilia ſolus: occurre animabus noſtris optimus conſolator: & indulgentiali favore exiſte redemptor: & qui nos acquiſiſti paſſione voluntariâ, erue nos de laqueo venantis invictâ potentiâ. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 43. 141. 146. 5 PRecamur Domine, ut tuâ nos non repellas à propitiatione; ſed obtinendae miſericordiae adhuc tempus appone: ut dextera, quae fuit vindex in ultione facinorum; ipſa ſit nobis contritis in remedium ſempiternum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

LXXVII.

Intellectus Aſaph.

BEDA.

Senſus myſticus. Aſaph *prædiximus* Synogogam, *id eſt* Collectionem, *interpretari: ſed quia* Intellectum *præmiſit, fidelem hic Synagogam loqui poſſe declaravit.*

In prima parte pſalmi duo tantùm verſiculi perſonæ Domini mancipantur; ut reverentia creſceret dictorum, quibus ipſe Rex pepuliſſet initium: Attendite popule meus legem meam. *Secunda parte latiùs loquitur* Aſaph, *imputans Judæis, quòd beneficiis Domini ingrati, corde pravo ejus juſſa contempſeriat:* (Quanta audivimus & cognovimus ea.) *Tertiâ enumerat, quanta munera Deus Iſraëli præſtiterit; nec tamen ille murmurare deſierit:* Coram patribus eorum fecit mirabilia. *Quarta dicit, qualis in eis vindicta provenerit; qualiterque ſit miſeratione Domini mollita ſententia:* Ideò audivit Dominus (& diſtulit.) *Quintâ, propter murmurationes eorum vindicatum in eis eſt; ſed iterum ad ſupplicationem Domini, cognoſcentes ejus magnalia, redierant:* Adhuc eſcae eorum erant in ore ipſorum. *Sextâ, denuo illi loquuti doloſè & errores ſolitos ſunt ſequuti; nec tamen eos miſericordia Dei, ut meruere, diſperdidit:* Et dilexerunt eum in ore ſuo, *& reliqua. Septimâ dicit, quomodò Dominum concitaverint in deſerto; cùm tamen propter ipſos Ægyptus ſacris aſſicia:* Quoties exacerbaverunt eum in deſerto? *& reliqua. Octavâ, beneficiis Domini relatis, Judaicæ obſtinationis culpa ſubjungitur:* Et abſtulit ſicut oves populum ſuum, *& cætera. Nonâ, ultio graviſſima ſubſequitur; itaut populo captivo Tabernaculum* Silo *abjecerit, poſtque montem* Sion *&* David *regem (de cujus ſemine Chriſtus ſalutaris medicus adveniret) elegerit:* Audivit Deus & ſprevit.

Euſebius Cæſarienſis. *Diſtincta narratio Chriſti ad Eccleſiam de prioris populi tranſgreſſione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✱ Card. Thomaſ. *Virtutis ſtudia, legiſque cuſtodiam Propheta populo commendans, hunc Pſalmum compoſuit; in quo monet, ut Deum reverenter metuant, qui ſenſiones legis ſua beneficiorum largitate praevenerit; ut hi, qui jam erant obnoxii, facilius ſubterrentur. Extremò hortatur, ut ſervent intentâ mente concordiam.* Aliter, vox Chriſti de Judæis.

Feria V. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Aſaphi. Iaruit in eo, ut ſervent mandata Domini, & ne ſint, ut Patres eorum, verſ. 161.*

Pſalt. Arab. *Concio ad populum, & numerus verſ. 057.*

PSALMUS HISTORICUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 ATTENDITE POPULE MEUS LEGEM MEAM:
2 inclinate aurem veſtram in verba oris mei.
℣. 2. Pſ. XLVIII. 5. Mat. XIII. 35. † 3 aperiam in parabolis os meum:
4 loquar propoſitiones ab initio,
† 5 quanta audivimus & cognovimus ✝ ea:
6 & patres noſtri narraverunt nobis;
† 7 non ſunt occultata à filiis eorum in generatione altera:
† 8 narrantes laudes Domini
9 & virtutes ejus
10 & mirabilia ejus quae fecit.
† 11 ✝ Et: ſuſcitavit teſtimonium in Jacob:
12 & legem poſuit in Iſrael:
℣. 14. Deuter. IV. 10. VI. 7. XI. 19. † 13 quanta mandavit patribus noſtris,
14 nota facere ea filiis ſuis,
15 ut cognoſcat generatio altera.
† 16 Filii qui naſcentur,
17 ✝ &: exſurgent, & narrabunt filiis ſuis;
† 18 ut ponant in Deo ſpem ſuam;
19 & non obliviſcautur operum Dei;
20 & mandata ejus exquirant:
℣. 22. Deuteron. XXXII. 5. † 21 ne fiant ſicut patres eorum,
22 generatio prava & exaſperans;
† 23 generatio quae non direxit cor ſuum;
24 & non eſt creditus cū Deo ſpiritus ejus.

filii

Pſalmus plenus eruditionis, & intelligentiæ rerum, quæ populo Dei olim contigerunt, inſpiratus Aſapho Levitæ & Cantori. PROPHETA. 1 *Attendite animos ad doctrinam hanc meam ò populares mei:* 2 *præbete aurem veſtram vacuam meis his verbis audiendis:* 3 *aperiam enim os meum ad loquendum ea, quæ parabolæ ſunt & ſimilitudines atque figuræ rerum futuri temporis:* 4 *& de corde meo eructabo & eloquar, quæ ænigmatica erant & abſcondita ab initio uſque, & primâ conſtitutione mundi:* 5 *& ea, quæcumque eloquar, quæ nos audivimus & cognovimus:* 6 *& nobis narraverunt patres noſtri;* 7 *a quibus non ſunt occultata poſteris ſuis ſubſecuturis in aliâ progenie:* 8 *qui nos, inquam, audivimus & cognovimus, annunciantes & enarrantes laudes Domini,* 9 *& potentias ejus,* 10 *& ejuſdem mirabilia opera, quæ fecit.* 11 *Igitur Deus ſurgere fecit & conſtituit filiis Jacobi patriarchæ conteſtationem voluntatis ſuæ, ſive jubentis, ſive prohibentis:* 12 *& legem ipſe poſuit in populo Iſraelitico:* 13 *quæ omnia ita mandavit patribus noſtris,* 14 *ut ſimul quoque illi ea nota facerent filiis ſuis,* 15 *ut poſſet etiam eo cognoſcere ſubſequens futura progenies.* 16 *Filii itaque naſcituri,* 17 *& exſurgent in locum antiquorum, ac conſimiliter eo narrabunt filiis ſuis;* 18 *ut ſpem ſuam ponant in Deo;* 19 *& non obliviſcantur admirabilium operum Dei;* 20 *illiuſque mandata cuſtodire ſeduló quærant:* 21 *ac non ſint, ſicut fuerunt patres eorum,* 22 *nempe generatio diſtorta ac perverſa ac exacerbans, ac ad iracundiam provocans Deum:* 23 *generatio ſcilicet, quæ non præparavit ad rectitudinem cor ſuum, ipſumque cor ſuum rectum non fecit:* 24 *ac cujus ſpiritus non fuit fidelis ac firmus cum Deo, eique conſtanter non adhæſit.*

quemad-

Digitized by Google

† 25 filii Ephrèm intendentes & mittentes arcum,
26 converſi ſunt in die belli.
† 27 non cuſtodierunt teſtamentum Dei:
28 & in lege ejus noluerunt ambulare:
† 29 & obliti ſunt benefactorum ejus
30 & mirabilium ejus quae oſtendit eis.
† 31 Coram patribus eorum fecit mirabilia
32 in terra AEgypti in campo Taneos.
℣. 33. Exod. XIV. 21. 22. † 33 Interrupit mare, & perduxit eos:
34 & ſtatuit aquas quaſi in utre.
℣. 34. Exod. XV. 8. † 35 & deduxit eos in nube diei;
℣. 35. 36. Exod. XIII. 21. 36 & totâ nocte in illuminatione ignîs.
℣. 37. Exod. XVII. 6. Numer. XX. 11. † 37 interrupit petram in eremo:
38 & adaquavit eos, velut in abyſſo multâ.
† 39 & eduxit aquam de petra:
40 & eduxit tamquam flumina aquas.
† 41 Et appoſuerunt adhuc peccare ei:
42 in iram excitaverunt Excelſum in inaquoſo.
℣. 43. 44. Exod. XVI. 2. Numer. XI. 4. 5. 6. † 43 & tentaverunt Deum in cordibus ſuis,
44 ut peterent eſcas animabus ſuis:
† 45 & malè locuti ſunt de Deo:
46 dixerunt; *Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?*
† 47 *quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquae;*
48 *& torrentes inundaverunt:*
† 49 *numquid & panem poterit dare?*
50 *aut parare menſam populo ſuo?*
† 51 Ideo audiuit Dominus & diſtulit:
℣. 52. Num. XI. 1. 52 & ignis accenſus eſt in Jacob;
53 & ira aſcendit in Iſrael.
† 54 quia non crediderunt ÷ in: Deo:
55 nec ſperaverunt in ſalutari ejus.
† 56 & mandavit nubibus deſuper:
57 & januas caeli aperuit:
℣. 58. Exod. XVI. 14. † 58 & pluit illis manna ad manducandum:
℣. 59. Exod. XVI. 4. Pſ. CIV. 40. Johan. VI. 31 I. Corinth. X. 3. 59 & panem caeli dedit eis.
† 60 panem Angelorum manducavit homo:
61 cibaria miſit eis in abundantia.
℣. 62. 63. Num. XI. 31. 62 Tranſtulit Auſtrum de caelo;
63 & induxit in virtute ſua Africum:
† 64 & pluit ſuper eos ſicut pulverem carnes:
65 & ſicut arenam maris, volatilia pennata.
† 66 & ceciderunt in medio caſtrorum eorum
67 circa tabernacula eorum.

& man-

25 quemadmodum fuerunt Ephraimitæ ex tribu Ephraim:
qui licèt periti eſſent artis bellicæ, ac ſtrenui in tendendo
arcum, ac in emittendo ſagittas ex eo; 26 ignaviter ta-
men terga verterunt, ac converſi ſunt in fugam in die
belli: 27 eo quòd non obſervaſſent pactum Dei; 28 ac ſe-
cundùm legem ejus incedere ac vivere noluiſſent; 29 ac
obliti fuiſſent beneficiorum ejuſdem Dei, 30 ac illorum
mirabilium, quæ ipſe Deus oſtenderat eis. 31 Qui
Deus coram patribus eorum fecit mirabilia ſigna atque
prodigia 32 in terra Ægyptia, in regione præſertim
ac campo regiæ civitatis Taneos. 33 Tunc temporis
diſcidit mare Rubrum; ac per illud ſicco veſtigio tra-
duxit eoſdem antiquos patres noſtros: 34 ac ſtare fecit
aquas maris inſtar acervi ac muri coagregatas in unum,
ac quaſi in aliquo utre concluſas. 35 ac inde eos con-
duxit per ignotam viam deſerti, duce columnâ nubis
per diem, cujus umbrâ contecti non lædebantur à ſolis
ardore, 36 & cum luce ejuſdem columnæ, quæ per
totam noctem ignea ac ardens apparebat. 37 in ipſo
deſerto, nempe in Raphidim, duobus menſibus ab exitu
de Ægypto diſcidit petram: 38 & ex ea aquarum
potum dedit eis copioſiſſimè velut ex magna profundita-
te aquarum: 39 & ita ex arida petra aquam eduxit:
40 ac inde deduxit aquas tamquam flumina copioſas.
41 Et poſt tot tantaque beneficia illi patres noſtri addi-
derunt ultrà peccare contra Deum: 42 & in terra il-
la invia & ſine aqua exacerbaverant, ac ad iram pro-
vocaverunt altiſſimum Deum. 43 in eo deſerto, cùm
eſſent ad Sepulchra concupiſcentiæ poſt annum integrum
ab egreſſu ex Ægypto, in cordibus ſuis tentaverunt
& exploraverunt Deum, quantum poſſet facere: 44 ten-
taverunt autem, eſcas carnium petendo, ut ſatiarent
cupiditates ſuas: 45 ac locuti ſunt contra Deum; 46
atque dixerunt: Numquid Deus poterit nobis ap-
parare menſam carnium in hac ſolitudine? 47 Quo-
niam autem Deus percutere fecit per Moſen petram
in Raphidim, *&* ex ea fluxerunt aquæ; 48 & inun-
daverunt inde torrentes aquarum: 49 num ideirco
etiam poterit hoc loci panem & alium quemlibet ci-
bum ſuppeditare nobis? 50 aut poterit apparare
hic menſam carnium populo ſuo? *51 Audivit hæc*
tentantium murmura Deus; & diſtulit ac procraſtina-
vit per integrum menſem imponere illis plagam, ac
pœnam graviorem: 52 tum & accenſus eſt ac exarſit
ignis contra illos poſteros Jacobi; 53 & punitio ex juſta
ira Dei aſcendit in illum populum Iſraeliticum: 54
propterea quòd non crediderint omnipotentiam Dei; 55
nec ſpem habuerint & fiduciam de obtinenda ſibi ab eo
ſalute. 56 quamquam ac ante id temporis, in eadem ſoli-
tudine præcepiſſet nubibus ſuper eos in aere pendentibus;
57 ac veluti portas in aereo cælo aperuiſſet; 58 & per
eas pluiſſet ſuper eos manna (quod erat tamquam ſemen Exod. XVI.
coriandri album, & ſpecie ſicut cryſtallum) at ipſam 31. Num. XI.
manam comederent contritum & coctum, ſuave quaſi 8. ſecundum
laganum ex oleo cum melle: 59 & hujuſmodi triticum, LXX. Interpr.
unde panis fieret, non è terra productum, ſed è cælo
aereo decidens, præſtitiſſet eis. 60 quo ſanè tempore
homo comedit panem, Angelorum miniſterio paratum;
& nutritus eſt [ut ita dicam] Angelicâ eſcâ ſine labo- Sapien. XVI
re, omne delectamentum in ſe habente, ac omnis ſapo- 20.
ris ſuavitatem: 61 quas Angelicas eſcas abundanter
quotidie mittebat eis Deus. 62 Porrò murmurante po-
pulo, & Deum tentante, ut dicebatur, abſtulit
Deus de aereo cælo ventum auſtralem ad Orientem, hoc
eſt Eurum: 63 & fortitudine ſuâ induxit ventum
Africum verſus Occidentem; qui ventus abreptas trans
mare Rubrum coturnices majores, detulit eas ac pro-
jecit in caſtra populi, conſtituta in deſerto. 64 ſicque
in modum pluviæ deſcendere fecit ſuper eos ejuſmodi co-
turnicum carnes, tam ſpiſſas, quàm ſpiſſus eſt pulvis
turbine ſublatus in altum: 65 ac quaſi arenam maris,
innumerabiles deſcendere fecit per integrum menſem
volucres pennatas: 66 quæ & volando in aere duorum
cubitorum altitudine ſuper terram, deciderunt in medio
caſtrorum illorum, 67 & in circuitu tentoriorum il-
lorum

† 68 & manducaverunt & ſaturati ſunt nimis:
69 & deſiderium eorum attulit eis:
70 non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.
ỳ. 71. Num.XI.33. † 71 Adhuc eſcae eorum erant in ore ipſorum,
72 & ira Dei aſcendit ſuper eos.
† 73 & occidit pingues eorum:
74 & electos Iſraël impedivit.
ỳ. 75. Numer.XIV. XVI. XVII. 13. † 75 In omnibus his, peccaverunt adhuc:
76 & non crediderunt ✝ in: mirabilibus ejus.
† 77 & defecerunt in vanitate dies eorum;
78 & anni eorum, cum feſtinatione.
† 79 Cùm occideret eos, quaerebant eum:
80 & revertebantur & diluculò veniebant ad eum:
† 81 & rememorati ſunt quia Deus adjutor ✝ eſt: eorum;
82 & Deus excelſus redemptor eorum eſt.
† 83 & dilexerunt eum in ore ſuo:
84 & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei.
† 85 cor autem eorum non erat rectum cum eo.
86 nec fideles habiti ſunt in teſtamento ejus.
† 87 Ipſe autem ✝ eſt: miſericors:
88 ✝ &: propitius fiet peccatis ✝ eorum: & non diſperdet ✝ eos:
89 & abundavit ut averteret iram ſuam:
† 90 & non accendit omnem iram ſuam.
91 & recordatus eſt quia caro ſunt,
† 92 ſpiritus vadens & non rediens.
93 Quoties exacerbaverunt eum in deſerto?
† 94 in iram concitaverunt eum in inaquoſo?
ỳ. 95. Numer.XIV. 22. 95 & converſi ſunt & tentaverunt Deum:
† 96 & Sanctum Iſraël exacerbaverunt:
97 non ſunt recordati manûs ejus,
† 98 die quâ redemit eos de ✝ manu: tribulantis:
99 ſicut poſuit in AEgypto ſigna ſua,
† 100 & prodigia ſua in campo Taneos.
ỳ. 101. Exod. VII. 20. 101 Et convertit in ſanguinem flumina eorum
† 102 & imbres eorum, ne biberent.
ỳ. 103. Exod. VIII. 24. 103 miſit in eos coenomyam, & comedit eos:
ỳ. 104. Exod. VIII. 6. † 104 & ranam, & diſperdidit eos.
† 105 & dedit aerugini fructus eorum;
ỳ. 106. Exod. X. 13. 106 & labores eorum locuſtae.
† 107 & occidit in grandine vineas eorum;
ỳ. 107. Exod.IX.23. 108 & moros eorum in pruina.
† 109 & tradidit grandini jumenta eorum;
110 & poſſeſſionem eorum igni.

miſit

larum, itinere quantum uno die confici poteſt. 68 ac ita, ut deſideraverant, comederunt carnes in ea ſolitudine per integrum menſem: hiſque ſaturati ſunt valdè uſque ad nauſeam & cruditatem. 69 ac ſic Deus attulit eis quod deſideraverant; 70 & ipſi non fuerunt defraudati atque privati re, quam concupiverant; quò, antequam perirent, viderent poſſe Deum parare menſam carnium etiam in loca deſerto. 71 Cùm autem adhuc ejuſmodi carnes eſcæ coturnicum eſſent in ore ipſorum, 72 & ecce menſe elapſo, dilata ac procraſtinata punitia ira Dei aſcendit ſuper eos: 73 & occidit plurimos ex opulentioribus, & iis, qui carnium carnium eſuſe ſe benè pinguefecerant: 74 ac lectiſſimos præcipuoſque viros Iſraelis, quaſi injectis compedibus ligavit, ne in terram promiſſam aſcenderent, cùm eos proſtravit mortuos in eodem ipſo deſerto. 75 Poſt hæc omnia, ſive miracula ſive ſupplicia, peccaverunt illi adhuc ultra: 76 & fidem ac fiduciam non habuerunt in Deum poſt tot tantaque mirabilia opera ejus. 77 & propterea defecerunt ac conſumpti ſunt dies vitæ illorum vanè; ac inutiliter vixerunt, laboreque inani, non adeptâ terrâ promiſsâ, ad quam tendebant: 78 & anni eorum velociter defecerunt, cùm intra annos XL. [exceptis Joſue ac Caleb] mortuus ſit in deſerto totus ille exercitus ſexcentorum milium peditum. 79 Quando autem Deus plures ex eis occidebat, tunc alii eum quærebant & implorabant: 80 ac ad eum convertebantur; & ſtatim ab ipſo diluculo veniebant ad ejus tabernaculum: 81 ac recordabantur quòd Deus eſſet adjutor eorum; 82 & quòd Deus altiſſimus pugnaſſet pro ipſis, ac redemptor eorum fuiſſet ex Ægyptiâ ſervitute. 83 ſed & tunc dilexerunt eum ore ſuo tantùm, non corde & animo: 84 & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei, animo ficta & ſimulata pœnitentiæ & reſipiſcentiæ in poſterum verba promentes: 85 cor autem eorum non erat rectum & ſincerum erga eum: 86 nec fuerunt fideles & conſtantes in pacto, quod pepigerant cum illa de præceptis ejus obſervandis. 87 At ipſe Deus eſt miſericors; 88 ac propitiabitur peccatis eorum, eoſque penitus non perdet. 89 idcircò multus & frequens in ea fuit, ut averteret ab eis indignationem ſuam: 90 & non excitavit ac accendit totam iram ſuam: 91 ſed quaſi recordatus eſt, quòd caro eſſent, & res infirma ac obnoxia peccatis; 92 & quòd eſſent ut ventus, qui tranſit ac non revertitur; haberentque animum ſpiritualem, qui ubi hinc abiverit, vi ſuâ huc ampliùs non revertitur. 93 Quoties illi Deum provocaverunt ad iram in deſerto illo? 94 quoties irritaverunt eum in terra illa ſolitaria & ſine aqua? 95 nam & reverſi ſunt ad ingenium & ad priſtinos mores; rurſumque tentaverunt Deum: 96 ac ad iracundiam concitaverunt eum, qui ſanctificat Iſraelem, limitantes potentiam ejus, quaſi non omnia poſſet facere, quæ vult. 97 neque enim recordati ſunt admirandi operis ejuſdem Dei, 98 quod fecerat eo tempore, quo redemit eos de vi & poteſtate Pharaonis, qui eos tribulabat; 99 ac non ſunt recordati, quomodo poſuit Deus ſigna illa admiranda ſua in Ægypto; 100 & quomodo ibi poſuit prodigia ac oſtenta ſua in regione regalis civitatis Taneos: 101 Ibi namque Deus convertit & mutavit in ſanguinem fluvios Ægyptiorum: 102 ac eorum rivos & aquas vel naturâ vel arte emanantes, ac ab imo ebullientes, item mutavit in ſanguinem, ut non eas biberent Ægyptii. 103 qui emiſit in eos muſcam caninam ac omne genus muſcarum, quæ momorderunt eos: 104 ranaſque immiſit, quæ diſperdiderunt eos. 105 qui & dedit brucho atque rubigini, hoc eſt vitio nimii ac morboſi humoris, corrumpendos fructus terræ eorum: 106 atque ſegetes eorum, in quarum cultura laboraverant, locuſtæ dedit conſumendas. 107 qui & perdidit grandine vineas eorum: 108 atque ſycomoros eorum perdidit frigore ac glacioſâ pruinâ. 109 qui & tradidit grandini jumenta ac paſcua eorum perdenda: 110 eorumque ſubſtantiam, atque pecora tradidit igni, qui mixtus grandini decidebat, comburens omnia.

qui

† 111 miſit in eos iram indignationis ſuae
112 indignationem & iram & tribulationem,
113 immiſſiones per angelos malos.
† 114 viam fecit ſemitae irae ſuae:
115 & non pepercit à morte animabus eorum:
℣. 116. Exod. IX. 6.
116 & jumenta eorum in morte concluſit.
℣. 117. Exod. XII. 29.
† 117 & percuſſit omne primogenitum in ✠ terra: AEgypti,
118 primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
℣. 119. Pſ. LXXVI. 21.
† 119 Et abſtulit ſicut oves populum ſuum:
120 & perduxit eos tamquam gregem in deſerto:
† 121 & deduxit eos in ſpe; & non timuerunt:
℣. 122. Exod. XIV. 27. 28. XV. 10.
122 & inimicos eorum operuit mare.
† 123 & induxit eos in montem ſanctificationis ſuae,
℣. 124. Pſ. XLIII. 4.
124 montem quem acquiſivit dextera ejus.
† 125 & ejecit à facie eorum gentes:
℣. 126. Joſue XIII. 7.
126 & ſorte diviſit eis ✠ terram: in funiculo diſtributionis.
† 127 & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael.
† 128 Et tentaverunt & exacerbaverunt Deum excelſum:
129 & teſtimonia ejus non cuſtodierunt.
† 130 & averterunt ſe & non ſervaverunt pactum, quemadmodum patres eorum.
131 converſi ſunt in arcum pravum.
† 132 in iram concitaverunt eum in collibus ſuis:
133 & in ſculptilibus ſuis ad aemulationem eum provocaverunt.
† 134 Audivit Deus, & ſprevit
135 & ad nihilum redegit valdè Iſrael.
℣. 136. I. Reg. IV. 4. Jerem. VII. 12.
† 136 & repulit tabernaculum Silo,
137 tabernaculum ✠ ſuum: ubi habitavit in hominibus.
℣. 138. 139. I. Reg. IV. 10. 11.
† 138 & tradidit in captivitatem virtutem eorum;
139 & pulchritudinem eorum in manus inimici.
† 140 & concluſit in gladio populum ſuum:
141 & hereditatem ſuam ſprevit.
† 142 juvenes eorum comedit ignis:
143 & virgines eorum non ſunt lamentatae:
℣. 144. I. Reg. IV. 11.
† 144 ſacerdotes eorum in gladio ceciderunt:
145 & viduae eorum non plorabantur.
† 146 Et excitatus eſt tamquam dormiens Dominus,
147 tamquam potens crapulatus à vino:
† 148 & percuſſit inimicos ſuos in poſteriora:
149 opprobrium ſempiternum dedit illis.
† 150 Et repulit tabernaculum Joſeph:
151 & tribum Ephraim non elegit:
† 152 ſed elegit tribum Juda,
153 montem Sion quem dilexit.

& acdi-

111 qui emiſit in eoſdem Aegyptios ſeveram punitionem juſti furoris ſui, 112 flagella magna indignationis ac iræ ſuæ, omnigenam tribulationem atque anguſtiam, 113 atque alia mala, quæ in eos immittebat per malos angelos, qui eis maleficerent affligendo. 114 qui Deus aperuit adhuc ulteriùs ſemitam eidem iræ ſuæ: 115 atque non abſtinuit à morte inferenda animalibus illorum: 116 atque pecora eorum in morte comprehendit ac occidit. 117 atque percuſſit in terra Aegyptia omne primogenitum, 118 hoc eſt, primitias omnis doloris partûs matrum, ac laboris patrum, qui erant in illis habitaculis Aegyptiorum, prognatorum ab impio Cham tertio filio Noë. 119 Et Deus tunc ex Aegypto abſtulit velut oves populum ſuum: 120 eoſque minavit ſicut gregem per deſertum Arabiæ: 121 & duxit eos per viam cum bona ſpe ac fiducia intrandi in terram promiſſam; qui & non timuerunt ampliùs Aegyptios: 122 nam hos inimicos ipſorum mare cooperuerat ac abſorbuerat; 123 qui Deus adduxit poſtea eumdem populum ſuum in terram montuoſam Palæſtinæ, quam ſibi peculiariter ſanctificaverat, 124 ac in montem Sion; quem eidem populo ſuo acquiſivit poſſidendum omnipotens dextera ipſius Dei. 125 qui & ejecit a præſentia eorumdem patrum noſtrorum ſeptem gentes ac populos, Hethæos, Gergezæos, Amorrhæos, Chananæos, Pherezæos, Hevæos, & Jebuſæos: 126 ac terram illam illis patribus noſtris per ſortem diviſit per funiculum menſorium, quo menſurari ſolet ac diſtribui terra: 127 ac in illorum priorum populorum Chananæorum habitaculis habitare fecit duodecim tribus Iſraelis. 128 In terra autem hac ſancta habitantes iidem patres noſtri peccaverunt etiam; & provocaverunt ad iram Deum altiſſimum, 129 ac præcepta, quæ teſtantur quid ipſe velit aut vetet, non obſervaverunt. 130 atque averterunt ſe a Deo; ac non obſervaverunt pactum cum eo initum, uti non ſervaverant antiquiores patres eorum: 131 ſeſeque perverterunt ad inſtar arcus diſtorti: atque non rectè ſe geſſerunt erga Deum: 132 ad iram eum provocaverunt in collibus ac excelſis locis ſuis, ubi ſacrificabant idolis: 133 & per ſculptas ſtatuas, quas ut Deos colebant, veluti ad æmulationem provocaverunt eum ac ad indignationem maximam. 134 Audivit Deus hæc tam nefanda ſcelera; ac deſpexit. 135 atque pro nihilo habuit ac projecit vehementer Iſraelem: 136 & reliquit tabernaculum illud ſuum, quod erat primitùs in Silo; 137 tentorium illud ſcilicet, quod tempore Moſis velati habitaculum ſuum habuerat inter homines. 138 ac permiſſu ſuo tradidit in captivitatem Philiſthæorum Arcam Fœderis, quæ erat velut fortitudo Iſraelitarum, unde ſibi videbantur invicti: 139 & hanc Arcam, quæ erat pulchrum decus eorum, tradidit in manus hoſtis. 140 ac concluſit ſub gladio ac cæde populum ſuum: 141 illumque, quem veluti peculiarem ac hæreditarium poſſidebat, deſpexit. 142 tunc juvenes eorum devoravit, ceu ignis, gladius ac bellum: 143 ac virgines eorum occiſas nemo funebribus lamentationibus luxit, cùm commune eſſet malum in cunctis: 144 ſacerdotes eorum Ophni ac Phinees, filii Heli, gladio occiſi, ceciderunt in bello: 145 ac viduæ eorum mortuæ non plorabantur de more, cum nemo eſſet qui ſuos mortuos lugeret. 146 Attamen poſtea Dominus, quaſi fuiſſet eo uſque dormiens, evigilavit quodammodo contra hoſtes ſuos: 147 & quaſi fortis aliquis, qui antè fuiſſet vino repletus atque exhilaratus, fortiter inſurrexit in eos: 148 & percuſſit illos inimicos ſuos Philiſthæos in poſterioribus ac ſecretioribus partibus natium: 149 atque hac plaga infami opprobrium, quod in ſempiternum eluere non poterunt, dedit eis. 150 Et repulit quidem tabernaculum illud ſuum, quod erat in Silo urbe Ephraimitarum, qui erant a Joſepho prognati; 151 ac tribum illam Ephraim non elegit ad Arcam Fœderis conſervandam; 152 ſed ad id rei elegit tribum Juda, 153 ac montem Sion, quem ipſe peculiariter dilexit.

154 *et in*

† 154 & aedificavit ſicut unicornium Sanctificium ſuum

155 in terra quam fundavit in ſaecula.

℣. 156. I. Reg. XVI. 1. 12. † 156 Et elegit David ſervum ſuum:

157 & ſuſtulit eum de gregibus ovium,

℣.157.158. II. Reg. VII. 8. 158 de poſt foetantes accepit eum;

† 159 paſcere Jacob ſervum ſuum,

℣.159.160. II. Reg. V.2. 160 & Iſraël hereditatem ſuam.

† 161 Et pavit eos in innocentia cordis ſui:

162 & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

154 & in eo monte ædificavit Sanctuarium ſuum exceſſum forte ac unicum in ſimilitudine unici cornu unicornium, 155 in hac ſcilicet Judæ terra Hieroſolymitana, quam fecit ut eſſet fundamentum ejuſdem Sanctuarii, ad multa ſæcula duraturi. 156 Et elegit Davidem ſervum ſuum; 157 & aſſumpſit eum de gregibus ovium quas cuſtodiebat; 158 eumque ſequentem fœtas oves accepit 159 ad paſcendum ac regendum populum Jacobi patriarchæ ſervum ſuum; 160 ac ad paſcendum Iſraelem, quem in hæreditatem ſuam ſibi delegerat. 161 Et David pavit & rexit eoſdem Iſraelitas non cum malitia, ſed cum ſimplicitate atque ſinceritate cordis ſui: 162 ac operationibus ſuis, intelligenter prudenterque geſtis, dux eorum fuit in infeſto ac periculoſo itinere vitæ hujus.

ORATIONES.

Mss. 1 REfice nos mannae ſpiritualis alimento, opulentiſſime largitor omnipotens Deus: ut in ſenſum manuum tuarum directi, mereamur in monte adquiſito tuâ dexterâ gloriari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol.97. 2 OMnipotens immenſe & miſericors Domine; qui non totiens peccantes diſperdis, quotiens te delinquendo exaſperant peccatores; oppone irae tuae miſericordiam: & quotiens te provocamus ut ferias; totiens tibi tua pietas interveniat ut ignoſcas. ſatia nos itaque pane Angelorum; ut ejus perceptâ fortitudine, & maligni callidam verſutiam devincamus; & pateſactis caeli januis, ad numerum civium te adjuvante introeamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 97. 141. 3 EXcelſe Domine eſto adjutor noſter: ut de abundantiâ tuae virtutis repleamur ſolatio fortitudinis; & ex redundantibus gratiae tuae donis ditemur muneribus libertatis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*)

fol. 97. 124. 141. 151. 4 DEus, qui panem caeli filiis hominum tribuis, terrenumque animal Angelorum adipe paſcis; * frumentationem verbi tui nobis in abundantia tribue: eoque nos ſpirituali refice cibo, quo patres noſtros aluiſti in eremo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

* *al.* frumenti verbi tui abundantiam tribue.

fol. 141.175. 5 POnentes ſpem noſtram in te Domine, non obliviſcimur operum tuorum; cùm per juſtitiam atque clementiam mirabilis in Sanctis, & terribilis oſtenderis in impiis; qui opportuna remedia juſtis, ac debita ſupplicia recompenſas iniquis: quaeſumus itaque piiſſime Deus; ut quos * à terris hoſtibus eruis, praeceptorum luce clarifices; tentationum fluctus amovens, iter ſalutiferum pandas: Chriſti tui corpore tanquam caeleſti pane in hujus ſaeculi deſerto reficias. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* *al.* à terrenis.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. CHriſtus Dominus, qui à Paterno conſilio ad redemptionem noſtram electus eſt; de grege mortalium carnem aſſumens, paſcens Chriſtianum populum, ſive * *Supplantatorem* vitiorum, ſive mente * *Videntem Deum*; nunc Eccleſiam ſuam ſuis voluntatibus inhaerentem, in bonitate cordis ſui paſcere; & in caeleſti Jeruſalem collocare dignetur. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu ſancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

* Jacob.
* Iſraël.

LXXVIII.

Pſalmus Aſaph.

BEDA.

Senſus myſticus. *Pſalmus iſte, ſicut & ſeptuageſimus tertius, lamentatione plenus eſt: qui futura tempora velut præterita deplorat; & propter duritiam cordis ſui genti graviter affligendæ, pietatis ſtudio precatur Chriſtum Dominum ſubvenire.*

Aſaph *ſub figura fidelium pœnitentium per totum loquitur pſalmum; in prima parte numerans, quanta temporibus Antiochi pertulerit Jeruſalem populus Judæorum; ut Machabæorum liber inſinuat:* Deus venerunt gentes, *& reliqua. Secundò Dominum rogat, ſupra potentes inimicos iram effundat; & peccatis ſervorum ſuorum dignetur eſſe propitius:* Uſquequo Domine iraſceris in finem? *& reliqua. Tertiò, prophetiæ ſpiritu poſtulat, vindicari non peremptionis voto, ſed correptionis ſtudio:* Vindica Domine, *& reliqua. Arnobius in hunc pſalmum tale argumentum fecit:* LXXVIII. Pſalmus apicem anteceſſoris ſui ſecutus, lamentum ſimul * David cum oratione effundit, cujus hiſtoria dum praeteritam Phyliſthinorum caedem explanat, prophetia futuram Nabuchodonoſoris commemorat.

* *Arnobius*, Deo.

Euſebius Caſarienſis. *Prophetia de iis, quæ per Antiochum contingerunt Judæis. Hiſtoria (eſt) in Machabæis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✶ Cardin. Tomaſ. *In perſona Machabæorum canitur, qui ſub Antiocho Epiphane patrias leges, mœniaque, Patre Matathia authore, ultimis coacti malis defendere aggreſſi ſunt.* Aliter, vox Apoſtolorum Paſſionem Chriſti. Aliter, anima poenitens contra peſſimos vicinos, id eſt doemones, Deo ſupplicat.

Oo 2 Pſalt.

Pſ. ſe. Syr. *Ab Aſapho dictus de deſtructione Hieruſalem, verſ.* 29.
Pſ. ſe. Arab. *numerus verſ.* 29.
Feria V. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetæ, captivitatem terrenæ Hieruſalem deplorantis, quæ captivitas non tantùm ad illam Civitatem, quantùm ad animam, quæ ſæpe civitas ſcribitur, referenda eſt.*

PSALMUS LAMENTATIONIS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DEUS VENERUNT GENTES IN HEREDITATEM TUAM:
℣. 2. Pſ. LXXIII. 7. 2 polluerunt templum ſanctum tuum:
3 poſuerunt Jeruſalē in pomorū cuſtodiā.
† 4 poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus caeli:
℣. 5. I. Machab. VII. 17. 5 carnes ſanctorum tuorum beſtiis terrae.
℣. 6. Jerem. XIV. 16. XVI. 4. † 6 effuderunt ſanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jeruſalem; & non erat qui ſepeliret.
℣. 7. Pſal. XLIII. 14. † 7 Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris;
8 ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.
† 9 Uſquequò Domine iraſceris, in finem?
10 accendetur velut ignis zelus tuus?
℣. 11. Jerem. X. 25. † 11 Effunde iram tuam in gentes quae te non noverunt,
12 & in regna quae nomen tuum non invocaverunt:
† 13 quia comederunt Jacob: & locum ejus deſolaverunt.
℣. 14. Iſai. LXIV. 9. † 14 Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum:
15 citò anticipent nos miſericordiae tuae:
16 quia pauperes facti ſumus nimis.
† 17 Adjuva nos Deus ſalutaris noſter:
18 & propter gloriam nominis tui ✠ Domine: libera nos:
19 & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum:
℣. 20. Pſ. XLI. 11. CXIII. * 2. † 20 ne fortè dicant in Gentibus; *Ubi eſt Deus eorum?*
21 Et innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris
† 22 ultio ſanguinis ſervorum tuorum, qui effuſus eſt.
23 Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.
† 24 ſecundùm magnitudinem brachii tui,
25 poſſide filios mortificatorum.
† 26 Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum
27 improperium ipſorum, quod exprobraverunt tibi Domine.
℣. 28. Pſ. XCIV. 7. † 28 Nos autem populus tuus & oves paſcuae tuae,
29 confitebimur tibi in ſaeculum:
† 30 in generationem & generationem annunciabimus laudem tuam.

Pſalmus inſpiratus Aſapho Levitæ Cantori.
PROPHETA. 1 *O Deus venerunt gentes infide-*
les in locum hunc, quem peculiariter velut in
hæreditatem tuam delegiſti: 2 *coinquinaverunt tem-*
plum hoc ſanctum tuum: 3 *feceruntque civitatem*
hanc Hieruſalem deſolatam, ut ruſticanum tugurium
pomarii, ubi pomorum cuſtodes excubant; eamque
redegerunt in acervos lapidum. 4 *expoſuerunt ca-*
davera ſervorum tuorum te colentium, ut eſſent
eſcæ avibus volitantibus in aere cæli: 5 *dederunt*
carnes fidelium tuorum, vitæ pietatem & ſanctimo-
niam profitentium, devorandas beſtiis terræ. 6
effuderunt ſanguinem eorum abundanter quaſi aquam
in circuitu Hieruſalem; ac non erat, qui eorum ca-
davera ſepeliret, hoſte prohibente. 7 *Veluti res pro-*
broſa facti ſumus populis vicinis noſtris; 8 *& ſub-*
ſannandi ac deridendi materia facti ſumus his, qui
ſunt in circuitu terræ noſtræ. 9 *Quouſque ò Domine*
contra nos iratus erit? perpetuo ne? 10 *uſquequò*
quaſi ignis ardebit vehemens indignatio in nos tua?
11 *Effunde potiùs effectus iræ tuæ ſuper gentes, quæ*
te non cognoverunt & non crediderunt, 12 *ac ſu-*
per regna, quæ non invocaverunt & imploraverunt
divinum numen tuum: 13 *nam iſtiuſmodi gentes*
conſumpſerunt progeniem Jacobi; ac locum ejus in
ſolitudinem redegerunt. 14 *Ne recorderis veterum*
iniquitatum noſtrarum, quas ab antiquo ſemper com-
miſimus: 15 *ſed citò, antequam funditus perea-*
mus, præveniant nos effectus miſericordiæ tuæ: 16
quia nimis jam attenuati, ac pauperes & miſera-
biles effecti ſumus. 17 *Auxiliare nobis Deus Jeſus*
(hoc eſt Salvator) noſter: 18 *ac ſi non propter*
nos peccatores, ſaltem propter illuſtrandam glorio-
sè notitiam tui numinis & poteſtatis, nos ab his
gentibus libera: 19 *ac propitiare peccatis noſtris*
propter honorem ejuſdem tui numinis & majeſtatis:
20 *ne fortè dicatur inter Gentes Infideles;* Ubi
nunc eſt Deus, quem iſti colunt? cùm vel non
poſſit vel nolit eos liberare de hoſtibus ſuis? 21
Et nunc igitur Domine ante oculos noſtros nota
fiat in his gentibus 22 *ultio ſanguinis ſervorum tuo-*
rum, qui ab ipſis effuſus eſt. 23 *Ingrediatur coram*
te ac benignè acceptetur gemitus vinctorum compedi-
bus, vel captivitate oppreſſorum. 24 *prout magni-*
tudinem brachii omnipotentia tuæ facere convenit,
25 *vindica tibi & conſerva atque tuere nos filios ſu-*
perſtites parentum, indignè mortè in hac ſtrage pe-
remptorum. 26 *Et populis vicinis noſtris, qui*
nobis improperabant & ſubſannabant, redde in
ipſorum gremium ſeptemplici pœnâ, 27 *redde,*
inquam, quę merentur in punitionem opprobrii,
quo ipſi probris affecerunt non tam nos, quàm te
Domine. 28 *Ex adverſo autem, nos, qui ſumus po-*
pulus tuus, & velut oves, quas tu paſcis, 29 *fate-*
bimur tibi dignas, quantùm poterimus, laudes in
æternum uſque: 30 *& hic interim in omnem gene-*
rationem ſubſecuturam narrabimus poſteris noſtris lau-
dem tuam.

ORATIONES.

MSS. 1 ANticipa nos Domine miſericordiâ tuâ, priuſquam zelus irae tuae deſaeviat; ut adjuti patrociniis Beatorum, quorum propter te ſanguis effuſus eſt, propitiationem tuam

cum

cum peccatorum venia conſequamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritûs Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 73. 95. 125. 245. 2 PRopitius eſto peccatis noſtris Domine; & propter honorem nominis tui perfectâ nos recrea libertate: ne, dum noſtro peccatorum elogio atterimur, in opprobrium gentium redigamur. ergo ut nos ſeveritate non punias poenae; cauſam nobis ſcelerum ablue: atque in conſpectu tuo gemitus compeditorum introeat; ut de occulto tuo in manifeſto noſtro gratia indulta procedat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 94. 143. 167. 3 CItò anticipet nos miſericordia tua, Domine; quos nec conſolatio ſpei, nec fiducia meriti, nec opitulatio ſuſtentat auxilii; ſed vitae reatus, vexatioque jactatos arguit, vel conſcientia facinorum, vel ultio peccatorum: libera nos propter gloriam nominis tui; & propitius eſto peccatis noſtris propter * nomen tuum: ut cum utramque rem propter te feceris, & ſolitâ populum tuum pietate reſpexeris; gloria tibi detur ex liberatione, & propitiatio nobis tuo accedat ex nomine. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

* *al.* gloriam tuam.

fol. 253. 4 EXcelſe Domine eſto adjutor noſter; & ad tuorum liberationem properans occurre celeriter: ut de abundantia virtutis repleamur adjutorio fortitudinis; & ex redundantis gratiae donis ditemur muneribus; ac profitentes ore dilectionem, lingua mendacio non torpeat: ſed puritatem mentis adſignet noſtri profeſſio oris; & organo pectoris laus tua noſtris ſemper reſonet in labiis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Ex Moz. fol. 277. 5 NE memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum Domine; neque nos originalis culpa contriſtet, quos ſecunda nativitas in Chriſto regenerat. adprehendat nos itaque miſericordia tua Domine, quia creator hominis in homine naſcitur; & homo in Deo glorificando aſſumitur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

LXXIX.

* Pſ. LIX. 1.

*In finem, * pro his qui commutabuntur teſtimonium. Aſaph. Pſalmus.*

BEDA.

Senſus myſticus.

Cùm prima tituli verba jam nota ſint, reſtat, ut Teſtimonium Aſaph *quid ſignificet inquiramus. Iſte* Aſaph *antè trepidus, antè ſollicitus, qui pro Synagogae peccatis pſalmis prioribus exoravit; tanta nunc praeſumptione completur, ut jam* commutatus *in melius*, teſtimonium commutationis *reddat. dicit enim de primo Salvatoris adventu; qui hominem vitiatum ad ſalutis dona perduxit;* tranſlatamque de Aegypto vineam *potentiae ſuae radice ſolidavit: hoc eſt quod dicit;* Teſtimonium pro his qui immutabuntur.

Aſaph *iſte, quem titulus praecinit* commutatum, *In prima ſectione Domini deprecatur adventum;* Qui regis Iſrael intende, *& reliqua. Secundâ teſtatur, quemadmodum Vinea, quae eſt Eccleſia, toto orbe ſit dilatata:* Vineam de Aegypto tranſtuliſti, *& reliqua. Tertiâ, incarnationis ejus beneficio per ſimilitudinem Vineae viſitari deprecatur Eccleſiam; ſeque Domino poſtulat adhaerere:* Deus virtutum converte, *& reliqua.*

Euſebius Caeſarienſis. *Prophetia obſidionis illius, quae facta eſt ab Aſſyriis: & deprecatio pro apparitione Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *In hic Machabaeorum preces reſonant, ut Dominus conſueto beneficio non ſubtrahat. Aliter, vox Apoſtolorum de Eccleſia ad Dominum.*

Pſalt. Syr. *Pſalmus editus ab Aſaphe, verſ. 51.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 38.*

Feria V. ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetae deprecantis, narrantiſque magnalia Dei.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 QUI REGIS ISRAEL INTENDE:
2 qui deducis velut ovem Joſeph:
† 3 qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare:
4 coram Ephraïm Beniamin & Manaſſê.
† 5 excita potentiam tuam; & veni ut ſalvos facias nos.
✝. 6. Pſ. XLIII. 4. † 6 Deus converte nos: & oſtende faciem tuam; & ſalvi erimus;
† 7 Domine Deus virtutum,
8 quouſque iraſceris ſuper orationem ſervi tui?

ciba-

In perpetuum decantandus Pſalmus: qui eſt conteſtatio pro iis, qui movebuntur de ſuo proſpero ſtatu in deteriorem: inſpiratus Aſapho Levitae Cantori. Item contra Aſſyrios, qui captivos duxerunt decem tribus Iſraelis. PROPHETA. 1 *Qui paſcis & regis populum Iſraeliticum, attentus auſculta; 2 qui per viam rectam ducis, quaſi ovium gregem, poſteros Joſephi; 3 qui * quodammodo ſedes in tabula illâ aurea propitiatorii, ſuſtentata ſupra Arcam Foederis a duobus aureis Cherubinis; te praeſentem eſſe oſtende 4 coram tribubus Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. 5 Suſcita, & fac apparere fortitudinem tuam; et veni ad ſalvandum nos. 6 Deus converte nos ad te colendum ac diligendum, & in gratiam recipe nos: ac faciem tuam ſplendentem nobis oſtende, atque propitiam; & ita ſalvi erimus. 7 Domine Deus, qui poteſtatem habes in omnes exercitus caeleſtes atque terreſtres; 8 uſquequò velut* iratus

* praeſides caeleſtibus Cherubinis, &

Digitized by Google

℣. 9. Pſ. XLI. 4. † 9 cibabis nos pane lacrymarum:
10 & potum dabis nobis in lacrymis in menſura.
† 11 poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris:
12 & inimici noſtri ſubſannaverunt nos.
† 13 Deus virtutum converte nos:
14 & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.
† 15 Vineam de AEgypto tranſtuliſti.
℣. 16. Pſ. XLIII. 4. 16 ejeciſti gentes; & plantaſti eam.
† 17 Dux itineris fuiſti in conſpectu ejus:
18 plantaſti radices ejus; & implevit terram.
† 19 operuit montes umbra ejus:
20 & arbuſta ejus, cedros Dei.
† 21 extendit palmites ſuos uſque ad mare,
22 & uſque ad flumen propagines ejus.
℣. 23. Pſ. LXXXVIII. 41. Iſai. V. 5. † 23 Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus:
24 & vindemiant eam omnes qui praetergrediuntur viam?
† 25 exterminavit eam aper de ſylva:
26 & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
† 27 Deus virtutum convertere:
28 reſpice de caelo, & vide
29 & viſita vineam iſtam:
† 30 & perfice eam quam plantavit dextera tua:
℣. 31. Pſ. LXXXVIII. 22. 31 & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi:
† 32 incenſa igni & ſuffoſſa:
33 ab increpatione vultûs tui peribunt.
† 34 Fiat manus tua ſuper virum dexterae tuae,
35 & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi:
† 36 & non diſcedimus à te.
37 vivificabis nos; & nomen tuum invocabimus.
† 38 Domine Deus virtutum converte nos:
39 ✠ &: oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

iratus manes contra orationem populi ſervi tui, ut nos minimè exaudias? 9 quouſque nos quotidie cibabis lacrymis veluti pane quotidiano? 10 & quouſque dabis quotidie nobis potum lacrymarum in prægrandi plenaque menſura? 11 expoſuiſti enim nos tam abjectos populis vicinis noſtris, ut nos aſſiduè oppugnati fuerimus ab ipſis; 12 noſque depreſſos deriſerint inimici hi noſtri. 13 Deus, qui poteſtatem habes in omnes exercitus, converte nos ad te de captivitate, & in gratiam recipe nos: 14 & faciem tuam ſplendentem nobis oſtende atque propitiam; & ita ſalvi erimus. 15 Tu vineam hanc tuam, nempe gentem noſtram, ex Aegypto tranſtuliſti in terram Palæſtinæ: 16 ex qua ejeciſti ſeptem illas gentes, Chananæorum ſcilicet & aliorum ſex populorum; ac in ea plantaſti eam vineam tuam, gentem noſtram. 17 Tu ante eam feciſti viam & in mari rubro ac in deſerto, ut huc adveniret: 18 & plantaſti ac ſtabiliviſti radices ejus: quę & propaginibus, hoc eſt filiis ſuis, replevit totam terram hanc Palæſtinæ à te ſibi antè promiſſam. 19 ubi umbra ejuſdem vineæ ubique jam dilatatę cooperuit montana Judææ ad Orientem: 20 & arbuſta & rami ejus cooperuerunt cedros altiſſimas montis Libani ad Occidentem: 21 & extendit palmites ſuos ac comas uſque ad mare mediterraneum ad Meridiem: 22 ac ſuas propagines & germina extendit uſque ad flumen Euphratem ad Aquilonem. 23 Quare ergo Domine ejuſdem vineæ tuæ, gentis noſtræ, maceriam ac ſepem deſtruxiſti? 24 & ſic vindemiant ac vaſtant eam omnes, quicumque iter faciunt juxta eam? 25 devaſtavit eam ſus ſylveſtris: 26 eamque depaſtus eſt porcus agreſtis & ſolitarius, hoſtis ſcilicet immundus & ferus vaſtavit eam. 27 Deus, qui poteſtatem habes in omnes exercitus, verte te, obſecro, ad nos clementiſſimè, ac reconciliare nobis: 28 reſpice de cælo, & vide benignis oculis, 29 ac viſita vineam hanc tuam, ut bene ſit ei: 30 ac integritati & firmitati priſtinæ eam reſtitue; quam olim plantavit dextera tua: 31 ac viſita ſuper omnem hominem filium gentis noſtræ; quem tuo auxilio roboraſti in tuum honorem ac gloriam: 32 nam vinea hæc tua igne jam ſuccenſa eſt & diruta, atque inimicâ manu effoſſa eſt, ac à radicibus everſa: 33 & ſi diutiùs ira tua duraverit, ob indignationem faciei tuæ contra nos, funditùs peribunt filii gentis noſtræ, qui hac vineâ ſignificantur. 34 Fiat ergo nunc ab omnipotenti manu tua adjutorium in omnem virum è gente noſtra, quem dexterâ tuâ acquiſiviſti, atque defendis; 35 ac in omnem hominem noſtratem, quem auxilio tuo corroboraveris in honorem tuum & gloriam: 36 ac ſic nos à te & à timore ac amore tui ampliùs non recedemus. 37 Tu nos penè mortuos vivifica atque recrea: & nos divinum numen tuum ſemper invocabimus atque colemus. 38 Domine Deus, qui poteſtatem habes in omnes exercitus, converte nos ad te colendum ac diligendum; & in gratiam recipe nos: 39 & ſplendentem faciem tuam nobis oſtende atque propitiam; & ſic ſalvi erimus.

ORATIONES.

MSS. 1 Viſita Domine vineam iſtam; quam de AEgypto tribulationum potenti dexterâ liberaſti: ut reſpectu vultûs tui vivificata, bonorum in te fructuum ubertate laetetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Act. S. Damaſi. 2 Deus omnipotens, qui miſiſti Filium tuum unigenitum, & oſtendiſti omnium Creatorem; reſpice ſuper vineam iſtam, quam plantavit dextera tua; & amputa ab ea ſpinas; & produc palmites ejus in fortitudinem; & dona eis fructum veritatis. Qui vivis & regnas in ſaecula ſaeculorum.

Miſſ. Gothicum in die Paſchae. 3 Deus, qui evulſis ſuperſtitionum ſpinis, in Eccleſia tuâ plantaria fidei altâ radice poſuiſti; exaudi precem familiae tuae; reſpice de caelo, & vide, & viſita vineam iſtam: & praeſta, ut te irrigante, fructum accipiat in ubertate; quae te plantante, incrementum accipit in germine. Per.

4 Qui

Digitized by Google

Brev. Mozarab. fol. 55.

4 QUi regis Iſraël, intende per miſericordiam tuam Domine: qui deducis velut ovem Joſeph, paſtoris gubernacula & protectoris impende remedia: converte nos; & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus; dum excelſus humilia reſpicis; & orantium preces propitiatus exaudis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Domine Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 6.

5 VEni clementiſſime Domine, veni; & praeroga libertatem oppreſſis: excita potentiam tuam; & plebem poſſide conquiſitam: dirige vineam, quam per virum plantaſti dexterae tuae: & Filium hominis, quem confirmaſti tibi, advocatum pro nobis exaudi: ut lacrymarum panis modum habeat in flagellis; potuſque compunctionis noſtrae vires non attenuet, ſed & enutriat mentes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 8. 252. 266.

6 DOmine virtutum, orationes ſervorum tuorum non iratus ſed placatus accipe: & quid nos orare oportet, dignare monſtrare; eoſque aeternitatis cibo conforta, quos panis lacrymarum conturbat: & tam * menſurabili fletu flumine lacrymarum oculi fluant; ut miſerationum tuarum copiam criminibus eliſis inflectant; quique Redemptoris noſtri adventum trementes pavemus, ejus glorioſum conſpectum ipſo adveniente pacatiſſimum contemplemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

* *al.* miſerabili.

fol. 9.

7 VEni ad liberandum nos Domine Deus virtutum: converte nos; & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus: quo praebente, dignae poenitentiae dono purificati, in tuo mereamur adeſſe judicio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 17.

8 EXcita potentiam tuam; & veni ad liberandum nos Domine Deus: ut quoniam opprimimur turbinibus tentationum, virtutis tuae auxilio ſublevemur; nec praevaleant nobis legiones hoſtium, cùm tua majeſtate tuemur: ut ſemper nobis opitulationem, & adverſariis inferas ultionem. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*)

fol. 19. *Pro Infidelibus.*

9 QUi regis Iſraël, intende: qui deducis velut ovem Joſeph, excita potentiam tuam; & ſalvos facito, pro quibus naſciturus veniſti in terram; & qui porrecto fidei cultu multitudinem Gentium lucrari dignatus es; compendio pietatis infidelium animas, perfidiae barathro erutas, tibi aliquando placitas credituraſque reſtituas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

10 DOmine Deus virtutum converte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus; ipſum, qui eſt Imago tua; ipſum, qui eſt facies tua; qui eſt illuminatio vultûs tui; in quo manes; & qui manet in te. qui purificatis mentibus noſtris dignetur illabi: ſeque nobis mundi ſalvatorem oſtendere; noſque inſpectione ſanctâ ſalvare. Ipſi gloria & imperium tecum & cum Spiritu Sancto & nunc & in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

LXXX.

* Pſ. VIII. 1.

*In finem *, pro torcularibus: Pſalmus ipſi Aſaph.*

Edit. Rom. addit: *Quinta Sabbati*.

BEDA.

Senſus myſticus.

Quinta Sabbati *eſt* quinta *dies à* Sabbato; *quae à Gentilibus* dies Jovis, *à nobis* Quinta feria *vocatur*: *in qua dixit Deus*: Producant aquae reptilia animarum vivarum, & volantia ſuper firmamento caeli: *myſticè ſignificant, diverſa virtutis ex aquis Baptiſmatis eſſe naſcituros. Tituli ergo hujus intentio talis eſt, ut* In finem *deſignet Dominum Chriſtum*; Pro torcularibus, *Eccleſiam perſecutionibus examinatam*; Aſaph *Congregationem*; Quintâ Sabbati *Baptiſmum. unde colligitur pſalmum in Eccleſia Domini de regenerata congregatione eſſe locuturum. Hinc enim &* Aſaph *juxta hiſtoriam quidem loquitur Judaeis; ſed melius ſpiritualiter intelligitur à populo Chriſtiano.*

In prima parte pſalmi loquitur Aſaph *fidelibus; ut per organa diverſa muſicorum perſonent laudes Domino pro perceptis ſaepe beneficiis*: Exſultate Deo adjutori noſtro, *& caetera. In ſecundâ, verba ſunt Domini comminantis, ne idola colant; ſed ipſe ſolus adoretur, qui remunerare ſoleat*: Audi populus meus, *& reliqua. In tertia,* Aſaph *reloquitur, argatus infideles, cur fallaces exſtiterint, quibus dona Domini ſint copiosè collata*: Inimici Domini mentiti ſunt ei, *& reliqua.*

Euſebius Caeſar. *Vocatio Gentium: & doctrina de iis, quae acciderunt priori populo.*

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius & quodammodo imperans.*

✱ Card. Thom. *Reditum populi de Babylone praedicens, omnes ad gratiarum provocat actionem. Torcularia autem titulo praenotavit, quibus vel ipſi afflicti, vel eorum ſunt hoſtes attriti.* Aliter, vox Apoſtolorum ad Pentecoſten. *Item Arnobius: in Septuageſimo nono Pſalmo vinea reparatur, & in octogeſimo pro torcularibus agitur. Exultate Deo, quia reſurrexit.*

Feria VI. ad Vigilias.

Vinea ejus; ſurrexit enim, quae exterminavit incredulus populus. Ipſum utique exterminavit, qui dicit: Ego ſum vitis vera.

Pſalt. Syr. *Aſaphi, cum David per eum ſe pararet ad ſolemnitates, verſ. 25.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 33.* Pſalt. Aethyop. *Pſalmus, qui quinta Sabbathi.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 EXSULTATE DEO ADJUTORI NOSTRO; jubi-

In perpetuum decantandus Pſalmus ſuper modulamine conſueto in torcularibus; inſpiratus Aſapho Levitae & Cantori: uſitatus quinta diei ſeptimanae. PROPHETA. 1 *Cum exſultatione laudate Deum adju-*

2 jubilate Deo Jacob.
† 3 Sumite pſalmum; & date tympanum,
4 pſalterium jucundum cum cithara;
† 5 buccinate in neomenia tubâ,
6 in inſigni die ſolemnitatis veſtrae:
℣. 7. Levit. XXIII 24. Numer. X. 10.
† 7 quia praeceptum in Iſraël eſt;
8 & judicium Deo Jacob.
† 9 Teſtimonium in Joſeph poſuit ÷ illud:
10 cùm exiret de terra AEgypti:
11 linguam, quam non noverat, audivit:
† 12 divertit ab oneribus dorſum ejus:
13 manus ejus in cophino ſervierunt.
DEUS. ℣. 14. Exod. II. 23. XIV. 10.
† 14 IN TRIBULATIONE invocaſti ÷ me: & liberavi te:
† 15 exaudivi te in abſcondito tempeſtatis:
℣. 16. Exod. XVII. 5. 7. Num. XX. 13.
16 probavi te apud aquam Contradictionis.

DIAPSALMA.

℣. 17 Pſ. XLIX. 7. In cod. Vatic. autem. (Audi populus meus & loquar tibi; Iſrael & teſtificabor tibi.)
† 17 Audi populus meus; & conteſtabor te Iſrael.
18 Si audieris me, non erit in te deus recens:
19 neque adorabis deum alienum.
† 20 ego ÷ enim: ſum Dominus Deus tuus;
21 qui eduxi te de terra Ægypti:
22 dilata os tuum, & implebo illud.
† 23 Et non audivit populus meus vocem meam:
24 & Iſraël non intendit mihi.
℣. 25. Act. XIV. 15.
† 25 & dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum:
26 ibunt in adinventionibus ſuis.
℣. 27. Iſai. XLVIII. 18
† 27 Si populus meus audiſſet me Iſrael;
28 ÷ ſi: in viis meis ambulaſſet:
℣. 28. Baruch III. 13.
† 29 pro nihilo ÷ forſitan: inimicos eorum humiliaſſem;
30 & ſuper tribulantes eos, miſiſſem manum meam.
Propheta.
† 31 INIMICI DOMINI mentiti ſunt ei:
32 & erit tempus eorum in ſaecula.
† 33 & cibavit eos ex adipe frumenti:
℣. 34. Deut. XXXII 13.
34 & de petra, melle ſaturavit eos.

adjutorem noſtrum: 2 jubilate in honorem Dei, quem
colit populus Jacobo prognatus. 3 aſſumite in ore veſtro
carmen; & date manus in tympano, 4 ac in jucundo
muſico inſtrumento, quod appellatur pſalterium, & una
cum citharâ ea pulſate; 5 ac canite tubâ corneâ in men-
ſis ſeptimi novilunio, hoc eſt in initio menſis; 6 die
nimirum inſigni ſolemnitatis veſtræ. 7 quia de feſto hoc
ſic celebrando præceptum datum eſt in populo Iſraelitico:
8 & quia ita faciendum judicavit ac decrevit Deus Ja-
cobi. 9 Quod præceptum atque decretum ad teſtimo-
nium & memoriam beneficiorum ſuorum Deus poſuit in
populo Hebræo, ex quo erat Joſeph; 10 cùm exiſſet ille
de terra Ægyptia: 11 & præſertim ob memoriam il-
lius beneficii, quo audivit in monte Sinai linguam, quam
antea numquam noverat, nempe vocem Dei terribiliter
loquentem decem præcepta legis: 12 & eo quod Deus
amoverit à ferendis in Ægypto laterum oneribus dorſum
ejuſdem populi ſui; 13 quando cogentibus Ægyptiis,
manus ejus ſerviebant in portando cophino palearum lu-
ti & laterum. 14 DEUS. In tribulatione illa invocaſti
me popule mi; & ego Deus liberavi te ab ea Ægy-
ptia ſervitute: 15 & exaudivi te tuaſque petitiones
adimplevi, cùm adeſſem tibi, licèt abſconditus in tem-
peſtate & tonitru, quibus in mari Rubro interficiebam
Ægyptios; & ſubvertebam currus eorum, ac fereban-
tur ulterius in mare profundum. 16 ſed ac poſt hæc fi-
dem & fiduciam tuam in me exploravi in deſerto apud
aquas, quæ ex murmure tuo dictæ ſunt aquæ Contradi-
ctionis & jurgii: ut te ipſe experimento probares; &
inſpiceres, quàm ſitò ingratus eſſes beneficiis meis. 17*
Audi popule mi, ac teſtificabor tibi, quid à te velim, ò
Iſrael. 18 Si mihi auſcultaveris & obedieris, non
erit in te deus aliquis novus, humano ingenio adinven-
tus ac excogitatus: 19 nec adorabis deum aliquem pe-
regrinum aliarum nationum exterarum. 20 ego enim
ſum ſolus Dominus Deus ille tuus, 21 qui eduxi te de
terra Ægyptiâ: 22 & tunc, cùm me audiveris, aperi &
dilata ad largas multaſque petitiones os tuum; & ego
adimplebo atque perficiam quæcumque petieris ore tuo
in oratione. 23 Et populus tamen meus non auſcultavit
vocem meam; 24 ac populus Iſraeliticus non attendit ad
me loquentem; & juſſa mea neglexit. 25 unde & ego
in pœnam peccati ſui permiſi eos ruere ac ferri præcipi-
tes, prout eos trahebant prava deſideria & affectiones
cordis ipſorum: 26 & me eos deſerente, ambulabunt &
vivent in ejuſmodi vanis conſiliis ac pravis affectioni-
bus ſuis. 27 Si populus meus Iſraeliticus mihi auſcul-
taſſet; 28 ac ſi in viis modiſque vivendi à me præſcriptis
inceſſiſſet & vixiſſet: 29 nullo labore utique, & ſine
ulla dilatione humiliaſſem ac depreſſiſſem inimicos eo-
rum; 30 ac extendiſſem ultricem manum meam ad per-
dendum eos, qui ipſos tribulant. PROPHETA. *Ex po-*
pulo Domini plurimi odiendo eum & præcepta ejus, effe-
cti inimici ipſius, eidem mentiti ſunt, negando promiſ-
ſam fidem & obedientiam mandatorum: 32 ſed erit ta-
men tempus & calamitatis & punitionis eorum in æter-
na ſæcula ſine fine: 33 cùm tamen & Deus ſervando pro-
miſſa ſua, infidos illos & ingratos cibaverit medullâ tri-
tici & optimo pane in terra ſancta campeſtri: 34 eoſque
ſatiaverit melle collecto non ex alvearibus modò, ſed
ex petrâ etiam, mellificantibus ibi apibus præ copia,
aliiſque mellitis & dulcibus fructibus perceptis ex lo-
cis petroſis atque ſaxoſis ejuſdem terræ ſanctæ.

* *Fauſtatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS.

1 Dilata Domine ſupplicum ora ad adnunciandam gloriam tuam; ut, aegiptiis operibus retrorſum relictis, nominis tui coſeſſione laetemur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 41. 97. * al. bonitas. * al. adſit. * al. deſiderii ardorem.

2 Tibi adjutori noſtro Domino exſultatione fidei & ſpei plaudentes oramus, ut petitio noſtra in tribulatione diffuſa, tuis auribus appropinquet; & neceſſitatum noſtrarum cauſas inſinuet: tuâ quippe * bonitate ſingulorum precibus ſemper * adſis, ut liberes: & ereptis nobis tribue * deſiderio ardere ad te pertendere, & unitatem trinae majeſtatis devote concorditer clamitare: ut tuis ſemper laudibus deditI, tuarum juſtificationum tramitem

tem affecuti, in te, quaeſumus, exſultationis ornamenta, & ſpei remedia, & fidei acquiramus coronam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol.118. 143. 3 EXſultemus tibi Domine, quem adjutorem noſtrum cognoſcimus & fatemur: propter quod etiam tibi jubila in deſideriis ſumimus, in doctrina pſalmum, in mortificatione reddimus tympanum: te enim laudando feſta peragimus, tuorumque recordatione mirabilium jocundamur. concede itaque nobis Domine, ut qui tua recolimus beneficia, tua percipiamus & praemia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

LXXXI.

Pſalmus Aſaph.

BEDA.

Senſus myſticus. Aſaph *indicat Synagogam, quae Dominum Salvatorem corporea quoque praeſentiâ meruit intueri.* Aſaph *contra Judaeos de Chriſti adventu per totum loquitur pſalmum: in primâ parte commonens eos, Dominum in medio eorum conſtitiſſe; itea non debe[...] ſe conſortium ſuſcipere peccatorum:* Deus ſtetit in Synagoga deorum. *In ſecundâ admonet, ut intelligant ipſum eſſe Chr[iſt]um; qui in aſſumptione ſervus pauper & egenus eſſe videbatur:* Judicate egeno & pupillo. *In tertiâ dicit eos honoratos, ut filii Dei fierent; ſed ipſos in mortis laqueos ſua vitia corruiſſe:* Ego dixi, Dii eſtis, *& reliqua.*

Euſebius Caeſarienſis. *Redargutio principum gentis Judaeorum, & Prophetia de Gentibus.*

S. Athanaſius. *Pſalmus pudore afficiens* (ſive, *reprehendens.*)

✱ Cardin. Thomaſ. *Culpantur hi, qui declinant in malitiam; & inter jurgantes aequi judices eſſe diſſimulant.* Aliter, vox Eccleſiae de Judaeis.

Pſalt. Syr. *Invectio in Judaeos impios, verſ. 16.*

Feria VI. ad Vigilias. Pſalt. Arab. *verſ. 26.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus hortatur, ut ſi volumus Dominum habitare nobiſcum, ea ſemper, quae illi ſunt placita, faciamus.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. ✝. 1. Eccl.V. 8. 1 DEUS STETIT IN SYNAGOGA DEORUM:
2 in medio ✠ autem: deos dijudicat.
DEUS. † 3 USQUEQUO JUDICATIS iniquitatem:
4 & facies peccatorum ſumitis?
DIAPSALMA.
† 5 Judicate egeno & pupillo:
6 humilem & pauperem juſtificate.
✝. 7. Prov. XXIV. 11. † 7 eripite pauperem & egenum:
8 de manu peccatoris liberate.
† 9 Neſcierunt neque intellexerunt:
10 in tenebris ambulant:
11 movebuntur omnia fundamenta terrae.
✝. 12. Johan. X. 34. † 12 Ego dixi, *Dii eſtis, & filii Excelſi omnes:*
† 13 vos autem ſicut homines moriemini:
14 & ſicut unus de principibus cadetis.
Propheta. † 15 SURGE DEUS judica terram:
16 quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Pſalmus inſpiratus Aſapho Levitae Cantori. PROPHETA. 1 *Deus, judex ſupremus omnium, ſtetit in caetu judicum terrae; qui, cùm ſint ejuſdem Dei miniſtri, & vicem ejus gerant, terreſtres quidam dii vocantur in terra:* 2 *porrò in medio caetu illo ipſos judices & deos terreſtres, eorumque judicia ita redarguit ac dijudicat.* 3 DEUS. *Uſquequo vos judices miniſtri & delegati mei in adminiſtratione juſtitiae judicatis iniquè?* 4 *& uſquequo perſonas potentium hominum peccatorum accipitis conſiderandas; & in gratiam illorum ad cauſam & jus ipſum non attenditis?* * 5 *Reddite juſtum judicium egeno & pupillo ſine reſpectu ad potentiores adverſarios eorum,* 6 *& miſerum depreſſum & pauperem, cùm injuſtè fuerint accuſati, juſtos declarate & abſolvite.* 7 *eripite pauperem & egenum:* 8 *& de vi & manu peccatorum eos liberate.* 9 *Judices iſti non cognoverunt bonum operari, nec intellexerunt legem:* 10 *ac in tenebris vel ignorantiae legis meae, vel avaritiae & malitiae ſuae ambulant, & vitam ſuam ducunt:* 11 *& propter eorum ignorantiam & malitiam movebuntur, ac ſurſum atque deorſum ſubvertentur omnia jura & leges, quae ſunt fundamenta juſtitiae, quibus fundatur atque bene conſtituitur quaevis reſpublica terrae.* 12 *Ego vobis dixeram, quòd, meâ delegatione mei vicemgerentes, eſſetis veluti quidam dii terreſtres: ac omnes vos eſſetis digniores filii Dei altiſſimi, communicatâ vobis divinâ poteſtate judicandi alios:* 13 *ſed vos abuſi eâ poteſtate, eo quòd malè judicaveritis, morituri tandem eſtis ſicut caeteri homines abjectiſſimi:* 14 *& caſuri eſtis unuſquiſque veſtrum in tormenta & ſupplicia aeterna, ut unuſquiſpiam ex principibus, ſive daemonibus, ſive tyrannis, qui demergitur in infernum.* 15 PROPHETA. *Surge tu Deus, & per temetipſum judica habitatores orbis terrae, ſublatis judicibus iniquis:* 16 *tu enim totum orbem terrae cum omnibus quibuſlibet nationibus ſuis jure tuo proprio atque ſupremo poſſidebis ſemper.*

* *Pauſatio aut immutatio metri, ac cantilenae inter pſallendum.*

ORATIONES.

MSS. 1 DA nobis Domine ſecundùm praeceptum tuum ab iniquitatis judicio declinare; pauperumque neceſſitatibus ſubvenire: ut mereamur filiorum tuorum numero copulari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prev. Mozarab. fol. 105. 2 CHriſte Deus fac nos ſemper in egenum & pauperem promptiores exiſtere, & legem tuam cuſtodire: ut miſericordiae operibus affluentes, aeternorum civium mereamur eſſe conſortes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 119. 129. 143. 3 EXſurge Domine, qui judicas terram: & qui fidem omnium Gentium pius poſſeſſor inhabitas, ne patiaris nos in tenebris remanere; ſed fac nos lumen tuae veritatis aſpicere: ut fundamenta fidei noſtrae non ſuper arenam, quam turbo dejiciat, aedificemus; ſed ſupra petram, cujus tu es firmitas, collocemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Fol. 199. à Judæis. 4 SUrge Deus, & judica terram: ut qui cunctis dominaris Gentibus, jam reſurrexiſſe credaris, à quibus es crucifixus: quò ſibi uterque populus charitate conſentiat; dum circumciſionem & praeputium nexu fidei Chriſtianae adglomeres. (℟. *Amen*. Per miſericordiam.)

Fol. 46. 5 EXſurge Deus, qui judicas terram; & brachio fortitudinis rege, quos trophaeo crucis dignatus es comparare: ac pro quibus fuſio ſacri Sanguinis extat redemptio, ab his tibi deferatur votiva confeſſio. & qui paſſionem redemptionis noſtrae credimus, glorioſam reſurrectionem fatemur, atque aſcenſum ad aethera praedicamus, reditumque tuum terribili recurſu timemus; ad vocem tubae, cùm praeconaverit, gaudentes in adventum tuum properemus. & tu clementiſſime Domine, quos conſpicis ita ſollennia colere, hos de gehennae ardoribus erue; & glorioſae reſurrectionis fieri praeſta conſortes. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 6 TE judicem deprecamur; quia omnibus Gentibus miſertus es .... Benedicimus ergo te Deum: cui eſt gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

LXXXII.

Canticum Pſalmi Aſaph.

BEDA.

Senſus myſticus. Canticum pſalmi, *eſt cùm organo præcinente, ſubſequentis, & æmula organo vox oris auditur canentis, modos pſalterii modulis imitata vociferis. Quia verò* Canticum *myſticè divinæ ſapientiæ contemplationem*; Pſalmus *autem, qui manibus fit, operis perfectionem demonſtrat*; Canticum pſalmi *meritò vocatur, cùm bonorum operum efficientiæ ſcientia & doctrina conjungitur juxta id, quod dictum eſt*; * Deſideraſti ſapientiam? ſerva mandata: & Deus præbet illam tibi: *cujus rei exemplum in centurione Cornelio mirificè claruit. Quid verò* Pſalmus cantici *ſit, quidve ſignificet in undetrigeſimo pſalmo jam dictum eſt.*

* Eccli. I. 33. juxta veter. edition.

Aſaph, *quia multa jam ſuperius de Domini incarnatione prædixerat, nunc in primo membro de adventu ejus ſecundo dicturus eſt, expetens, ut quoniam in fine ſæculi electi ejus per Antichriſtum nimis urgendi ſunt, ipſius cito debeat venire judicium; ne grave ſumi hoſtis diuturna licentia cunctam vaſtare poſſit Eccleſiam*; Deus quis erit ſimilis tibi? ne taceas, *& reliqua. Secundo membro, in eos per ſimilitudines quaſdam nominum ſupplicat vindicari, correctionis voto, non maledictionis inſtinctu*; Fac illis ſicut Madian, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Deprecatio pro populo triſtia paſſo; & Prophetia de fine inimicorum Dei.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Contra gentium perfidiam deprecatur, quæ Machabæorum gloriam invidentes, religiosè cœpta deſtruere cum totius populi interitu conabantur.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Dominum de Judæis, & de vitiis hominum.

Pſ. it. Syr. *Precatio ad Deum pro populo, qui pertulerat afflictionem: & prophetia de diſſipatione hoſtium Domini*, v. 34.

Feria VI. ad Vigilias. Pſ. it. Arab. *numerus verſ.* 34.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem Prophetæ continet, collaudantis Deum, ait ergo:*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DEUS ✝ QUIS SIMILIS ERIT TIBI?:
2 ne taceas neque compeſcaris Deus.
✝ 3 Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt;
4 & qui oderunt te extulerunt caput.
✝ 5 ſuper populum tuum malignaverunt conſilium:

& co-

Pſalmus decantandus cantu vocis inchoante, & inſtrumento muſico ſubſequente: inſpiratus Aſapho Levitæ & Cantori. PROPHETA. 1 *O Deus, ecquis ſimilis erit tui? quive tibi reſiſtere poterit?* 2 *ne ergo diutiùs videaris quaſi tacere de rebus noſtris, neque diſſimulare: neque ampliùs miteſcas, ô Deus.* 3 *quia ecce inimici tui tumultuati ſunt ſtrepitu, clamore, & ſonitu tubæ ad bellum:* 4 *& qui te oderunt, levaverunt caput, ſe ſuperbè extollentes.* 5 *contra populum tuum nequiter tractantes, aſtutè ergo iniverunt conſilium mali-*

gnum

Digitized by Google

6 & cogitaverunt adverſùs ſanctos tuos:
† 7 dixerunt, *Venite & diſperdamus eos de gente:*
8 *& non memoretur nomen Iſraël ultra.*
† 9 Quoniam cogitaverunt unanimiter ſimul,
10 adverſùm te teſtamentum diſpoſuerunt
11 tabernacula Idumaeorum, & Iſmahelitae,
† 12 Moab & Agareni,
13 Gebal & Ammon & Amalec,
14 alienigenae eum habitantibus Tyrum:
† 15 etenim Aſſur venit cum illis;
16 facti ſunt ÷ in: adjutorium filiis Lot.
DIAPSALMA.
ỳ. 17. Judic. VII. 22. IV. 7. † 17 Fac illis ſicut Madian & Siſarae,
18 ſicut Jabin in torrente Ciſſòn:
ỳ. 18. Judic. V. 21 † 19 diſperierunt in Endor;
20 facti ſunt ùt ſtercus terrae.
ỳ. 21. Judic. VII. 25. VIII. 21. † 21 Pone principes eorum ſicut Oreb &
† Zeb & Zebeè & Salmanà; *omnes principes eorum,
22 qui dixerunt ÷ *Hereditate: poſſideamus ſanctuarium Dei.*
† 23 Deus meus pone illos ùt rotam;
24 & ſicut ſtipulam ante faciem venti.
† 25 Sicut ignis ÷ qui: comburit ſylvam;
26 & ſicut flamma comburens montes:
† 27 ita perſequeris illos in tempeſtate tua;
28 & in ira tua turbabis eos.
† 29 Imple facies eorum ignominiâ:
30 & quaerent nomen tuum Domine.
† 31 erubeſcant & conturbentur in ſaeculum ÷ ſaeculi:
32 & confundantur & pereant:
† 33 cognoſcant quia nomen tibi Dominus;
34 tu ſolus altiſſimus in omni terra.

gnum: 6 ac conſiliati ſunt adverſùs nos tibi ſanctificatos & conſecratos, ac ſub tuo protectione obſconditos: 7
dixeruntque inter ſe de nobis: Venite diſperdamus eos
funditùs, ne ſit amplius ea gens: 8 & ne ultra ſuperſit memoria nominis Iſraelis: *9 & quia ſimul tractaverunt & conſiliati ſunt uno animorum conſenſu ac conſpiratione: 10 & contra te tuoſque cultores fœdus pepigerunt 11 Idumai prognati ex Edom, ſive Eſau filio Iſaaci, habitantes in tentoriis, & Arabes ex Iſmahele filio Abrahæ, 12 Moabitæ ex Lot, & Saraceni ex Agar, 13 * Gabalitæ, & Ammonitæ ex Lot, & Amalecitæ ex Amalech nepote Eſau, 14 Palæſtini ex alieno & extraneo genere huc profecti, una cum habitatoribus civitatis Tyri: 15 cum quibus & Aſſyrii venerunt; 16 & facti ſunt adjutores illis poſteris Lot. * 17 Fac tu illis Domine, ſicut olim feciſti Madianitis tempore Gedeonis; & ſicut antea ſub ducibus Barach & Debbora feceras Siſaræ principi exercitus, trucidato à fœmina clavo in caput infixo, 18 & Jabino ipſi regi Chananæo, ejuſque exercitui ad torrentem Ciſon: 19 qui perierunt in Endor prope eumdem torrentem in tribu Manaſſe: 20 & inſepulti ac putrefacti atque contriti ùt ſtercus fuerunt eidem terræ. 21 Ejice, quæſo, duces & principes eorumdem fœderatorum hoſtium noſtrorum, ſicut olim effeciſti illos Oreb ac Zeb & Zebbee ac Salmana Madianitas tempore Gedeonis; omnes, inquam, principes horum hoſtium noſtrorum, qui dixerunt;* Velut hæreditatem propriam poſſideamus nobis ſanctum habitaculum & altare Dei, & pulchram hanc terram Judæam. *23 Deus meus effice eos præcipites atque ruentes, ſicut rotam, quæ volvitur & movetur, nec conſiſtit in loco declivi: 24 & pone eos in diſperſionem quaſi ſtipulam per aerem raptatam ad præſentiam venti. 25 Quomodo ignis, qui comburit ſylvam; 26 & quomodo flamma comburens & devorans ſylvas montium: 27 ſic eos tu perſequeris tempeſtate ultionis tuæ; 28 & in repentino turbine iræ tuæ eos turbabis ac terrefacies. 29 Imple facies eorum ignominiâ & pudore ad tempus: 30 & tunc quærent & invocabunt ſibi propitium divinum tuum numen, Domine. 31 & qui non quæſierunt te ſibi habere placatum, infractis conatibus ſuis, turpiter erubeſcant, & perpetuo terrore conturbentur in omnia ſecula: 32 & verecundentur & pereant: 33 & ſciant & agnoſcant, quòd tibi ſoli verè competit appellatio Domini: 34 & quòd tu ſolus es altiſſimus ſupremus poteſtatem habens ſuper totam terram.*

* Forte ex Cabel nepote Eſau. Geneſ. XXXVI. 23. juxta LXX. Interpretes.

* *Ponſatio aut immutatio muſicæ &c.*

ORATIONES.

MSS. 1 DIſcute à nobis Domine omnem ſuperfluitatis errorem; ut, relictis gentibus vitiorum, te ſolum, qui ſuper omnem terram Altiſſimus inhabitas, metuamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 41. 97. 144. 200. 2 COgnoſcant gentes Chriſte, quòd nomen tibi ſit Dominus; pro quibus es patibulo crucis adpenſus: quoſque ignaviae ignorantia dedit, ſcientia reſtituat conditori: ut fide convertatur conſcientia; & ſpe laetentur in gloria. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 117. 144. 3 EXſurge, ne taceas, neque compeſcaris Deus; ſed quia odientes te, extulerunt caput; imple facies eorum ignominiâ; ut nomen tuum cognitâ confuſione perquirant: & populum tuum ſalva; ut teſtimonium tuae virtutis intelligant: eſto propitius ſuper hereditatem tuam; qui ſolus es altiſſimus ſuper omnem terram. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 46. 164. 4 DEus, quis ſimilis tibi tam in bonitate quàm in virtute? qui Sanctos tuos & bonitate erudis, & virtute defendis: qui inimicorum ora frementia comprimis, & tuorum obſecrationes agnoſcis: da nobis de tua bonitate confidentibus operum bonorum particulam, quae nos & ab inimici conſilio tutos efficiat, & mundatos à crimine tibi placere oſtendat: ut tu nos ad gloriam perducas aeternam, qui ſolus es altiſſimus ſuper omnem terram. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 185. 5 REdemptor noſter & Domine pone inimicos tuos ut rotam, quibus myſterium Crucis tuae eſt ſtultitia: ut illi ſicut ſtipula ante faciem venti ſint diſperſi; (&) credentibus in te vel credituris donetur locus aeternae manſionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 199. 6 REſpice Domine populum tuum; & ſuper odientes te exaltare magnificus: ac eos, qui adverſum fideles tuos declinare feſtinant, in praecipitem verte ruinam: confuſi & turbati, te ſolum altiſſimum in omni terra Dominum recognoſcant. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

LXXXIII.

*In finem, * pro torcularibus: filiis Core Pſalmus.*

* Pſ. VIII. 1.

BEDA.

Senſus myſticus. *Tres pro torcularibus, id eſt ſuaſtæ Eccleſiæ preſſuribus, pſalmi titulantur, VIII. LXXX. & LXXXIII. ubi uſionarias & alienigenarius numerant ſpem futuræ reſurrectionis cum denario vitæ æternæ ſignificant: quæ Eccleſiam poſt preſſuras, quaſi cella vinaria poſt torcular, excepturi eſt. & hic eſt Filii ille beatiſſimus, qui curtiis, quæ* pro torcularibus *ſunt, præſcriptionibus inſeritur. Quòd autem LXXXIII. extremus eſt pſalmus, qui* pro torcularibus *prænotatur, hoc oſtendit, in viſione ſanctæ Trinitatis reſurrectiorem Eccleſiæ conſecrari; quando* videbitur Deus deorum in Sion. Filii Coræ, *filii Crucis ſunt, ut ſupra dictum eſt: ut ſicut Arnobius exponit, cùm in priore pſalmo confuſi fuerint, & perierint, qui occupare volentes ſanctuarium Dei, dicbant ſ ſtidium, (ac) charitatis cæterarumque virtutum impedimenta gignebant; regnante in nobis Domino, qui eramus* filii Coræ *prævaricatoris, hoc malo patre * à terra devorato, Dei filii efficiamur: & qui antè ignem alienum à Deo libidinis & avaritiæ ferre cogitavimus, nunc igne amoris divini ſuccenſi, dicimus:* Quàm amabilia ſunt tabernacula tua Domine virtutum. *Hunc Arnobii ſenſum videtur juvare, quòd primo, ſecundo, & tertio loco, ubi* Filii Core *præſcribuntur,* Intellectus *ſimul uncllitur: ſed & ipſo tertio loco, quaſi diligentiori examinatione correptis* Coræ filiis, *ita ſcribitur,* Pro his qui commutabuntur filiis Coræ ad intellectum.

* Num. XVI.

Filii Core *in prima fronte pſalmi inæſtimabile ſibi deſiderium demonſtrant Eccleſiæ:* Quàm amabilia ſunt tabernacula tua Domine! *Secundo membro, beatum eſſe conſitentur, cui Dominus præſtat auxilium; cumque ad confeſſionis gratiam facit pervenire:* Beatus vir cujus eſt auxilium abs te. *Tertio, multò præſtantius dicant eſſe, in domo Domini abjectum habitare; quam pecc* *aterum tabernaculo cum quibuſlibet mundi honoribus introire:* Quia melior eſt dies una, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de Chriſto (al.* Incarnatio Chriſti, *) & de Eccleſiis ejus.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gloriantis in Domino.*

★ Cardin. Thomaſ. *Reverſus de Babylone prædicit quaſi loca circuire, ut recordari priſcæ ſolemnitatis, deſideraturumque per multos annos locorum vim aliquando poſſe conſideratione ſatiari. Aliter, vox Chriſti de Eccleſia.*

Pſalt. Syr. *Pſalmus filiorum Corah, quem David meditabatur, cùm iret de Sion adoraturus in domo* Dei. *Dicitur etiam prophetia de Chriſto, & de Eccleſia ejus, verſ.* 19.

Feria VI. ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *numerat verſ.* 26.

PSALMUS AD DESIDERANDUM DEUM ET PRECANDUM.

Propheta. 1 QUAM DILECTA TABERNACULA TUA, DOMINE VIRTUTUM!

2 concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

℣. 2. Pſ. XLI. a. 3. † 3 Cor meum & caro mea exſultaverunt in Deum vivum.

† 4 etenim paſſer invenit ✠ ſibi: domum;

5 & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos:

† 6 altaria tua Domine virtutum, Rex meus & Deus meus.

† 7 Beati qui habitant in domo tua ✠ Domine:

8 in ſaecula ✠ ſaeculorum: laudabunt te. *DIAPSALMA.*

† 9 Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te:

10 aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit,

11 in valle lacrymarum in loco quem poſuit.

† 12 etenim benedictionem dabit legiſlator:

13 ibunt de virtute in virtutem;

14 videbitur Deus deorum in Sion.

† 15 Domine Deus virtutum exaudi orationem meam:

auri-

In perpetuum cantandus ſuper modulamine in torcularibus uſitato, Levitis Cantoribus de progenie Core datus ad cantandum. PROPHETA. 1 *Quàm amabilia ſunt habitacula illa tua, Domine exercituum omnium cæleſtium atque terreſtrium!* 2 *deſiderat & præ deſiderio deficit me animus meus, properans pervenire ad ſacra illa atria tua Domine.* 3 *Spiritus & anima mea ac ſtatus omnes corporis mei exſultaverunt deſiderio veniendi ad te Deum viventem.* 4 *paſſer equidem invenit ſibi domum, ubi niduletur:* 5 *& turtur ac quævis avis ſibi quoque invenit nidum, ubi ponat pullos ſuos.* 6 *ſed ego necdum invenire potui altaria tua, ut apud ea habitem, ô Domine exercituum omnium, & Rex meus ac Deus meus.* 7 *Beati certè ſunt illi, qui habitant in domo tua Domine:* 8 *qui & in omnia te ſæcula laudabunt.* * 9 *Beatus ergo ille, cui eſt auxilium & fortitudo abs te Domine collata:* 10 *qui & in animo ſuo propoſuit aſcendere ac per ſectiones ſuas ducere,* 11 *tranſiens per hanc vallem ploratianis & miſeriæ uſque ad locum quem ſibi propoſuit, nempe ad ſuperna illa tabernacula tua.* 12 *nam & Dominus, qui legem dedit aſcendenti in habitacula ſua, ipſe quoque benedictiones & viatica ſubſidia dabit ejuſmodi viatoribus aſcendentibus ad illa:* 13 *& hi, benedicentes Domino, iter ſuum pergent; & proficient ſemper ex fortitudine in fortitudinem majorem ſibi divinitùs collatam:* 14 *ac demum tandem itinere confecto, ab ipſis in ſuperna illa civitate Sion in habitaculo ſuo videbitur Deus ſummus ſuper omnes, qui ob divinam poteſtatem ſibi communicatam dii appellantur in terra.* 15 *Domine Deus omnium imperator*

* *Fenſatio aut immatatio &c.*

exer-

Digitized by Google

16 auribus percipe Deus Jacob.

DIAPSALMA.

† 17 Protector noſter aſpice Deus:

18 & reſpice ✠ in: faciem Chriſti tui.

† 19 Quia melior eſt dies ✠ una: in atriis tuis, ſuper millia:

† 20 elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis Peccatorum.

† 21 Quia miſericordiam & veritatem ✠ diligit Deus:

22 gratiam & gloriam dabit.

† 23 Dominus * non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.

24 Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

*exercituum cæleſtium atque terreſtrium, exaudi orationem meam: 16 auſculta me precantem, ut veniam ad habitacula tua, ò Deus, cui ſervit populus, patriarchâ Jacobo prognatus. * 17 Tu qui inſtar clypei protector noſtri es, ò Deus, vide, 18 & reſpice atque intende in faciem ejus, quem tuo chriſmate unxiſti & conſecraſti Regem. 19 Quoniam melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia dierum extra domum tuam: 20 ideo elegi magis potiùs abjectus eſſe in domo tua, quàm habitare ſplendidè in tentoriis temporariis, licèt pretioſiſſimis, hominum peccatorum. 21 Quoniam autem Dominus Deus diligit miſericordiam facere, & eſſe veracem in ſuis promiſſis: 22 idcirco & miſericorditer gratiam, & veraciter poſtea gloriam dabit: 23 nec enim donis ſuis Dominus privabit eos, qui iter vitæ ſuæ peragunt cum innocentia morum. 24 Domine Deus omnium imperator exercituum cæleſtium atque terreſtrium, beatus erit homo ille, qui ſpem ſuam in te ponit ad rectè beatèque vivendum.*

* *Perfectio &c.*

ORATIONES.

MSS. 1 Tabernaculorum caeleſtium fundator aeterne Deus, diſpone, quaeſumus, aſcenſus in cordibus noſtris, quibus ad tua tabernacula mereamur ſine lapſu peccati conſcendere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Apud Landolf. de Saxonia. 2 Protector in te ſperantium Deus, ſalva nos ſub tuo famulatu degentes: ut ſegregati à tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores domûs ſanctae tuae. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 98. 3 Deus virtutum, cujus amabilia tabernacula, & ſpecioſa ſunt atria; in quorum ambitu & graditur ſanctitas, & congaudet divinitas; da animabus noſtris illa attentiùs concupiſcere, in quibus dies una melior ſuper millia noſcitur praefulgere: & illic, quaeſumus, introducamur vel abjecti, dummodo non ſimus penitus exteri: ut innovato corpore, ſincera corda in te Deum vivum exſultatione perpetuâ gaudeant; & laudem tuam dulci modulatione, ac pio famulatu per ſuccedentia ſaecula jocundantes perſolvant. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*)

LXXXIV.

In finem, filiis Core, pſalmus.

BEDA.

Senſus myſticus. *Hic pſalmus, de primo Salvatoris adventu locuturus, illorum perſonæ congruit, qui ſincera ei mente crediderunt. In prima parte pſalmi Propheta Domino breviter gratias agit, quoniam de illa antiquitate Judaicæ nationis pervenit populus ad culturam Domini Salvatoris:* Benedixiſti Domine terram tuam. *Secundâ refert, quemadmodum iram ſuam Dominus in populo Judæorum mitigare dignatus eſt, expectans adventum Chriſti; in quo humana cæcitas fidei lumen accepit:* Mitigaſti omnem iram tuam, *& reliqua. Tertiâ parte ad ſeipſum verba convertit; & prophetiæ ſpiritu incarnati Verbi prædicat adventum:* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia in Chriſtum, & in eos, qui per ipſum ſunt redempti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Et hic quoque reditus quaſi ex perſona ipſius populi rogans, ne edicta regalia de reverſione captivorum* Feria VI. ad Vigilias. *divinæ gratiæ acceſſione firmentur.* Aliter, vox Apoſtolica ad novellum populum.

Pſalt. Syr. *De comprobatione, & ſalute facta ipſi a Deo: & prophetia de Chriſto, verſ. 15.* Pſalt. Arab. *verſ. 19.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 BENEDIXISTI DOMINE TERRAM TUAM:

2 avertiſti captivitatem Jacob.

† 3 remiſiſti iniquitatem plebis tuae:

4 operuiſti omnia peccata eorum.

DIAPSALMA.

† 5 mitigaſti omnem iram tuam:

6 avertiſti ab ira indignationis tuae.

† 7 Converte nos Deus ſalutaris noſter:

8 & averte iram tuam a nobis.

Num-

In perpetuum decantandus, Levitis Cantoribus ex progenie Core datus ad cantandum. PROPHETA. 1 *Beneficentiâ tuâ Domine olim beaſti voluiſti habitatoribus terræ tuæ Iſraeliticæ: 2 & reverti fecisti à captivitate captivos poſteros Jacobi. 3 remiſiſti populo tuo iniquitates ſuas: 4 & ad hunc modum operuiſti omnia peccata eorum, ne ampliùs ea videres ad puniendum.* * *5 continuiſti & ſedaſti omnem iram tuam in eos: 6 teque avertiſti ab ira vehemente juſti furoris tui. 7 Nunc ergo conſimiliter converte nos ad te; & reconcilia nos tibi ò Deus, qui das nobis omnem ſalutem ac ſanitatem: 8 & averte à nobis indignationem tuam.*

* *Perfectio &c.*

Num

† 9 Numquid in aeternum iraſceris nobis ?
10 ✠ aut : extendes iram tuam a generatione in generationem ?
† 11 ✠ Deus : tu converſus, vivificabis nos :
12 & plebs tua laetabimur in te.
† 13 oſtende nobis Domine miſericordiam tuam :
14 & ſalutare tuum da nobis.
† 15 Audiam, quid loquatur ✠ in me : Dominus Deus ;
16 quoniam loquetur pacem in plebem ſuam,
† 17 & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui convertuntur ad cor.
† 18 Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius,
19 ut inhabitet gloria in terra noſtra.
† 20 Miſericordia & veritas obviaverunt ✠ ſibi :
21 juſtitia & pax oſculatae ſunt.
† 22 veritas de terra orta eſt :
23 & juſtitia de caelo proſpexit.
† 24 etenim Dominus dabit benignitatem :
℣. 25. Pſ. LXVI. 7. 25 & terra noſtra dabit fructum ſuum.
† 26 juſtitia ante eum ambulabit :
27 & ponet in via greſſus ſuos.

9 Nam in æternum iratus eris adverſum nos ? 10 aut iram tuam extendes ac prolongabis à generatione una ad generationem aliam ? 11 Deus tu rurſum benignè converſus ad nos, noſque convertens ad te, reviviſcere nos facito : 12 & ita per te ac in te lætetur populus tuus. 13 oſtende ac exhibe nobis Domine effectus miſericordiæ tuæ ; 14 & ſalutem, quæ tuum eſt donum, da nobis. 15 Audiam quid dicat ad me Dominus Deus : 16 loquetur enim de pace ac tranquillitate ad populum ſuum, 17 tum ad eos, qui ſanctimoniam profitentur, tum ad eos, qui cor ſuum convertunt ad ipſum Deum. 18 Adeſt enimverò prope eos, qui illum timent, ſalus illa, quæ ab eo datur ; 19 ut gloria bonitatis ejus habitet, ac gloriosè reſplendeat in terra noſtra. 20 In ea noſtri ſalvatione, quam decreto ſuo jam præſtitit, Dei miſericordia & veritas in ſervandis promiſſis, ſibi invicem occurrerunt, ſeſeque complexæ ſunt : 21 ejuſque juſtitia vindex peccatorum, ac pax atque placatio, quâ pacificatus eſt nobiſcum, ſeſe conjunxerunt, ac invicem ſunt deoſculatæ : 22 & ita vera probitas morum reſpondentium veræ normæ divinorum mandatorum, de habitatoribus terræ exorta eſt atque effloruit : 23 ac juſtitia, quæ à Deo datur, de cælo proſpexit & comparuit, ut ad nos deſcenderet juſtificandos : 24 nam & Dominus dabit benignitatem & ſuavitatem ſuam : 25 & ſic habitatores terræ noſtræ dabunt fructum bonorum operum ſuorum. 26 & ſanè juſtitia Dei, quâ nos ex peccatoribus juſtos facit coram eo, præibit ad nos : 27 ac tum ipſe Deus greſſus ſuos ponet in viam, ut veniet ad nos, ac apud nos manſionem faciet in æternum.

ORATIONES.

MSS. 1 REmitte Domine iniquitatem plebis tuae : & oſtende nobis miſericordiam tuam, quae nos in viam pacis, juſtitiâ praecedente, perducat. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 66. 73. 81. 98. 2 COnverte nos Deus ſalutaris noſter ; & averte iram tuam à nobis : ac ſuper populum tuum pacem praeſta, quam loqueris ; ut plebs tua laetetur in te ; ac ſalutare tuum cuſtodiâ ſalutis intelligens, vel miſericordiam tuam temporum proſperitate cognoſcat, vel benignitatem tuam fructuum foecunditate ſuſcipiat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 105. 3 AVerte Domine faciem tuam à peccatis noſtris ; & omnem iram ac furorem tuum à nobis remove : Eccleſiae tuae pacem concede ; & omnes iniquitates noſtras clemens dele : remove ab oculis tuis noſtrarum facinus voluptatum, noſtraeque confeſſioni tuum clementer appone auditum ; & veniae da remedium. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 129. 4 COnverte nos Deus ſalutaris noſter ad te : ut avertas iram tuam à nobis ; quia aderit reſpiramen, ſi ſuſpenderis furorem : ſit clementia proxima, ut procul ſit ira : converte nos, ut miſerando vulnera noſtra ſanes : ne averſus juſtè pro peccato, plagas potius multiplices. ergo rogamus, ut praeveniat juſtitiam pietas, & praeoccupet poenam indulgentia ; nos quoque ad te converte ; ut tribuas ſalutem, & ſubtrahas ultionem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 70. 5 OStende nobis Domine miſericordiam ; teque populum praeſtolantem reple laetitiâ : quò & plebis tuae iniquitatem remittas, & peccata noſtra ab ira mitigatus operias. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 63. 6 OStende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis : plenâ gratiae ubertate demonſtra ; plebis tuae iniquitatem remitte ; & cuncta peccata tegmine indulgentiali cooperi. converte nos itaque ad te, & converſis praecepta tua ſervare concede : & tamen exorabilis ſit tua clementia ; ut in nobis nec ira tua, in quantum merito peccati gravamur, deſaeviat ; nec indignatio bonitatem tuam commoveat : ſed praeſta, ut dum verbere pectora tundimus, & gementes occulta conſcientiarum (cum te non lateant) propalamus, meritum noſtrarum evadamus culparum : ut te Dominum miſericordiae, & veritatis auctorem complexione juſtitiae & pacis perpetuae hereditatis fruamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Digitized by Google

LXXXV.

Oratio ✝ ipſi: David.

BEDA.

Senſus myſticus. David *ſignificat Dominum Salvatorem : ſive quia interpretatio ejus* Manu fortis *ac* deſiderabilis *habetur ; ſive quia ex ejus ſtirpe carnem ſumpſit : qui eſt ſuper omnia Deus, benedictus in ſecula.*

Per totum pſalmum orat Dominus Jeſus Chriſtus : in primâ ſectione dicens, quæ ipſi tantùm probantur aptari : Inclina Domine aurem tuam, *& reliqua. Secundò, pro membris ſuis, quorum ipſe caput eſt, humiliùs deprecatur :* Deduc me Domine in via tua. *Tertiò, ex ſua iterum perſona reloquitur, quòd ad eum ſpecialiter pertinet :* Deus iniqui inſurrexerunt in me.

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio Davidi : & Prophetia de vocatione Gentium.* (al. tantùm : *Gentium vocatio.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ipſe David in anguſtia poſitus orat. Poteſt & Ezechiæ convenire, ab Aſſyriis obſeſſo.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm ædificavit Domum Domini : & prophetia de vocatione gentium. Præterea oratio peculiaris juſti, verſ.* 33.

Pſalt. Arab. *verſ.* 34.

Feria VI. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet noſtri Mediatoris venientis ad Paſſionem. In fine verò ipſius Prophetæ tenet orationem.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Prophem.

1 INCLINA DOMINE AUREM TUAM ✝ ET : EXAUDI ME :
2 quoniam inops & pauper ſum ego.
† 3 Cuſtodi animã meã, quoniã ſanctus ſum :
4 ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſperantem in te.
† 5 Miſerere mei Domine : quoniam ad te clamavi tõtâ die :
6 laetifica animam ſervi tui ;
7 quoniam ad te Dñe animam meã levavi.
† 8 Quoniam tu Domine ſuavis & mitis,
9 & multae miſericordiae, omnibus invocantibus te :
† 10 auribus percipe Dñe orationem meam :
11 & intende voci deprecationis meae :
† 12 in die tribulationis meae clamavi ad te ; quia exaudiſti me.
† 13 Non eſt ſimilis tui in diis Domine :
✝. 13. Exod. XV. 11. Deut. III. 24.
14 & non eſt ſecundùm opera tua.
† 15 Omnes gentes, quas ✝ cumque : feciſti, venient,
✝. 16. Pſ. XXI. 28.
16 & adorabunt coram te Domine :
17 & glorificabunt Nomen tuum :
✝. 18. Pſ. LXXI. 18. LXXVI. 15.
† 18 quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia ;
19 tu ✝ es : Deus ſolus.
✝. 20. Pſalm. V. 9. XXIV. 4. XXVI. 11. CXLII. 8.
† 20 Deduc me Domine in via tua :
21 & ingrediar in veritate tua :
22 laetetur cor meũ ut timeat nomen tuũ.
† 23 Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto corde meo ;
24 & glorificabo nomen tuum in aeternũ :
† 25 quia miſericordia tua magna ✝ eſt : ſuper me ;
26 & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
✝. 27. Pſ. LIII. 5.
† 27 Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me :
28 & ſynagoga potentium quaeſierunt animam meam :
✝. 30. 31. Exo. XXXIV. 6. Num. XIV. 18. II. Eſdr. IX. 17. Pſal. CXLIV. 8.
29 & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
† 30 Et tu Dñe Deus, miſerator & miſericors, patiens

Oratio inſpirata Davidi. PROPHETA. 1
Præbe Domine aurem tuam mihi acclinato ad terram,
& exaudi me : 2 *quia ego ſum inops afflictus & pauper.* 3 *Cuſtodi animam meam à malo ; quia per fidei*
ac pietatis profeſſionem tibi ſacratus ſum : 4 *ſalva me*
ſervum tuum ſperantem in te, ò Deus. 5 *Miſereat te*
mei Deus ; quia ad te clamavi ac clamabo totâ die &
per ſingulos dies : 6 *& lætifica animam meam ſervi tui ;*
7 *quia ad te Domine elevavi mentem meam.* 8 *Quoniam*
Domine es bonus & ſuavis, mitis & propitiabilis ac
parcens, 9 *& copioſus in miſericordia erga omnes, qui*
te invocant & implorant : 10 *ideo clementibus auribus accipe Domine orationem meam :* 11 *& attende*
voci hujus deprecationis meæ : 12 *in quovis tempore*
afflictionis meæ, & nunc potiſſimùm, fiduciâ magnâ affectuque vehementiſſimo clamavi ad te ; propterea
quod ſæpè me aliàs exaudiſti. 13 *Non eſt ſimilis tui*
in falſis diis Gentium, vel in principibus miniſtris vicariis deitatis tuæ Domine ; 14 *& non eſt opus aliquod,*
quod poſſit æquiparari ad opera miranda tua. 15
Quare omnes gentes, quaſcumque tu feciſti, venient
tandem ad cognitionem tui, 16 *& procumbent*
adorantes coram te ; 17 *ac palam glorioſeque*
laudabunt divinum tuum numen, prædicantes, 18
quòd magnus es tu, & faciens opera mirabilia ; 19
ac quòd tu ſolus es Deus verus & magnus. 20
Doctor & ductor eſto mihi Domine in lege tua,
quæ eſt via veniendi ad te : 21 *ſicque ego à te*
ductus, proficiſcar ac proficiam in veritate veræ ac
divinæ ſapientiæ tuæ : 22 *& fac, ut lætetur unicè*
in te ſolo cor meum, ut caſtè timeat divinum Numen tuum. 23 *Profitebor tibi Domine dignas,*
quantum potero, laudes tuas affecta toto cordis
mei ; 24 *tuumque divinum numen glorioſiſſimè laudabo in ſempiternum ;* 25 *pro eo quod magna ſit*
miſericordia tua erga me ; 26 *& eo quòd animam*
meam ex inferno extremo & profundiſſimo liberaveris, ne eò deſcenderet. 27 *O Deus mi, ecce iniqui ac ſuperbi inſurrexerunt adverſùm me ;* 28 *ac*
cœtus robuſtorum quæſierunt perdere animam meam
& vitam meam ; 29 *ac non poſuerunt te in conſpectu oculorum mentis ſuæ, ut te revererentur.* 30
Tu autem Domine Deus es miſerator, ac clementer
miſericors,

patien-

31 patiens & multae miſericordiae & verax:
† 32 reſpice in me & miſerere mei:
33 da imperium tuum puero tuo;
ỳ. 34. Pſalm. LXV. * 16. 34 & ſalvum fac filium ancillae tuae.
† 35 Fac mecum ſignum in bonum; ut videant qui oderunt me, & confundantur;
36 quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

31 patienter exſpectans ac differens pœnam, atque
multus miſericordiâ, ac verax ac fidelis in tuis
promiſſis: 32 reſpice ergo ad me; ac miſerere
mei: 33 ac fortitudinem atque robur, quod tuum
eſt donum, da mihi ſervo tuo; 34 & ab illis ini-
quis inſurgentibus in me ſalva me filium matris
non infidelis ſed fidelis, ac ancillæ tuæ, teque
colentis. 35 Fac mecum ſignum aliquod ac indi-
cium in bonum, bonæ erga me voluntatis tuæ teſti-
monium: ut illud videant, qui me oderunt, et
pudore ſuffundantur, 36 propterea quòd tu mihi
auxiliatus fueris, meque fueris conſolatus.

ORATIONES.

MSS. 1 LAEtifica Domine vultum familiae tuae: & erue animas noſtras ex inferno inferiori: ut tui vultûs contemplatione protecti, deſideria carnis ſpirituali dominatione calcemus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Apud Landulf. de Saxonia. 2 DEduc Domine nos in via veritatis tuae; ut exſultantes timeamus te; & confiteamur nomini ſancto tuo: ut ſimus bonis operibus ſignati; & confundantur inimici noſtri. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 99. 255. 266. * al. ut. * al. videndum. * al. ereptos. 3 DEus ſuavis ac mitis, multùmque invocantibus te miſericors; orationem noſtram auribus percipe; ac de multitudine miſericordiae tuae noſtra errata remove: * & ne humi proni reptemus, ad te * & viſendum nos * erectos ſtatue. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 144. 246. 4 MIſerere Domine ad te totâ die clamantibus; teque in tribulatione invocantibus exiſte propitius: ut in quibus majeſtatem tuam adorando laudamus, dignè ſuſcipias; & pro quibus te timemus, pius ignoſcas. timoris igitur tui obedientiâ corda noſtra laetifica; & conſolationis dulcedine dubietatem noſtrae mentis conſorta. ſed quia tu ſuavis ac mitis es, ſuavitatem ex tua indulgentia hauriamus; & in retribuendo pium te mitemque ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 166. 5 REſpice in nos Domine, & miſerere noſtri; teque in tribulatione invocantibus aſſiſte propitius: ut in quibus majeſtatem tuam adorando laudamus, dignè ſuſcipias; & pro quibus te timemus, pius ignoſcas. timoris igitur tui obedientiâ corda noſtra laetifica; & conſolationis dulcedine dubietatem noſtrae mentis conſorta. & quia tu ſuavis ac mitis es; ſuavitatem ex tua indulgentia hauriamus: & in retribuendo pium te mitemque ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 207. *De Paſſione Domini.* 6 SAlvator & Domine, quem injuſta ſuper te inſurgentium malitia perculit; & ſynagoga impiorum linguis ſaeviens crucifixit; da nobis, alto pietatis te ſemper myſterio ſequi: ut in eo, quod tu pro nobis & crucem paſſus es & ſepulchrum, nos de victo ſaeculo victores tranſeamus ad caelum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 268. 7 SAlvos nos fac ſervos tuos Domine Deus noſter, ſperantes in te; quia ſuavis ac mitis multùmque miſericors es: reſpice in nos, ac miſerere noſtri: ut nominis tui magnitudine cor noſtrum laetetur; te timeat, ut laetetur: deduc nos in via tua; & ambulantes in veritate tuâ conſolare adjutorio, & adjuva conſolando. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 384. *De S. Maria Magdalena.* 8 DEus Dei Filius, quem illa beata Maria Magdalena in toto corde confeſſa, nomen tuum honorificando, producta eſt ut coronanda; da in ore noſtro confeſſionem, quae nos expurget à crimine: ut quidquid in tuae laudis honore depromimus, in lucro prodeſſe aeterni muneris ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi 9 PRecamur te Domine, ut Crucis tuae ſigno tutati, atque ejus praeſidio cuſtoditi, mereamur ab omnibus diaboli inſidiis liberari. quia tibi eſt honor & gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Digitized by Google

LXXXVI.

Filiis Core, pſalmus cantici.

BEDA.

Senſus myſticus.

Filii Core, *fideles ſignificant Chriſtianos: quibus Propheta Civitatem Dei prædicat; ut eis tantæ gloriæ major augeatur affectus.* ALITER. *Omnes pene pſalmi, qui* Filiis Core *titulantur, lætitia pleni ſunt: non enim ſecuti iniquitatem patris, alienum à Deo ignem libidinoſum afflamant: ſed hoc amantes, quod diligit Dominus, de Civitate Dei glorioſa loquuntur.*

In primâ parte Propheta loquitur ad fideles, cæleſtem prædicans Civitatem: Fundamenta ejus in montibus ſanctis. *Secundâ, Dominus Salvator tam diverſorum nominum alluſione crediturum eſſe pronunciat; increpans Synagogam, quare ipſa non cognoverit Deum; cui fides Gentium devota crediderit?* Memor ero Rahab (& Babylonis ſcientibus me.) ecce alienigenae, *& reliqua. Tertiâ parte, Propheta uno verſu futuri ſæculi beatitudinem tangit: quæ partes,* Diapſalmatum *ſunt quoque interpoſitione diſcretæ:* Sicut lætantium, omnium habitatio in te.

Euſebius Cæſarienſis. *Chriſti Incarnatio, & vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Præceptis decem tribubus, Aſſyrii, quomodo obſiderent Hieruſalem, non tamen debellare potuerunt.* Aliter, vox Apoſtolica de Eccleſia.

Feria VI. ad Vigilias.

Pſalt. Syr. *De liberatione Hieruſalem, verſ.* 13.

Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 10.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 FUNDAMENTA EJUS IN MONTIBUS SANCTIS.

2 Diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Jacob.

† 3 Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei.

DIAPSALMA.

DEUS. † 4 MEMOR ERO Rahab & Babylonis ſcientium me.

† 5 ecce elienigenae & Tyrus & ÷ populus: AEthiopum, hi fuerunt illic.

Propheta. † 6 NUMQUID SION dicet homo:

7 & homo natus eſt in ea:

8 & ipſe fundavit eam Altiſſimus?

† 9 Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea.

DIAPSALMA.

† 10 Sicut laetantium, omnium habitatio eſt in te.

Pſalmus traditus Levitis Cantoribus de progenie Core, decantandus, inſtrumento muſico inchoante, & cantu vocis ſubſequente. PROPHETA. 1 *Fundamenta ſive argumentum hujus Pſalmi eſt de ſanctis montibus, ubi conſtructa eſt Civitas Sion.* 2 *Diligit Dominus portas ac totam urbem ipſam Sion, plaſquam reliqua habitacula & civitates populi ex progenie Jacobi patriarchæ.* 3 *Quàm glorioſa dicta ſunt per Prophetas de te, ò Sion, civitas præ cæteris Deo dicata!* * DEUS. 4 *Ego Deus memor ero ſuperbæ ulim Ægypti & Babylonis, jam tandem agnoſcentium atque colentium me in eadem Sione.* 5 *& ecce Palæſtini alienigenæ, & gens civitatis Tyri, ac populus Æthiopum, hi quoque fuerunt in ea urbe Sion; & ex eiſdem nationibus illic plurimi nati ſunt.* PROPHETA. 6 *Nonne Sioni dicet homo,* 7 *quòd & ex omni natione homo natus ſit in ipſa;* 8 *ac quòd Deus ipſe altiſſimus eam fundaverit?* 9 *Dominus hæc tam glorioſa hujus Civitatis narrabit in Scripturis ſanctis populorum ſuorum, & horum principum, qui fuerunt in ea.* * 10 *Cohabitatio omnium iſtiuſmodi populorum intra mœnia tua, ò Sion, concors eſt atque jucunda, veluti magno gaudio collætantium.*

* Pauſatio aut immutatio muſica cantilenæ inter pſallendum.

* Pauſatio &c.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 FUndamentum fidei noſtrae, Deus, qui in mentibus ſanctis tamquam in excelſis montibus aeternitatis, portas juſtitiâ muniente, componis; concede nobis in te glorioſè credere; teque ad redemptionem noſtram hominem factum praedicabiliter confiteri. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia.

Apud Landolf. de Saxonia. 2 FUndator bonorum omnium, Deus, concede nobis tales fieri; ut mereamur omnium in te laetantium lucis aeternae habere conſortium. Per Dominum.

LXXXVII.

* Pſal. LII. 1.

Canticum pſalmi, filiis Core, in finem. * *pro Mahelet ad reſpondendum. Intellectus: : Eman Ezrahitae:*

Edit. Rom. *Canticum pſalmi, filiis Core, in finem. Pro Amelech ad reſpondendum. Intellectus, Eman Iſraëlitae.*

BEDA.

* Mahelet.

* Amalech, *interpretatur* Chorus *divina verba dicentium: & quod additur,* Ad reſpondendum, *ſignificat organo muſico præveniſſe, &* Chorum reſpondiſſe *ſolemniter: myſticè innuens Domini Paſſionem, quæ hoc pſalmo cantatur, Eccleſiam concorditer imitari debere. Nam &* Eman Iſraelita, *qui* Frater ejus, *& vir videns Deum interpretatur, eumdem fidelem populum denunciat, de quibus dicitur;* Ite, nunciate fratribus meis. *Iſt autem* Eman * *filius Johel, filii Samuel, de familia Caath, filii Levi; unus de Cantoribus, quos David in collatione Arcæ præfecit reliquis ad canendum.* Hieronymus *bene*

* I. Paralip. VI. 33.

titaiom

titulum ita expoſuit : Pſalmus iſte refertur ad Idem; *& filiis Coræ* præcinentibus, omnis in eamdem vocem *reſpondit chorus* ; *Eman Iſraelitæ* vel *Ezrabitæ ſenſu prudentiaque* compoſitus. *Arnobius ita* : In hujus pſalmi titulo nominantur quidem *filii Coræ* : ſed *Pſalmus canticum* (ſuum) *pro Amalech* dirigit ; & dat *intellectum Eman Iſraelitæ* . *Amalech* Hebræi *deſtitutum* vocant ; *Eman* , *inopem* . ergo *ad deſtitutum & pauperem* ſermo eſt : illum credo, quem relinquentes ſolum diſcipuli, fugerunt : qui, cùm dives eſſet, pro nobis *pauper* factus eſt.

Per totum pſalmum Dominus loquitur. In prima parte deprecatur auxilium ; per ſimilitudines varias contemptum ſuum referens, quem a Judæis erat perpeſſurus : Domine Deus ſalutis meae, *& reliqua. Secundâ, quæ ſit paſſurus enumerat ; aſſerens mortuos à medicis non eſſe ſuſcitandos, ut poſſint Deo confiteri* : Longè feciſti notos meos à me. *Tertia, negat miſericordiam Domini ſepultos edicere ; aut perditos laudes Domini perſonare : propterea reſurrectionem ſibi celerrimam venire deprecatur ; in qua oratione perſeverans, loquitur à parte membrorum, diverſos commemorans Paſſiones, quas tam ipſe, quam plebs ejus ſuſtinuit devota* : Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam ? *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Chriſti mortem prophetat.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ut ſupra. Aliter, vox Chriſti de Paſſione ſua ad Patrem.*

Pſalt. Syr. *De populo, qui erat in Babel, verſ. 40.*

Pſalt. Arab. *verſ. 38.*

Feria VI. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus Paſſionis Dominicæ continet Sacramenta, ea proferens uſque ad conſummationem, quæ idem Dominus paſſus pro mundi ſalute ad Patrem locutus eſt.*

PSALMUS LAMENTATIONIS..

Propheta. 1 DOMINE, DEUS ſalutis meae,
2 in die clamavi ✠ &: nocte corã te.
† 3 Intret in conſpectu tuo oratio mea:
4 inclina aurem tuam ad precem meam.
† 5 quia repleta eſt malis anima mea :
6 & vita mea inferno appropinquavit.
† 7 aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum :
8 factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber :
† 9 ſicut vulnerati, dormientes in ſepulchris, quorum non es memor ampliùs ;
10 & ipſi de manu tua repulſi ſunt.
† 11 Poſuerunt me in lacu inferiori,
12 in tenebroſis & in umbrâ mortis.
† 13 Super me confirmatus eſt furor tuus :
℣. 14. Pſal. XLI. 8. 14 & õnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

DIAPSALMA.

℣. 15. Job XIX. 13. † 15 Longè feciſti notos meos a me :
℣. 16. Pſ. XXX. 12. 16 poſuerunt me abominationem ſibi.
† 17 Traditus ſum, & non egrediebar ;
18 oculi mei languerunt prae inopia.
† 19 Clamavi ad te Domine totâ die :
20 expandi ad te manus meas.
† 21 Numquid mortuis facies mirabilia ?
℣. 22. Eccli. XVII. 26. 22 aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi ?

DIAPSALMA.

℣. 23. 24. Pſalm. VI. 6. XXIX. 10. CXIII.* 17. CXVII. 17. Iſ. XXXVIII. 18. † 23 Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam ?
24 & veritatem tuam, in perditione ?
† 25 numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua ?
26 & juſtitia tua, in terra oblivionis ?
† 27 Et ego ad te Domine clamavi :
℣. 28. Pſalm. V. 4. 28 & manè oratio mea praeveniet te.
† 29 Ut quid Domine repellis orationẽ meã ?
30 avertis faciem tuam a me ?
† 31 Pauper ✠ ſum : ego, & in laboribus a juventute ✠ mea :
32 exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.
† 33 In me tranſierunt irae tuae :
34 ✠ & : terrores tui conturbaverunt me:

cir-

Canticum pſalmi, cantu vocis & inſtrumento muſico ſubſequente cantandum, datum Levitis Cantoribus ex progenie Core ; præcinendum autem per chorum, ut ab altero choro reſponderetur, id eſt repeteretur ; plenum intelligentiæ & eruditionis ; inſpiratum Eman Ezrabitæ. PROPHETA. 1 *Domine Deus ſalvator mei*, 2 *per diem ac noctem clamavi coram te*. 3 *Ingrediatur, obſecro, & admittatur coram te acceptabilis oratio hæc mea* : 4 *ac inclina aurem tuam benignam ad deprecationem hanc meam Domine* : 5 *quia anima mea repleta eſt malis* ; 6 *ac vita mea jam appropinquavit, ut in infernum deſcendat*. 7 *immò jam ſum reputatus ac annumeratus cum mortuis deſcendentibus in foveam ſepulchri* : 8 *& factus ſum ſicut homo invalidus, ac omni auxilio deſtitutus ; ac numeratus ſum inter mortuos, ac jam liber à rebus hujus vitæ* : 9 *ac æſtimatus ſum ſicut vulnerati ac interfecti, projecti ac dormientes in ſepulchris, quorum non amplius recordaris, ut vitæ reſtituas ante finem ſæculi* ; 10 *cùm ipſi & à manu tua, quâ vitam illorum conſervabas, ſint jam abſciſſi atque repulſi*. 11 *Poſitus ſum in infimo lacu*, 12 *in tenebroſis locis ac in profunditatibus ac umbra vicina mortis*. 13 *Super me firmiter aggravata eſt indignatio tua* : 14 *& ſuper me induxiſti altos illos fluctus tuos afflictionum grandium me ſubmergentium.** 15 *Longè feciſti à me notos ac amicos meos* ; 16 *qui noti mei habuerunt me ſibi abominandum*. 17 *Traditus ſum manibus inimicorum, & ita undique concluſus, ut & inde egredi non poſſim* : 18 *& oculi mei lacrymas effuderunt, ac elanguerunt ob inopiam ſummam ac afflictionem*. 19 *In tantis malis clamavi ad te Domine tota die* ; 20 *& extendi ad te palmas meas*. 21 *Numquid iis, qui mortui jam ſunt, facies mirabilia?* 22 *aut medici mortuos reſuſcitabunt, ut hi, ubi reſuſcitati fuerint, fateantur tibi in hoc mundo laudes tuas?* * 23 *numquid aliquis mortuorum in ſepulchra narrabit miſericordiam tuam?* 24 *aut aliquis, qui jam interiit, in ſepulchro, interitùs loco, narrabit veritatem tuam in ſervandis promiſſis tuis?* 25 *Numquid in tenebris ſepulchri agnoſcentur à cadaveribus mirabilia tua?* 26 *ac juſtitia tua numquid agnoſcetur in terra, quæ oblivioni tradita eſt?* 27 *Ego autem ſemper ad te Domine clamavi* : 28 *& à primo mane ante omnia oratio mea ſemper veniet ad te*. 29 *Quare Domine abjicis, & à te expellis orationem animæ meæ, ne eam exaudias?* 30 *ac quare me averſaris vultu tuo velut iratus?* 31 *Pauper ſum ego, & ſemper fui in laboribus ac ærumnis ab adoleſcentia mea* : 32 *elevatus autem & grandior ac provectior factus ætate, magis magiſque depreſſus ſum, ac deſtitutus ſum atque conturbatus*. 33 *Super me tranſierunt pœnæ juſtitiæ ab ira tua* : 34 *& terrores a te immiſſi me oppreſſerunt ac conturbaverunt*.

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ &c.*

* *Pauſatio &c.*

qua

† 35 circumdederunt me ſicut aqua totâ die;
36 circumdederunt me ſimul.
† 37 Elongaſti a me amicum
38 & proximũ ÷ &: notos meos a miſeria.

35 *quæ pœnæ atque terrores circumdederunt me quaſi aquæ ſubmergentes ac ſuffocantes totâ die:* 36 *ac circumdederunt me pariter eodem tempore ſimul omnes.* 37 *Longè feciſti à me amicum* 38 *ac ſodalem ac notos meos, qui ſe à me abſcondunt ob extremam ſummamque miſeriam meam.*

ỳ. 38. Ita cod. Alexandrinus.

ORATIONES.

MSS. *Ad Matutinum.*

1 REdemptor omnium, ineffabiliſque ſalutis noſtrae Deus, qui pro nobis inſerna penetrans, factus es inter mortuos liber; exaudi matutinam familiae tuae precem; & erue nos ab inimici inſidiantis peſſimâ ſervitute. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum.

Brev. Mozar. fol. 157. *De Paſſione Domini.* * *ibi*, retenturi.

2 DOmine Jeſu Chriſte, qui traditurum te morti, ante mortem praeſcius praedixiſti; & illuc, ubi conſtituta eſt domus omnis viventis, ad inferna utique, moriens deſcendiſti; da nobis, ut cùm tempus vocationis noſtrae advenerit, illuc non deveniamus * retinendi in poenam; quó tu moriens liberator acceſſiſti per veniam: ſed emittens manum tuam, de profundo inſerni manifeſtâ potentiâ libera; qui ſolus pro impiis tuam ponere dignatus es animam. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 176.

3 INdigentiam noſtram inopiamque, bone Chriſte, conſidera: ne quando avertens à nobis faciem tuam, abjicias animam noſtram: ut qui pauperes & aerumnoſi ab adoleſcentia ſumus, deliciis aliquando recreati caeleſtibus, aeternâ nos veſtitos immortalitate laetemur. (℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 207.

4 EGenti, & in laboribus conſiſtenti Eccleſiae tuae, Chriſte, citiùs conſolator occurre: ut tu, qui pro ea egens & pauper effectus es, donis caeleſtibus eam in futuro remuneres. ℞. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

fol. 218. *De Paſſione Domini.* * *for.* fac frui.

5 CHriſte Dei Filius Patris, qui notis longe aſtantibus in paſſione diſcipulis, viſionem ingeris crucis; ne elongari te, quaeſumus, patiaris à nobis: ſed notas nobis effice vias tuae dulcedinis; quique traditus non egrederis, ſcilicet dum in oculis interioribus Deum te hominibus monſtrari non pateris; verâ cognitione nos * facie tuae divinitatis: ut in ea te poſt tranſitum potiamur ſubſtantiâ. qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto unus permanes in trinitate & in gloria ſempiterna. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 9. S. Hieronymi.

6 SUpplices te, Chriſte, deprecamur, ut plebem tuâ paſſione à laqueo inferni liberam, tuâ fortitudine roborare, ac de ſecundae mortis nexibus digneris abſolvere: ut expediti ac liberi, regno tuo mereamur adjungi. Tibi gloria & imperium cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

LXXXVIII.

Intellectus, Ethan Ezrabitae.

Edit. Rom. *Intellectus, Ethan Iſraëlitae.*

BEDA.

Senſus myſticus. * I. Paralip. VI. 44. * III. Reg. IV. 31.

Ethan *interpretatur* Robuſtus: *& quia pſalmus iſte laudes erat & promiſſiones Domini narraturus, incommutabilis fidelium verborum firmitas,* Robuſti *nomine præmonſtratur. ubi &* Intellectus *neceſſariò præſcribitur, utpote quia thronus David promittitur æternus; qui interim juxta hiſtoriam olim cernitur eſſe deſtructus.* Ethan *autem iſte, ſicut &* Heman, *vel de cantoribus David regis eſt, quos * Verba dierum narrant; filius videlicet Cuſi, filii Abdi, de cognatione Merari filii Levi: vel de illis ſapientibus, quibus in libro * Regum, Salomonis ſapientia præfertur:* Sapientior, *inquit,* Ethan Ezrahitâ & Heman. *tantæ ergo ſcientiæ hoc carmen eſt, ut ſapientiſſimi illius nomini mereatur adſcribi.*

Ethan *iſte* Robuſtus, *qui tanto mentis illuminatione completus eſt, ut* Iſraelita *veriſſimè nuncupetur; primo ingreſſu pſalmi dicit, ſe miſericordias Domini cantaturum; quoniam multa promiſit fideli populo præſtiturum:* Miſericordias Domini in aeternum cantabo. *Secundâ parte, diverſis modis laudes Domini potentiamque deſcribit:* Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine. *Tertiò, Paternas in Chriſtum pollicitationes enumerat:* Tunc locutus es in viſione Sanctis tuis. *Quartò, ipſe Dominus ob Ieſſorem, quem prætulit, inimicis traditus aſſeritur:* Tu verò repuliſti. *Quintò, fragilitati humanæ poſtulat ſubveniri; quia non in vanum filios hominum plaſmaverat:* Uſquequò Domine avertis, in finem? *Sextò, rogat Dominum ſuas promiſſiones implere, quas David ſervo ſuo feciſſe declaratur; & memorari, qualia ſervi ejus ab impiis opprobria ſuſtinuerunt:* Ubi ſunt miſericordiae tuae antiquae Domine?

Euſebius Caſarienſis. *Docet Regnum Chriſti ex ſemine David.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Prædicit, captivos in Babylone nihil quidem de meritis propriis, ſed de promiſſionibus ad David Domini convenire, ut qui genus omne Judæorum, vel Reges illius ſe cuſtodire promiſerat, ſponſionis fidem rebus implere dignetur, in honorem Regum populos protegendo.* Vel vox Chriſti ad Patrem de Judæis. Aliter, de tempore illo, quo numeratus eſt populus, hiſtoria canitur.

Pſalt. Syr. *De populo, qui erat in Babel, verſ.* 23.
Pſalt. Arab. *numerus verſ.* 102.
Feria VI. ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus in multis vocibus continetur; habet enim vocem Patris ad Filium, Filii ad Patrem, Eccleſiæ, ipſuſque Prophetæ, vel Apoſtolorum: in prophetica ergo voce ſic incboat ad Patrem:*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM ET MEDITANDUM.

Propheta. 1 MISERICORDIAS DOMINI IN AETERNUM CANTABO:
† 2 in generationem & generationem annunciabo veritatem tuam, in ore meo.
† 3 quoniam dixiſti, In aeternum miſericordia aedificabitur:
4 ✚ in: caelis praeparabitur veritas tua : in eis:
† 5 *Diſpoſui teſtamentum electis meis:*
6 *juravi David ſervo meo;*
℣. 7. II. Reg. VII. 16. 7 *Uſque in aeternũ praeparabo Semen tuũ:*
† 8 *Et aedificabo in generationem & generationem Sedem tuam.*

D I A P S A L M A.

† 9 Confitebuntur caeli mirabilia tua Dñe:
10 & ✚ enim: veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
† 11 quoniã quis in nubibus aequabitur Dño?
12 ſimilis erit Deo in filiis Dei?
† 13 Deus, qui glorificatur in cõſilio ſanctorũ,
14 magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu ejus ſunt.
† 15 Domine Deus virtutum, quis ſimilis tibi?
16 Potens es Domine; & veritas tua in circuitu tuo.
℣. 17. Pſ. LXIV. 8. † 17 Tu dominaris poteſtati maris:
18 motum autem fluctuum ejus tu mitigas.
℣. 19. Exod. XIV. 28. † 19 Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbũ:
20 in brachio virtutis tuae diſperſiſti inimicos tuos.
℣. 21. Geneſ. I. 2. † 21 Tui ſunt caeli; & tua eſt terra:
22 orbem ✚ terrae: & plenitudinem ejus tu fundaſti.
23 Aquilonem & Mare tu creaſti:
† 24 Thabor & Hermon ✚ in: nomine tuo exſultabunt:
25 tuum brachium cum potentia.
† 26 Firmetur manus tua; & exaltetur dextera tua.
℣. 27. Pſ. XCVI. 2. 27 Juſtitia & judiciũ praeparatio ſedis tuae:
† 28 miſericordia & veritas praecedent faciem tuam.
29 Beatus populus qui ſcit jubilationem:
† 30 Dñe in lumine vultûs tui ambulabunt:
31 ✚ &: in nomine tuo exſultabũt totâ die:
32 & in juſtitia tua exaltabuntur.
† 33 quoniam gloria virtutis eorum tu es:
34 & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum:
† 35 quia Domini eſt aſſumptio: noſtra:
36 & Sancti Iſrael, regis noſtri.
† 37 Tunc locutus es in viſione Sanctis tuis,
38 & dixiſti: *Poſui adjutorium in potente:*
℣. 39. I. Reg. XVI. 8. 39 ✚ *&: exaltavi electum de plebe ✚ mea:*

inve-

Pſalmus intelligentiæ & eruditionis plenus,
Inſpiratus Ethan Ezrahitæ. PROPHETA. 1 *Mul-*
tiplices ac varias miſericordias tuas Domine in æter-
num cantabo: 2 ac veritatem ac fidelitatem promiſſo-
rum tuorum ore meo poſteris annunciabo in omnes æta-
tes. 3 quoniam dixiſti, quòd tua erga nos miſericordia
in æternum inſtar ædificii ſtabilis durabit: 4 ac in ipſis
cælis perpetuis apparabitur ac firmabitur veritas pro-
miſſorum tuorum, tamdiu duratura, quamdiu cæli ipſi: 5
dixiſti enim; Percuſſi fœdus cum iis, quos ego mihi
elegi: 6 & juravdo promiſi ſervo meo Davidi, 7
inquiens; Genus ſtirpis tuæ, ó David, ſtabile appa-
rabo manſurum in æternum uſque: 8 & in Meſſia
filio tuo ædificabo ſolium regni tui in omnes ætates.* * *Pauſatio &c.*
9 Confiteantur cælites admirabilia conſilia ac opera tua
Domine: 10 quin & veritatem ac fidelitatem promiſ-
ſorum tuorum terreſtres etiam confiteantur in congrega-
tione ſanctorum. 11 Quis enim in nubibus ac æthere
æquiparari poterit Domino? 12 ac quis inter Angeli-
cos illos ſpiritus filios Dei aſſimilabitur Domino? 13
Deus, qui glorificatur in concilio ſanctorum, 14 magnus
atque metuendus eſt ultra omnes Spiritus illos ſuperios,
qui eum circumſtant, eique adſtant. 15 Domine Deus
exercituum omnium cæleſtium atque terreſtrium, quis
ſimilis tui? 16 Tu ſolus omnipotens es Domine; ac ve-
ritas atque fidelitas promiſſorum ſemper te circumſtat,
& abs te nunquam recedit. 17 Tu dominaris poteſtati
ac ſuperbiæ procelloſi maris: 18 & motum ac elationes
fluctuum ejus tu comprimis ac mitigas. 19 Tu tam fa-
cilè confregiſti ac humiliaſti ſuperbum illum Ægyptium
Pharaonem; quàm facilè homo dejiceret aliquem le-
thaliter vulneratum: 20 ac tuo forti brachio diſperſi-
ſti illos Ægyptios inimicos tuos. 21 Tui ſunt cæli; &
terra tua eſt: 22 orbem terræ, ac quidquid in illa con-
tinetur, tu fundaſti: 23 Aquilonem & Auſtrum, ubi
propriè eſt Oceanus, tu creaſti: 24 Occidens, ad quem
ſitus eſt mons Thabor; ac Oriens, versùs quem eſt mons
Hermon, te creatorem ſuum agnoſcunt; tuumque no-
men tacitis ſuis vocibus ſemper cum exſultatione lau-
dari facient ab hominibus: 25 & brachium tuum eſt
cum ſumma potentia ac fortitudine. 26 Firma igitur, ro-
buſta atque inexpugnabilis eſſe oſtendatur omnibus ma-
nus tua: & excelſa eſſe demonſtretur dextera tua. 27
Solium regni tui firmiter ſitum eſt in juſtitia ac judicio
juſto: 28 miſericordia tamen ac veritas promiſſionum
tuarum ſemper incedent ante conſpectum tuum: quia ita
juſtus es judex, ut ſis quoque miſericors pater ac verax
promiſſor. 29 O beatum populum illum fidelem, qui
novit jubilum ejuſmodi laudum tuarum, teque novit
laudare cum jubilo! 30 Planè Domine tales in luce il-
la, ac gratia benigna faciei tuæ incedent: 31 ac in tuo
nomine ac protectione exſultabunt tota die: 32 ac in
juſtitia, qua tu eos juſtos facis, exaltabuntur. 33 tu
enim es tota gloria fortitudinis eorum: tibi referenda
eſt gloria ob fortitudinem eorum, à te ipſis datam: 34
& ob tuam bonam erga nos voluntatem elevabitur ro-
bur noſtrum ſuper hoſtes noſtros. 35 quia aſſumptio no-
ſtri ſub tuam defenſionem, ac protectio noſtri, opus Do-
mini eſt, 36 & Sancti Dei, qui Iſraelem ſanctificat;
quique noſter eſt Rex. 37 Tunc quando promiſiſti Da-
vidi, quòd in æternum ſtabiliturus eſſes genus & thro-
num ejus, locutus es per viſionem ſanctis filiis tuis
Prophetis, 38 & dixiſti: Poſui adjutorium meum
ſuper robuſtum & potentem quemdam, ad ſalvan-
dum populum meum de inimicis ſuis; 39 & exaltavi
illum, quem ſelegi è populo meo:

nempe

Digitized by Google

℣. 40. Act. XIII. 22. † 40 *inveni David ſervum meum:*
41 *oleo ſancto meo unxi eum.*
℣. 41. I. Reg. XVI. 12. † 42 *Manus ✝ enim: mea auxiliabitur ei:*
43 *& brachium meum confortabit eum.*
† 44 *Nihil proficiet inimicus in eo:*
℣. 45. II. Reg. VII. 10. 45 *& filius iniquitatis non apponet nocere ei.*
† 46 *& concidam a facie ipſius inimicos ejus:*
47 *& odientes eum in fugam convertam.*
℣. 48. Pſalm. LX. 8. † 48 *Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo:*
49 *& in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*
† 50 *& ponam in mari manum ejus,*
51 *& in fluminibus dexteram ejus.*
† 51 *Ipſe invocabit me;* Pater meus es tu,
52 Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meae.
† 54 *Et ego primogenitum ponam illum,*
55 *excelſum ✝ prae: regibus terrae.*
† 56 *In aeternũ ſervabo illi miſericordiã mea:*
57 *& teſtamentum meum fidele ipſi.*
† 58 *& ponã in ſaeculũ ✝ ſaeculi. ſemen ejus:*
59 *& thronum ejus ſicut dies caeli.*
℣. 60. II. Reg. VII. 15. † 60 *Si ✝ autem: dereliquerint filii ejus legem meam;*
61 *& in judiciis meis non ambulaverint;*
† 62 *ſi juſtitias meas profanaverint;*
63 *& mandata mea non cuſtodierint:*
† 64 *viſitabo in virga iniquitates eorum;*
65 *& in verberibus peccata eorum.*
℣. 66. Iſai. LV. 3. † 66 *miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo;*
67 *neque nocebo in veritate mea;*
† 68 *neque profanabo teſtamentum meum:*
69 *& quae procedunt de labiis meis, non faciam irrita.*
† 70 *Semel juravi in ſancto meo, Si David mentiar.*
71 *Semen ejus in aeternum manebit:*
℣. 72. Pſal. LXXI. 5. 17. † 72 *& thronus ejus, ſicut ſol in conſpectu meo,*
73 *✝ &: ſicut luna perfecta, in aeternum:*
74 *& teſtis in caelo fidelis.*

DIAPSALMA.

† 75 Tu verò repuliſti & deſpexiſti
℣. 76. Pſ. LXXIX. 13. Iſai. V. 5. 76 diſtuliſti Chriſtum tuum,
† 77 evertiſti teſtamentum ſervi tui:
78 profanaſti in terra ſanctuarium ejus,
† 79 deſtruxiſti omnes ſepes ejus:
80 poſuiſti firmamentũ ejus, formidinem.
† 81 diripuerunt eum õnes tranſeuntes viã:
82 factus eſt opprobrium vicinis ſuis.
† 83 exaltaſti dexteram deprimentium eum:
84 laetificaſti omnes inimicos ejus,
† 85 avertiſti adjutorium gladii ejus:
86 & non es auxiliatus ei in bello.
† 87 deſtruxiſti eum ab emundatione:
88 & ſedem ejus in terra colliſiſti.
† 89 minoraſti dies temporis ejus:
90 perfudiſti eum confuſione.

DIAPSALMA.

℣. 92. Pſ. LXXVIII. 10. † 91 Uſquequò Domine avertis, in finem?
92 exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Me-

40 nempe inveni mihi Davidem ſervum meum: 41 &
oleo meo ſancto unxi eum in Regem populi mei. 42
Manus potentiæ meæ auxiliabitur ei, cum quo firma
erit. 43 & brachium meum roborabit eum. 44 Nihil ſibi
proficiet inimicus in eo: 45 & quivis homo iniquus
non addet nocere ei, eumque non affliget. 46 & con-
fringam ante faciem ejus inimicos illius: 47 & odien-
tes eum percutiam & in fugam vertam. 48 Veritas au-
tem mearum promiſſionum & miſericordia mea ſem-
per cum ipſo erunt: 49 & in nomine & adjutorio
meo exaltabitur robur ejus. 50 & ponam unam ma-
num imperii ejus in mari, 51 & aliam manum dexte-
ram imperii ejus ponam in fluminibus, hoc eſt ejus
imperio & mare ſubjiciam & flumina. 52 Ipſe in-
vocabit me, dicens mihi: *Pater meus es tu, 53 Deus
meus, ac fortis defenſor ſalutis meæ contra adverſarios
meos.* 54 Ego autem primogenitum & primum inter
filios meos ponam eum, 55 & excelſum præ regibus
terræ. 56 In æternum cuſtodiam ei miſericordiam
meam erga ipſum: 57 & pactum meum, cum eo ini-
tum, fidele erit ei. 58 & efficiam, ut genus ſtirpis
ejus ſit in æternum; 59 & efficiam, ut thronus ejus
ſit perpetuus, ſicut perpetui erunt dies, quibus cæli
durabunt. 60 Porro ſi filii ejus legem meam dereli-
querint; 61 & ſecundùm judicata & decreta legis
meæ non ambulaverint, vitamque ſuam non duxe-
rint; 62 ſi cæremonias & juſta ſtatuta mea profana-
verint; 63 & præcepta mea non cuſtodierint: 64
iniquitates & ſcelera eorum viſitabo & puniam virgã
caſtigationis; 65 & peccata eorum flagellis & pla-
gis caſtigabo: 66 at promiſſionem, ipſi Davidi à me
miſericorditer datam, non auferam ab eo: 67 nec in-
juſtè agam, nec mentiar contra veritatem promiſ-
ſionum mearum: 68 neque violabo pactum meum
cum eo initum; 69 & promiſſa, quæ egrediuntur de
labiis meis, non mutabo, non irritabo. 70 Semel &
irrevocabiliter eum juramento per memetipſum &
per ſanctitatem meam promiſi: Nequaquam mentiar
Davidi. 71 Genus ſtirpis ejus in æternum perma-
nebit: 72 & ſolium regni ejus coram me erit ſplen-
didum & æternum, ſicut Sol; 73 & in æternum
erit, ſicut Luna plena & perfecta, pleno lumine
fulgens: 74 & horum uterque Sol ſcilicet & Lu-
na, tamquam teſtis fidelis durationis illius regni
erit in cælo, id ſemper teſtificans. * 75 *Ac nunc
tu Deus repuliſti & nihili feciſti, 76 ac iratus proje-
ciſti regem noſtrum, à te chriſmate unctum; 77 & vi-
dèris evertiſſe pactum initum cum ſervo tuo Davide:
78 & profanaſti conculcatum in terra ſanctum diadema
ac regiam coronam ejus: 79 deſtruxiſti omnes ſepes,
ſepta, & ambitus murorum regni ejus: 80 ac effeciſti,
ut firmæ munitiones ejus ac propugnacula ad nos tuen-
dos modò deſtruerentur & verterentur in majorem
formidinem, cùm aditus pateat ad incurſionem & im-
petum hoſtilium armorum. 81 eu diripuerunt eum &
regnum ejus omnes, qui tranſeunt viam: 82 qui & op-
probriis factus eſt vicinis ſuis. 83 extuliſti dexteram
& potentiam omnium inimicorum, qui eum affligunt
ac conterunt: 84 & lætificaſti omnes inimicos ejus.
85 nam & everiſti ab eo adjutorium tuum, non
adjuvando gladium ejus: 86 & non es auxiliatus ei
in prælio contra hoſtes ſuos: 87 dejeciſti, diſſolviſti, ac
ceſſare feciſti eum & regnum ſuum à conſueta emunda-
tione, quæ fiebat in templo, cum templum ipſum ſit jam
deſtructum, jamque ceſſaverit omnis religioſus cultus:
88 ac regale ſolium in terra colliſiſti & confregiſti. 89
abbreviaſti dies temporis adoleſcentiæ ejus, ac florentis
atque vigentis regii ſolii ejus: 90 & perfudiſti eum
ignominiâ turpiſſimâ.* * 91 *Uſquequò Domine velut
iratus te avertes à nobis, uſque averſaberis? perpe-
tuòne? 92 uſquequò quaſi ignis exardebit contra nos
indignatio tua?*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ &c.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

Memen-

† 93 Memorare quae mea ſubſtantia:
94 numquid enim vanè conſtituiſti omnes: filios hominum?
✝.95. Pſal. XLIII. 23. † 95 quis eſt homo qui vivet, & non videbit mortem?
96 eruet animam ſuam de manu inferi?
DIAPSALMA.
✝.97. Iſai. LV. 3. † 97 Ubi ſunt miſericordiae tuae antiquae Domine;
98 ſicut juraſti David in veritate tua?
† 99 Memor eſto Domine opprobrii ſervorum tuorum
100 (quod continui in ſinu meo) multarum gentium;
† 101 quod exprobraverunt inimici tui Dñe,
102 quod exprobraverunt, commutationem Chriſti tui.
† 103 Benedictus Dominus in aeternum. Fiat, fiat.

*93 Memento, quæſo, qua, & quàm fragilis ſit, ac quantulæ ſit durationis ſubſiſtentia vitæ meæ: 94 numquid enim vanè ac fruſtra creaſti & conſtituiſti in terra omnes filios Adam, ut tam miſerè perire debeamus? 95 quis enim homo eſt, qui vivat, & non inventurus ſit tandem mortem? 96 aut liberaturus ſit animam ſuam de manu ac poteſtate inferni, ſi eò devenerit? * 97 Ubi ſunt, Domine, miſericordiæ tuæ illæ antiquæ, 98 quas antiquitùs cum juramento promiſiſti Davidi per tuam veritatem & fidem? 99 Memento, quæſo, Domine opprobrii, quod jamdiu toleramus nos ſervi tui, 100 quod à multis gentibus profectum ſuſtinui in ſinu ac animo meo; 101 quo ſcilicet exprobaverunt nobis inimici noſtri Domine; 102 quo exprobaverunt, inquam, nobis, nempe commutationem & lapſum de priſtino ſtatu ampliſſimo, tum Regis à te uncti, tum totius regni ſui. 103 In æternum benedictione ac laude dignus eſt Dominus. Amen, amen. Fiat, fiat. Benedicatur ac laudetur in æternum.*

* *Pauſatio aut immutatio nupeæ cantilenæ inter pſallendum.*

* Completus eſt ſecundùm Hebræos tertius etiam liber Pſalmorum, qui cœpit à LXXII. Pſalmo.

* Scholion Græcum in edit. Rom. LXX. Interp.

ORATIONES.

MSS. 1 ERue, Domine, animas noſtras de manu inferi; qui pro nobis inferna fortiter confregiſti: ut tuas miſericordias decantantes, & à confuſione criminum, & à morte perpetua liberemur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum.

Brev. Mozarab. fol. 138. 147. 2 CHriſte Jeſu, Dei Filius admirabilis, cui nullus inter filios Dei nec aequalis extat, nec ſimilis; ad te Domine precem noſtram dirigimus; ut miſericordiam, quam pollicitus es ſervare Sanctis, digneris praerogare converſis: ac ſic, quaeſumus, nos moderamine diſciplinae corrigas, ut clementiam in ira non auferas: nec profanetur teſtamentum tuum ob admiſſa facinora; ſed temperetur ultio miſeratione ſuperna: & ipſe totum, quod diſplicet, abluas; qui peccatores ad te revertentes juſtificando glorificas: quique nos eſſe voluiſti ex nihilo id quod ſumus; ipſe concede, ut caeleſtibus regnis * apti, tecum ſine fine vivamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* *al.* *aucti.*

Fol. 385. De S. Jacobo Apoſtolo. 3 SAncte & miſericors Deus, qui glorificaris in concilio Sanctorum; magnuſque metuendus ſuper omnes gentes potentialiter exiſtens; quem Jacobus relicto Zebedaeo patre ita ſecutus eſt, ut obnixè diligendo fieret electus in vita, mundus in conſcientia, probabilis in doctrina; poſtremò ita ſcientiam commendans ex opere, ut pro te truncato interierit capite, quem pro ſe vel omnibus noverat animam poſuiſſe: tu Domine precibus noſtris ſuo obtentu fave placatus, ut veniam noſtrorum mereamur apud te obtinere delictorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalmi T. 7. S. Hieronymi. (CHriſtus Dominus) nos à malis actibus commutare dignetur in bonos: ac ſuâ pietate dignos effectos, Spiritu Sancto repletos, in regno ſuo ſolitâ miſeratione conſtituat. Quia ipſi eſt gloria & imperium cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

LXXXIX.

Oratio Moyſi hominis Dei.

BEDA.

Senſus myſticus. *Non eſt dubitandum, talia nomina titulis adhiberi, quæ textum pſalmorum interpretatione ſua dilucident. unde meritò ad oſtendendam hujus ſupplicationis efficaciam,* Moyſi *nomen apponitur, qui frequenter orando Dominum placavit iratum; qui etiam miniſter Teſtamenti Veteris, & Novi Propheta extitit. Et quia utraque pſalmus iſte conjunxit, ejus nomine titulatur: quod & ipſum duplici ſacramento præfulget;* Moyſes *quippe interpretatur* Adſumptus*, eo quod de aquis à filia Pharaonis fuerit elevatus: quod propter mare Rubrum, Iſraelitas; propter Baptiſma ſignificat Chriſtianos. ALITER. Quia Pſalmiſta æternum antè ſæcula Deum, mundi ſatorem & gubernatorem; hominumque genus propter peccata morti obnoxium erat dicturus; quæ utique omnia* Moyſe *narrante didicerat; non immeritò, quæ ab ipſo cognoverat, ipſius nomine conſecravit,*

Moyſes

Moyſes in primâ ſectione incboat à laude Judicis, beneficia ejus breviter poteſtatemque commemorans: Domine refugium tu factus es nobis. *Deinde infirmitati noſtræ, quam & ipſe multis modis oſtendit, poſtulat ſubveniri*: Ne avertas hominem, *& reliqua*. *Tertiò rogat, adventum Salvatoris citiùs apparere; quem ſciebat humano generi profutura præſtare*: Dexteram tuam ſic notam fac, *& reliqua*.

Euſebius Cæſarienſis. *Judæorum rejectio*.

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione (&) In oratione*.

✱ Cardin. Thomaſ. *Solutio captivitatis a Domino poſtulatur, ubi tam efficax ſupplicatio funditur, ut Moyſi iſſe videatur. Vox Apoſtolorum ad Petrum.*

Feria V. ad Matutinum. Pſalt. Syr. *Meſſi*, *verſ.* 17.

Pſalt. Arab. *verſ.* 38.

S. Hier. *Iſte Pſalmus de conditione hominis loquitur, qui ſit homo, & quare natus ſit?*

PSALMUS AD MEDITANDUM ET PRECANDUM.

Propheta.

1 DOMINE REFUGIUM FACTUS ES NOBIS A GENERATIONE IN GENERATIONEM.

† 2 Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis,

3 à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus.

† 4 ✠ Ne: avertas hominem in humilitatem:

5 & dixiſti; *Convertimini filii hominum*.

℣. 6. II. Petri III. 8. † 6 quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies heſterna quae praeteriit, * & cuſtodia in nocte.

†

7 Quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

℣. 8. PſCII. 15. † 8 manè ✠ ſicut herba: tranſeat:

9 manè floreat & tranſeat:

10 veſpere decidat induret & areſcat.

† 11 Quia defecimus in ira tua:

12 & in furore tuo turbati ſumus.

† 13 poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo:

14 ſæculum noſtrum, in illuminatione vultûs tui.

† 15 quoniam omnes dies noſtri defecerunt:

16 ✠ &: in ira tua defecimus.

† 17 Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.

18 dies annorum noſtrum in ipſis, ſeptuaginta anni:

† 19 ſi autem in potentatibus, octoginta anni:

20 & amplius eorum labor & dolor:

† 21 quoniam ſupervenit manſuetudo, & corripiemur.

† 22 Quis novit poteſtatem irae tuae?

23 & prae timore tuo, iram tuam dinumerare?

℣. 24. Ita cod. Alexandrinus & Apollinarius. In Vatic. conjungitur præcedenti ℣. † 24 Dexteram tuam ſic notam fac:

25 & eruditos corde in ſapientia.

† 26 Convertere Domine, uſquequò?

27 & deprecabilis eſto ſuper ſervos tuos.

† 28 Repleti ſumus manè miſericordiâ tuâ:

29 & exultavimus & delectati ſumus

30 omnibus diebus noſtris:

℣. 31. Ita cod. Alexandrinus. † 31 laetati ✠ ſumus:

32 pro diebus quibus nos humiliaſti;

33 annis, quibus vidimus mala.

† 34 Reſpice in ſervos tuos & in opera tua;

35 & dirige filios eorum.

& ſit

INCIPIT LIBER QUARTUS PSALMORUM

ſecundum Hebræos.

Oratio Moſis viri Dei. PROPHETA. 1 *Do-*
mine, tu velut habitaculum, quò confugeremus, fuiſti
nobis per omnes ſæculorum ætates. 2 *Antequam fie-*
rent montes, ac formaretur terra totuſque orbis, 3 *ab*
omni ſæculo & in omne ſæculum tu es Deus. 4 *Ne,*
quæſo, convertas hominem in humilem abjectamque
miſeriam, citiùs eum redigens in minutiſſimum pulve-
rem in ſepulchro: 5 *qui & dixiſti*: Convertimini, &
ſemper ad me confugite, ò filii Adam. 6 *Ne ergo*
hominem ita deprimas ac conteras: nam mille anni co-
ram oculis tuis ſunt ſicut dies heſterna, quæ jam pertran-
ſiit, & ſicut una paucarum horarum nocturna vigilia,
ex excubiis, quas viciſſim noctu cuſtodes vigiles agunt.
7 *Sicut ea, quæ pro nihilo habentur ac nihili æſtiman-*
tur, ſic eorum anni erunt: 8 *& ſicut herba, quæ manè*
citò tranſeat in florem; 9 *ac eodem ipſo mane citò flo-*
reat, ac à florido ſtatu tranſeat; 10 *& ad ejuſdem diei*
veſperum citò cadat in terram, & obdureſcat ac arida
fiat: ſic nimirum breviſſimo tempore homo ab ortu tranſit
ad floridam ac vigentem ætatem; tum moritur, ejuſ-
que cadaver obduratur, ac fit aridum in ſepulchro. 11
Defecimus enim, ac ſic conſumpti ſumus per juſtam iram
tuam propter peccata noſtra: 12 *& per indignationem*
tuam timore illo mortis conturbati ſumus. 13 *iniqui-*
tates namque noſtras ante conſpectum tuum poſuiſti, ne
traderes eas oblivioni, ſed punires: 14 *& ſæculum*
noſtrum, ac vitæ noſtræ curriculum unà cum ſuis negli-
gentiis ac erroribus expoſitum eſt in lucem vultus tui,
contemplantis omnia. 15 *omnes enim dies vitæ noſtræ*
tranſierunt ac defecerunt: 16 *ac nos pariter defecimus*
ac conſumpti ſumus per iram tuam. 17 *Anni vitæ no-*
ſtræ laborioſi ac inutiles, rectè conſiderabuntur ac re-
putabuntur ſicut tela araneæ, quæ ſe eviſcerat, dum inu-
tilem telam facit. 18 *porrò dies annorum noſtrorum,*
quibus viximus, ſecundùm communem naturæ curſum,
anni ſunt ſeptuaginta: 19 *ſin autem multum, in poten-*
tioribus ac valentioribus corporum conſtitutionibus ſunt
octoginta: 20 *ac quod amplius annorum eſt, immò*
plurimum eorum cum labore tranſigitur ac dolore. 21
nam cùm nobis ſupervenerit ſrigens manſueta & pla-
cida ſenectus, tunc ut tardiùs & inevitabili pœnâ mor-
tis caſtigabimur, & hinc avolabimus. 22 *Quis noſcit*
vim & fortitudinem iræ tuæ? 23 *ac quis præ timore*
tui, ac ſecundum quod timendus es, noſcit metiri ac com-
prehendere iram tuam, ejuſque effecta enumerare? 24
Ergo in hac ſic miſera conditione noſtra oſtende nobis
dexteram potentiæ tuæ: 25 *& oſtende, exhibe, & fac*
homines eruditos animo in cæleſti ſapientia, rerumque
divinarum ac humanarum verâ rectâque ſcientiâ. 26
Convertere Domine ad nos benignus: nam uſquequò ira-
tus eris? 27 *ut deprecabilis & exorabilis eſto ſuper ſer-*
vos tuos. 28 *Fac, quæſo, ut tibi verè dicere poſſimus,*
quòd repleti ſumus manè ac citiſſimè miſericordiâ tuâ; 29
& exſultavere te laudavimus atque lætati ſumus 30 *cun-*
ctis diebus vitæ noſtræ: 31 *ac quòd è contrario lætati*
ſumus 32 *pro portione ac ratione illorum dierum, quibus*
nos humiliaſti ac afflixiſti, 33 *ac pro portione ac ra-*
tione illorum annorum, quibus plura mala ſumus ex-
perti. 34 *Reſpice oculo benigno in ſervos tuos, qui &*
opera ſunt manuum tuarum. 35 *& rectâ viâ dirige*
filios

† 36 & ſit ſplendor Dñi Dei noſtri ſuper nos:	*filios eorumdem ſervorum tuorum. 36 ſitque ſplendor ac gratia tua Domini Dei noſtri erga nos: 37 & in nobis opera manuum noſtrarum ad certam voluntatis tuæ normam dirige: 38 opus, inquam, manuum noſtrarum ad te tu dirige firmiſſimè.*
37 & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos:	
℣. 38. Ita cod. Alexandrinus. 38 ſ & opus manuum noſtrarum dirige:	

ORATIONES.

MSS. 1 LUciflui ſideris ſator, omnipotens Deus, qui novam mundo lucem fugatâ nocte reſtituis;
ſatia nos, quaeſumus, renitente miſericordiâ tuâ: ut omnes peccatorum obſcuritates,
te illuminante, pellamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 85. 2 CUſtodi nos Domine à generatione in progeniem: nec cum praeſenti volvamur ſaeculo,
qui tuo jam inhaeſimus fundamento: ſed miſeriarum noſtrarum conſolator exſurge;
& proventu laetitiae moerores noſtros abſterge. (℟. *Amen*. Per miſericordiam
tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis & omnia regis in ſaecula ſaeculorum.
℟. *Amen*.)

fol. 126. 3 SIt ſplendor tuus, Domine, ſuper nos: & noſtrarum opera manuum tu dirige, tu concede:
atque in ſervos tuos propitius reſpice: & luce tuâ bonorum in nos operum germina dirige.
℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 99. 145. 4 ESto refugium noſtrum Domine; plebemque tuam patrio gubernaculo rege: ac ſicut
ſaecula patrum tua ſenſerunt remedia; ita noſtra in ſe tua intelligant beneficia.
℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 ROgamus te, Domine Salvator noſter; ut ſplendor tuus luceat in cordibus noſtris: ut
ejicias à nobis tenebrarum impugnationes, & ſordidas cogitationes; & omnia peccata
propellas de cordibus noſtris; ut illumines noſtras tenebras: ut fugiant tenebrae; & habitet
ſplendor lucis in cordibus noſtris. Cui ſit gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XC.

÷ Laus cantici David:

BEDA.

Matth. IV. 6. Laus Cantici, *divina laudatio*; David, *ipſe Propheta debet intelligi. Hunc hymnum dæmonibus piâ confidentiâ ſemper opponimus; ut a nobis potiùs inde vincantur, unde * contra Creatorem ſuum dolosè aliqua tentarunt.*

In primâ parte Pſalmiſta profitetur, omnem fideliſſimum divina protectione vallari: Qui habitat in adjutorio. *Secundò, laudem Chriſto decantat:* Cadent à latere tuo mille. *Tertiò, verba ſunt Patris ad omnem fidelem, quem in ſe devotiſſimè ſperare cognoſcit; & in mundo iſto defenſionem, & in futuro illi præmia compromittens:* Quoniam in me ſperavit, liberabo eum.

Euſebius Cæſarienſis. *Victoria Chriſti, & omnis, qui per eum perficitur.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Jraviſſerio Ezechiæ de Aſſyriis cantatur. Aliter, legendum ad Evangelium Marci, ubi tentatur Chriſtus. vox Eccleſiæ ad Dominum.*

Pſalt. Syr. *Davidis, de Ezechia Rege, quod appellandus erat filius Davidis. Spiritualiter autem dicitur...... victoria Chriſti, & omnis, qui per eum perficitur, verſ. 35.*

Pſalt. Arab. *numerat verſ. 34.*

Quotidie ad Complector. S. Hier. *Iſte Pſalmus non habet titulum (in Hebræo) eo quod de Capite, vel membris cantatur; Caput in Cælo, membra in terra; & propriè intelligitur de jejunio, & illa tentatione breviter. Prævidebat* Propheta, *quòd venturus erat Chriſtus in carne, ac tentaretur a diabolo.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 QUI HABITAT IN ADJUTORIO ALTISSIMI;	Laus Cantici inſpirata Davidi. PROPHETA.
2 in protectione Dei ÷ cæli: commorabitur:	*1 Qui pro ſua veluti habitatione continuò habuerit auxilium & tutelam Dei excelſi; 2 ac ſub protectione Dei creatoris cæli fuerit commoratus; 3 hic meritò ei dicet:* Tu es mei defenſor, 4 meumque refugium, ad quem in omni preſſura confugio: & Deus meus, in quem ſemper ſperabo. 5 nam ipſe Deus me liberavit ac liberabit de occulto laqueo inimicorum meorum, in modum venatorum, me inſidiosè quærentium, ut interficiant, 6 & de omni re turbulenta & aſpera & noxia. *7 O homo, qui degis ſub tutela & protectione Dei, ipſe Deus ſub ſuiſmet veluti humeris, ac inter ſuas axillas te obteget. 8 & tu ſub alis ejus tutò ſperabis. 9 Veritas & fidelitas promiſſorum ejus veluti ſcuto quodam undique te circumdabit ac proteget: 10 ac ſic non timebis à terriculo noctu,*
3 dicet Domino; *Suſceptor meus ÷ es tu:*	
† 4 *& refugium meum. Deus meus ſperabo in eum:*	
℣. 5. Pſ. CXXIII. 7. † 5 *quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium,*	
6 *& à verbo aſpero.*	
† 7 Scapulis ſuis obumbrabit tibi:	
8 & ſub pennis ejus ſperabis.	
† 9 Scuto circumdabit te veritas ejus:	
℣. 10. Proverb. III. 24. 10 non timebis à timore nocturno,	
a ſagit-	nec

† 11 à ſagitta volante in die,
12 à negotio perambulante in tenebris,
13 ab incurſu, & daemonio meridiano.
† 14 Cadent à latere tuo mille;
15 & decem millia, à dextris tuis:
16 ad te autem non appropinquabit.
† 17 Verùmtamen oculis tuis conſiderabis;
℣. 18. Pſ. XXXVI. 34. 18 & retributionem peccatorum videbis:
† 19 *Quoniam tu es Domine ſpes mea.*
20 altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
† 21 Non accedet ad te malum:
22 & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo:
℣. 23. Matth. V. 6. † 23 quoniam Angelis ſuis mandavit de te,
Lucæ IV. 10. 24 ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
25 in manibus portabunt te;
℣. 26. Job V. 23. † 26 ne fortè offendas ad lapidem pedem tuũ.
℣. 27. 27 Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis:
Job V. 22. DEUS. † 28 ✠ &: conculcabis leonem & draconem.
† 29 QUONIAM IN ME SPERAVIT, liberabo eum.
30 protegam eum quoniam cognovit nomen meum.
℣. 31. † 31 Clamabit ✠ ad:me, & ego exaudiam eũ:
Pſ. XLIX. 15. 32 cum ipſo ſum in tribulatione:
33 eripiam eum, & glorificabo eum.
† 34 longitudine dierum replebo eum:
35 & oſtendam illi ſalutare meum.

11 nec à ſagitta ejaculata & volante interdiu, 12 nec à quavis re terrifona ambulante in tenebris, atque terrefaciente, 13 nec à quovis incurſu malo & ruina, nec à dæmonio meridiano, manifeſtè apertèque nocente veluti ſub meridiano Sole. 14 Ex adverſariis tuis cadent mille à latere tuo ſiniſtro; 15 ac decem millia cadent à dextris tuis; 16 ad te autem ullus è tanto numero, & ulla adverſitas non appropinquabit. 17 Verùm etiam oculis tuis conſiderabis; 18 & videbis retributionem condignam peccatorum ac ultionem: 19 dixiſti enim, Tu Domine es ſpes mea, in quo omnem poſui ſpem meam: *20 ipſumque Deum altiſſimum habuiſti pro tuo refugio. 21 Non accedet ad te malum citra providentiam Dei; 22 ac quodvis flagellum non appropinquabit habitaculo tuo: 23 quia Angelis ſuis mandavit ſemperque mandabit curam tui, 24 ut te cuſtodiant in omnibus viis tuis. 25 qui Angeli ſuis te manibus ſuſtollent atque geſtabunt, 26 ne fortè ad lapidem impingat pes tuus. 27 Super aſpidem ac baſiliſcum & venenatas beſtias innocuè calcabis ac ambulabis: 28 & leonem ac draconem ceteraſque feras & immanes belluas conculcabis illæſus. 29* DEUS. *Quandoquidem iſte homo in me ſperavit mihique adhæſit; etiam ego liberabo eum à malo; 30 meâque defenſione tegam eum, agnovit enim divinum numen meum. 31 Me invocabit; & ego exaudiam illum 32 eique ego adſum in quavis tribulatione: 33 ac inde eximam eum, & glorioſum reddam eum. 34 longitudine dierum, vitâque longævâ implebo eum: 35 ac tandem exhibebo ei illam, quam ego do ſalutem in vita ſempiterna atque beata.*

ORATIONES.

MSS. 1 PRaeſta nobis Domine, per invocationem nominis tui, aſpidis & baſiliſci lethalia venena calcare: ut oſtenſo nobis Salutari tuo, adversùs inſidias inimici, ſpiritualis clypei umbraculo muniamur. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

SERO ANTE CUBITUM.

Ex Horologio Græcorũ i. Apodipno. 2 DOmine Domine, qui nos liberaſti ab omni ſagitta volante in die; libera nos quoque ab omni negotio perambulante in tenebris: dignare nos autem & hujus noctis curriculum ſine culpa pertranſire, ac ſine tentatione malorum: & libera nos ab omni perturbatione atque formidine, quae ex diabolo nobis adnaſcitur. Beneplacito ac benignitate unigeniti Filii tui: cum quo benedictus es unà cum ſanctiſſimo & bono & vivifico Spiritu tuo, nunc & ſemper & in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

XCI.

Pſalmus cantici. In die Sabbati.

BEDA.

Senſus myſticus. Pſalmus *ſignificat opera ſpiritualia, quæ ſurſum tendunt ad Dominum: in his ſemper* cantare, *id eſt Domino adjutori gratias agere debemus.* Dies *autem* Sabbati, Requies *interpretatur: per quam commonemur ob omni prava actione ceſſare; & futuram pariter requiem certiſſima devotione ſperare. Arnobius ita dicit:* Die Sabbati inimici Domini pereunt; ut die Dominica amici Domini gratulentur: Sabbato enim jacet Dominus in ſepulchro mortuus; & die Dominica adoratur inter Angelos vivus. In hac re nimis profundae factae ſunt cogitationes ejus; quas vir inſipiens non cognoſcit.

Primo ingreſſu Eccleſia loquitur; bonum eſſe commemorans laudes Domini dicere; quod inſipientem & irreligioſum profitetur ignorare: Bonum eſt confiteri Domino. *Secundo, peccatores ſicut fœnum velociter oſtendit eſſe perituros:* Cùm exorti fuerint peccatores, *& reliqua. Tertio, dicit juſtos florere ut palmam; creſcere autem ut cedros Libani: ut & pertinaces metus corrigat; & devotos felix promiſſio ſuſtollat:* Juſtus ut palma florebit.

Euſebius Cæſarienſis. *De requie illa, quæ ſecundum Deum eſt.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Aſſyriis ſub Ezechia victis multi gratias agunt. Aliter, vox Eccleſiæ.*

Pſalt. Syr. *Anonymus de miniſterio Sacerdotum, & de Sacrificiis eorum matutinis. Prædicit etiam quietem in Deo, verſ. 32.*

Sabbato ad Matutinum. Pſalt. Arab. *numerus verſ. 29.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ♰. 1. Pſ. CXLVI. 1.

1 BONUM EST confiteri Domino,
2 & pſallere nomini tuo Altiſſime:
† 3 ad annunciandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctē,
† 4 in decachordo pſalterio cum cantico in cithara.
† 5 Quià delectaſti me Dñe in factura tua:
6 ✠ &: in operibus manuum tuarum exſultabo.
† 7 Quàm magnificata ſunt opera tua Dñe!
8 nimis profundae factae ſunt cogitationes tuae.

♰. 8. Pſ. XXXIX. 6. Rom. XI. 33.

† 9 Vir inſipiens non cognoſcet;
10 & ſtultus non intelliget haec:
† 11 cùm exorti fuerint peccatores ſicut foenum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem;
† 12 ut intereant in ſaeculum ✠ ſaeculi:
13 Tu autem altiſſimus in aeternum Dñe.

♰. 14. Ita cod. Alexandrinus.

† 14 : Quoniam ecce inimici Domine: quoniam ecce inimici tui peribunt:
15 & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.
† 16 & exaltabitur ſicut unicornis cornu meum:
17 & ſenectus mea in miſericordia uberi.
† 18 Et deſpexit oculus meus inimicos meos:
19 ✠ &: in inſurgentibus in me
20 malignantibus audiet auris mea.
† 21 Juſtus ùt palma florebit:
22 ſicut cedrus Libani multiplicabitur.
† 23 plantati in domo Domini,
24 in atriis domûs Dei noſtri florebunt.
† 25 adhuc multiplicabuntur in ſenecta uberi:
26 & benè patientes erunt,
† 27 ut annuncient * quoniam rectus Dominus Deus noſter;
28 & non eſt iniquitas in eo.

♰. 28. Deut. XXXII. 4.

Pſalmus, inſtrumento muſico inchoante, & cantu vocis ſubſequente decantandus. Die Sabbati dicendus. PROPHETA. 1 *Æquum & bonum ac ſalutare eſt, tibi Domine fateri laudes tuas, 2 ac canere ad honorem nominis tui, o Altiſſime 3 ut annunciemus & prædicemus primo mane miſericordiam erga nos tuam, ac annunciemus veritatem promiſſorum tuorum etiam noctu, 4 adjuncto muſico inſtrumento decemchordarum & pſalterii, cum ſuavi cantu, & citharæ ſonu. 5 Quoniam tu me Domine lætificaſti opere ac fabrica mundi a te factâ: 6 idcirco & ego ex operibus manuum tuarum exſultanter te laudabo. 7 O quam magna & quam magnificè facta ſunt opera tua Domine! 8 et o quàm valde profunda & imperſcrutabilia ſunt conſilia providentiæ tuæ, quibus mundum gubernas! 9 Vir inſipiens non cognoſcet hæc tam magnifica opera, ac profunda conſilia & judicia Dei; 10 ac ſtultus non intelliget hæc, 11 nempe quòd cùm peccatores exorti fuerint & germinaverint, quaſi herba, quæ ſtatim creſcit, ac ſtatim areſcit; & omnes, qui quod iniquum eſt faciunt, apparuerint florentes in mundo, breviſſimo tempore; 12 tum fiet, ut conterantur & intereant in omnia ſæcula. 13 Tu autem excelſus es in æternum ò Domine. 14 Nam ecce inimici hi tui Domine, ecce, inquam, inimici hi tui peribunt; 15 & diſſipabuntur omnes, qui quod iniquum eſt faciunt. 16 meum verò robur à te exaltabitur ùt elevatum ac forte cornu monocerotis: 17 & ſenectus mea exaltabitur pingui oleo uberis miſericordiæ tuæ. 18 Hinc et deſpexit atque deſpiciet oculus meus inimicos meos mox perituros: 19 ac de his, qui conſurgunt adverſum me, 20 malignè operantibus, audiet tandem auris mea jam periiſſe. 21 Juſtus, non ùt fœnum, ſed ùt palma ſemper virens, ita florebit: 22 & veluti cedrus, quæ in monte Libano ad proceritatem maximam adoleſcit, ita multùm creſcet. 23 Ejuſmodi juſti homines plantati in domo Domini, 24 ibi in atriis Dei noſtri florebunt: 25 ac ibi adhuc ampliùs multiplicabuntur & fructificabunt in ſenectute pingui & uberi atque vegetâ; 26 & benè affecti ac bene valentes erunt. 27 ad annunciandum ſemper ac prædicandum, quòd rectus ſit Dominus Deus noſter, 28 & quòd in eo non ſit iniquitas ulla.*

ORATIONES.

MSS.

1 EXſultatio aeterna Sanctorum, Deus, qui juſtos diverſis bonorum refectos impendiis florere in palmiferis atriis immarceſcibiliter facis; quaeſumus, ut remiſſis molibus delictorum, eorum nobis ſocietatem dignanter impertias. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 118. 145.

2 BOnum eſt nos tibi Domino confiteri, tuoque altiſſimo nomini pſallere: ut nos & confeſſio à periculis eruat; & pſallendi induſtria coram te gratiores exhibeat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

f. 1. 332. *De SS. Martyribus.*

3 SAncti, Domine, (Julianus & Socii ejus) ùt palma in conſpectu tuo florent; plantati radicatique aſſiſtunt tuis in atriis ſanctis; qui in martyrii certamine conſtituti, acquiſierunt de ſupplicio palmam victoriae; & de morte in domo tua perpetuam gloriam. oramus ergo, inclyte Deus, ut eorum inluſtribus meritis, nobis ob facinora peccatorum veniam condonare digneris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

4 ORamus te, Domine, ut quae audivimus, opere compleamus; & verba vertamus in opera: ut qui hic plantati ſumus in domo tua, in atrio Chriſti floreamus. Cui ſit gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XCII. ✠ *Laus*

Digitized by Google

XCII.

✠ *Laus cantici ipſi David. In die ante Sabbatum, quando fundata eſt terra:*

BEDA.

Senſus myſticus. Canticum *ad laudem Divinitatis*; Ipſi David *ad Chriſtum convenienter aptatur. Quæritur autem, quomodo* in die ante Sabbatum, *idest ſexta feria* terram *dicat* fundatam; *cùm legatur in Geneſi, tertio die aridam apparuiſſe? ſed hic* terram, *hominem debemus accipere, cui dicitur*; Terra es, & in terram ibis. *Qui ſicut à Creatore Deo ſexta die factus eſt, ita & ſexta ætate ſæculi ab eodem Deo in ſemine David à Creatore fundatus eſt*: tunc enim terra fundata eſt, *quando in eo humani generis * firmata eſt credulitas. Et ideo* Laus *ſanctæ Incarnationis ejus, pſalmi iſtius contextione cantatur.*

* al. formata.

Primus locus eſt à pulchritudine ipſius: Dominus regnavit, *& reliqua. Deinde à fortitudine*: (Induit Dominus fortitudinem.) *Tertio ab operibus*: (Etenim firmavit orbem terrae.) *Quarto à perfecto*: (Parata ſedes tua.) *Quinto à laudibus univerſitatis*: Elevaverunt flumina. *Sexto à veritate dictorum*: (Teſtimonia tua.) *Poſtremo à laude ipſius domus, quam decet æterna exſultatione gaudere*: (Domum tuam.) *Quidam codices habent*: In die ante Sabbatum, quo inhabitata eſt terra; *quod hiſtoriæ magis congruere videtur: quia prius quidem terra fundata, ſed ſexta Sabbati eſt animalium gregibus, atque ipſius hominis inhabitatione perfecta: quo etiam die Dominus hominem Paradiſo, (in) quo in principio conſtituerat, per lignum Crucis reſtituit*: Hodie, *inquit*, mecum eris in Paradiſo.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus regni Chriſti ſuper primo ejus adventu.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Reditum de Babylone prædicens ſolita narrationis ſeb:mote carmen enornat, quò divina latius commendentur, & expliceantur omnia. Quod ait in titulo*: Quoniam inhabitata eſt terra, *ſignificat captivitate laxata. Verùm notandum, quia & iſte, & præcedens pſalmus apud Hebræos anepigraphus eſt, idest inſcriptione carent.*

Pſalt Syr. *Davidis, de miniſtris Domini, verſ. 14.*

Dominica ad Matutinum. Pſalt. Arab. *Davidis. Dixit eum die Sabbathi præcedente, quando munita eſt terra, verſ. 13.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetæ, virtutem atque magnificentiam Domini decantantis.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ℣. 1. Pſ. XCV. 10. XCVI. 1. XCVIII. 1. CIII. 1.
1 DOMINUS REGNAVIT; DECOREM INDUTUS EST:
2 indutus eſt Dominus fortitudinem, & praecinxit ſe:
† 3 etenim firmavit orbem ÷ terrae: qui non commovebitur.
℣. 4. Pſ. XLIV. 7.
† 4 Parata ſedes tua ex tunc:
5 à ſaeculo tu es.
† 6 Elevaverunt flumina Domine:
7 elevaverunt flumina vocem ſuam:
℣. 8.
† 8 : elevaverunt flumina fluctus ſuos:
Ita cod. Alexandrinus.
† 9 à vocibus aquarum multarum * mirabiles elationes maris:
10 mirabilis in altis Dominus.
† 11 Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:
12 domum tuam decet ſanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.

Laus cantici inſpirata Davidi, cantanda in die ante Sabbatum, id eſt feria ſexta; qua die ſtabiliter habitata fuit terra, conditis ipſa die Adamo & Eva. PROPHETA. 1 *Dominus proprio jure in toto mundo regnavit & regnat: decoréque gloriâ ceu veſtimento indutus eſt*, 2 *indutus eſt Dominus, inquam, omnipotenti fortitudine; eâque ſe quodammodo accinxit*; 3 *ipſe namque totum hunc orbem terræ firmum fecit, qui nunquam ſuo loco movebitur.* 4 *Firmiter apparatum eſt ſolium regni tui ſupra mundum totum, Domine, ab ipſo exordio creationis*: 5 *& ab æterno tu es Deus.* 6 *Sustulerunt flumina Domine*, 7 *ſuſtulerunt, inquam, flumina ſonitum & ſtrepitum ſuum*; 8 *ſuſtulerunt mirabiliter flumina ſonoros fluctus ſuos*: 9 *& propter voces & ſtrepitus multarum aquarum, grandes ſunt & admirabiles tumidi illi ac elevati fluctus maris*: 10 *ſed in mirabilibus operibus creatis admirabilis apparet Dominus Creator eorum, qui in excelſis habitat.* 11 *Hæc omnia creata, quæ præclarum nobis dant teſtimonium potentiæ, & divinitatis tuæ, fide digna facta ſunt valde: maximè valde digna facta ſunt oracula tua illa veriſſima, quibus revelaſti & teſtificatus es, te eſſe mundi creatorem atque rectorem.* 12 *domum igitur tuam, Domine, decet ſanctitas in longitudinem dierum, ut in ea te ſemper ſanctè colamus.*

ORATIONES.

MSS. 1 DOmine omnipotens, qui Paternâ praecinctus virtute, caelum, mare, terramque locaſti; exaudi ſupplices tuos: & da credulitatem in teſtimoniis tuis: indue nos fortitudine & decorâ ſanctificatione. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu Sancto vivis *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 214. 2 TEſtimoniorum tuorum, Domine, efficiamur heredes; quae nobis facta ſunt credibilia: ſint noſtrae meditationi aſſidua, ùt ſunt fidei veritate ſincera: atque ita noſtro conſummentur opere, ſicut proferuntur ex ore: regant conſolatione moerentes; ac promptiores ad te faciant auditores. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 231. 3 MIrabilia ſunt teſtimonia tua, Domine Deus; quibus unigenitus Filius tuus regnat univerſae terrae: praeſta ergo nobis, ut qui revelata facie gloriam ejus ſpeculamur, à dextris ejus in judicio colocemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 234. 4 TEſtimonia tua, Domine, quae nobis facta ſunt credibilia, ſint noſtrae meditationi aſſidua, ùt ſunt fidei veritate ſincera: atque ita noſtro conſummentur opere, ſicut proferuntur ex ore; regant conſolatione moerentes, ac promptiores efficiant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 136. 5 DOmine, qui fortitudine indueris, & virtute praecingeris; paratos tuos fac ante ſedem majeſtatis tuae; ut ex tunc & à ſaeculo tuum nomen magnificemus: ac propitiare in terris digneris, qui es mirabilis in excelſis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 14. 6 DOmine, cujus eſt regnum potentiâ terribile, & praecinctum virtute; quem flumina doctorum elevatis vocibus laudant; & mirabilia maris concelebrant: excita potentiam tuam & brachii tui terribilem fortitudinem, quae conterat jugum noſtrae ſervitutis, miſerorum colla prementi; noſtraſque fatigatas confortet manus; debilia roboret genua; convaleſcere puſillanimes faciat: nec ultra ſit, quod timeamus ex inimico; quia propter ſalvationem noſtram venire credimus noſtrum piiſſimum Redemptorem. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 7 IN Eccleſia tua, Domine, quam exhibuiſti tibi non habentem maculam aut rugam, nos digneris mundos ac ſplendidos cuſtodire, nec polluere Baptiſmi gratiam; per quod in te renati ſumus ad vitam. Quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XCIII.

+ Pſalmus ipſi David. Quartâ Sabbati:

BEDA.

Senſus myſticus. Quarta Sabbati *eſt* à Sabbato quarta feria: *qua die Dominus luminaria cæli creavit. Hic optandum eſt ſanctis viris cæleſti in terra converſatione lucentibus, de quibus eſt pſalmus iſte dicturus.*

Reſpiciens Propheta inſipientium corda turbari, quaſi Deo mortalia non curante, quando impios proſperari, & juſtos cernebat affligi; in primâ parte Dominum rogat, ut retribuat ſuperbis, per quos mundum tali æſtimatione cognoverat eſſe vitiatum: Deus ultionum Dominus. *Secundâ, Ipſos increpat, qui ſtultâ blaſphemia Deum putant humana non videre; dum ipſe creaturis ſuis intelligentiam præſtet & ſenſum; beatum deputans illum, qui mundi ſe icitate calcatâ, in divina reverentia perſeverat:* Intelligite inſipientes, *& reliqua. Tertiâ, ad eorum animos invitandos, ſibi dicit Dominum fuiſſe refugium, & futurum vindicem fore peccantium;* Quis conſurget mihi adverſus malignantes?

Euſebius Cæſarienſis. *De perſecutionibus contra Eccleſiam.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Enumeratis malis, quæ videt Chaldæus ingeſſit, adjungitur oratio villi, capti & transmigrati* populi. Aliter, vox Eccleſiæ de Judæis ad Dominum.

Feria VI. ad Vigilias. Pſal. Syr. *Davidis, de cœtu Corah, & Dathan, & Abiron. Spiritualiter verò, de perſecutione adverſus Eccleſiam, verſ. 47.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 41.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DEUS ULTIONUM DOMINUS, DEUS ULTIONUM LIBERE EGIT.

℣. 2. Pſalm. VII. 7. LVI. 6. † 2 Exaltare qui judicas terram:

3 redde retributionem ſurperbis.

† 4 Uſquequò peccatores, Domine,

5 uſquequò peccatores gloriabuntur?

℣. 6. Judæ 15. † 6 effabuntur + & loquentur iniquitatem?

7 : loquentur: omnes qui operantur injuſtitiam?

† 8 Populum tuum Domine humiliaverunt:

9 & hereditatem tuam vexaverunt.

† 10 viduam & advenam interfecerunt:

11 & pupillos occiderunt.

℣. 12. Pſ. IX. 11. 33. † 12 & dixerunt; *Non videbit Dominus; nec intelliget Deus Jacob.*

† 13 Intelligite inſipientes in populo; & ſtulti aliquando ſapite.

℣. 14. Exod. IV. 11. † 14 Qui plantavit aurem, non audiet?

15 aut qui finxit oculum, non conſiderat?

† 16 qui corripit gentes, non arguet?

17 qui docet hominem ſcientiam?

† 18 Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanae ſunt.

† 19 Beatus homo quem + tu: erudieris Dñe;

20 & de lege tua docueris eum:

ut mi-

Pſalmus Davidi inſpiratus: decantandus quarta feria, quæ eſt quarta dies poſt Sabbatum. PROPHETA. 1 *Deus, ſcelerum ultor, Deus ſcelerum ultor, inquam, liberè palamque egis in ulciſcendis injuriis ſuorum, nemine prohibente.* 2 *Excelſum te eſſe oſtende, ô Judex terræ:* 3 *& condignam redde retributionem ſuperbis hiſce infidelibus, qui nos conculcant.* 4 *Quouſque peccatores, ô Domine:* 5 *quouſque peccatores gloriabuntur exſultantes de felicitate ſua?* 6 *quouſque effutient & loquentur, quod iniquum eſt?* 7 *quouſque, inquam, ſic loquentur omnes, qui operibus ſuis tuam legem transgrediuntur?* 8 *Ecce, Domine, populum hunc tuum in humilem contemptamque conditionem abjecerunt:* 9 *eoſque, quos peculiari & veluti hæreditario poſſides, multis malis afflixerunt.* 10 *viduam & advenam humano auxilio deſtitutos interfecerunt:* 11 *& pupillos paternâ defenſione orbatos occiderunt.* 12 *ac dixerunt*, Non videbit nos Dominus: neque nos intelliget & cognoſcet Deus, in quem Jacobi natio credit. 13 *Quin potius vos nunc intelligite ô inſipientes in populo; & vos ſtulti aliquando diſcite ac rectè prudenterque ſapite.* 14 *Annè qui ingenuit vobis aurem, vos non audiet?* 15 *an verò qui formavit vobis oculum, vos non videbit, ac non conſiderabit?* 16 *annè qui gentes omnes flagello correptionis erudit, ut peccata devitent, peccata veſtra non redarguet ac non caſtigabit?* 17 *an qui docet hominem ſcientiam, vos veſtraque ignorabit?* 18 *Cognoſcit profectò Dominus etiam cogitationes ipſas hominum, quòd vanæ ſint.* 19 *Felix & beatus homo ille, quem tu ipſe erudieris Domine:* 20 *ac quem tu docueris de rebus divinis ac bonis moribus revelatis in lege tua;*

ut ei

Digitized by Google

† 21 ut mitiges ei à diebus malis;
22 donec fodiatur peccatori fovea.
† 23 Quia non repellet Dominus plebem ſuã;
24 & hereditatem ſuam non derelinquet:
† 25 quoaduſque juſtitia convertatur in judicium:
† 26 & qui juxta illam, omnes qui recto ſunt corde.

✝ *DIAPSALMA*:

† 27 Quis conſurget mihi adversùs malignantes?
28 ✝ aut: quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitatem?
† 29 Niſi quia Dominus adjuvit me;
30 paulò minùs habitaſſet in inferno anima mea.
† 31 ſi dicebam; *Motus eſt pes meus*: miſericordia tua Domine adjuvabat me.
† 32 Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuae laetificaverunt animam meã.
† 33 numquid adhaeret tibi ſedes iniquitatis,
34 qui fingis laborem in praecepto?
† 35 Captabunt in animam juſti:
36 & ſanguinẽ innocentẽ condemnabunt.
† 37 & factus eſt mihi Dominus in refugium;
38 & Deus meus in adjutorium ſpei meae.
† 39 & reddet illis iniquitatem ipſorum:
40 & in malitia eorum diſperdet eos:
41 ⁝ diſperdet illos: Dominus Deus noſter.

21 ut ex inſtitutione edoctum, patientem faciat eum ac mitem in diebus malis & afflictionis, 22 dum interim peccatori fodiatur fovea, ac demum tandem infodiatur inferno. 23 Nam profectò à ſuâ protectione non abjiciet Dominus populum ſuum; 24 & quos ſibi in hæreditatem aſſumpſit, non deſeret; 25 quoaduſque ejuſdem Dei juſtitia, ſæpè occulta, vertatur in apertum manifeſtumque judicium; 26 & quoaduſque juxta illam juſtitiam fuerint, eique adhæſerint omnes, qui recto ſunt corde.

Pauſatio &c.

27 Quis conſurget pro me adverſus malignantes? 28 aut quis conſiſtet mecum adverſus eos, qui operantur iniquè? 29 Niſi Dominus auxiliatus fuiſſet mihi, 30 parum abfuiſſet, quin jam habitaſſet in infernum anima mea. 31 Si quando dicebam, Vacillavit pes meus: *miſericordia tua Domine me adjuvabat & ſuſtentabat. 32 Domine pro proportione multorum dolorum ac anxiarum cogitationum animi mei, tuæ me conſolationes lætificaverunt ac delectaverunt. 33 numquid enim iniquum eſt tibi ſolium & regimen, ut jubeas omnem nos ſubire laborem in præcepto tuo ſervando ſine ulla prorſus retributione atque conſolatione? 35 Inſtar quidem aucupum capturam parabunt injuſti adverſùs animam ac vitam juſti, ut eum capiant & interficiant: 36 ac ſanguinem innoxium condemnabunt morte, ut effundatur. 37 ſed Dominus, ut ſemper fuit, ita ſemper mihi erit refugium ad quem confugio; 38 & Deus meus ſemper fuit, ſemperque adjutor erit ſpei meæ; ſemperque mihi in ſe ſperanti auxiliabitur. 39 & è contrario reddet illis ſupplicia condigna iniquitati ipſorum; 40 eoſque propter malitiam ipſorum perire faciet, 41 ipſos, inquam, Dominus Deus noſter perire faciet ſummo æternoque ſupplicio.*

O R A T I O N E S.

MSS.

1 ERudi nos, Domine, benevolentiâ legis tuae: & eſto nobis in tribulatione refugium; qui homini prudenter iuſinuas ſcieutiam, ne delinquat. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 99. 245. 247.

2 NOn repellas, Domine, plebem, quam mercatus es; nec derelinquas hereditatem, pro qua in Cruce adpenſus es: ſed quouſque juſtitia, nunc occulta, maniſeſto clareat in judicio, pietate porrectâ nos rege: & ſecundùm multitudinem dolorum noſtrorum tuâ nos laetifica exhortatione: ut qui dolorem nunc fingis in praecepto, futuro requiem nobis concedas in ſaeculo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 190.

3 DA nobis, Domine, poſſibilitatis optabilem facultatem; quò valeamus & adversùs malignantes conſurgere, & malignantium ſermonibus contraire: ac ſicut operantibus contra (te) iniquitatem, parata eſt fovea; ita credentibus nobis praeparetur in caeleſtibus regnis manſio glorioſa. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

fol. 201. *De Paſſione Domini*.

4 EXaltare, Domine, qui judicas terram: & qui ultionem reddis ſuperbis, pietatis medelam impertire redemptis: & ipſe praeroga miſericordiam reis, qui pro nobis es cruci adjudicatus ab impiis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.)

XCIV.

✝ *Laus cantici ipſi David*:

BEDA.

Senſus myſticus.

Laus *devotionem vocis*; canticum *hilaritatem mentis*; Ipſi David *Chriſto Salvatori noſtro deſignat: ut videlicet convenitates, non in delectationibus vanis, ſed in Domino exſultemus.*

* al. varietate.

*Providens Propheta, Judæos Chriſto poſſe reſiſtere; primo ingreſſu populos eorum ad pſalmodiam invitat; laudes Domini dulciſſima * veritate deſcribens*: Venite, exſultemus Domino. *Secundo, ipſe Dominus loquitur, ut cor ſuum idem populus indurет; ne eis contingat, quod patribus eorum, qui non meruerunt terram repromiſſionis intrare*: Nolite obdurare corda veſtra.

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Judæorum, & eorumdem repudiatio.*

S. Atha-

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & velut imperans.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Prædicens ea, quæ vel de Babylone exeunti, vel in Babylone poſita contigerunt; In principio Pſalmi omnes ad gratiarum vocat actionem. Deinde exemplo rerum præteritarum utilitatem exorationis inducit.* Aliter, vox Eccleſiæ pœnitentiam ſuadentis.

Pſalt. Syr. *Davidis ad literam, cùm tranſiit populus per Jordanem, & innuit in ea deſperationem Judæorum. Tacite ut generationis hujus, ſicut juravi in ira mea, verſ.* 26.

Pſalt. Arab. *verſ.* 24.

Quotidie ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetæ, exhortantis homines ad Deum de tota corde tranſire.*

PSALMUS INVITATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 VENITE, EXULTEMUS DOMINO;
2 jubilemus Deo ſalutari noſtro;
† 3 praeoccupemus faciem ejus in confeſſione;
4 ✠ &: in pſalmis jubilemus ei:
† 5 quoniam Deus magnus Dominus;
6 & rex magnus ſuper omnes deos:
† 7 quia in manu ejus ſunt omnes fines terrae;
8 & altitudines montium ipſius ſunt:
† 9 quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud;
10 & ſiccam manus ejus formaverunt.
†. 11 Venite adoremus & procidamus
12 ✠ &: ploremus ante Dominum qui fecit nos:
† 13 quia ipſe eſt ✠ Dominus: Deus noſter;
14 & nos populus paſcuae ejus,
15 & oves manûs ejus.
† 16 Hodie ſi vocem ejus audieritis;
† 17 nolite obdurare corda veſtra * ſicut in Irritatione,
18 ſecundùm diem Tentationis in deſerto.
19 UBI TENTAVERUNT ME patres veſtri:
20 probaverunt: me: & viderunt opera mea.
† 21 Quadraginta annis offenſus fui generationi illi:
22 & dixi; *Semper hi errant corde.*
† 23 Et iſti non cognoverunt vias meas:
24 ut juravi in ira mea; *Si introibunt in requiem meam.*

[Margin: ℣. 5. Pſ. XCV. 4. In cod. Vatic. poſt ℣. 6. extat hic alius, quem etiam habet editio Romana. (Quoniam non repellet Dominus plebem ſuam.) — ℣. 14. 15. Pſ. LXXVIII. 13. LXXIX. 2. XCIX. 3. — ℣. 16. Hebr. III. 7. IV. 7. — ℣. 17. Num. XX. 13. DEUS. — ℣. 18. Exod. XVII. 7. — ℣. 19. Nû. XIV. 22. — ℣. 21. Nû. XIV. 34. — ℣. 24. Hebr. IV. 3.]

Laus cantici inſpirata Davidi. PROPHETA.
1 *Venite fideles omnes; exſultemus de Domino; 2 jubilemus in honorem Dei Salvatoris noſtri; 3 ante omnia veniamus in conſpectum ejus cum profeſſione beneficiorum, quæ ab illa accepimus, & cum actione gratiarum;*
*4 & cum canticis jubilemus in honorem ejus: 5. quia Dominus eſt Deus verus & magnus, 6 & Rex magnus ſuper omnes falſos deos gentium; * & quia Dominus non abjiciet à ſe nos populum ſuum: 7 & quia in ejus manu & poteſtate ſunt omnes termini terræ; 8 & ipſius ſunt excelſi montes: 9 & quia ipſius eſt mare; ipſe enim fecit illud: 10 & aridam & ſiccam terram manus ejus omnipotentes formaverunt. 11 Venite ergo, adoremus eum, & flectamus genua, ac incurvi procumbamus ei: 12 & ploremus coram Domino, qui fecit nos: 13 nam ipſe eſt Dominus Deus noſter: 14 nos verò ſumus populus, quem ipſe paſcit; 15 & ſumus oves, quas propriâ ſuâ manu deducit. 16 Si hoc die & tempore vocem ejus audieritis; 17 ne abducetis corda veſtra fallaciâ peccati & incredulitate, ut diſcedatis à Deo vivo, quemadmodum in illo loco aquarum Contradictionis in deſerto Sin: ubi quidam ex iis, qui profecti erant ex Aegypto, licèt audiviſſent vocem Domini, irritaverunt tamen & exacerbaverunt Moſen, eo quòd non eſſet ibi aqua; 18 illius alterius diei inſtar, in quo longè antè ſimiliter tentaverant Dominum in eodem deſerto in Raphidim, dicentes;* Eſt ne Dominus in nobis, an non? *19* DEUS *In eo deſerto tentaverunt me patres veſtri, murmurantes & dubitantes de providentia meâ: 20 volueruntque probare & explorare potentiam meam; & viderunt etiam admirabilia opera mea quadraginta annis. 21 Propter quod quadraginta annos eis proximus quidem adfui protectione meâ, ſed infenſus fui huic generi hominum qui peccaverunt: 22 & dixi,* Hi de populo meo aberrant ſemper corde ſuo. *23 at hi certè noluerunt cognoſcere ac tenere vias rationeſque vivendi, quas ego præceperam eis, ut pervenirent ad bonam illam terram à me ipſis promiſſam: 24 quibus propterea juravi in ira mea, dicens;* Hi propter incredulitatem ſuam non introibunt in requiem meam, id eſt in terram illam promiſſam, in qua requieturi, & quietam tranquillamque ducturi erant vitam ſuam.

ORATIONES.

MSS. 1 SAlutare eximium omnium populorum Domine, reſpice propitius ſuper oves gregis tui, eiſque impertiens ſal prudentiae, introducere eaſdem innoxias ſempiternam digneris in requiem. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula.

Brev. Mozarab. fol. 74. 99. 247. 2 PRaeoccupantes faciem tuam, Domine, in confeſſione, & in pſalmis tibi debitâ modulatione jubilantes, adoramus ac procidimus ante te, ploratu interno & gemitu deprecantes: ut quia tu feciſti nos, & tu es Deus noſter; nos populum tuum pius Dominus protegas, & oves paſcuae tuae paſtor ſollicitus attendas: tribuaſque his gratiam, pro quibus animam poſuiſti. ℟. Amen. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. Amen.

fol. 195. 3 DOmine, qui populo tuo in quadragenarium numerum annorum proximus fuiſti; praeſta Eccleſiae tuae, quam acquiſiſti pretio ſanguinis tui; ut corde non errent: ſed infuſione Sancti Spiritûs illam reple; & eam tibi adſocia in aeterna beatitudine. ℟. Amen. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

XCV. ✠ Can-

XCV.

✠ *Canticum ipſi David. Quando domus aedificabatur poſt captivitatem:*

BEDA.

Senſus myſticus. *Quantum ad litteram, tempus ſignificat illud, cùm Babylonicâ* captivitate *laxatâ*, *Templum Hieroſolymis reſtauratum eſt. Sed ſpiritualiter, deſtructo* domus aedificatur, quando poſt captivitatem *peccati*, *animae viam veritatis receperit. domus enim iſta, id eſt univerſalis Eccleſia, in quo Chriſtus inhabitat, vivis lapidibus ſemper conſtruitur; donec ad finem ſaeculi praedeſtinatorum numerus impleatur.*

In primâ parte pſalmi commonet Propheta generalitatem cantare Domino, & in toto orbe praedicare Dominicae Incarnationis adventum; quoniam ſuper omnes Deos verus eſt Dominus: Cantate Domino, *& reliqua. Secundò, diverſas admonet gentes, ut primò ſemetipſas afferant; poſtea munera praedicationis exſolvant; Domini adventum utrumque commemorans, vel quo judicatus à mundo, vel quo judicaturus eſt mundum:* Afferte Domino patriae gentium.

Euſebius Caeſarienſis. *Vocatio Gentium, & Chriſti adventus.*

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & velut imperans.*

✶ Cardin. Thomaſ. *Ob reditum de Babylone gratiarum officio celebratur. Aliter, vox Eccleſiae vocantis. Item, qui in praecedente Pſalmo deſtructam domum noſtram flevimus, ideſt regulam diſciplinae; hic de reparato gratulamur.*

Feria VI. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis prophetia de adventu Chriſti, & vocationi gentium credentium in eo. verſ. 29.*

Pſalt. Arab. *verſ. 29.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ℣. 1. Pſ.XXXII.3. XCVII.1. 1 CANTATE DOMINO CANTICUM NOVUM;
2 cantate Domino omnis terra:
† 3 cantate Domino ✠ &: benedicite nomini ejus:
℣. 4. I. Paralip. XVI. 23. † 4 annunciate de die in diem ſalutare ejus;
5 annunciate inter Gentes gloriam ejus:
6 in omnibus populis mirabilia ejus.
† 7 quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis,
℣. 8. Pſ. XCIV. 3. 8 terribilis eſt ſuper omnes deos:
† 9 quoniam omnes dii Gentium daemonia:
10 Dominus autem caelos fecit.
† 11 Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus:
· 12 ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione ejus.
† 13 Afferte Domino patriae Gentium,
℣. 14. Pſ. XXVIII. 2. 14 afferte Domino gloriam & honorem:
15 afferte Domino gloriam nomini ejus.
† 16 Tollite hoſtias, & introite in atria ejus:
17 adorate Dominum in atrio ſancto ejus.
† 18 Commoveatur à facie ejus univerſa terra.
℣. 19. Pſal.XCII.1. 19 dicite in Gentibus ✠ quia: Dominus regnavit.
† 20 etenim correxit orbem terrae qui non commovebitur:
21 judicabit populos in aequitate.
† 22 Laetentur caeli, & exultet terra;
23 commoveatur mare, & plenitudo ejus;
24 gaudebunt campi & omnia quae in eis ſunt;
† 25 tunc exſultabunt omnia ligna ſilvarum
℣. 26. Pſ.XCVII.9. 26 à facie Domini; quia venit,
27 quoniam venit judicare terram:
† 28 judicabit orbem ✠ terrae: in aequitate;
29 & populos in veritate ſua.

Canticum inſpiratum Davidi in reductione Arcae Dominicae ex domo Obededom in Hieruſalem. Quod cantari congruè juſſit Eſdras, quando ſancta Dei Domus reaedificabatur poſt captivitatem Babyloniam. PROPHETA. 1 *Canite novum canticum in honorem Domini; 2 canite Domino omnes, qui habitatis terram: 3 canite, inquam, in honorem Domini: & benedicite & laudate Divinum nomen ejus: 4 ſingulis diebus evangelizate, ideſt bonum nuncium afferte, datam eſſe ab eo nobis ſalutem: 5 ejuſdem Dei gloriam narrate inter Gentes; 6 & inter omnes populos narrate admirabilia opera ejus. 7 nam magnus eſt Dominus & laudabilis valdè; 8 terribilis ipſe prae omnibus falſis diis Gentium: 9 omnes enim dii Gentium nihil ſunt niſi ſculptilia receptacula daemonum: 10 at Dominus eſt is, qui condidit caelos, & quidquid caelorum ambitu continetur. 11 Itaque coram ipſo in Sanctuario ſuo ſit gloria & confeſſio laudum ejus: 12 ſanctitas quoque morum, & magnum decus, & gloriatio ſit in eo loco ſancto ejus. 13 Afferte Domino familiae Gentium, 14 afferte, inquam, Domino gloriam & honorem, confitentes ipſum ſolum eſſe verum Deum: 15 afferte Domino dignam gloriam nomini ejus. 16 Sumite munera, & ſacrificia farinacia; & introite in atria templi ejus ad conſpectum ejus: 17 & proſternite vos, & adorate Dominum in atrio ſancto ejus. 18 Permoveantur & timeant ſibi a conſpectu ejus omnes, qui habitant in terra. 19 quare dicito inter gentes omnes, quòd Dominus Chriſtus regnavit poſt lignum, ideſt poſt mortem ſuam in cruce, ſoluta captivitate, qua homines devicti ſub diaboli tenebantur imperio: 20 nam & ipſe depravatum orbem terrae ad veram religionem firmiter correxit: qui orbis numquam amplius de eadem vera religione dimovebitur; quia numquam vera fides Chriſtina deficiet uſque, ad conſummationem ſaeculi: 21 & dicite etiam, quòd idem ipſe Dominus judicaturus eſt populos omnes cum aequiſſimâ rectitudine juſtitiae. 22 Laetentur ergo caeli cum caelitibus; & gaudio exſultet terra cum terrigenis; 23 permoveatur, reſonet, & tonet mare cum inſulanis & navigantibus ſuis, & quidquid in eo mari continetur; 24 gaudeant & campi cum hominibus agreſtibus, & omnia quae in eis ſunt; 25 exſultent & tunc in laudibus omnes arbores ſylvarum cum ſylveſtribus hominibus 26 ad conſpectum ſcilicet Domini; quia jam jam ipſe venturus eſt; 27 quia, inquam, ipſe jam jam venturus eſt ad judicandam terram: 28 nam ipſe judicabit totum orbem terrae cum juſtitia; 29 & populos omnes judicabit ſecundùm veritatem promiſſionum & comminationum ſuarum, quibus ſe dixit redditurum unicuique ſecundùm opera illius.*

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 FActor caeli, terraeque creator, Deus, quem omnis terra cantici novi modulatione perſultat: precamur, ut ſicut te à ligno regnantem ſupplices confitemur, ita amiſſo omni gentilitatis errore, futuri adventûs tui gloriam intentis ſenſibus praeſtolemur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Apud Lodolphum de Saxonia. 2 FActor caeli, terraeque creator, Deus, cui omnis terra cantici novi modulationem perſolvit; precamur, ut obediens tibi populus, in aequitate & veritate perſeveret: & qui negligenter delinquimus, miſericorditer à te corrigamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Christum.

Brev. Mozarab. fol. 101. 135. 3 TE Deum pſallendo benedicimus; ac precamur, ut nullo obſtaculo à tuo prohibeamur officio: quique vero te Dominum confitemur, ditari tuo munere indulgentiae ſentiamus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 232. *De Paſſione Domini.* 4 CAntet tibi, Domine, omnis terra canticum novum; quia redemiſti per ſanguinem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti omnem mundum: ut qui in mortem ejus conſepulti ſumus, infinitâ cum eo laetitiâ exſultemus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 14. 5 GAudent campi, utique adventûs tui jocunditate perfuſi: & ideo quaeſumus, ut qui inſenſibilia adventus tui gaudia in te viventia comprobas; ſenſibiles nos in adventu tui judicii coronandos attollas. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 47. 6 CAntet tibi novum canticum numeroſitas redemptorum. nova feciſti miracula: novum lumen ortum ex Virgine: quod tamen Deitati non erat novum; ſed novum eſt inſolito monſtrato miraculo: novum regenerationis myſterium; in quo totum innovas mundum: nova genera virtutum in curatione aegrorum: novus humilitatis ac patientiae modus in ſuperbia perſequentium: novum ſtupendumque genus virtutis in gloria reſurgentis: nova humanis viſibus tuae oſtenditur majeſtatis poteſtas; cùm verum hominem ad caelorum ſublimitatem deportas. concede pro quibus tam nova miracula glorioſus opifex indidiſti, hos & veſtigiorum tuorum ſequaces, & gloriae facias coheredes; atque melodiam carminis, nec non inter Sanctorum fragores, & noſtras voces admiſceas perſtrepentes. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. DOminus nobis timorem nominis ſui tribuens, praeſtare dignetur, ut in illo tremendo Judicii tempore non collocemur in ſiniſtro numero; qui nos redemptos ejus ſanguine confitemur. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

XCVI.

✠ *Huic David; quando terra ejus reſtituta eſt:*

BEDA.

Senſus myſticus. Ipſi David *ad Chriſtum refertur*: terram ejus reſtitutam, *vel reſurrectionem carnis, quam ex Virgine ſumpſit, intellige; vel peccatores quoſlibet ad eum poſt peccata reverſos: ſicut factum eſt in Judæis, qui Dominicæ crucifixionis piaculum pœnitendo diluerunt.*

In primo membro pſalmi Propheta per reſurrectionem Domini, virtutes ejus diverſa prædicatione deſcribens, idolorum cultores dignâ increpatione redarguit: Dominus regnavit; exſultet terra. *Secundo, ad Dominum verbo convertit; gaudens Eccleſiam auctori ſuo credidiſſe: & mentes fideles, in Domino lætari; quia ſoleat eos à pravorum liberare preſſuris*: Audivit, & laetata eſt Sion.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus regni (al. adventûs) Chriſti ſuper ſecundo (al. primo) ejuſdem adventu.*

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & velut imperans. (item.) Gloriatio in Domino.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Triumphus de Babylonis, & de reditu populi gratiarum actio geritur: ubi ſolito ſchemate regnantis Dei pompa deſcribitur.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Adventum Domini.

Feria VI. ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis. Prædicit in eo adventum Chriſti: itemque innuit in ipſo apparitionem ejus poſtremam, verſ. 27.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 27.*

S. Hier. *Pſalmus David, quem cecinit Domino, quando victis adverſariis, reddidit terræ ſuæ, hoc eſt Judææ pacem.*

PSALMUS AD LAUDANDUM CHRISTUM.

Propheta. ✠. 1. Pſ. XCII. 1.

1 DOMINUS REGNAVIT, EXSULTET TERRA;

2 laetentur inſulae multae.

Nubes

Pſalmus inſpiratus Davidi: quando reſtituta eſt ei terra ſua. PROPHETA. 1 *Dominus regnavit: proinde exſultet terra: 2 & inſularum multitudo lætetur.*

Nubes

Digitized by Google

† 3 Nubes & caligo in circuitu ejus:
℣. 4. Pſalmus LXXXVIII. 15. 4 juſtitia & judicium correctio ſedis ejus.
† 5 ignis ante ipſum praecedet:
6 & inflammabit in circuitu inimicos ejus.
† 7 illuxerunt fulgura ejus orbi ✢ terrae:
8 vidit & commota eſt terra:
† 9 montes ſicut cera fluxerunt: à facie Dñi:
10 à facie Domini omnis terra:
℣. 11. Pſ. XXI. 32. XLXI. 6. † 11 annunciaverunt caeli juſtitiam ejus:
12 & viderunt omnes populi gloriam ejus.
℣. 13. Exod. XX. 4. Levit. XXVI. 1. Deuter. V. 8. † 13 Confundantur omnes qui adorant ſculptilia,
14 & qui gloriantur in ſimulacris ✢ ſuis:
℣. 15. Hebr. I. 6. † 15 adorate eum omnes Angeli ✢ ejus:
16 Audivit & laetata eſt Sion:
† 17 & exſultaverunt filiae Judae
18 propter judicia tua Domine:
† 19 quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram:
20 nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
℣. 21. Amos V. 15. Rom. XII. 9. † 21 Qui diligitis Dominum, odite malum:
22 cuſtodit ✢ Dominus: animas ſanctorum ſuorum:
23 de manu peccatoris liberabit eos.
℣. 24. Pſal. CXI. 4. † 24 Lux orta eſt juſto;
25 & rectis corde laetitia.
† 26 Laetamini juſti in Domino:
27 & confitemini memoriae ſanctificationis ejus.

3 Nubes & caligo circum ipſum ſunt: 4 juſtitia
& judicium rectiſſimum ſunt veluti firmamentum,
in quo erigitur regale ſolium ejus. 5 ignis ante
eum praibit; 6 & circumquaque flammis exuret ini-
micos ejus; 7 cùm nimirum ſplendentia fulgura ejus
apparuerint orbi terra; 8 ac ea fulgura viderit terra,
ac timore concuſſa fuerit atque contremuerit; 9 & cùm
montes a conſpectu Domini, ſicut cera præſente igne,
tabefacti fuerint & colliquefacti; 10 & a conſpectu
dominatoris univerſæ terra omnis terra tremuerit; 11
& cum cæli annunciaverint juſtitiam ejus; 12 vide-
rintque omnes populi gloriam ejus. 13 Pudore ergo
perfundantur univerſi, qui adorant ſculptilia, illiſque
deſerviunt; 14 & qui in idolis ſuis gloriantur. 15 &
vos omnes Angeli Dei ipſum adorate. 16 Civitas Sion
ac Jeruſalem audivit verum Dominum regnare, ac ido-
lolatras confundi, & lætata eſt: 17 & gaudio exſul-
taverunt reliquæ urbes terra Judææ 18 propter juſta
judicia tua Domine. 19 tu enim Dominus altiſſimus
& ſupremus es ſuper totam terram; 20 & vehemen-
ter elevatus es ſuper omnes falſos deos Gentium. 21
Propterea, qui Dominum diligitis, odite malum omne,
quod ille odio habet; 22 nam Dominus animas ſer-
vorum ſuorum piè ſanctèque viventium cuſtodit; 23 &
de manu & poteſtate peccatoris & impiorum eos libe-
rabit. 24 Lux divinæ illuſtrationis circumfulgens un-
dique oborta eſt homini juſto: 25 & iis, qui non pravo,
ſed recto ſunt corde, affulſit & effuſa eſt vera lætitia.
26 Lætamini igitur juſti in Domino, qui dono ſuo dat
vobis omnem cauſam lætitiæ veſtræ: 27 & fatemini
ei dignas, quantum poteſtis, laudes in quacumque commem-
moratione ſacratiſſimæ ſanctitatis ejus; & quotieſ-
cumque animos veſtros revocatis ad memoriam ejus, qui
ſanctus eſt, ſanctoſque vos facit gratiâ ſuâ.

ORATIONES.

MSS. 1 CUſtos animarum ſanctarum Deus, cujus regnum eſt pars perfecta juſtorum: concede, Propheticas Euangelicaſque coruſcationes pectoribus noſtris inſeri: & ſi quid obtectum velamine priſco reperitur, Spiritu Sancto revelante pandatur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritûs Sancti per omnia.

Brev. Mozarab. fol. 102. 2 DEus, cujus in regno credentium terra exſultat; cujus juſtitiam caeli annunciant; cujus dominationem Angelorum legiones adorant: cuſtodi ſervorum tuorum animas; ac ne peccati authorem ſequentes intereamus, tu libera; tu protege; tu conſerva: ut cùm ante faciem tuam ignis comburens praeierit, non nos meritorum poena exurendos accipiat; ſed clementia creatoris, ut vivamus, eripiat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalmi tom. 7 S. Hieronymi. DOminus nobis praeſtare dignetur, ut ejus lumine noſtris cordibus oriente, mereamur ab eo de praeſentibus erui; cujus ſumus Baptiſmo à noxiis originalibus liberati. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

XCVII.

Pſalmus ✢ ipſi David:

BEDA.

Senſus myſticus. *Titulus iſte refertur ad Dominum Chriſtum: de cujus utroque adventu pſalmus hic dicturus eſt.*

Per totum pſalmum Propheta loquitur. In prima parte commonet populum Chriſtianum, cantici novi exſultatione lætari; quando mirabilis eſt Chriſti conceſſus adventus: Cantate Domino canticum novum, *& reliquo. Secundâ, diverſis modis uberiùs dicit eſſe gaudendum; quia deſideratus juſtis ſit Judex in fine venturus:* Jubilate Deo omnis terra, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium, & Chriſti adventus.* (al. *Hymnus regni Chriſti.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & velut imperans.*

✱ Cardin: Thomaſ. *Soluta captivitate, jugiter exhortatio devotæ in Domini obſervantia; ſolito ſonò ſchemas, parata de Babylonis aiſteria pompa deſcribitur.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Dominum, & Apoſtolos.

Pſ. It. Syr. *Davidis, de libertate populi ex Ægypto, cùm eiicerunt, atque triumphaverunt. Spiritualiter autem, prophetia de adventu Chriſti, & vocatione gentium ad fidem. verſ. 23.*

Pſ. It. Arab. *verſ. 22.*

Sabbato ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem Prophetæ continens, potentiam narrat Dominici nominis ac virtutis.*

PSALMUS TRIUMPHALIS AD LAUDANDUM CHRISTUM.

Propheta. 1 CANTATE DOMINO canticum
novum, quia mirabilia fecit:
ỹ. 2. Pſ.XXXII.3. † 2 ſalvavit ſibi dextera ejus
ỹ. 2. 3. Iſai. LII. 10. 3 & brachium ſanctum ejus.
LXIII. 5. † 4 Notum fecit Dominus ſalutare ſuum in conſpectu Gentium:
5 revelavit juſtitiam ſuam.
† 6 recordatus eſt miſericordiae ſuae;
7 & veritatis ſuae domui Iſrael.
ỹ. 8. Iſai. LII. 10. † 8 viderunt omnes termini terrae ſalutare Dei noſtri.
† 9 Jubilate Deo omnis terra:
10 cantate & exſultate & pſallite.
† 11 pſallite Domino in cithara: in cithara: & voce pſalmi:
12 in tubis ✢ ductilibus: & voce tubae corneae.
† 13 Jubilate in conſpectu regis Domini;
ỹ. 14. Pſ.XCV. 11. 14 moveatur mare & plenitudo ejus,
15 orbis ✢ terrarum: & qui habitant in eo;
† 16 flumina plaudent manu ſimul,
ỹ. 17. 18. 17 montes exſultabunt,
Ita cod. Alexandrinus. 18 à conſpectu Domini: quoniam venit judicare terram:
In Vat. autem. (Montes exſultabunt, quoniam venit judicare terram.) † 19 judicabit orbem ✢ terrarum: in juſtitia;
20 & populos in aequitate.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Canite Domino novum canticum: nam Dominus opera fecit admiranda: 2 dum ſuâ ipſius dexterâ ſalutem dedit mundo perdito; 3 & ipſiuſmet Domini brachium & robur omnipotens hanc attulit ſalutem. 4 Notam fecit Dominus omnibus ſalutem hanc, quam ipſe tribuit, coram omnibus gentibus: 5 ſuamque revelavit juſtitiam, quo juſtos facit peccatores ex injuſtis. 6 quando in re memorem ſe oſtendit miſericordiæ ſuæ, 7 & veritatis fidelium promiſſorum ſuorum, Iſraeliticæ genti datorum. 8 & ſic viderunt omnes in omnibus finibus terræ ſalutem hanc mundo allatam a Deo noſtro. 9 Jubilate ergo in honorem Domini omnes, qui habitatis in terra; 10 canite, exſultate gaudio, & pſallite: 11 pſallite in honorem Domini cum cithara, cum cithara, inquam, adjunctâ quoque voce veſtri carminis 12 und cum tubis ex ducto ſuſuque metallo, & clangore buccinæ corneæ. 13 Jubilate coram Rege omnium Domino; 14 & præ gaudio permoveatur, reſonet, ac tonet mare, & quidquid continetur in eo, 15 totuſque orbis terræ, & qui eam inhabitant; 16 flumina manu plaudant pariter, 17 monteſque laudibus exſultent 18 ob aſpectum præſentiamque Domini: quia jam jam venturus eſt ad judicandum terram. 19 qui judicabit orbem terræ cum juſtitia; 20 & populos omnes judicabit cum æquiſſimâ rectitudine.*

ORATIONES.

MSS. 1 IMmitte, Domine, ſalutare tuum mentibus noſtris; qui revelaſti juſtitiam tuam Gentibus univerſis: ut qui quoodam judicari veniſti pro perditis; miſericordiam, cùm judicaturus adveneris, pro quibus judicatus es, largiaris. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 101. 147. 247. 2 LIberet nos, Domine, dextera tua: imperioque tuo flecte arrogantium corda: ut Gentes veritatis adventu clareſcant; & oſtenſam ſibi ſalutem cordis humilitate ſuſcipiant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 232. 3 JUbilet te, Domine, omnis terra; pſalmum cantet, exſultet, pſallat nomini tuo; cujus nomen eſt admirabile & praeclarum. concede ergo Eccleſiae tuae precibus, ut quos in fide vocas, in tentatione non deſeras: & qui tibi jubilum perſonant laudis, in ſaeculum praemium mereantur aeternae beatitudinis in futurum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 237. 4 JUbilat te, Domine, omnis terra, & univerſi, qui habitant in eo: tibi flumina plaudent manibus; invicem tibi doctorum ora non ſolùm ſermonis obſequuntur officio; ſed etiam ſtudia bonorum operum deſerviunt famulatu. concede itaque Deus noſter, ut utraque in nobis te authore praevaleant laude, jugis & indeſeſſa meditatio, & ſanctae converſationis ſincera religio intemerata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 7. 5 DEus, cui omnis terra praeconans jubilat laudem; cujus gloriam canorâ pſalmi conclamat voce; cujuſque terribilem in tuis operibus fatetur virtutem: notum facito ſalutare tuum: in conſpectu omnium noſtrorum revela juſtitiam tuam; quâ poſſimus te noſtrum agnoſcere creatorem: & eſto memor miſericordiae tuae, quâ noſtrorum criminum mereamur invenire remiſſionem: ut videntes ſalutare tuum, jubilemus tibi hymnum; cante-

cantemus in exſultatione pſalmum ; & perfrui mereamur tuae beatitudinis praemio. (R. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 35. 345. 6 DOmine, quem ex homine natum homines conſpexerunt ; & praedictum fines terrae viderunt ; qui ante aliqua tempora praedictus es vocibus Prophetarum ; & in tempore viſus, glorificatus es modulis populorum ; concede propitius, vaſa nos tua tibi permanere mundiſſima : ut lucis author nos & jugiter illuſtres, & indeſinenter inhabites. R. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 37. 7 DEus, qui notum feciſti in populis ſalutare tuum, ante conſpectum Gentium revelando juſtitiam tuam ; miſerationum tuarum nobis copiam manifeſta : ut qui ſalutaris tui notitiâ relevamur, revelatione juſtitiae conſolemur. R. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 361. De S. Maria. 8 DEcantet tibi, Domine, omnis creatura canticum novum ; qui in Virgine Maria oſtendiſti novae parturitionis miraculum, ut foemina circumdaret virum : & Virgo ſine viri coitu virilem pareret ſexum ; praeſta igitur nobis, ejus ſuffragio tueri in ſaeculo, qui te partu edidit incorrupto : ut mens noſtra fulgore Sancti Spiritus vegetata, ita amorem dilectionis tuae concipiat, ut bonorum ſemper actuum parturiat incrementa. R. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

XCVIII.

✠ *Pſalmus ipſi David:*

BEDA.

Senſus myſticus. David, *Chriſtum accipe : cujus honor in hoc pſalmo poteſtaſque cantatur. In primâ ſectione commonet Propheta univerſas populos Chriſto Domino confiteri ; quia judicium & juſtitiam fecerit in Jacob:* Dominus regnavit, iraſcantur populi, *&* aetern. *Secundâ commonet plebem adorare Dominum Salvatorem ; qui Moyſi & Aaron & Samueli propitius extiterit, utpote praecepta ejus ſervantibus : unde exaltandum & adorandum dicit eſſe Dominum, qui fideles ſuos exaudire dignatus eſt* : Exaltate Dominum Deum noſtrum : (& adorate ſcabellum pedum ejus.)

Euſebius Caeſarienſis. *Hymnus regni Chriſti*.

S. Athanaſius. *Pſalmus gloriationis in Domino*.

✠ Cardin. Thomaſ. *Ut ſupra*. Aliter, vox Apoſtolorum ad populum.

Pſalt. Syr. *Davidis. De caede Madianitarum, quos captivos duxit Moſes et populus Iſrael : & prophetia de gloria Regni Chriſti. verſ. 24.*

Sabbata ad Vigilias. Pſalt. Arab. *numerat verſ. 22.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetae, Sacerdotes Domini commonentis ad Dei Omnipotentis gratiam referendam.*

PSALMUS AD LAUDANDUM CHRISTUM.

Propheta. ℣. 1. Pſ. XCII. 1. XCVI. 1. ℣. 2. Pſ. LXXIX. 2.

1 DOMINUS REGNAVIT, iraſcantur populi :
2 qui ſedet ſuper Cherubim, moveatur terra.
† 3 Dominus in Sion magnus & excelſus ſuper omnes populos.
† 4 Confiteantur nomini tuo magno :
5 ✠ quoniam : terribile & ſanctum eſt ;
6 & honor regis judicium diligit.
† 7 tu paraſti directiones :
8 judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.
† 9 Exaltate Dominum Deum noſtrum :
10 & adorate ſcabellum pedum ejus ;
11 quoniam ſanctum eſt.
† 12 Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus,
13 & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus,
† 14 invocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos :
15 in columna nubis loquebatur ad eos :
† 16 cuſtodiebant teſtimonia ejus,
17 & praeceptum quod dedit illis.
† 18 Domine Deus noſter tu exaudiebas eos :
19 Deus ✠ tu : propitius fuiſti eis,

& ulciſ-

℣. 10. Ita cod. Alexandrinus. In Vatic. autem. (Et adorate ſcabellum pedum ejus.) (ſanctus eſt Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus.) ℣. 15. Ex. XXXIII. 9.

Pſalmus inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Dominus regnavit, quantumvis iraſcantur infideles populi : 2 qui praſidet Cherubinis in caelo, eos majeſtate ſua in infinitum ſuperans, & ſedere videtur ſuper figuras Cherubim Propitiatorii Arcae foederis in templo ; is, inquam, regnavit ; etiamſi concutiantur & perturbentur habitatores terrae. 3 Magnus agnoſcitur in Sion Dominus, qui & excelſus eſt ſuper omnes populos. 4 Univerſi fateantur laudes dignas nomini illi tuo magno Divinitatis tuae Domine ; 5 quia tremendum eſt & ſanctum ; 6 & quia honor & imperium tuae regiae majeſtatis juſtum diligit judicium. 7 tu enim firmiter apparaſti & conſtituiſti directiones, quae aequa & recta ſunt, conſtituens : 8 & in populo Iſraelitico ex ſtirpe Jacobi, tu condidiſti jus & juſtitiam. 9 Excelſum eſſe praedicate Dominum Deum noſtrum : 10 & proſternite vos, & adorate ad ſcabellum pedum ejus, 11 quia ſanctum eſt ; ſanctiſſimus enim eſt Dominus Deus noſter. 12 Moſes & Aaron praeclariſſimi ex Sacerdotibus ejus, 13 & Samuel praeſtantiſſimus inter eos, qui invocant nomen ejus ; 14 hi, inquam, invocabant Dominum ; & ipſe exaudiebat eos : 15 & e nube, quae prae ſe ferebat formam columnae erectae ſuper Tabernaculum ſanctum in deſerto, alloquebatur ipſos Moſen & Aaron 16 eo quod obſervarent divina mandata ejus, quae hominibus teſtificantur voluntatem & juſſum Dei ; 17 & praecepta ejus ſervarent, quae dederat illic. 18 Domine Deus noſter tu exaudiebas eos : 19 tu Deus propitius fuiſti illis ;*

Digitized by Google

20 & ulciſcens in ✠ omnes: adinventiones eorum.
✝ 21 Exaltate Dominum Deum noſtrum:
22 & adorate in monte ſancto ejus:
23 quoniam ſanctus Dominus Deus noſter,

20 & fuiſti ultor ſuper omnibus adinventionibus ac injuriis, quas alii excogitabant in perniciem eorum, 21 Conſimiliter ergo & vos excelſum eſſe prædicate Dominum Deum noſtrum: 22 cumque proſtrati adorate ac invocate in monte ſancto ejus; 23 eſt enim ſacroſanctus Dominus Deus noſter.

ORATIONES.

MSS. 1 SUblimis throni Domine, te oramus & quaeſumus: ut, columnâ nobis luminis refulgente, modum Sacerdotalis ordinis, te cuſtode, ſervemus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 43. 2 REdemptor noſter Domine, qui ſuper omnem altitudinem excelſus, & in Sion agnoſceris magnus; credulitatem Eccleſiae tuae in te amplians perfice; & populos in ejus ſinceritate fac coaleſcere: ut nomen tuum, quod magnum eſt, confitentes; ac regiae gloriae honorem tibi, fidei ſervitute offerentes; tu nos miſeratus de excelſo proſpice: & ab hac humilitate terrarum in manſionibus commuta caelorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſ. lm. T. 7. S. Hieronymi. DOminus nobis praeſtare dignetur, ut modum Sacerdotalis ordinis cum ſanctitate perfectâ tenentes, quae ſtudemus agere de bono, ipſe perducere dignetur ad effectum.

XCIX.

Pſalmus in confeſſione.

BEDA.

Cùm frequenter in pſalmis poſita ſit pro rerum opportunitate Confeſſio; *hic tamen in titulo ſingulariter adſcribitur: quia totus hic pſalmus ad utraſque pertinet* Confeſſionem, *& Pœnitentiæ videlicet, & Laudis.*

In primâ parte pſalmi Propheta commonet univerſitatem, Dominum exſultando laudare: Jubilate Deo omnis terra. *Et ne ſemper hoc genere Confeſſionis utendum crederes, ſecundâ nos promittit, deliliorum pœnitentes, indulgentiæ ipſius poſſe portas intrare:* Introite port. ejus, *& cætera.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus jubili.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Tamquam reductos jam de Babylone, & in proprio habitantes ſolo, ad eturas gratias Dei, templum hortatur intrare. Curat autem frequenti prædictione atque exhortamento, ut illis & deſperationem revertendi, & incuriam gratias agendi, ſedulus moneatur, & Propheta certus eripiat.* Aliter, vox Apoſtolorum ad populum.

Dominica ad Matutinum: & Sabbato ad Vigilias. Pſ. I. Syr. *Anonymus de Jeſue filio Nun, cùm quievi ſſet bellum Ammonitarum. In Teſtamento autem novo de converſione gentium ad fidem. verſ. 14.*

Pſ. It. Arab. *verſ.* 10.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem Prophetæ continet, qui fideles provocat in laudibus Dominicis indefeſſibiliter exercere.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 JUBILATE DEO omnis terra:
2 ſervite Domino in laetitia.
✝ 3 Introite in cōſpectu ejus in exſultatione.
✝ 4 ſcitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus:
5 ipſe fecit nos; & non ipſi nos:
✝. 6. Pſ. LXXVIII. 13. XCIV. 7. ✝ 6 populus ejus, & oves paſcuae ejus.
7 Introite portas ejus in confeſſione,
8 atria ejus in hymnis.
9 Confitemini illi:
✝ 10 laudate nomen ejus quoniam ſuavis ✠ eſt: Dominus:
11 in aeternum miſericordia ejus:
12 & uſque in generationem & generationem veritas ejus.

Pſalmus in confeſſione divinæ laudis. PROPHETA. *1 Jubilate in honorem Domini Dei omnes, qui inhabitatis terram: 2 ac ſervite Domino cum vera animi lætitia. 3 Venite in conſpectum ejus cum laude & exſultatione; 4 ac agnoſcite, quòd ipſe ſummus Dominus eſt ille Deus noſter, qui nos peculiariter regit; 5 & quòd ipſe nos, cùm non eſſemus, condidit; ac non nos ipſi fecimus nos: 6 & quòd nos ſumus peculiaris populus ejus, ac oves paſcentes in terra ſua noſtris paſcuis deſtinatâ. 7 Ingredimini portas templi ejus cum profeſſione & actione gratiarum: 8 & intrate atria ejus cum laudibus. 9 Profitemini illi debitas gratiarum actiones, 10 ac nomen ejus laudate, quia benignus eſt Dominus; 11 & quia in æternum duratura eſt miſericordia ejus; 12 ac uſque ad omnes ætates & omnia ſæcula duratura eſt veritas & conſtantia promiſſorum ejus.*

ORATIONES.

MSS. 1 JUbilamus tibi, aeterne Domine, in laetitia & exſultatione, poſcentes; ut dum portae pectorum noſtrorum in tuis laudibus referantur, ſemper ad miſericordiam veritatemque pandantur. Per Dominum.

Eande-

Digitized by Google

Brev. Mozarab. fol. 101.

2 LAudemus Domine nomen tuum; quoniam ſuavis es: & ut os noſtrum tuis impleatur affatibus, cor noſtrum inſtiges: tua proinde nos protegat miſericordia; quâ * prolaetetur nos in aeternum veritas manifeſta. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 103.

3 SErvientes tibi, Domine, in timore, intremus portas tuas in confeſſione, & atria tua in hymnis confeſſionum: laudemus nomen tuum; quoniam ſuavis es: atque ut os noſtrum dilatetur in tuis laudibus, cor noſtrum inſtiges; & in ſaeculum,* procellet veritas infinita. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

BENEDICTIO.

Comment. Pſalm. hujus tom. 7. S. Hieronymi.

4 DOminus nobis praeſtare dignetur; ut ab ipſo facti, ab ipſo redempti, mereamur & in laetitia ſempiterna jubilum exſultationis cum gratiarum actione concinere. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

C.

Pſalmus ✠ ipſi: David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Titulus notus eſt: & ipſe pſalmus in forma perfectae ſanctitatis incluſus; qui centenarium fructum debeat exſpectare praemiorum.

In primâ parte pſalmi Eccleſia dicit cantare ſe Domino miſericordiam & judicium, conſortiaque refugere peſſimorum: Miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine. *Secunda, ſe aſſerit diligere fideles; & eorum cohabitatione gaudere: dementes autem cum ſuis immiſſionibus de ſuo corde repellere; quos noluit cum Dei famulis portionem non habere:* Oculi mei ad fideles terrae, *&c. reliqua*.

Euſebius Caeſarienſis. *Hymnus ejus, qui ſecundùm Deum perfectus eſt.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona juſtorum in Babylone canitur, praedicunturque ea, quae ſingulis pro conſcientia ſuae tribulationis tempore convenirent.* Aliter, vox Christi ad Patrem de reliquiis Sanctorum.

Pſalt. Syr. *Aſaphi; hortatio Davidis de iis, quae requiruntur in miniſterio Domus Domini; & prophetia de laude uſſoris atque perfecti in Deo. verſ. 17.* Pſalt. Arab. *verſ. 16.*

Sabbato ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetae, Dei miſericordias enarrantis.*

EXEMPLAR SANCTAE CONVERSATIONIS.

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 MISERICORDIAM ET JUDICIUM cantabo tibi Domine.

† 2 pſallam ✠ &: intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

† 3 Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domûs meae:

† 4 non proponebam ante oculos meos rem injuſtam.

5 Facientes praevaricationes odivi.

† 6 non adhaeſit mihi cor pravum.

7 declinantem à me malignum non cognoſcebam.

† 8 detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar.

† 9 ſuperbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam.

† 10 Oculi mei ad fideles terrae,

11 ut ſedeant mecum.

12 ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.

† 13 Non habitabit in medio domûs meae qui facit ſuperbiam:

14 qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.

† 15 In matutino interficiebam omnes peccatores terrae,

16 ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *De miſericordiae & juſtitiae officiis cantabo nunc in honorem tuum Domine, cum ea ſint dona tua.* 2 *Pſallam autem, ſimulque intelligam, & erudiar in via rationeque vivendi ſine macula, quanam ea ſit; quando venies ad me erudiendum ſuperno lumine tuo.* 3 *Ego igitur in domo & familia mea ambulabam & converſabar corde innocuo & ſimplici:* 4 *non proponebam coram oculis meis rem aliquam iniquam, legi tuae contrariam.* 5 *Porrò eos, qui tranſgrediebantur legem tuam, odio habui.* 6 *non adhaeſit mihi homo, qui pravo animo eſſet: & iſtiuſmodi homini interdixi domo ac familiaritate mea.* 7 *hominem malignum, qui a mea piâ vivendi ratione recederet, ut amicum non agnoſcebam.* 8 *qui occultè detrahebat de fama abſentis proximi ſui, hunc ego ad meritam uſque punitionem perſequebar.* 9 *cum homine ſuperbo & elati ſupercilii, & cum homine inſatiabilis animi, qui nullis ſatiaretur honoribus vel divitiis, cum iſtiuſmodi, inquam, ne quidem comedebam.* 10 *E contrario autem oculi mei intenti erant ad homines fidos & veraces, qui eſſent in terra mihi ſubjecta,* 11 *ut mecum conſederent & habitarent.* 12 *& qui ambulabat in via modoque vivendi ſimpliciter & ſine macula criminis, hic mihi in privatis publiciſque rebus miniſtrabat.* 13 *Numquam habitabit domi meae, qui ſuperbè ſe gerit, ac dolum facit:* 14 *quique vel iniquus ac mendacium loquitur, non bene direxit vitam ſuam coram oculis meis, nec mihi placebit unquam.* 15 *Matutinis confeſtim horis ac citiſſimè, antequam flagitia & crimina morte digna ſuccreſcerent, interficiebam peccatores omnes terrae mihi ſubjectae;* 16 *ut ſic e civitate, ubi Dominus pietate ac juſtitia colitur, exterminarem ac exſcinderem omnes, qui quod iniquum eſt faciunt.*

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 INcomprehenſibilis virtute Deus, qui tuis famulis miſericordiam atque judicium clementer inſinuas; concede nobis, fideliter te diligere; rectamque viam ingredi; & à vanitate execrabilis ſuperbiae declinare. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 119. 2 MIſericordiam & judicium cantantes tibi Domine, oramus & pſallimus; ut in via immaculata intelligibiliter ambulemus: quò & miſericordiae inſtinctu inteodamus recta; & in judicii metu corrigamus errata. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

fol. 150. 3 MIſericordiam & judicium redemptori tibi Domino cantemus & judici; illâ nos quidem ſuſcipis, hoc deterres: illic eſt lux miſerationis; hic modus examinis. tribue igitur Domine ſupplicibus tuis, ut cor pravum nobis non adhaereat; & res mala ante oculos noſtros inlecebram non praetendat: ſed innocentiae ſimplicitate gradientes, miſerator & pius porrigas; & judex verus abſolvas. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam, &c.)

CI.

Oratio pauperis; cùm anxius fuerit, & in conſpectu Domini effuderit precem ſuam.

BEDA.

Senſus myſticus. *Quamvis aliqui præſentem pſalmum Domino Salvatori aptandum eſſe putaverint; convenientius videtur oſtendi magis & gementis* pauperis, *ſicut & titulus ipſe continet, introductam eſſe perſonam: nam cùm dicit*, Coram Domino, *intentionem orantis oſtendit, qua depoſita ab animo cogitationum tumultibus, nihil præter ſe, & cum qui ſupplicat, meminerit. Et nota, quòd cùm ubique in titulis nomina ſunt poſita, hic pauper ſine nomine loquens introducitur: ſcilicet ut cùm uni datur, omnes ſibi* pauperes *Chriſti cognoſcerent attributum.*

Pauper *iſte, rebus egens, ſed virtutibus dives, in exordio pſalmi multipliciter Dominum rogat ejus intendere precibus; quoniam jugi afflictione contritus, oſſa ſua veluti confrixa geſtaverit:* Domine exaudi, *& reliqua. Sequitur flebilis manifeſtatio neceſſitatum:* (Percuſſus ſum ut foenum) *& reliqua. Et ne poſt tot calamitates de caſtigatione ſua videretur ingratus, tertia parte Domini laudes proſequitur; cujus adventu conſtruendam dicit Eccleſiam: & cùm ſint omnia permutanda, ipſe tamen permanet in æternum:* (Tu autem Domine in æternum permanes.) *Inſertur etiam animi votivo Conſilio, Sanctorum ſemen ibi eſſe dirigendum, ubi habitat Dominus in gloria ſempiterna. ſic oratio pauperis, quæ inchoavit à lacrymis, perficitur in gaudium:* Filii ſervorum tuorum habitabunt, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Lamentatio ſuper populo priore, & prophetia populi novi, & vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in oratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Babylonicæ captivitatis prædictis ærumnis triſtibus, etiam læta, id eſt ſpem reverſionis adjungit.* Aliter, vox Chriſti, & Eccleſiæ, cùm aſcendiſſet Chriſtus ad Patrem.

Pſalt. Syr. *Anonymus. Dolor Judæis, & prophetia de populo novo (nempe) gentibus per fidem. verſ. 26.*

Pſ. It. Arab. *verſ. 31.*

Sabbato ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus in principio vocem Prophetæ continet ex perſona precatoris; dein laus in eo Dominici nominis continetur.*

PSALMUS V. POENITENTIALIS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DOMINE EXAUDI ORATIONEM MEAM:
2 & clamor meus ad te veniat.
† 3 Non avertas faciem tuam à me:
4 in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam:
† 5 in quacumque die invocavero ✠ te: velociter exaudi me.
† 6 quia defecerunt ſicut fumus dies mei:
℣. 7. JobXXX. 30. 7 & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
† 8 percuſſus ſum ùt foenum, & aruit cor meum;
9 quia oblitus ſum comedere panem meū.
℣. 10. Thren. IV. 8. † 10 à voce gemitûs mei adhaeſit os meum carni meae.
† 11 ſimilis factus ſum pellicano ſolitudinis:
12 factus ſū ſicut nycticorax in domicilio.
† 13 vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
† 14 totâ die exprobrabant mihi inimici mei:

✠ & : qui

Oratio pauperis populi, pro ſuis peccatis in Babylonia captivi, & Oratio cujuslibet pauperis, quando anxius fuerit atque ſollicitus, & coram Domino voluerit effundere precem ſuam. PROPHETA. 1 *Domine exaudi clementer orationem hanc meam:* 2 *ac clamor ac fletus in hac oratione meus ad te tibi acceptus adveniat.* 3 *Ne me averſeris vultu tuo tamquam iratus:* 4 *ſed in quocumque tempore tribulationis meæ, præbe mihi depreſſo benignam aurem tuam:* 5 *in quacumque te die invocavero ad auxilium mei, citò me exaudi.* 6 *quoniam dies & tempora mea abierunt in fumum ac conſumpta ſunt, ut fumus evaneſcit in auras:* 7 *& oſſa ac membra mea aruerunt veluti confrixa in frixorio, ac tamquam aridum lignum facile crematur.* 8 *aſtu afflictionum percuſſus ſum quaſi fœnum, ſolis ardore percuſſum; ac arefactum eſt cor meum;* 9 *quia præ mæſtitia oblitus ſum comedere cibum neceſſarium mihi.* 10 *propter continuum clamorem gemitus ac ſuſpirii mei, conſumpto jam ſucco vitali, adhæſerunt oſſa mea cuti carnis meæ.* 11 *ex aſſimilatus ſum pellicano ſolitario in ſolitudine habitanti:* 12 *ac factus ſum ſicut corvus nocturnus habitans in domicilii ruinis ac parietinis, cum hominum conſortia fugio, ac ſolitudines quæro ac tenebras.* 13 *vigilavi totâ nocte præ mœrore: ac fui triſtis, qualis eſt paſſerculus ſolitariè degens ſuper tectum.* 14 *præterea inimici mei totâ*

15 ✠ & : qui laudabant me, adverſùm me jurabant :
† 16 quia cinerem tamquam panem manducabam ;
℣. 17. Pſal. XLI. 4. LXXIX. 6. 17 & potum meum cum fletu miſcebam,
† 18 à facie irae & indignationis tuae ;
19 quia elevans alliſiſti me.
℣. 20. Pſal. CVIII. 23. CXLIII. 4. † 20 dies mei ſicut umbra declinaverunt :
21 & ego ſicut foenum arui.
℣. 22. Thren. V. 19. † 22 Tu autem Domine in aeternum permanes :
℣. 23. Pſ. CXXXIV. 13. 23 & memoriale tuum, in generationem & generationem :
† 24 tu exſurgens miſereberis Sion :
25 quia tempus miſerendi ejus, : quia venit tempus :
† 26 quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus ;
27 & terrae ejus miſerebuntur.
† 28 & timebunt Gentes nomen tuum Domine :
29 & omnes reges terrae gloriam tuam.
† 30 quia aedificavit Dominus Sion ;
31 & videbitur in gloria ſua :
† 32 reſpexit in orationem humilium ;
33 & non ſprevit precem eorum.
† 34 Scribantur haec in generatione altera.
35 & populus qui creabitur, laudabit Dominum :
† 36 quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo ;
37 Dominus de caelo in terram aſpexit,
℣. 38. Pſ. LXXVIII 11. † 38 ut audiret gemitus compeditorum,
39 ut ſolveret filios interemptorum ;
† 40 ut annuncient in Sion nomen Domini,
41 & laudem ejus in Jeruſalem,
† 42 in conveniendo populos in unum & reges, ut ſerviant Domino.
43 Reſpondit ei in via virtutis ſuae :
44 *Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.*
† 45 *Ne revoces me in dimidio dierum meorum :*
46 *in generationem & generationem, anni tui.*
℣. 47. Hebr. I. 10. † 47 *Initio ✠ tu Domine : terram fundaſti :*
48 *& opera manuum tuarum ✠ ſunt : caeli.*
† 49 *ipſi peribunt, tu autem permanes.*
50 *& omnes ſicut veſtimentum veteraſcent ;*
† 51 *✠ & : ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur :*
52 *tu autem ✠ idem : ipſe es ; & anni tui non deficient.*
℣. 53. Pſ. LXVIII. 37. † 53 *Filii ſervorum tuorum habitabunt :*
54 *& ſemen eorum in ſaeculum dirigetur.*

totâ die mihi exprobrabant : 15 & qui me olim tempore proſpero laudabant, hoc adverſo tempore conjurabant, adverſùm me conſpirantes : 16 propterea quòd in pulvere lugens, cinerem etiam, ac ſi eſſet panis, ederem ; 17 ac potum meum miſcerem cum lacrymis, quibus jugiter etiam inter bibendum flebam ; 18 nempe propter iram illam tuam ac indignationem tuam ; 19 quia, poſtquam me extuliſti in altum, tum me dejeciſti in hoc miſeriarum profundum, in quo jaceo. 20 dies annorum meorum inclinati ſunt, & evanuerunt ſicut umbra, quae citò preterit ac reſulvitur : 21 ac ego totus aruí, quaſi foenum ardore ſolis adustum. 22 Tu autem Domine, qui immutabiliter beatus permanes in aeternum : 23 & cujus memoria glorioſa permanet in generationes omnes omnium aetatum : 24 tu velut exſurgens a longa mora & dilatione, miſerere tandem civitatis Sion : 25 quia opportunum tempus ut miſerearis ejus, quia, inquam, ecce opportunum tempus jam adeſt. 26 nam ſancti ſervi tui bonum jam voluntatem habuerunt erga lapides dirutos & eadem ejuſdem deſtructae civitatis Sion : 27 & commiſerabuntur pulveris hujus deſolatae urbis, ut eam readificent. 28 & tunc timebunt gentes nomen tuum Domine ; 29 & univerſi reges glorioſam timebunt majeſtatem tuam : 30 propterea quòd Dominus readificaverit urbem Sion ; 31 & in ea ipſe Deus videndus ſit in manifeſta gloria ſua ; 32 ac eo quòd reſpexerit ad orationem humilium afflictorum ; 33 eorumque deprecationem non deſpexerit. 34 Scribantur haec divina opera pro altera generatione noviſſima : 35 populus autem novus ille, qui creabitur, & regenerabitur verbo Dei, ipſum Dominum laudabit : 36 quòd proſpexerit de excelſo ſanctuario ſuo, 37 quòd, inquam, Dominus de caelo ad terram reſpexerit, 38 ut audiret gemitum exſulum compedibus vinctorum ; 39 ut ſolveret à captivitate filios progenitorum in captivitate interemptorum : 40 ut ab illis jam à captivitate ſolutis narraretur in reſtaurata Sion nomen Domini ; 41 ejuſque laus narraretur in readificata Jeruſalem : 42 cum nimirum ſimul congregati fuerint populi ac reges cum ſuis regnis ad ſerviendum Domino, 43 Cui interim ſic iterum dicere exorſus eſt pauper hic populus adhuc in curſu vigentis etatis ſuae, curſuque ejuſmodi ſuae captivitatis adhuc fortis ac dirae, 44 dicens : Denuncia mihi, quaeſo, Deus paucitatem dierum, qui mihi ſuperſunt, ut reſtaurationem videam ſanctae civitatis ; abbrevia, quaeſo, hos dies captivitatis meae : 45 & ne me de hoc mundo educas per mortem in mediis annis meis ; ne in hac captivitate citiùs moriar, antequam videam te in gloria tua in nova Jeruſalem : 46 cùm in generationes omnes & omnia ſaecula ſemper aeterni permaneant anni tui. 47 Et ſanè à principio mundi tu Domine terram ſtabiliter fundaſti ; 48 & ipſi caeli ſunt opus manuum omnipotentiae tuae. 49 & ipſi quidem caeli aliquando igne conflagrabunt, ac peribunt ab eo ſtatu, in quo nunc ſunt ; ſed tu ſemper idem ſtas & permanes. 50 & omnes caeli quaſi veſtimentum demùm tandem veteraſcent & antiquabuntur ; 51 eoſdemque caelos, velut ac ſi amictus aliquis, vel pallium eſſent, volves alterabis ac mutabis : & ipſi commutabuntur & renovabuntur, eruntque caeli novi : 52 ſed tu incommutabiliter ſemper idem ipſe es ; & anni tui aeterni numquam deficient. 53 Filii igitur ſervorum tuorum citò habitent in ea nova Jeruſalem : 54 eorumque progenies in ſaeculum uſque à te bene dirigatur, & rectè ſanctèque proſperetur, ibique diù permaneat.

ORATIONES.

MSS. 1 Exorabilis Domine intende in orationem ſupplicum tuorum : ut qui in peccatis detenti tamquam foenum aruimus ; reſpectu caeleſtis miſericordiae ſublevemur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Exſur-

Brev. Mozarab. fol. 102. 121.

2 EXſurge Deus, & miſerere Sion; quia tempus miſerendi nobis advenit: reſpice ad noſtrae paupertatis orationem, tuorumque humilium amplectere precem. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 43. 112. 145. * *al.* Domine exaudi.

3 * EXaudi Deus orationem noſtram; & clamor noſter ad te remoto impedimento perveniat: quacumque autem die te invocaverimus, velociter tibi noſtra pateſcat oratio: nec avertas faciem tuam a gemitibus; nec gubernationem tuam a noſtris cohibeas moribus: ut gratulemur adipiſci poſtulata; dum ad te noſtra pervenerint deſideria. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 177.

4 DOmine exaudi orationem meam; & clamor noſter ad te placida benignitatis tuae aure perveniat: ne revoces nos in dimidio dierum noſtrorum: ſed ad certam ſtationem tendentes, fac nos curſum conſummare virtutis; ac per ſtudium ſanctificationis acquirere aeternum gloriae regnum in hac dierum praeſentium paucitate. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 220. *De Paſſione Domini.*

5 TOtâ die exprobrabant te inimici tui injuſtè; cùm te mundi Dominum non ſolùm non agnoſcerent; ſed & viri pacifici adversùs te jurarent. praeſta ergo nobis, ut qui paſſionem tuam rectè credimus; in reſurrectione aeternâ tecum pariter ſine fine vivamus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

6 DEprecamur te Domine, ut exaudias orationes ſupplicum; mentibus noſtris inſeras lumen tuum: ut tuam magnificentiam enarrantes, mereamur Sanctis tuis conſortes effici in caeleſtibus regnis. Cui gloria & imperium in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

CII.

✠ *Ipſi: David.*

BEDA.

Senſus myſticus.

Poſt illas beati pauperis humillimas preces, & poenitentiae gemitus explicatos, totus hic pſalmus Domini laude redundat: & praecedentes lacrymas, praeconiorum gaudia ſequuntur: namque Ipſi David, *ſemper Chriſtum, cui laus datur, inſinuat.*

Per totum quidem pſalmum Propheta loquitur. In primâ parte praecipit animae ſuae benedicere Dominum; & beneficiorum ejus recordari: Benedic anima mea Domino. *Secundâ dicit, qualia Moyſi praeſtiterit & reliquis fidelibus ſuis; ut ipſe intelligatur à ſaeculis ſemper fuiſſe munificus:* Notas fecit vias ſuas Moyſi, *& reliqua. Tertiâ ad Angelos verba convertit, Virtuteſque ſupernas, ac reliquas rationales creaturas invitat; ut Domini jugiter laudibus occupentur:* Benedicite Domino omnes Angeli ejus.

Euſebius Caeſarienſis. *Doctrina gratiarum actionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & velut imperans.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Felicitas reverſionis praedicatur, & agi Deo gratias imperatur, captivitate laxatâ.* Aliter, vox Eccleſiae ad populum ſuum.

Pſalt. Syr. Davidis. *De frigiditate, quae dominata eſt in eum tempore ſenectutis. Item, documentum, & gratiarum actio, a viris Deo oblata. verſ.* 47.

Sabbato ad Vigilias.

Pſalt. Arab. *verſ.* 46.

S. Hier. *Iſte Pſalmus maximè circa pietatem atque miſericordiam Dei commoratur, ait enim;*

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS.

Propheta.

1 BENEDIC anima mea Domino:
2 & omnia quae intra me ſunt, nomini ſancto ejus.
† 3 Benedic anima mea Domino:
4 & noli oblivisci omnes retributiones ejus:
† 5 qui propitiatur õnibus iniquitatibus tuis:
6 qui ſanat omnes infirmitates tuas:
† 7 qui redimit de interitu vitam tuam:
8 qui coronat te in miſericordia & miſerationibus:
† 9 qui replet in bonis deſiderium tuum:
℣. 10. Iſai. XL. 31. 10 renovabitur ùt aquilae juventus tua.
† 11 Faciens miſericordias Dominus;
℣. 12. Pſ. CXLV. 6. 12 & judiciũ, omnibus injuriã patientibus.
† 13 Notas fecit vias ſuas Moyſi;
14 filiis Iſraël voluntates ſuas.

Miſe-

Pſalmus inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1
Benedic, & gratias age anima mea Domino; 2 ac omnia viſcera & interiora mea benedicite nomini ſancto
ejus. 3 Benedic anima mea Domino: 4 ac ne unquam
obliviſcaris omnium beneficiorum ejus, quae ſemper tibi
praeſtat, ac debitarum laudationum ejus. 5 Benedic,
inquam, Domino, qui propitiatur cunctis iniquitatibus
tuis: 6 qui ſanat omnes aegritudines animae ac
corporis tui: 7 qui redimit de ſervitute corruptionis,
& a gehenna vitam tuam, ut aeternùm incorrupta permaneat:
8 qui ex omni parte te circumdat, ac veluti
corona te ſua ornat miſericordia ac miſerationibus:
9 qui ſuis bonis implet ac ſatiat deſiderium tuum: 10
& a quo innovabitur in ſecula venturo juventus tua,
ſicut aquilae juventus ac vigor renovatur, quae fortitudinem
mutat, aſſumens novas pennas, & volat &
non deficit. 11 Dominus eſt, qui & miſericordias multas
facis; 12 & ſimul etiam judicium facit pro cunctis,
qui ſuſtinent calumniam. 13 Ipſe eſt, qui notas
fecit vias rationeſque bene vivendi, hoc eſt praecepta
ſua Moſi: 14 ac nota fecit filiis Iſraelis, quae ab eis

fieri

Digitized by Google

ỳ. 15. Exo. XXXIV 6. Num. XIV. 18. Nehemiæ IX. 17. Pſal. LXXXV. 15. ỳ. 17. Iſa. LVII. 16. Jerem. III. 5. Micheæ. VII. 18.

† 15 Miſerator & miſericors Dominus,
16 longanimis & multùm miſericors.
† 17 non io perpetuum iraſcetur:
18 neque in aeternum comminabitur.
† 19 Non ſecundũ peccata noſtra fecit nobis:
20 neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis.
† 21 quoniam ſecundùm altitudinem caeli à terra,
22 corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.
† 23 quantum diſtat ortus ab occidente,
24 longè fecit à nobis iniquitates noſtras.
† 25 quomodo miſeretur pater filiorum;
26 miſertus eſt Domious timentibus ſe.
27 quoniã ipſe cognovit figmentũ noſtrũ:
† 28 recordatus eſt quoniam pulvis ſumus.

ỳ. 29. Pſ. LXXXIX. 6.

29 Homo, ſicut foenum dies ejus:
30 tamquam flos agri, ſic efflorebit:
† 31 quoniam ſpiritus pertraoſibit in illo, & non ſubſiſtet;
32 & noo cognoſcet amplius locum ſuum.

ỳ. 32. Job VII. 10. XX. 9.

† 33 Miſericordia autẽ Dñi ab aeterno & uſque in aeternum ſuper timentes eum:

ỳ. 34. Exod. XX. 6. Deuter. VII. 9.

† 34 & juſtitia illius in filios filiorum,
35 his qui ſervant teſtamentum ejus,
† 36 & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea.
† 37 Dominus in caelo paravit ſedem ſuam:
38 & regnum ipſius omnibus dominabitur.

ỳ. 39. Pſ. CXLVIII. 2.

† 39 Benedicite Domino omnes Angeli ejus,
40 potentes virtute facientes verbum illius,
41 ad audiendam vocem ſermonum ejus.
† 42 Benedicite Domino omoes virtutes ejus,
43 miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus.
† 44 Benedicite Domino omnia opera ejus,
45 in omni loco dominationis ejus.
46 Benedic anima mea Domino.

fieri volebat. 15 Dominus eſt misericors & clemens; 16 longanimis, tardus ad iraſcendum ac ulciſcendum, & multùm miſericors: 17 non enim in perpetuum iraſcetur, ſed pœnitentibus facilè placatur: 18 nec iis in æternum ſuccenſebit ac indignabitur. 19 Non ſecundùm quod poſtulabant peccata noſtra, ipſe fecit nobis: 20 neque ſecundum meritum iniquitatum noſtrarum ipſe retribuit nobis. 21 quantum enim excelſius eſt cœlum terrâ; 22 tantum confortavit Dominus miſericordiam ſuam erga timentes eum. 23 quantum longè eſt Oriens ab Occidente, 24 tantum longè fecit a nobis iniquitates noſtras ac ſcelera noſtra. 25 ſicut pater miſeretur filiorum ſuorum, 26 ita miſertus eſt Dominus timentium ſe: 27 ipſe enim novit plaſmationem conditionemque noſtram fragilem, ac ab origine vitiatam: 28 & memor fuit, quòd nos pulvis ſimus, ex pulvere conditi, ac in pulverem mox reverſuri. 29 Hominis quidem dies ſunt quaſi herba, quæ hodie viret, & cras exſiccata in clibanum mittitur: 30 ac ſicut flos agri, qui citò marceſcit ac decidit, ſic homo florebit: 31 nam ſpiritus ac anima pertranſibit in homine, & ab eo abibit; tumque non ampliùs ſubſiſtet homo ille: 32 nec ampliùs cognoſcet locum ſuum, in quo priùs inhabitaverat. 33 Miſericordia autem Domini, ab æterno prædeſtinata, & uſque in æternum duratura, firma perſiſtet erga timentes eum: 34 ejuſque juſtitia in ſervandis iis, quæ miſericorditer promiſit, permanebit ſuper illorum nepotes & poſteros: 35 ſi tamen obſervent pactum ejus de cuſtodienda lege ipſius; 36 & ſi recordentur præceptorum ejus, ut ea faciant & exſequantur. 37 Dominus in cœlo ſtabiliter apparavit thronum gloriæ ſuæ; 38 ejuſque regnum omnibus dominatur, ſemperque dominabitur. 39 Benedicite autem Domino & vos quoque omnes Angeli ejus; 40 qui potentes & fortes robore eſtis, quique facitis & exſequimini juſſum ejus 41 in obediendo voci ac mandato juſſorum ejus. 42 Benedicite, inquam, Domino omnes validi ac cæleſtes exercitus ejus, 43 qui miniſtri eſtis ejus; ac facitis, quæcumque ipſe vult ut a vobis fiant. 44 Immò benedicite Domino univerſa opera ejus, 45 exſtantia in omnibus locis dominationis ejus. 46 Et tu tandem anima mea tempore omni, noctes & dies, benedic, ac gratias age Domino Deo, qui major eſt omni laude.

ORATIONES.

MSS. 1 SAna, Domine, languores populi tui; qui ſemper peccatoribus, ſicut pater filiis, misereris: ut exempti ab interitu mortis perpetuae, te anima noſtra benedicat, & vita clarificet. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 74. 102. 106. 123. 2 MIſerator Domine, & miſericors, non iraſcaris nobis in finem: ſed quantum diſtat oriens ab occaſu, iniquitatem omnem à nobis elonga; & juxta altitudinem caeli à terra tuam in nobis miſericordiam dilata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 102. 121. 3 BEnedicat te, Domine, anima noſtra; & omnia interiora ejus io tuis laudibus conclament: ut ad ſanandos languores noſtros auditâ oratione concurras; & vitam noſtram de interitu redimas; in bonis deſiderium noſtrum ſaties; & votum perfectione corones; ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

QUi bona largitur; qui peccatis propitiatur; qui de interitu redimit; qui in bonis omne deſiderium complet: nunc nobis miſereri dignetur, ùt pater filiis, delictorum molibus hìc remiſſis. Cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Digitized by Google

CIII.

✠ *Ipſi David:*

BEDA.

Senſus myſticus. David *perſonam loquentis indicat: caeterùm omnia Domino Chriſto canuntur; qui creator & gubernator & redemptor eſt mundi.*

Propheta, volens conditione rerum divino ſignificare miſterio, primo modo per fabricam cæli & terræ, Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta decantet: Benedic anima mea Domino. *Secundò, opera Domini diverſis figuris teſta enumerat:* Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! *Tertiò, profitetur in illo æterno ſæculo præconia Domini jugiter ſe eſſe dicturum; quæ etiam in hac vita ſua brevitate cantaverat:* Cantabo Domino in vita mea; pſallam Deo meo, quamdiu ſum.

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina confeſſionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius, & ut timeant impetrent.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Præſens Pſalmus, & centeſimus quadrageſimus octavus conſideratione creaturarum Dei in ejus ſonantur laudem.* Aliter, vox Eccleſiæ laudantis Deum.

Pſalt. Syr. *Davidis, cùm iret ad adorandum coram Arca Domini unà cum Sacerdotibus. Quod autem ad nos, docet nos confeſſionem, & orationem, & innuit nobis conſtitutionem principii creaturarum, atque Angelis inſinuat.* verſ. 78.

Pſalt. Arab. *numerat verſ.* 78.

Sabbato ad Vigilias. S. Hier. *Iſte Pſalmus ipſius creaturæ vocem continet, laudantem & benedicentem Deum; ſed hoc ipſum ſpiritualiter intelligere debemus.*

PSALMUS DE CONSTITUTIONE MUNDI AD LAUDANDUM EJUS CREATOREM.

Propheta. 1 BENEDIC ANIMA MEA DOMINO.
2 Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
✝. 3. Pſal. XCII. 1. † 3 Confeſſionem & decorem induiſti;
4 amictus lumine ſicut veſtimento.
† 5 Extendens caelum ſicut pellem:
6 qui tegis aquis ſuperiora ejus.
† 7 Qui ponis nubem aſcenſum tuum.
✝. 8. Pſ.XVII. 12. 8 qui ambulas ſuper pennas ventorum.
† 9 Qui facis Angelos tuos, ſpiritus.
✝. 9. Hebr. I. 7. 10 ✠ &: miniſtros tuos, ignem urentem.
✝. 11. Job XXVI. 7. XXXVIII. 4. Pſ.XXIII. 2. CXXXV. 6. † 11 Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam:
12 non inclinabitur in ſaeculum ſaeculi.
† 13 Abyſſus ſicut veſtimentum amictus ejus;
14 ſuper montes ſtabunt aquae:
✝. 15. Geneſ. I. 9. VIII. 1. 2. 3. † 15 ab increpatione tuâ fugient;
16 à voce tonitrui tui formidabunt:
† 17 aſcendunt montes ✠ &: deſcendunt campi
18 in locum quem fundaſti eis:
✝. 19. Job XXVI. 10. XXXVIII. 8. Pſ.XXXII. 7. Jerem. V. 22. † 19 terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur;
20 neque convertentur operire terram.
† 21 Qui emittis fontes in convallibus:
✝. 20. Geneſ. IX. 11. 15. 22 inter medium montium pertranſibunt ✠ aquae:
† 23 potabunt omnes beſtiae agri:
24 exſpectabunt onagri in ſiti ſua.
† 25 ſuper ea volucres caeli habitabunt:
26 de medio petrarum dabunt voces.
✝. 27. Pſ.CXLVI. 8. † 27 Rigans montes de ſuperioribus ſuis:

de

Pſalmus ſuper Mundi conſtitutione, inſpiratus
Davidi. PROPHETA. 1 *Anima mea benedic nunc,*
& gratias age Domino, ac dic: 2 *Domine Deus meus*
tu agnitus es, eſſe quàm valde magnus, 3 *Tu gloriâ*
dignâ ſummâ laudis, confeſſione, & decore undique (ut
ita dicam) indutus es; 4 *circumamictus luce ineffabi-*
li majeſtatis tuæ, quæ quaſi veſtimento in cunctis ope-
ribus tuis totus ſplendidus videris. 5 *Tu es, qui exten-*
dis cælum ut pellem utris circùm terram, quæ cælo con-
cluditur; 6 *tu ſuperiora loca ejuſdem cæli ſtellati con-*
tegis ac contignas aquis illis ſublimibus, quæ ſunt ſu-
pra Firmamentum. 7 *Tu ſic efficis nubes, ut tamquam*
currus tuus videantur, dum huc illincque impelluntur
celerrime: 8 *& tu imperator obambulas ſuper alas*
ventorum; dum ventis imperas, ut, ubicumque volueris,
ſpirent vel quieſcant. 9 *Tu efficis, ut cæleſtes illi nun-*
cii tui ſint ſpiritus, ac tam celeres ad exſequenda man-
data tua, quàm ſunt veloces venti: 10 *& qui mini-*
ſtros tuos efficis tam mobiles ac agiles, quàm mobilis
& agilis eſt ignis flammans ac urens. 11 *Tu fundaſti*
magnam hanc terræ molem non ſupra aliam quampiam
baſim, quàm ſupra ipſam ſuimetipſius ſtabilitatem ac
centrum; 12 *quæ terra è centro mundi non dimovebi-*
tur in omnia ſæcula. 13 *In principio mundi aquarum*
abyſſus immenſa, ceu veſtimentum amiciebat & coope-
riebat totam terram, aquis illis immerſam; 14 *adeo ut*
ſecundùm priorem illum creationis ſtatum, ac nunc quo-
que ſuper montes ſtare deberent aquæ; 15 *ad terrifi-*
cum tamen juſſum tuum fugerunt tunc aquæ, ſemperque
fugient à ſuperioribus locis illis inter Firmamentum &
Terram, ubi priùs erant; 16 *ac ad tonantem vocem tuam,*
quâ juſſiſti, ut congregarentur aquæ in locum unum, ut ap-
pareret arida terra, aquæ ipſæ veluti formidaverunt
ſeſe recludendo, ſemperque veluti formidantes reclu-
ſæ manebunt. 17 *& tunc illico cœperunt apparere*
montes in altum erecti, valleſque apparuerunt in imum
depreſſæ 18 *ad eum locum, quem eis fundaſti & conſti-*
tuiſti: 19 *illiſque aquis congregatis in locum unum*
poſuiſti terminum, quem non pertranſeant, 20 *nec re-*
vertantur ſurſum ad operiendam rurſus terram. 21 *Tu*
emittis & ſcaturire facis fontes aquarum in aridis terræ
convallibus: 22 *ac juſſu tuo inter medios montes aquæ*
decurrent, 23 *ut eas bibant omnes beſtiæ agreſtes:* 24
à quibus aquis & potum exſpectant ſitibundi ſylveſtres
aſini in ſiti ſua: 25 *& juxta eaſdem aquas commora-*
buntur aves cæli; 26 *quæ de mediis petris locisque*
ſaxoſis ac nemoroſis vocem edere ſolent, & cantillare.
27 *Deus eſt, qui irrigat aridos montes pluvialibus aquis*
de ſuperioribus nubibus, tamquam de cœnaculis ſuis:

ac de

♥. 28. Pſ. LXIV. 10. ♥. 29. Geneſ. I. 29. IX. 3. ♥. 32. Judic. IX. 13. ♥. 33. Judic. IX. 9. Pſ. XXII. 5.

28 de fructu operũ tuorũ ſatiabitur terra.
† 29 Producens foenum jumentis,
30 & herbam ſervituti hominum,
† 31 ut educas panem de terra;
32 & vinum laetificet cor hominis;
† 33 ut exhilaret faciem ÷ in: oleo;
34 & panis cor hominis confirmet.
† 35 Saturabuntur ligna campi
36 ÷ &: cedri Libani, quas plantavit:
37 illic paſſeres nidificabunt:
† 38 herodii domus, dux eſt eorum.
39 Montes excelſi, cervis:
40 petra refugium herinaciis.

♥. 41. Geneſ. I. 14.

† 41 Fecit lunam in tempora:
42 ſol cognovit occaſum ſuum.
† 43 Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox:
44 in ipſa pertranſibunt õnes beſtiae ſilvae,
† 45 ÷ catuli: leonum rugientes ut rapiant,
46 & quaerant à Deo eſcam ſibi.
† 47 ortus eſt ſol, & congregati ſunt;
48 & in cubilibus ſuis collocabuntur:
† 49 exibit homo ad opus ſuum,
50 & ad operationẽ ſuã uſque ad veſperũ.
† 51 Quàm magnificata ſunt opera tua Dñe!
52 omnia in ſapientia feciſti:
53 Impleta eſt terra poſſeſſione tua.
† 54 Hoc mare magnum & ſpatioſum: manibus:
55 illic reptilia quorum non eſt numerus,

♥. 56. 57. Ita diſtinguit cod. Alexandrinus & Apollinarius; Cod. autem Vatic. conjungit.

† 56 animalia puſilla cum magnis:
57 illic naves pertranſibunt,
† 58 draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.
59 Omnia a te exſpectant ut des illis eſcam in tempore.

♥. 59. Pſ. CXXXV. 25. CXLIV. 15 Joel. I. 20.

† 60 dante te illis, colligent:
61 aperiente te manum tuam, ÷ omnia: implebuntur bonitate.
† 62 avertente autem te faciem, turbabuntur:
63 auferes ſpiritum eorum, & deficient;
64 & in pulverem ſuum revertentur.
† 65 emittes ſpiritum tuum, & creabuntur:
66 & renovabis faciem terrae.
† 67 Sit gloria Domini in ſaeculum:
68 laetabitur Dominus in operibus ſuis:
† 69 qui reſpicit terram, & facit ÷ eam: tremere:
70 qui tangit montes, & fumigant.

♥. 71. Pſ. CXLV. 2.

† 71 Cantabo Domino in vita mea:
72 pſallam Deo meo quamdiu ſum:

♥. 73. Pſal. XVIII. 15.

† 73 jucundum ſit ei eloquium meum.
74 Ego verò delectabor in Domino:
† 75 deficiant peccatores a terra,
76 & iniqui ita ut non ſint.
77 Benedic anima mea Domino.

28 ac de effectu ejuſmodi operum tuorum Domine humectabitur, fœcundabitur, & ſaturabitur terra. 29 Ipſe Deus germinare facit herbam ad pabulum jumentorum; 30 & germinare facit olus, quod deſerviat uſui ac victui hominum: 31 idque facit, ut de terra proferat fruges, quibus panis conficitur, 32 ac vites producat, ut inde vinum lætificet cor hominis; 33 & ut, cunctis de terra oleis, nitidam faciat ac exhilaret faciem hominis ex olei unctione; 34 & ut panis, vires ſubminiſtrando, cor hominis corroboret. 35 Aquis illis fontium, rivorum, & pluviarum ſaturabuntur arbores ſylveſtres, 36 ac cedri montis Libani, quas ipſe plantavit: 37 ubi in ramis arborum paſſerculi nidos ſuos facient. 38 quorum paſſerculorum dux ad nidulandum eſt domus ac nidus erodii, qui aves omnes præcedit in nidificando. 39 Montes autem celſi ex divina providentia profugium ſunt cervorum: 40 ac petra in ſuis cavernis confugium eſt herinaciis. 41 Idem Deus fecit lunam, ut menſium tempora diſtinguat; 42 ejuſque juſſu ſol, quaſi eſſet mente præditus, quodammodo cognovit quâ horâ & in qua cæli parte quotidie debeat eſſe occaſus ſui. 43 Tu induxiſti tenebras ſubtracto lumine ſolis, ac facta eſt nox: 44 in qua diſcurrent omnes beſtiæ ſylveſtres, 45 & leones juniores rugientes ad prædam rapiendam, 46 ut quærant ſibi eſcam à Deo paratam, qui dat eſcam animantibus cunctis. 47 cum autem ortus fuerit ſol, beſtiæ recedent ac in ſuos ſe ſpecus congregabunt, 48 ac in cubilibus ac ſpeluncis ſuis cubabunt; 49 ac tunc homo ſine ferarum timore egredietur in agros ad opus ſuum faciendum, 50 ac ad exſequendam operationem ſuam in cultura terræ uſque ad veſperum. 51 Quàm multa, quàm magna facta ſunt opera tua Domine! 52 omnia ſummâ ſapientiâ feciſti ad ſuum quæque uſum: 53 & ſic impleta eſt terra omnigenâ creaturâ, quam tu creaſti ac poſſides. 54 Porrò quod attinet ad mare ipſum magnum ac latum finibus, quibus quaſi brachiis amplectitur ac perfundit univerſam terram; 55 ibi reptilia ac natatilia ſunt innumerabilia, 56 & animalia aquatilia tum parva tum magna; 57 ibi naves hominum pertranſeunt, 58 ac grande quoque cetum illud, quod formaſti, ut in eodem mari ludat. 59 Cæterum animantia omnia aquatica, terreſtria, & aerea à tua Domine providentia exſpectant, ut des ipſis cibum ſuo tempore & opportune: 60 te namque dante eis cibum, colligent illum ac accipient; 61 & te manum tuam liberaliter aperiente ac largiente, animantia cuncta replebuntur ac ſatiabuntur bonis, bonitate tuâ ſibi collatis. 62 ſi autem vultum tuum benignum averteris ab eis, eaque deſerueris; ſtatim penuriâ & anguſtiâ turbabuntur. 63 ac ſi ſpiritum & flatum eis abſtuleris, ſtatim deficient, 64 & in ſuum pulverem revertentur. 65 ſi verò ſpiritum & flatum, qui tuum eſt donum, emiſeris in terram, alia rurſum animantia creabuntur: 66 & ad hunc modum novis ſemper creaturis renovabis ac inſtaurabis ſuperficiem terræ. 67 Sit gloria Domini in ſempiternum: 68 ac lætetur Dominus ſibique complaceat in operibus ſuis, quæ videt à ſe facta bona valdè. 69 qui ſi voluerit, reſpicit in terram; ac ſolo ſuo aſpectu facit eam tremere: 70 & ſi montes tangit, confeſtim illi fumant, & vel grandem fumum exhalant, vel abeunt in fumum. 71 Meritò itaque cantabo laudes Domini in tota vita mea; 72 pſallamque in honorem Dei, quamdiu ſum: 73 dulcis autem ac grata ſit ei iſtiuſmodi diſſertatio laudationis meæ, eique placeat. 74 Et ego quidem ſemper lætabor in Domino; 75 deficiant autem à terra peccatores 76 & iniqui, ita ut ultra non ſint in terra. 77 Et tu anima mea noctesque dieſque benedic, ac maximas atque uberes, quantum potes, gratias age Domino.

ORATIONES.

MSS. 1 INclyte omnipotens Deus, qui fructu locupleti terram aridam ſatiaſti; da nobis ſpirituali mente Aſcenſum tuae gloriae contueri: ut dum te in caelis ſuſpicimus, illa ſemper

quae ſunt caeleſtia, meditemur. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia.

Brev. Mozarab. fol. 232. 2 QUàm magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti: reple tamen nos directionis ſpiritu: ut dum tua miramur opera, te tuis in operibus laudet intelligentia noſtra. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 219. 3 MAgnificata ſunt opera tua Domine, & humanae intelligentiae remotiſſima: quorum nos viſibilis pulchritudo pulcherrimum omnium provocat conlaudandum Creatorem. tu nos verò diſcretionis imple ſpiritu: ut dum tua miramur opera, te tuis in operibus laudet, magnificet intelligentia noſtra. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 313. 4 DOmine Deus omnipotes, qui veſpere & mane & meride unum diem vocari juſſiſti; &, ut ſol agnoſceret occaſum ſuum, imperaſti; aperi, quaeſumus, tenebras cordium noſtrorum; ut te radiante cognoſcamus te Deum verum & lumen aeternum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 367. 5 DOmine Deus omnipotens, qui Angelos tuos, ſpiritus facis; & miniſtros tuos, flammam ignis: accende in nobis, quaeſumus, ignem illum charitatis tuae, quem ſacri oris eloquio mittendum dignatus es polliceri: & ſic in nos ardeat fide & opere; ut defectis vitiis, polorum civibus faciat ſociari. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CIV.

Alleluia.

BEDA.

Alleluia *nomen Hebræum eſt, neutro genere declinandum, ut Hieronymus oſtendit: quod interpretatur*, Laudate Dominum: *& ubicumque poſitum eſt in titulis, docet potentiam Creatoris ſemper debere* laudari. *quod autem ſemel diximus, hoc in omnibus obſervandum eſt. In quocumque pſalmo primum* Alleluia *fuerit prænotatum; cum etiam in fine habere* Alleluia *ſubjectum: quod plerique neſcientes, ſequentis pſalmi arbitrantur eſſe principium. Denique ſæpe reperies in uno pſalmo duo* Alleluia *præpoſita: quod ſignificat, unum ad finem prioris; alterum ad ſequentis pertinere principium.*

Sciens Propheta, populos Iſrahel ſpem in temporalibus beneficiis ponere ſolitos: primâ parte monet fideles, ut eum ſpiritualiter ſemper exquirat: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus. *Secundâ, per patriarcharum eos exempla confirmat: quia à Domino non fuerunt derelicti, eo quod ejus imperio ſervierint:* Mementote mirabilium ejus. *Tertiâ denumerat, quanta patribus eorum præſtiterit; * & Joſeph tutaverit, honoreſque contulerit; ingreſſumque in Ægyptum commemorans Hebræorum:* Cum eſſent numero brevi. *Quartâ refert, quomodo Iſrahel ab inimicis, diverſis Ægyptiorum plagis fuerit vindicatus:* Convertit cor eorum. *Quintâ deſcribit, quanta eis in deſerto præſtiterit; ut non in temporalibus bonis gauderent; ſed beneficiis deliniti, juſtificationes ejus legemque ſervarent:* Et eduxit eos cum argento & auro.

* al. pericula Joſeph & honores (deſcribens.)

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina ad Gentes de beneficiis Dei in priorem populum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in confeſſione.* (Item.) *Deſcribens vitam, virtute bona præditam.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Hic Pſalmus veterum tum ſanctorum, quàm temporum recordatione in præſentium utilitatem decenter omnino & artificioſè formatur.* Aliter, vox Chriſti ad Apoſtolos de Judæia

Pſalt. Syr. *Anonymus; differit in eo de hiſtoria, ut mittat Jacob deſcendere in Aegypto. ſimul etiam nos ſpiritualiter docet non eſſe pertimeſcendum, cùm exit quis ad decertandum contra dæmones, quia Deus eſt auxilium noſtrum, & pugnat pro nobis. verſ. 91.*

Pſalt. Arab. *verſ. 88.*

Sabbato ad Vigilias. S. Hier. *Iſt Pſalmus maximè Patrum replicat hiſtoriam; ſed ſpiritualiter debet intelligi; omnia enim, quæ contigebant antiquitùs, in figura contigebant, ut nos erudiremur.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. v. 8. Paralip. XVI. 8. Iſai. XII. 4.

1 CONFITEMINI DOMINO ✛ ET INVOCATE NOMEN EJUS.
2 Annunciate inter Gentes opera ejus:
† 3 cantate ei, & pſallite ei:
4 narrate omnia mirabilia ejus.
† 5 Laudamini in nomine ſancto ejus;
6 laetetur cor quaerentium Dominum.
† 7 quaerite Dominum, & confirmamini:
8 quaerite faciem ejus ſemper.
† 9 Mementote mirabilium ejus quae fecit,
10 prodigia ejus, & judicia oris ejus,
† 11 ſemen Abraham ſervi ejus,
12 filii Jacob, electi ejus.
13 Ipſe Dominus Deus noſter,
† 14 in univerſa terra judicia ejus:

memor

ALLELU cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Profitemini Domino laudes dignas, quantum poteſtis: ac prædicate. & in auxilium veſtri invocate divinum nomen ejus.* 2 *Annunciate, ac nota facite inter gentes conſilia & opera ejus:* 3 *ore cantate laudes ei; muſicisque inſtrumentis hymnos ei dicite:* 4 *& narrate omnibus univerſa mirabilia, quæ ipſe Dominus fecit.* 5 *Laudamini exſultantes, ac gloriamini in divino numine ejus:* 6 *læteturque animus quærentium colere Dominum, atque diligere.* 7 *quærite placere ac adhærere Domino; & ſic ab eo confortamini novo animi vigore:* 8 *ſemperque conſpectum ejus quærite, ut veniatis ad præſentiam ejus.* 9 *Recordamini mirabilium operum, quæ ipſe fecit,* 10 *& prodigiorum ejus ac jurium legis, ore ipſius traditæ vobis,* 11 *ô genus Abrahami, qui eſtis ſervi Dei,* 12 *ô filii Iſraelis, qui eſtis ab eo electi.* 13 *Ipſe univerſorum Dominus Deus ille noſter, quem colimus;* 14 *cujus judicia exſecutioni mandantur in univerſa terra:*

ipſe

Digitized by Google

† 15 memor fuit in ſaeculum teſtamenti ſui,
16 verbi quod mandavit in mille generationes,
℣.17. Geneſ.XVII. 2. XXII. 16. XXVI. 3. XXVIII. 13. XXXV. 12.
† 17 quod diſpoſuit ad Abraham,
18 & juramenti ſui ad Iſaac;
† 19 & ſtatuit illud Jacob in praeceptum,
20 & Iſraël in teſtamentum aeternum;
℣.21. Geneſ.XIII. 15. XV. 18.
† 21 dicens: *Tibi dabo terram Chanaan*
22 *funiculum hereditatis veſtrae*.
℣.23. Gen.XXXIV 30. Deuter. XXVI. 5.
† 23 Cùm eſſent numero brevi,
24 pauciſſimi, & incolae ejus.
† 25 & pertranſierunt de gente in gentem.
26 & de regno ad populum alterum.
† 27 non reliquit hominem nocere eis:
28 & corripuit pro eis reges.
℣.28. Geneſ. XII. 17. XX. 3.
† 29 *Nolite tangere Chriſtos meos*:
30 ✠ in: *Prophetis meis nolite malignari*.
℣.29. II.Reg.I. 14.
† 31 Et vocavit famem ſuper terram.
℣.30. Geneſ.XX. 7.
32 ✠ &: omne firmamentum panis contrivit.
℣.33. Geneſ. XLI. 54.
† 33 miſit ante eos virum.
34 in ſervum vennndatus eſt Joſeph.
℣.32. Levit.XXVI. 16. Iſai. III. 1.
† 35 Humiliaverunt in compedibus pedes ejus.
36 ferrum pertranſiit animam ejus,
℣.33. Geneſ.XXXVII 36. XLV. 5. L. 20.
37 donec veniret verbum ejus:
† 38 eloquium Domini inflammavit eum.
39 Miſit rex, & ſolvit eum;
℣.34. Geneſ.XXXVII. 28.
40 princeps populorum & dimiſit eum.
† 41 conſtituit eum dominum domûs ſuae,
℣.35. Gen.XXXIX 20. LI. 15.
42 & principem omnis poſſeſſionis ſuae;
† 43 ut erudiret principes ejus ſicut ſemetipſum,
℣.39. Gen.VLI.14.
44 & ſenes ejus prudentiam doceret.
℣.41. Gen.XLI.40.
† 45 Et intravit Iſraël ✠ in: AEgyptum.
℣.45. Geneſ.XLVI 6.
46 & Jacob accola fuit in terra Cham.
† 47 Et auxit populum ſuum vehementer:
℣.47. Exod. I. 7. Act.VII. 17
48 & firmavit eum ſuper inimicos ejus.
† 49 convertit cor eorum ut odirent populum ejus;
50 & dolum facerent in ſervos ejus.
℣.51. Exod.III.10.
† 51 Miſit Moyſen ſervum ſuum,
52 Aaron quem elegit ipſum.
℣.52. Exod.IV.14.
† 53 poſuit in eis verba ſignorum ſuorum,
54 & prodigiorum in terra Cham.
† 55 Miſit tenebras & obſcuravit.
56 & non exacerbavit ſermones ſuos.
℣.57. Exod.VII.20.
† 57 convertit aquas eorum in ſanguinem.
58 & occidit piſces eorum.
℣.59. Exod.VIII.6.
† 59 Edidit terra eorum ranas
60 in penetralibus regum ipſorum.
† 61 Dixit & venit coenomyja,
℣.61. Exo.VIII.24
62 ✠ &: ciniphes in omnibus finibus eorũ.
℣.62 Exo.VIII.17
† 63 Poſuit pluvias eorum grandinem,
64 ignem comburentem in terra ipſorum.
℣.63. Exod.IX. 23.
† 65 & percuſſit vineas eorum & ficulneas eorum.
66 & contrivit lignum finium eorum.
℣.65. Exod. X. 13.
† 67 Dixit, & venit locuſta & bruchus cujus non erat numerus.

& con-

15 ipſe, inquam, ſe in aeternum memorem eſſe oſtendit pacti ſui, 16 & verbi ſui, quod praecepit in perpetuum eſſe ad millia generationum; 17 nempe verbi illius, quod pepigit cum Abrahamo, 18 ac juramenti illius ſui, quod juravit Iſaaco; 19 & quod conſtituit Jacobo, ut eſſet firmum ſtatutum; 20 ac idem Iſraeli conſtituit, ut eſſet pactum ſempiternum, 21 dicens: Tibi dabo, ò Abraham, ò Iſaac, ò Jacob, terram habitatam a populis ex ſtirpe Chanaan, 22 ut ſit veſtra hæreditas, quaſi funiculo menſorio diſtributa vobis. *23 Itaque cum eſſent ipſi patriarchæ pauci numero, 24 immo pauciſſimi, & advenæ & peregrini in eadem terra Chananæorum; 25 & cùm tranſmigrarent ex una gente ad aliam gentem, 26 ac de uno regno ad alium populum alterius regni; 27 non permiſit Deus homini cuiquam, ut eis noceret; 28 ac pro eis tutandis coarguit etiam reges, Pharaonem in Ægypto, & Abimelech regem Geraræ, dicens regibus illis:* 29 Ne attingatis hos homines, mihi inviſibili chriſmate, hoc eſt unctione gratiæ meæ conſecratos: 30 & contra hos ſervos meos prophetico dono præditos nihil mali faciatis, nevè eos affligatis. *31 Deinde juſſit Deus venire famem in terra Chananæorum: 32 & omnem annonam ac rem frumentariam, quâ firmantur vires hominum, ibi compreſſit: 33 ſed jam antea providentiâ ſuâ miſerat hominem in Ægyptum ante illos, Jacobum ſcilicet ac filios ejus; 34 quando Joſephus a ſuis fratribus venditus fuit in ſervitutem. 35 Hujus Joſephi pedes in compedibus depreſſerunt Ægyptii: 36 ejuſque animum ferreæ catenæ dolor pertranſivit, 37 uſque ad tempus, quo adveniret & impleretur ipſius ſermo ac vaticinium de pincerna Pharaonis reſtituenda in locum ſuum: 38 illud enim eloquium & oraculum Domini in eo vaticinio illi afflatum, eum quaſi igne probavit; virumque probum atque veracem eſſe comprobavit. 39 Tunc Pharao Rex Ægypti nuncium miſit, ac Joſephum ſolvit è compedibus ac ferro: 40 & princeps ille populorum Ægypti è carcere emiſit eum; 41 eumque dominum conſtituit domûs ſuæ, 42 ac principem ac gubernatorem in omni poſſeſſione ſua; 43 ut erudiret & corriperet principes ejus ſicut corriperet ſemetipſum, ſecundùm ſuam ſcilicet voluntatem atque arbitratum; 44 & ut ſenatores ipſius ſapientiam doceret. 45 Sic igitur exaltato Joſepho, ingreſſus eſt Iſrael pater ejus Ægyptum; 46 ac ejuſdem Jacobi familia advena fuit in terra Cham patris Mizraim, unde & genus & nomen ducunt Mizraimitæ, hoc eſt Ægyptii. 47 Valdè autem Deus creſcere ibi fecit populum Jacobi; 48 eumque roboravit ſuper hoſtes ſuos Ægyptios: 49 quo beneficio ſuo cor illorum Ægyptiorum, ſponte malum ac invidum, convertit, ut odio haberent populum ejus; 50 & doloſè agerent contra ſervos ipſius. 51 Sed miſit Moſen ſervum ſuum in Ægyptum ad Pharaonem; 52 ac unà cum illo miſit Aaron ipſum, quem ſibi elegit ad hoc munus: 53 quibus Moſi & Aaroni mandata dedit de mirabilibus ſignis, 54 atque prodigiis edendis in eadem terra Cham. 55 Itaque emiſit Deus tenebras triduanas ex caliginoſiſſimis ac denſiſſimis terræ vaporibus, totamque contenebravit Ægyptum: 56 & uterque, Moſes ſcilicet & Aaron, non amaro ac acerbo animo, ægrève fecit hæc juſſa Dei; ejuſque verbis neuter fuit incredulus. 57 Aquas quoque Ægyptiorum Deus commutavit in ſanguinem; 58 & occidit piſces eorum, quibus veſcebantur. 59 Ejuſdem Dei juſſu ebullivit terra eorum, ediditque ranas repentes 60 in ipſis etiam ſecretis cubiculis regum ipſorum. 61 Juſſit præterea Deus, & venerunt muſca canina & omne genus muſcarum, 62 ac ciniphes in univerſis terminis eorum. 63 Tum immiſit in eos pluviam grandinum 64 cum commixto igne flammante atque comburente omnia, foris reperta in terra eorum: 65 quibus percuſſit Deus vites vinearum eorum & ficus; 66 & omnem arborem confregit per fines ipſorum. 67 Qui etiam juſſit, & venerunt locuſta, ac innumerabilis bruchus;*

qua

† 68 & comedit omne foenum in terra eorum:
69 : & comedit ⁜ omnem: fructum terrae eorum :
℣. 70. Exo. XII. 29. † 70 & percuſſit omne primogenitum in terra eorum .
71 primitias omnis laboris eorum .
† 72 Et eduxit eos cum argento & auro :
℣. 72. Exo. XII. 33. 73 & non erat in tribubus eorum infirmus.
℣. 74. Exo. XII. 33. † 74 Laetata eſt AEgyptus in profectione eorum :
75 quia incubuit timor eorum ſuper eos .
℣. 76. 77. Exod. XIII. 21. Pſalm. LXXVII. 14. I. Corinth. X. 1. † 76 Expandit nubem in protectionem ⁜ eorum:
77 & ignem ut luceret ⁜ eis : per noctem.
† 78 Petierunt, & venit coturnix :
℣. 78. Exod. XVI. 13. 79 & pane caeli ſaturavit eos .
† 80 dirupit petram & fluxerunt aquae :
81 abierunt in ſicco flumina .
℣. 79. Pſ. LXXVII. 24. 25. † 82 Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui
℣. 80. Num. XX. 11 83 ⁜ quod habuit : ad Abraham puerum ſuum .
℣. 82. Gen. XV. 14. XVII. 7. † 84 & eduxit populũ ſuum in exſultatione ;
85 ⁜ & : electos ſuos in laetitia .
℣. 86. 87. Deut. VI. 10. 11. † 86 & dedit illis regiones gentium ;
87 & labores populorum poſſederunt :
† 88 ut cuſtodiant juſtificationes ejus ;
89 & legem ejus requirant .

68 quę bruchorum & locuſtarum multitudo comedit omnem herbam terrę eorum; 69 ac exedit omne gramen & omnem fructum ac ſegetes terræ Ægyptiorum. 70 Poſtremum percuſſit Deus, ac occidit omne primogenitum hominum & pecorum in terra eorum, 71 primitias videlicet omnis laboris ac doloris eorum: 72 & tum demum ex Ægypto eduxit Iſraelitas cum argenteis & aureis vaſis, ab Ægyptiis ipſis commodato acceptis; 73 nec quiſquam infirmus erat in duodecim tribubus eorumdem Iſraelitarum. 74 Lætati ſunt Ægyptii in egreſſu Iſraelitarum; 75 eo quòd horum timor irruerat ſuper eos, ne deteriora paterentur, ſi diutiùs illuc retinuiſſent. 76 Exinde expandit Deus nubem quaſi tentorium in umbraculum & tegumentum Iſraelitarum adverſùs Solis ardores in deſerto: 77 deditque columnam igneam, ut luceret eis noctu, noctemque faceret lumínoſam. 78 In eo deſerto Iſraelitæ petierunt carnes; ac Dei juſſu venit coturnix: 79 & cibo quoque e cælo demiſſa, hoc eſt Manna ſaturavit eos. 80 quibus etiam dirupit ac aperuit petram in Horeb, & inde fluxerunt aquæ: 81 quæ & tamquam flumina decurrerunt quadraginta annos per arida & ſicca loca deſerti. 82 Quoniam autem memorem ſe Deus oſtendere voluit ſancti ſui verbi ac promiſſi, 83 quod dederat Abrahamo ſervo ſuo: 84 idcirco eduxit ex Ægypto populum ſuum cum exſultatione, 85 & iſtiuſmodi homines a ſe electos exire fecit cum lætitia & cantico. 86 ac dedit eis regiones gentium Chananæorum; 87 qui & hæreditario poſſederant fructus, pagos, ac civitates, ac omnia illarum regionum, quę ſibi magno labore gentes illæ paraverant: 88 nimirum ut iidem Iſraelitę cuſtodirent juſta ſtatuta, & ceremonias ipſius Dei; 89 ſummoque ſtudio exquirerent ſervare legem ejus.

ORATIONES.

MSS. 1 INvocantes nomen tuum, Domine, deprecamur, ut qui patres noſtros virtute tui nominis praeeunte, Angelicis paſtibus refeciſti; nos quoque myſticis dapibus foveas ac reformes. Per Dominum noſtrum Jeſum.

Brev. Mozarab. fol. 71. 106. 123. 148 2 QUaerentibus te, Domine, tribue fortitudinem; & quaerendi te jugiter infunde ſanctum amorem: ut qui tuam deſiderant cernere faciem, pernicioſam mundi non appetant voluptatem: eoſque ſaeculi blandimenta non detineant uſquequaque captivos; ut lux vultûs tui clarificet jam beatos. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 104. 148. 3 NArrantes mirabilia tua, Domine, ſancto tuo laetemur in nomine: da nobis te quaerendi ſolertiam; & inveniendi tribue efficaciam: ut te mereamur aſpicere, & vultus tui ſemper oſtenſione gaudere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 123. 4 AUge, Domine, populum tuum nimis; eumque vel meritis vel rebus exalta: ut qui invidorum dentibus mordemur, feliciores ſemper te propitiante conſiſtemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Comment. hujus Pſ. inter. T. 7. S. Hieronymi. 5 TE, Domine, deprecamur: ut deletis gentibus noxiis coram facie noſtra, ipſe dux noſtri fias itineris: ut in te jugiter exſultantes, in terram repromiſſionis mereamur induci; & in regno tuo aſciti, valeamus cum Sanctis tuis laetitiâ ſempiternâ gaudere. Quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CV.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus. *Breviter titulo præmonetur, ut Domino totius pſalmi jubilatione cantetur.*

Introducitur ecce iterum populus Hebræorum; qui, relictâ patrum perfidiâ, ad pietatem Domini, ipſo miſerante, perductus eſt: ut intelligamus, cùm fuerint converſi, & ipſos Alleluia *meritò pro ſua redemptione cantare. In prima igitur narratione deprecatur, ut ſocietur populo beneplacito, qui erat Domini Salvatoris adventu de Gentibus congregandus:* Confitemini Domino quoniam bonus. *Secundâ, patrum ſuorum dinumerat peccata quæ fecerant, in Ægypto mirabilia Domini cito*

rectè corde minime contuentes; pium tamen Dominum ab inimicis eos liberaſſe: Peccavimus cum patribus noſtris. *Tertiò refert ad peccandi ſtudia reverſos; ſed Dominum Moyſi precibus fuiſſe delinitum*: Citò fecerunt, obliti ſunt. *Quartò, iniquitate eorum aſſeris iteratus; impendentemque Domini iram, Phinees ſupplicatione placatam*: Et pro nihilo habuerunt terram. *Quintò, ad aquam contradictionis eos Moyſen exacerbaſſe; ſuoſque poſt hæc filios idolis immolaſſe commemorat: unde Dominus vehementer iratus, tradidit eos gentium ſervituti: ne deinde miſeratus, in conſpectu inimicorum eos reddidit glorioſos*: Et irritaverunt eum (ad aquas contradictionis.) *Sextò precatur, quod noverat eſſe venturum; ut de univerſis nationibus Eccleſia Catholica congregetur; & laudes Domino æterna exſultatione concelebret*: Salvos fac nos Domine Deus noſter.

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina de impietate gentis Judæorum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Pſalmus hic ex perſona populi, quaſi jam in Babylone poſiti canitur, confitentis peccata ſua, ac deflentis, quòd beneficiis Dei ſemper ingratus extiterit.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos, *legendus ad Nudum.*

Pſalt. Syr. *Anonymus; excitat eos ad præcepta Domini ſervanda, docetque nos, ut quo magis deliquerunt Judæi, nos extimeſcamus, ut conſabulemur in Eccleſia, neve contemnamus cum fratribus noſtris ullo unquam pacto, & præſertim cum adſumus tempore myſteriorum, & orationis; cum peccamus, ut pœnitentiam agamus. verſ.* 104.

Sabbato ad Vigilias. Pſalt. Arab. *verſ.* 94.

S. Hier. *Iſte Pſalmus pœnitentes roborat, negligentes arguit, miſericordiam repromittit.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM, ET AD CONFITENDUM PECCATA.

Propheta. ℣. 1. Judith XIII. 21.

1 CONFITEMINI DOMINO quoniam bonus;
2 quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

℣. 3. Eccli. XLIII. 35. Baruch I. 17. Daniel. IX. 5.

† 3 Quis loquetur potentias Domini?
4 auditas faciet omnes laudes ejus?
† 5 Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.
† 6 Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui:
7 viſita nos in ſalutari tuo,
† 8 ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ,
9 ad lætandum in lætitia gentis tuæ,
10 ut lauderis cum hereditate tua.

℣. 11. Judith VII. 19.

† 11 Peccavimus cum patribus noſtris:
12 injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.
† 13 Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua:
14 non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.

℣. 15. Exod. XIV. 10. 11. 12.

† 15 & irritaverunt aſcendentes ÷ in mare: mare Rubrum.
† 16 Et ſalvavit eos propter nomen ſuum;
17 ut notam faceret potentiam ſuam.

℣. 18. Exo. XIV. 21. 22.

† 18 & increpuit mare Rubrum, & exſiccatum eſt:
19 & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
† 20 & ſalvavit eos de manu odientium:
21 & redemit eos de manu inimici.

℣. 22. Exo. XIV. 27. 28.

† 22 & operuit aqua tribulantes eos:
23 unus ex eis non remanſit.

℣. 24. Exo. XIV. 31.

† 24 Et crediderunt verbis ejus:
25 & laudaverunt laudem ejus.

℣. 25. Exod. XV. 1.

† 26 Citò ÷ fecerunt: obliti ſunt operũ ejus:

℣. 26. Exod. XV. 24. XVII. 2.

27 & non ſuſtinuerunt conſilium ejus.
† 28 & concupierunt concupiſcentiam in deſerto:

℣. 28. Numer. XI. 4.

29 & tentaverunt Deum in inaquoſo.

℣. 30. Num. XI. 31. 33.

† 30 & dedit eis petitionem ipſorum:
31 & miſit ſaturitatem in animas eorum.

℣. 32. Num. XVI. 2.

† 32 Et irritaverunt Moyſen in caſtris,
33 Aaron ſanctum Domini.

℣. 34. Numer. XVI. 31. 32.

† 34 aperta eſt terra, & deglutivit Dathan:
35 & operuit ſuper congregationẽ Abiron.

& exar-

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Profitemini Domino dignas, quantum poteſtis, laudes; quoniam benignus eſt; 2 & quoniam in æternum durat miſericordia ejus. 3 Quis eloqui poterit ea, quæ fortiter potenterque Dominus fecit? 4 aut quis enarrando ſatis audire faciet omnia, quibus ipſe laudabilis eſt? 5 Beati qui divinum jus cuſtodiunt; ac faciunt quod juſtum eſt omni tempore vitæ ſuæ. 6 Recordare noſtri Domine per illud tuum beneplacitum ac benevolentiam antiquam erga populum tuum; 7 & viſita nos cum ſalute quam exſpectamus à te, 8 ut videamus & aſſequamur benignitatem tuam, quam ſoles impertire electis tuis; 9 ac ut lætemur lætitiâ, quâ gaudet gens, quæ tibi chara eſt; 10 & ut tu lauderis à nobis unà cum tota gente illa, quæ veluti hæreditas quædam peculiariter eſt tua. 11 Peccavimus & nos & patres noſtri; 12 ac tranſgreſſi ſumus legem tuam; & iniquè fecimus. 13 Et patres quidem noſtri, cùm eſſent in Ægypto, non conſideraverunt cum animis ſuis miracula tua ibi facta; 14 nec memores fuerunt multorum beneficiorum, ſibi collatorum à miſericordia tua: 15 ſed ad iracundiam te provocaverunt jam jam profecturi in mare, mare, inquam, Rubrum. 16 Salvavit tamen eos Dominus ad gloriam nominis ſui; 17 ut notiorem faceret potentiam ſuam. 18 quare imperavit mari Rubro, & dividentibus ſe aquis, vento urente exſiccatum eſt fundum ejus: 19 ac ſic tranſduxit illos per immenſas aquarum moles, tamquam per aridum deſertum: 20 & ſalvavit eos de manu ac poteſtate Ægyptiorum ipſos odientium: 21 & redemit eos de ſervitute ac de manu ac vi Pharaonis inimici ipſorum. 22 aqua enim maris Rubri, revertens ad priſtinum locum ſuum, operuit Ægyptios omnes, qui eos tribulabant; 23 & ex illis ne unus quidem relictus eſt vivus. 24 Tunc patres noſtri crediderunt verbis Dei; 25 & laudantes cecinerunt laudem ejus. 26 Verùm confeſtim iterum malè ſe geſſerunt; & obliti ſunt tot admirabilium operum ejus: 27 & non exſpectaverunt patienter eventum conſilii & voluntatis ejus, ut tempore modoque ipſi placente introducerentur in terram promiſſam. 28 nam cupidè expetiverunt carnes in deſerto, cœleſti mannâ contempto: 29 & in ſolitudine illa inaquoſa tentaverunt Deum, ac ipſius dubitantes omnipotentiâ. 30 Dedit ergo eis Deus, quod petierant, mittendo coturnices: 31 quarum eſu immiſit morbum repletionis & nauſeæ cibi in appetitum ipſorum; unde macilentia & mors conſecuta eſt in corporibus eorum. 32 Irritaverunt etiam ex invidia Moſen in temporariis illis tentoriis, in quibus degebant in deſerto, 33 ac Aaronem ſancto oleo conſecratum Sacerdotem Domini; eo quòd Moſes ſacerdotium Aaroni, & filiis ejus, quamvis jubente Deo, tribuiſſet. 34 quamobrem aperuit ſe terra; & abſorpſit Dathan ex filiis Rubea primogeniti Iſraelis: 35 ac terra cooperuit totam congregationem & familiam Abironis ex eadem tribu Rubea unà cum taber-*

nacu-

† 36 & exarſit ignis in ſynagoga eorum:
37 flamma combuſſit peccatores.
† 38 ⁜ Et: fecerunt vitulum in Horeb:
39 & adoraverunt ſculptile:
† 40 & mutaverunt Gloriam ſuam
41 in ſimilitudinē vituli comedentis ſoenū.
† 42 obliti ſunt Deum qui ſalvavit eos;
43 qui fecit magnalia in AEgypto,
44 mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro.
† 45 & dixit ut diſperderet eos:
46 ſi non Moyſes electus ejus
47 ſtetiſſet in confractione in cōſpectu ejus,
† 48 ut averteret irā ejus ne diſperderet ⁜ eos:
49 Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem:
† 50 non crediderunt verbo ejus:
51 & murmuraverunt in tabernaculis ſuis:
52 non exaudierunt vocem Domini.
† 53 & elevavit manum ſuam ſuper eos,
54 ut proſterneret eos in deſerto;
† 55 & ut dejiceret ſemē eorū in nationibus;
56 & diſpergeret eos in regionibus.
† 57 Et initiati ſunt Beelphegor:
58 & comederunt ſacrificia mortuorum:
† 59 & irritaverūt eū in adinventionibus ſuis:
60 & multiplicata eſt in eis ruina.
† 61 & ſtetit Phinees, & placavit;
62 & ceſſavit quaſſatio:
† 63 & reputatum eſt ei in juſtitiam,
64 in generationem & generationem uſque in ſempiternum.
† 65 Et irritaverunt ⁜ eum: ad aquas contradictionis:
66 & vexatus eſt Moyſes propter eos:
67 quia exacerbaverunt ſpiritum ejus;
† 68 & diſtinxit ⁜ in: labiis ſuis.
69 Non diſperdiderunt Gentes quas dixit Dominus illis:
† 70 & commixti ſunt inter Gentes:
71 & didicerunt opera eorum:
72 & ſervierunt ſculptilibus eorum:
73 & factum eſt illis in ſcandalum.
† 74 & immolaverunt filios ſuos & filias ſuas daemoniis:
† 75 & effuderunt ſanguinem innocentem,
76 ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ⁜ ſuarum:
77 quas ſacrificaverūt ſculptilibus Chanaā.
† 78 & infecta eſt terra in ſanguinibus;
79 & contaminata eſt in operibus eorum:
80 & fornicati ſunt in adinventionibus ſuis.
† 81 ⁜ Et: iratus eſt furore Dominus in populum ſuum:
82 & abominatus eſt hereditatem ſuam.
† 83 & tradidit eos in manus gentium:
84 & dominati ſunt eorū qui oderunt eos.
† 85 & tribulaverunt eos inimici eorum:
86 & humiliati ſunt ſub manibus eorum.
87 Saepe liberavit eos;

ipſi

℣. 36. Numer. XVI. 46.
℣. 38. Exo. XXXII. 4.
℣. 40. Jerem. II. 11. Roman. I. 23.
℣. 44. Pſ. LXXVII. 51.
℣. 45. Exo. XXXII. 10. 11. 31. Deut. X. 10.
℣. 49. Num. XIV. 1. 2.
℣. 51. Numer. XIV. 22. 28. 29. Poſt ℣. 53. in vetuſtiſſimo cod. Vaticano deſunt folia uſque ad Pſ. CXXXVIII.
℣. 57. Num. XXV. 2. 3.
℣. 61. Num. XXV. 7
℣. 65. Num. XX. 3.
℣. 68. Num. XX. 10.
℣. 69. Judic. I. 21. 27. Exod. XXIII. 33. Num. XXXIII. 52. Deuter. VII. 2.
℣. 70. Jud. II. 2. III. 5. 6.
℣. 74. IV. Reg. XVI. 3. Iſai. LVII. 5. Ezecl. XVI 20.
℣. 74. Ita apud Apollinarium, & in alio Cod. Vatic. num. 342.
℣. 79. & 80. Sic diſtinguitur apud Apollinarium, & in alio Cod. Vatic. 10.
℣. 81. Judic. III. 8.
℣. 87. Judic. III. IV. VI. XI.

naculis ſuis ac univerſa ſubſtantia eorum; deſcenderuntque ii vivi in infernum, operti humo. 36 ignis etiam ſuccenſus eſt in congregatione eorum: 37 & flamma exuſſit hujuſmodi ſeditioſos peccatores; perieruntque XIV. millia hominum & DCC. abſque iis, qui perierant in ſeditione Core. 38 Patres noſtri illi fecerant, & longè antè, vitulum apud montem Horeb: 39 ac ſculptum ſimulacbrum adoraverant; 40 & permutaverant majeſtatem Dei ſui 41 in brutalem imaginem ac effigiem vituli, qui paſcitur herba: 42 oblitique fuerant Dei, qui ſalvaverat eos à Pharaone; 43 ac res magnas geſſerat in Ægypto, 44 & miracula fecerat in eadem ipſa terra Cham, & terribilia ad mare Rubrum. 45 quo tempore dixit Deus ſe eos exterminaturum; 46 niſi Moſes, vir ipſius electus, 47 in illa imminente confractione ac internicione, quâ exterminandi erant, interceſſor ſtetiſſet coram eo, 48 ut averteret eum ab indignatione in miſericordiam, ne illos exterminaret. 49 Deſpexerunt etiam & nihili æſtimaverunt terram deſiderabilem, fluentem lacte ac melle: 50 nec crediderunt ſermoni Dei, quod daturus eſſet ipſis terram illam, quam promiſerat: 51 ac obmurmuraverunt in tentoriis ſuis; 52 neque obedierunt voci Domini. 53 qui ideirco elevavit manum ſuam ſuper eos: 54 jurans ſe dejecturum eſſe ipſos in illo deſerto; 55 & dejecturum etiam ſobolem eorum inter gentes, 56 ac diſperſurum eos in regionibus illis. 57 Poſt hæc conſecraverunt ſe etiam veluti ſub jugum Beelphegor, idolo Moabitarum ac Madianitarum: 58 & comederunt victimas immolatas diis mortuis: 59 ſuiſque inventionibus ac ſtudiis Deum provocaverunt ad indignationem: 60 unde plaga & ruina magna facta eſt in eis. 61 ſed ſtetit tunc Phinees ex Sacerdotali familia, & interfectis ſcortatoribus, viro Iſraelita & muliere Madianitide, placavit iram Dei: 62 & retenta ac ſedata eſt percuſſio illa & ruina: 63 id quod reputatum eſt eidem Phineæ pro re eximiè juſta & præclarè geſta 64 in generationes omnes in æternum uſque. 65 Ad iram quoque provocaverunt Deum apud aquas illas Contradictionis, quando jurgati ſunt cum Moſe & Deo; 66 & afflictus eſt Moſes propter ipſos murmurantes: 67 quoniam enim exacerbaverant animum ejus, 68 ideo ipſe haſitabundus ac dubitanter & ambiguè cum diſtinctione pronunciavit labiis ſuis, num de petra educere poſſet aquas. 69 Præterea ingreſſi terram promiſſam, non exterminaverunt gentes illas Chananæas ibi habitantes, quas Dominus eis juſſerat delere: 70 quinimmo ſe miſcuerunt cum iiſdem Gentibus; 71 & didicerunt peſſima opera illarum; 72 & coluerunt ſculpta idola earum: 73 id quod fuit eis offenſionis cauſa, atque ruina: 74 nam & filios ſuos ac filias ſuas comburentes igne, ſacrificaverunt dæmonibus: 75 & effuderunt ſanguinem innoxium, 76 ſanguinem filiorum ſuorum ac filiarum ſuarum, 77 quos ſacrificaverunt ſculptis idolis Chananæorum: 78 ſicque infecta eſt terra illa cædibus cruentis 79 & coinquinata eſt operibus ipſorum: 80 &, derelicto Deo, ardenti affectu ſe conjunxerunt cum idolis, quæ ipſimet excogitaverant ac adinvenerant. 81 Propterea iratus eſt Dominus indignatione magnâ contra populum ſuum; 82 ac abominatus eſt gentem, quam ſibi peculiariter elegerat tamquam hæreditatem propriam: 83 tradiditque eos inimicis gentibus in manus: 84 &, qui eos oderant, dominati ſunt eis; 85 eoſque afflixerunt inimici ſui: 86 & in humilem abjectamque ſervitutem redacti ſunt ſub illorum manibus imperio ac poteſtate: 87 Multis certè vicibus liberavit eos Dominus; tum tempore Othoniel, in cujus manus tradidit Deus Chuſan Raſathaim regem Syriæ, oppreſſorem eorum per octo annos; & iterum tempore Deboræ prophetiſſæ a Siſaræ armis; tum etiam a Madianitis per Gedeonem; atque a Rege Ammonitarum per Jephtem, qui erat Judex populi in Iſrael.

ipſi

† 88 ipſi autem exacerbaverunt ✠ eum: in conſilio ſuo:
89 & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
† 90 Et vidit cum tribularentur:
91 & audivit orationem eorum.
† 92 & memor fuit teſtamenti ſui:
93 & poenituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiae ſuae:
† 94 & dedit eos in miſericordias,
95 in conſpectu omnium qui ceperant eos.
† 96 Salvos nos fac Domine Deus noſter;
97 & congrega nos de nationibus:
† 98 ut confiteamur nomini ſancto tuo;
99 & gloriemur in laude tua.
† 100 Benedictus Dominus Deus Iſraël;
101 à ſaeculo & uſque in ſaeculum.
102 & dicet omnis populus: *Fiat* ✠ *Fiat*:

88 ipſi verò ſemper eum exarcebabant ſuo ipſo-
rum conſilio maligno ac perverſo: 89 & in humi-
lem abjectamque conditionem devenerunt propter ini-
quitates ſuas. 90 ſed tamen nihilominus miſeri-
cordi Deus oculo vidit tribulationem eorum: 91 &
exaudivit deprecationem eorum: 92 & oſtendit ſe
memorem eſſe pacti ſui cum eis: 93 & ſecundùm ma-
gnitudinem miſericordiae ſuę revocavit ſententiam de
affligendo populo ſuo: 94 fecitque eum eis miſera-
tiones ſuas 95 coram iis omnibus, qui eos antè capti-
vaverant. 96 Salva igitur nos quoque Domine Deus
noſter de exilio & captivitate; 97 & congrega nos ex
Gentibus: 98 ut dignas fateamur laudes nomini tuo
ſanctiſſimo; 99 & gloriemur in laude tui. 100 Pro-
fectò benedictione & laude dignus eſt Dominus Deus
Iſraelis, 101 ab ęterno & uſque in ęternum: 102
univerſus autem populus reſpondeat & dicat: Ita fiat,
Ita fiat: benedicatur & laudetur Dominus in ęter-
num uſque.

ORATIONES.

MSS. 1 MEmento noſtri, Domine, in beneplacito populi tui: & à peccati nos ſervitute diſcuſſos, Salutaris tui viſitatione ſalvifica. Per eumdem Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 88. 125. 148. 2 SAlvos nos fac, Domine Deus noſter, & in ſalute tua viſita: nec iniquitatis noſtrae poena, ſed timoris tui nos humiliet diſciplina; ut tuâ gloriemur in laude, & confiteamur in nomine: nos quoque ad videndum laetitiam electorum tuorum excitet bonitas; & ad laudandum regni tui adſciſcat hereditas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 104. 148. 3 MEmento noſtri, Domine, in beneplacito populi tui, & in tuo nos viſita ſalutari: ut qui noſtris cum patribus coram te iniquè geſſimus; à damnationis origine & actualis peccati contagione, tuâ reduce gratiâ liberemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus.

fol. 104. 125. 4 SAlva nos, Domine, qui author es noſtrae ſalutis: & congrega nos de nationibus; qui redemptis libertas, & redemptio factus es libertatis. concede itaque nobis, ut qui nunc malorum permixtione gemimus, te protegente ac * te cernente, in tranquillitate, quâ Sanctos ſuſcipis, gaudeamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter.

* *al.* decernente.

fol. 148. 5 BEnedic, Domine Deus, Iſrael à ſaeculo & uſque in ſaeculum; quem multiplex creatura multiplici naturarum varietate conlaudant: memor eſto teſtamenti ſancti tui; & poeniteat te ſecundùm multitudinem miſericordiae tuae: ut iniquitatem, quam fecimus, & peccatum, quod cum patribus traduce peccati contraximus, te donante, lacrymarum fluminibus cordiſque gemitibus abluamus. libera igitur nos, Domine, de manu ſpirituum odientium; & redime de inſidiis inimicorum: quique verbo tuo credimus, credulitatis ipſius fortitudine muniamur; ac ſic confeſſio humilium, caelorum alta conſcendat, ut à Verbo tuo ſalvatio nobis profuſa ſubveniat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

fol. 12. 6 COngrega, Domine, diſperſionem populi tui in miſericordia; quem olim redempturus mundum, in virtute brachii tui liberaſti: & ideo ab iis, quos redemiſti, magnopere invocaris: ut qui infirmari pro nobis dignatus es ùt homo; divinitatis tuae homines digneris praemunire praeſidio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

fol. 60. 7 DEus, qui confitentium tibi corda purificas, & accuſantem conſcientiam ab omni vinculo iniquitatis abſolvis: da indulgentiam famulis, & caeleſtis gratiae ſinceram medicinam eorum tribue corporibus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. tom. 7. S. Hieronymi. MEritò benedictus in ſaecula, per quem facta ſunt ſaecula; & non ſolùm facta ſunt, ſed etiam redempta: nunc nos recreare dignetur in Salutari, ideſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cui eſt cum ipſo, & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CVI.

Alleluia.

BEDA.

* *ideſt Pſalmo CIV.* * *ideſt Pſalmo CI.* * Pſal. CIV. * Pſal. CV. Sanſuo myſticus.

In primo Alleluia * *commendatus eſt populus Judæorum: de quo nulla querela eſt. ſecundo,* * *eos commemorat, qui in eadem gente crebèrrimis offenſionibus erraverunt; & ad Domini gratiam ipſius miſeratione reverſi ſunt. hic autem commendatur populus Chriſtianus, ut pro collatis ſibi beneficiis Domino laudes reddat. ALITER.* Alleluia *primum egit, ut baptizentur credentes; ſecundum, ut reconcilientur pœnitentes: ibi* * *ſuſcepit* plebem ſuam in exſultatione, & electos ſuos in lætitia; * *hic* * *pœnitentes* exaudit, & dat eos in miſericordias in conſpectu omnium qui eos ceperant. *in tertio uſus noſter quotidianus retexitur, & hæreſis Novatiana damnatur.*

Poſt Hebræi populi confeſſionem, de quo præcedentes pſalmi locuti ſunt, Propheta venit ad populum Chriſtianum, qui per ſpatia totius orbis, ſuperſtitionum ſolitudine vagabundus errabat: In primâ ſectione commonens eum, laudes Domini confiteri, cujus ſanguine redemptus Eccleſias accepit; qui per aras dæmonum lucoſque ſtulto rapiebatur errore: Confitemini Domino. *Secundò, gratias dicit Domino peragendas, qui Gentilium animos, veritatis pabulo jejunos, religionis ſuæ ubertate ſatiavit; & eorum vinculo peccatorum inexſuperabili virtute diſrupit:* Confiteantur Domino miſericordiae ejus &c. (quia ſatiavit animam inanem.) *Tertiò, gratias Patri præcipit eſſe referendas; quia Chriſtus adveniens, diaboli portas vectesque confregit:* Confiteantur Domino &c. (quia contrivit portas æreas.) *Quartò, Domino ſacrificium laudis à Sacerdotibus commonet offerendum; qui inter ſæculi fluctus Eccleſiarum gubernationi præſident: deſcribens quemadmodum & ipſorum tentationibus Dominus ſubvenire dignatur:* Confiteantur Domino &c. (& ſacrificent ſacrificium laudis.) *Quintò iterum dicit a Sacerdotibus & ſenioribus Dominum eſſe laudandum: qui ſqualentem mundum ariditate peccati, in amœniſſimam jucunditatem cæleſti munere commutavit; quod videntes recti corde, gaudebunt. quæ partes à ſimilibus verſibus, quos intercalares vocant, incipiunt.* Confiteantur Domino miſericordiae ejus &c. (& exaltent eum in eccleſia plebis.)

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de vocatione Gentium, & petitio bonorum; & de Verbi Dei aſſumptione in cælos.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.*

Cardin. Thomaſ. *Reditus populi de Babylone prædicitur: primumque imperatur, ut collata beneficia devotis extollant vocibus gratiarum; ac deinde quæ mala in captivitate pertulerunt, varia narratione deſcribitur.* Aliter, vox Chriſti *de Judæis, legendus ad lectionem Numeri, & Judicum.*

Pſalt. Syr. *Anonymus; dictus de Joele, & Abia, filiis Samuel, qui recitabant mandata Domini; collegit Deus Judæos de captivitate, & eduxit illos ex Babel; collegit quoque filius unigenitus Dei Jeſus Chriſtus gentes e quatuor angulis per prædicationem ad Baptiſmum. verſ. 86.*

Pſalt. Arab. *verſ.* 85.

Sabbato ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus omnem cauſam conditionis humanæ, quam vel delinquendo ſumpſit, ſive pœnitendo ſuſcepit, ſive multitudinem miſerationum Dei (ut in præſenti ait:* quis ſapiens & cuſtodiet hæc, & tunc intelliget miſericordias Domini.) *narrare dignoſcitur; ſed & repulſionem Judæorum, & vocationem Gentium evidentiſſimè pandit.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS;
2 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 3 dicant qui redempti ſunt á Domino;
4 quos redemit de manu inimici;
5 & de regionibus congregavit eos,
† 6 à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari.
† 7 erraverunt in ſolitudine in inaquoſo:
8 viam civitatis habitaculi non invenerũt,
† 9 eſurientes & ſitientes:
10 anima eorum in ipſis defecit.
† 11 & clamaverũt adDñm cũ tribularentur:
12 ✝&:de neceſſitatibus eorum eripuit eos:
† 13 & deduxit eos in viam rectam,
14 ut irent in civitatem habitationis.
† 15 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
16 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 17 quia ſatiavit animam inanem;
18 & animam eſurientem ſatiavit bonis:
† 19 ſedentes ✝ in:tenebris & umbrâ mortis,
20 vinctos in mendicitate & ferro.
† 21 quia exacerbaverunt eloquia Dei;
22 & conſilium Altiſſimi irritaverunt;
† 23 & humiliatũ eſt in laboribus cor eorũ.
24 infirmati ſunt, nec fuit qui adjuvaret.
† 25 & clamaverũt adDñm cũ tribularentur:
26 & de neceſſitatibus eorum liberavit eos:
† 27 & eduxit eos de tenebris & umbrâ mortis:

& vin-

ỳ. 20. Job XXXVI. 8. Pſ.LXVII. 7. CXLV. 8.

INCIPIT LIBER QUINTUS PSALMORUM SECUNDUM HEBRÆUS.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA, Deum. PROPHETA. 1 *Confitemini Domino, quod ipſe ſit bonus atque benignus;* 2 *quodque in æternum duratura ſit miſericordia ejus.* 3 *dicant id apertè palamque ii, qui redempti ſunt a Domino;* 4 *nempè quos redemit ac liberavit de manu & poteſtate hoſtis;* 5 *quoſque congregavit ex variis regionibus,* 6 *ab Oriente & Occidente, & ab Aquilone & a Meridie, verſus quam partem eſt Oceanus.* 7 *oberrabant hi in deſerto ut in loco ſine aqua;* 8 *& iter ad civitatem aliquam habitatam non inveniebant;* 9 *ac interim eſuriebant & ſitiebant;* 10 *jamque animo deficiebant.* 11 *clamaverunt autem ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua;* 12 *& liberavit eos Dominus de tantis anguſtiis ipſorum;* 13 *eoſque deduxit in viam rectam,* 14 *ut pervenirent ad civitatem aliquam habitatam.* 15 *Confiteantur etiam Domino debitas laudes ſua ipſius miſericordia,* 16 *ipſiuſque opera admiranda exhibitu filiis Adam;* 17 *propterea quòd ſatiaverit ſitientium appetitum vacuum,* 18 *& appetitum eſurientium impleverit bonis ſuis, dans eis eſcam ac potum;* 19 *& eo quòd ſalvaverit eos, qui habitabant in tenebris ac in lethali umbra vicina mortis,* 20 *alligatos inopiâ & ferreo compede:* 21 *quia enim exacerbaverant Deum, tranſgrediendo verba ac præcepta ejus;* 22 *& conſilium voluntatemque excelſi Dei provocaverant ad iram & vindictam;* 23 *ideo & immiſſis laboribus & ærumnis depreſſus eſt animus eorum;* 24 *debilitati ſunt; nec erat qui eos adjuvaret.* 25 *clamaverunt autem omnes iſti ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua;* 26 *& ſalvavit eos Deus de tantis ipſorum anguſtiis;* 27 *eoſque eduxit de tenebris & de lethali umbra vicina mortis;*

eorum-

28 & vincula eorum diſrupit.
† 29 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
30 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 31 quia contrivit portas aereas,
32 & vectes ferreos confregit:
† 33 ſuſcepit eos de via iniquitatis eorum:
34 propter injuſtitias enim ſuas humiliati ſunt:
℣. 35. Job XXXIII. 20. † 35 omnẽ eſcam abominata eſt anima eorũ:
℣. 36. Pſ. IX. 15. LXXXVII. 4. 36 & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.
† 37 & clamaverunt adDñm cũ tribularẽtur:
38 ✠ &: de neceſſitatibus eorũ liberavit eos.
† 39 miſit verbum ſuum, & ſanavit eos:
℣. 40. Job XXXIII. 30. 40 & eripuit eos de interitionibus eorum.
† 41 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
42 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 43 & ſacrificent ſacrificium laudis,
44 & annuncient opera ejus in exſultatione
† 45 qui deſcendunt mare in navibus,
46 facientes operationem in aquis multis:
† 47 ipſi viderunt opera Domini,
48 & mirabilia ejus in profundo.
† 49 dixit, & ſtetit ſpiritus procellae:
50 & exaltati ſunt fluctus ejus.
† 51 aſcendunt ✠ uſque: ad caelos;
52 & deſcendunt ✠ uſque: ad abyſſos;
53 anima eorum in malis tabeſcebat:
† 54 turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius:
55 & omnis ſapientia eorum devorata eſt.
† 56 & clamaverunt adDñm cũ tribularẽtur:
57 & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
† 58 ✠ &: ſtatuit procellam ✠ ejus: in auram:
59 & ſiluerunt fluctus ejus.:
† 60 ✠ &: laetati ſunt quia ſiluerunt:
61 & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.
† 62 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
63 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 64 ✠ &: exaltent eum in eccleſia plebis;
65 & in cathedra ſeniorum laudent eum:
† 66 poſuit flumina in deſertum;
67 & exitus aquarum, in ſitim;
† 68 terram fructiferam, in ſalſulginem,
69 à malitia inhabitantium in ea:
℣. 70. Iſai. XLI. 18. † 70 poſuit deſertum in ſtagna aquarum;
71 & terram ſine aqua, in exitus aquarum:
† 72 & collocavit illic eſurientes.
73 & conſtituerunt civitatem habitationis:
† 74 & ſeminaverunt agros; & plantaverunt vineas:
75 & fecerunt fructum nativitatis.
† 76 & benedixit eis, & multiplicati ſũt nimis:
77 & jumenta eorum non minoravit.
† 78 Et pauci facti ſunt & vexati ſunt
79 à tribulatione malorum & dolore:
℣. 80. 81. Job XII. 21. 24. † 80 effuſa eſt contemptio ſuper principes:
71 & errare fecit eos in invio, & non in via.
† 82 & adjuvit pauperem dę inopia:
83 & poſuit ſicut oves familias.
℣. 84. Job XXII. 19 † 84 Videbunt recti, & laetabuntur:

28 eorumque ferrea vincula diſrupit. 29 Confiteantur item Domino debitas laudes ſuæ ipſius miſericardiæ, 30 ipſiuſque apera admiranda exhibita filiis Adam: 31 propterea quòd contriverit oſtia ærea carcerum, quibus detinebantur incluſi; 32 eorumque ferreos vectes & clauſtra confregerit: 33 ac propterea quòd miſericarditer exceperit & altos lapſos ab viam iniquam malę vitæ ipſorum: 34 propter injuſtas enim actiones ſuas humiliati & afflicti ſunt variis marbis; 35 ac omnem cibum abominata eſt anima ipſarum; 36 & proximè acceſſerunt ad portas mortis, jam jam morituri. 37 clamaverunt autem hi ad Dominum in ejuſmodi tribulatiane ſua: 38 & de tantis eorum anguſtiis ſalvavit eos Dominus: 39 & miſſo verbo juſſuque ſuo ſanavit eos; 40 ac liberavit eos ab ipſarum ægrotatianibus & corruptelis, ne interirent. 41 Confiteantur item Domino debitas laudes ſuę ipſius miſericordię, 42 ac opera admiranda exhibita filiis Adam: 43 eique tamquam ſacrificium quoddam laudem offerant gratiarumque actionem, 44 & ejuſdem Dei opera exſultanter enarrent 45 ii omnes, qui in mare navibus deſcendunt, 46 quique navigando rem nauticam ac negotiationem ſuam peragunt in multis vaſtiſſimiſque aquis; 47 quia ipſi viderunt & experti ſunt apera Domini, 48 ac ipſius mirabilia in profundo mari: 49 nam ubi Dominus juſſit, ſtatim & ventus tempeſtatis ſurrexit; 50 ac in altum elevati ſunt fluctus maris: 51 ipſiuſque navigantes viſi ſunt modò ſublevari uſque ad calas, 52 & modò quaſi demergi ad imas abyſſas; 53 & interim animus ipſorum iſtiuſmodi malis & afflictionibus diſſolvebatur ac conſumebatur: 54 qui metu perturbati ſunt & obſtupuerunt, ac concuſſi ſunt & intremuerunt quaſi ebrius; 55 & univerſa nautica peritia & ſapientia eorum abſorpta eſt. 56 clamaverunt autem hi ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua: 57 qui & de tantis anguſtiis ipſorum eduxit eos: 58 & imperavit tempeſtati illi, eamque vertit in ventum lenem ac tranquillitatem: 59 & ſiluerunt fluctus maris: 60 ac navigantes lętati ſunt quod fluctus ſiluerint; 61 & ſic Deus tranquillè deduxit eos ad portum, ad quem ire volebant. 62 Confiteantur denique Domino ſuæ ipſius miſericordię, 63 ac opera admiranda exibita filiis Adam; 64 eumque homines excelſum prædicent in congregatione populi; 65 ipſumque laudent in conſeſſu ſenatorum & prudentium ſeniorum: 66 eo quòd flumina verterit in aridum deſertum; 67 ac fontes ſcaturientium aquarum verterit in loca ſiticuloſa & ſicca; 68 & terram fructiferam verterit vel in aquam ſalſam, vel in ſalſam ſterilemque terram; 69 idque propter malitiam eorum qui in ea terra habitabant: 70 & eo quòd e cantrario aridum deſertum verterit in paludes & ſtagna aquarum; 71 & terram, quæ priùs erat ſine aqua, verterit in fontes ſcaturientium aquarum; 72 ibique collocaverit eſurientes: 73 ubi hi & canſtruxerunt civitatem ad habitandum: 74 & ſeverunt agros; & plantaverunt vineas: 75 & agri illi & vinea germinantes fecerunt fructum copioſè naſcentem: 76 & eo quòd benefaciendo benedixerit habitatoribus illis Deus, unde multiplicati ſunt valde; 77 & jumenta & pecara eorum non diminuerit. 78 Porrò cùm homines defecerunt a Deo, tum diminuti ſunt numero, & afflicti ſunt 79 propter anguſtiam complurium malorum atque dolorum: 80 ac effuſus eſt a Deo contemptus & deſpectio in principes illarum, reddiditque eos contemptibiles; 81 ac errabundos vagare fecit in deſerto devio, & ubi non eſt via. 82 contrà verò Deus adjutorio ſuo ſublevavit pauperem de inopia; 83 inopumque familias numeroſas effecit quaſi greges ovium. 84 Videbunt hæc ii, qui recto ſunt animo, & lætabuntur in Dei miſericordia atque judicio:

℣.85. 85 & omnis iniquitas oppilabit os ſuum.
Job V. 16. † 86 Quis ſapiens & cuſtodiet haec?
℣.85. Oſeæ XIV.10 87 & intelliget miſericordias Domini?

85 omnes autem iniqui occludent os ſuum, ac obmutescent. 86 Cæterum quis erit ſapiens, & hæc tam admiranda, quæ hactenus dicta ſunt, diligenter obſervabit? 87 & conſiderabit opera tam magna tam multa miſericordiæ Domini?

ORATIONES.

MSS. 1 CONfitemur, Domine, miſericordias tuas; quas jugiter circa noſtras exerces inopias: precantes, ut qui exaltatus in Eccleſiis, reſides ad dexteram Patris in throno; nobis tantae miſerationis & intelligere & cuſtodire concedas arcanum. Qui cum eo vivis & regnas Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia.

Brev. Mozarab. fol. 104. 125. 2 DE neceſſitatibus noſtris libera nos Domine: & animarum noſtrarum inediam verbi tui adipe paſce; ſedenteſque in tenebris & umbrâ mortis, lucis tuae inluſtra ſerenitate. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 125. 3 COnfiteamur tibi, Domine, miſericordias tuas; quibus nos de interitu redimis; & de regionibus congregatos errorum, compage charitatis, fidei aſſenſione conjugis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 125. 4 MItte Verbum tuum Domine ad ſanandos nos: & de interitu, quo noſtro pondere propellimur, erue nos: ut quia nos, meminimus, Verbi tui formatos opificio; ejus rurſum reformemur imperio. tu nos, dum tribulamur, clamantes exaudi; ac de infeſtis neceſſitatibus tribue libertatem: ut ad te de confeſſione noſtra laudatio procedat; & coram filiis hominum pronunciatu nos gratificent mirabilia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 221. & Miſſal. Mozar. Sabbato Sancto. *De Reſurrectione Domini.* 5 DOminus noſter Jeſus Chriſtus Filius tuus, qui ſolus verbo virtutis cuncta moderans, & omnia crucis ſtigmata portans, vectes ferreos comminuit; portarumque aerearum clauſtra perfregit; (ad) tartari profunda deſcendit; ſedentibus in umbra mortis, ignotae lucis claritate reſplenduit; & ſol juſtitiae de tumulo, corpore ſuſcitato, procedens, radiis ſuis tenebras noſtras mirabiliter inluſtravit. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. MIſericordias nobis Dominus pietate profluâ dignetur quaeſitas indulgere; pulſatas aperire; petitas non negare. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CVII.

Canticum pſalmi ✝ ipſi David:

BEDA.

Sr. ſuo myſticus. Canticum *ad divinorum rerum contemplationem refertur*: Pſalmus *ad operas actuales, quæ tamen divinis conveniunt mandatis: quod in primo verſu ipſe teſtatur:* Cantabo & pſalmum dicam Domino. David *autem ſignificat regem Chriſtum, qui in hoc pſalmo locuturus eſt.*

Per totum pſalmum loquitur Dominus. Primo ordine Patri gratias agit; quia poſt Paſſionis triumphum perpetuam reſurrexit in gloriam: Paratum cor meum Deus. *Secundo, humiliat ſe per humanitatem ſuam; ubi tamen & potentiam propriæ majeſtatis oſtendit; ut duas naturas veraciter in una Domini Chriſti cognoſcas eſſe perſona:* Ut liberentur electi tui.

• Pſ. LVI. & LIX. *Notandum autem, quod centeſimus ſeptimus pſalmus ex terminalibus duorum* • *pſalmorum partibus eſt compoſitus: in quo Dominus per Paſſionem & Reſurrectionem ſuam duos ſibi populos una fide conjunxit; unò ſpiritus gratia fœcundavit; eodem vitæ æternæ munere ſublimavit. centenarius enim numerus vitam, quæ in dextris eſt; ſeptenarius autem Spiritum Sanctum deſignat. qui bene in hoc pſalmo, de duobus uno facto, copulantur; quia ſpirituales tantum vitam accipere promerentur æternam.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus demonſtrativus providentiæ cum cantica.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub Machabæorum perſona cantatur; continet autem preces de hoſtibus victoriæ gratulatione. poteſt & de ipſo David accipi, quod pluribus gentibus imperaverit.* Aliter, vox Eccleſiæ ad ſuperpoſitionem.

Sabbato ad Vigilias. Pſalt. Syr. Davidis: *cum eſſet paratus cum gloria ad miniſterium, & pſalmodiam domus Domini: & de vocatione Gentium. verſ.* 29.

Pſalt. Arab. *verſ.* 28.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ℣. 2. Pſalm. LVI. 8. 1 PARATUM COR MEUM, DEUS ✝ PARATUM COR MEUM:
2 cantabo & pſallam in gloria mea:
Exſur-

Pſalmus decantandus, cantu vocis inchoante, & inſtrumento muſico ſubſequente, inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Promptum & paratum eſt cor meum ad te laudandum ô Deus; promptum eſt, inquam, atque paratum cor meum; 2 ut voce cantem, & ma-*

Digitized by Google

† 3 Exſurge gloria mea; exſurge pſalterium & cithara:
4 exſurgam diluculo.
† 5 Confitebor tibi in populis Domine:
6 & pſallam tibi in nationibus:
℣. 7. Pſ. XXXV. 6. † 7 quia magna eſt ſuper caelos miſericordia tua;
8 & uſque ad nubes, veritas tua.
† 9 Exaltare ſuper caelos Deus:
10 & ſuper omnem terram, gloria tua.
℣. 11. Pſal. LIX. 7. 11 Ut liberentur dilecti tui;
† 12 ſalvum fac dexterâ tuâ & exaudi me.
13 Deus locutus eſt in ſancto ſuo:
† 14 exſultabo ✠ &: dividam Sichimam;
15 & convallem Tabernaculorũ dimetiar.
† 16 meus eſt Galaad; & meus eſt Manaſſes:
17 & Ephraim, ſuſceptio capitis mei:
℣. 18. Gen. XLIX. 10. † 18 Juda, rex meus.
19 Moab, lebes ſpei meae:
† 20 in Idumaeam extendam calceamentum meum:
21 mihi Alienigenae amici facti ſunt.
† 22 Quis deducet me in civitatem munitã?
23 quis deducet me uſque in Idumaeam?
† 24 nonne tu Deus, qui repuliſti nos?
℣. 25. Pſ. XLIII. 10. 25 & non exibis Deus in virtutibus noſtris?
† 26 Da nobis auxilium de tribulatione:
27 quia vana ſalus hominis.
† 28 In Deo faciemus virtutem:
29 & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

& manu pſallam more meo, in quo ego ſoleo gloriari. 3 Expergiſcere ergo caeleſti iſt ncluu dulce carmen, in quo glorior: & tu quoque expergiſcere atque conſurge pſalterium unà cum cithara; 4 nam & expergiſcar ego diluculò. 5 Profitebor tibi debitas laudes Domine inter populos; 6 & in honorem tui pſalmos canam inter gentes; 7 propterea quòd & tua erga nos miſericordia tam magna ſit, ut caelos ſuperet; 8 & fidelitas tua in ſervandis promiſſis ubique clara reſplendeat uſque ad nubes. 9 Monſtra te ergo excelſiorem eſſe caelis in miſericordia; 10 & ſuper totam terram demonſtretur magis magiſque gloria tua in praeſtandis promiſſis tuis. 11 Ut ergo liberentur ab hoſtibus a te dilecti atque electi; 12 ſalva me unà cum omni populo dexterà potentiae tuae; meque te invocantem exaudi. 13 Deus locutus eſt in ſanctuario tabernaculi ſui; 14 quòd exſultabo & regio jure partiar Sichimam, quae eſt in Samaria; 15 & dimetiar vallem Succhot, hoc eſt, Tabernaculorum in tribu Gad. 16 Mea eſt terra Galaad, & mea eſt tribus Manaſſe: 17 & tribus Ephraim eſt robur capitis & principatus mei; 18 tribus autem Juda eſt regia & ſedes regni mei. 19 Itaque ſpero fore, ut gens Moabitica mihi ſubjiciatur, lebetis inſtar, in qua pedes meos lavo: 20 & in Idumaeam quoque extendam pedem meum, eamque conculcabo & ſuperabo: 21 Philiſthaei autem, aliunde originem trahentes, huc advecti, facto nunc foedere amici facti ſunt mihi. 22 At quis me deducet ad civitatem circummunitam Idumaeorum? 23 aut quis me deducet uſque ad Idumaeam, ut ſubjiciam eam? 24 an non tu Deus nos deduces illuc, qui nos antea repuleras? 25 & an forſitan non egredieris unà cum exercitibus noſtris ad conficiendum tua virtute bellum iſtud, victoriamque reportandam? 26 Da nobis, quaeſo, auxilium, quo eruamur e tribulatione: 27 vana enim eſt & inanis ſalus, quae exſpectatur ab homine, & non a te Deo. 28 Itaque cum adjutorio Dei fortiter faciemus in re militari: 29 & ipſe conculcabit & ad nihilum rediget omnes inimicos noſtros.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 **P**Raepara tibi, Domine, cor noſtrum ad confitendum nomini tuo: ut te intelligentes ſurrexiſſe diluculò, illuc tendamus merito, quò tu victor elevatus es in regno. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Brev. Mozarab. fol. 356. 2 **P**Aratum cor noſtrum, Domine; eo, quo placeris, munere comple: ut te cognitione veri laudemus; & reformati in melius, in tuo honore laetemur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.)

fol. 415. 3 **E**Xſurge gloria noſtra, Deus; & eripe ab hoſte captivos; atque pro quibus magnificatus es uſque ad caelos, hos in te confidentes intuere placatus: & ipſe da in tribulatione auxilium, qui noſtrae ſalutis es complementum. confeſſoris tui itaque B .... ſic

De S.

nos tuere ſubſidio, ne noſtro exigente merito tradamur in infernum: ſicque remunera praemio, ut confitentes perducas in ſaecula. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CVIII.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Titulus iſte notiſſimus pſalmum refert ad Dominum Chriſtum.

Prima parte Dominus increpat Judaeos, qui mala pro bonis Creatori ſuo reddere maluerunt: Deus laudem. *Secundò, Judae traditoris, & perfidi populi narratur iniquitas; & quae illis erant pro tanto ſcelere ventura:* Conſtitue ſuper eum, peccatorem. *Tertiò precatur, ut liberatus è periculo Paſſionis, citò Reſurrectionis gloriam conſequatur:* Et tu Domine Domine fac mecum.

Euſebius Caeſarienſis. *Paſſiones Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub Macchabaeorum perſona canitur, deplorantium quae ab externis, & domeſticis adverſa pertulerunt; poſtulantiumque ultionem in eos, qui Antiochum vel Demetrium Reges in eorum odio ſuis criminationibus ſuccenderant,* quique

quique venalem fecerent Sacerdotii Dignitatem: quod non tantùm ex ſcluſo Oniâ factum eſt; ſed per omne tempus deinceps, quo Judæa Machabæis eſt præliantibus liberata. Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judæis.

Pſalt. Syr. *Davidis; cùm Regem crearerunt Abſalom, eo inſcio; & hac de cauſa interfectus fuit: nobis autem exponit Paſſiones Chriſti Dei. verſ.* 64.

Sabbato ad Vigilias. Pſalt. Arab. *verſ.* 61.

S. Hier. *Prophetia de Chriſto eſt.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DEUS LAUDEM MEAM NE TACUERIS:

2 quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt:

† 3 locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ:

4 & ſermonibus odii circumdederunt me:

5 & expugnaverunt me gratis.

† 6 Pro eo ut: me: diligerent, detrahebant mihi:

7 ego autem orabam.

✠. 8. Pſ. XXXIV. 12. XXXVII. 21. † 8 & poſuerūt adverſū me mala pro bonis;

9 & odium, pro dilectione mea.

† 10 Conſtitue ſuper eum, peccatorem:

11 & diabolus ſtet à dextris ejus.

† 12 cùm judicatur exeat condemnatus:

✠. 13. Prov. XXVIII. 9. 13 & oratio ejus fiat in peccatum.

† 14 fiant dies ejus pauci:

✠. 15. Act. I. 20. 15 ✠ &: epiſcopatum ejus accipiat alter.

† 16 Fiant filii ejus orphani:

17 & uxor ejus, vidua.

† 18 nutantes transferantur filii ejus, & mendicent:

19 & ejiciantur de habitationibus ſuis.

† 20 Scrutetur foenerator omnem ſubſtantiam ejus:

21 :&: diripiant alieni, labores ejus.

† 22 non ſit illi adjutor:

23 nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.

† 24 fiant nati ejus in interitum:

✠. 25. Job XVIII. 19. 25 in generatione unâ deleatur nomē ejus.

† 26 in memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu Domini:

27 & peccatum matris ejus non deleatur.

† 28 fiant contra Dominum ſemper:

29 & diſpereat de terra memoria eorum.

30 Pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam:

† 31 &perſecutus eſt hominē inopē& mēdicū

32 & compunctum corde, mortificare.

† 33 Et dilexit maledictionem, & veniet ei:

34 & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

† 35 & induit maledictionē ſicut veſtimentū:

36 & intravit ſicut aqua in interiora ejus:

37 & ſicut oleum, in oſſibus ejus.

† 38 fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur;

39 & ſicut zona quâ ſemper praecingitur.

† 40 Hoc opus eorum qui detrahunt mihi, apud Dominum,

41 & qui loquuntur mala adverſus animam meam.

† 42 Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum:

Pſalmus in perpetuum decantandus, inſpiratus Davidi. CHRISTUS. 1 *Deus, ne ſilentio prætereas hanc cum laudatione tui deprecationem meam:* 2 *quia os peccatoris & os doloſi aperuerunt ſe ſe contra me:* 3 *qui locuti ſunt adversùm me lingua mendaci & ficto ſermone,* 4 *& verbis ex odio profectis me circumdederunt:* 5 *impugnaveruntque me ſine cauſa, & nulla culpa mea.* 6 *Cùm me diligere deberent; e contrario detrahebant & adverſabantur mihi:* 7 *ego tamen pro eis orabam.* 8 *qui & rependerunt mihi mala pro bonis a me acceptis;* 9 *& odium mihi rependerunt pro dilectione mea, quâ eos diligebam.* 10 *Ergo ad laudem & gloriam juſtitiæ tuæ præfice doloſo iſti proditori peccatorem, qui illum malis premat:* 11 *& Satan adverſarius adſtet a dextris ejus ad vexandum:* 12 *cùm adductus fuerit in judicium, inde exeat condemnatus:* 13 *& oratio ejus ob indignum orandi modum & animum, ipſamet ſit novum peccatum.* 14 *ſint dies vitæ ipſius pauci:* 15 *& epiſcopatum & præfecturam ejus alter accipiat.* 16 *Filii ejus efficiantur pupilli:* 17 *& uxor ejus ſit vidua.* 18 *fluctuantes commoveantur de loco in locum filii ejus, victumque mendicent;* 19 *& ejiciantur de ruinoſis habitationibus ſuis.* 20 *Scrutetur & extorqueat fœnerator univerſa, quæ habet:* 21 *& extranei diripiant opes omnes laboribus ejus acquiſitas:* 22 *& non ſit viciſſim qui eum adjuvet;* 23 *nec qui miſereatur pupillorum ejus.* 24 *ſint poſteri ejus in exterminium:* 25 *& in una generatione deleatur nomen familiæ ejus; & funditus exſtirpetur genus ejus.* 26 *redeat in memoriam apud Dominum iniquitas patrum ejus;* 27 *& peccatum matris ejus non deleatur oblivione.* 28 *ſint ejuſdem parentum peccata ſemper coram Domino:* 29 *& illius ſuorumque memoria extermineur de terra.* 30 *Quod totum eidem doloſo proditori meritò eveniat, quia non eſt recordatus facere miſericordiam;* 31 *& perſecutus eſt hominem inopem & pauperem,* 32 *mærentemque animo afflicto, & dolorum ſtimulis compuncto, ut eum morti traderet.* 33 *Dilexit equidem id, quod conſequitur, maledictio & infælicitas, quæ & proinde obveniet ei:* 34 *noluitque id quod conſequitur divino benedictio ac beneficentia, quæ propterea longè recedet ab eo.* 35 *induit ergo maledictionem omni ex parte quaſi veſtimentum:* 36 *quinimmo & ipſa maledictio ingreſſa eſt quaſi aqua in viſcera ejus;* 37 *& quaſi oleum intimè inhæſit oſſibus ac medullis ejus.* 38 *ſit igitur ei hæc maledictio quaſi pallium, quo jugiter circumtegatur,* 39 *& quaſi zona, quâ ſemper accingatur.* 40 *Hæc eſt retributio, quæ a Domino fiet pro opere eorum, qui detrahunt & adverſantur mihi,* 41 *quique loquuntur mala contra animam meam.* 42 *Tu autem Domine Domine fac mecum miſericordiam propter gloriam nominis tui apud omnes illuſtrandam:*

quia nam

Digitized by Google

43 quia ſuavis eſt miſericordia tua.
† 44 Libera me quia egenus & pauper ego sũ:
℣.46. 45 & cor meum conturbatum eſt intra me.
Pſ. CI. 12. † 46 ſicut umbra cùm declinat, ablatus ſum:
CXLIII. 4. 47 & excuſſus ſum ſicut locuſtae:
† 48 genua mea infirmata ſunt à jejunio:
49 & caro mea immutata eſt propter oleũ.
† 50 ÷ &: ego ſactus ſum opprobrium illis:
℣.52. 51 viderunt me ÷ &: moverunt capita ſua.
Pſ. XXI. 5. † 52 Adjuva me Domine Deus meus:
53 ſalvum me fac ſecundùm miſericordiam tuam:
† 54 & ſciant quia manus tua haec;
55 ÷ &: tu Domine feciſti eam:
† 56 Maledicent illi, & tu benedices.
57 qui inſurgunt in me confundantur:
58 ſervus autem tuus laetabitur.
† 59 Induantur qui detrahunt mihi pudore:
60 & operiantur ſicut diploide confuſione ſuâ.
† 61 confitebor Domino nimis in ore meo;
62 & in medio multorum laudabo eum:
† 63 quia aſtitit à dextris pauperis,
64 ut ſalvam faceret à perſequentibus animam meam.

43 nam benigna eſt miſericordia tua. 44 Libera me ab adverſariis hiſce meis; quoniam ego egenus ſum & pauper; 45 & cor meum perturbatum & vulneratum eſt intrinſecùs: 46 & penè jam abivi & conſumptus ſum quaſi umbra, cùm inclinatur & evaneſcit celerrimè: 47 & undique excuſſus ſum quaſi locuſta, quæ facillimè diſcuſſa volat & tranſit: 48 & genua mea debilia facta ſunt, & vacillaverunt ob jejunium: 49 & caro mea mutata eſt & exaruit ob omiſſionem unctionis olei: 50 & quia adeò factus ſum illis probroſus; 51 ut viderint me, & moverint capita ſua videntes me. 52 Adjuva me Domine Deus meus: 53 & ſalva me ab eis, prout decet miſericordiam tuam: 54 & agnoſcant id ſalutis meæ, tua eſſe manûs atque potentiæ; 55 teque id totum effeciſſe Domine. 56 Ipſi quidem mihi maledicent; tu verò mihi benedices. 57 qui ergo inſurgunt in me, pudore turpiſſimè perfundantur: 58 ſervus autem tuus in te lætetur. 59 Qui mihi detrahunt & adverſantur, induantur coram omnibus ignominiâ & verecundiâ; 60 operianturque turpi dedecore tamquam pallio duplici, quo aggravati toti obvolvantur; 61 ego autem ore meo vehementer profitebor Domino debitas meas gratiarum actiones: 62 & in medio multorum populorum eum laudabo: 63 eo quòd auxiliator aſſiterit a dextris meis pauperis, 64 ut ſalvaret animam meam ab adverſariis & iniquis judicibus, me perſequentibus injuſtè.

ORATIONES.

MSS. 1 UNicae miſerationis Deus, qui maledictioni ſubjacere dignatus es, ut nos à maledicto Legis erueres; quaeſumus, ut faciens nobiſcum miſericordiam propter nomen tuum, digneris nos & à perſequentibus vitiis, & à malorum obtrectationibus liberare. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 195. 205. 2 ADverſùm te inimici tui, Domine, locuti ſunt malum; tunc utique, quando te Magiſtrum bonum captioſâ adulatione laudabant. qui ergo odioſis ſermonibus eorum circumdari & expugnari te paſſus es; confeſſionis noſtrae, ſupplices jam quaeſumus, ſuſcipe preces. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 195. *De Paſſione Domini.* 3 CHriſte Dei Patris ineffabile Verbum, apud quem lingua iniquorum fraudulenta eſt; immane facinus perpetrantes, ut ſanguinem innocentem effunderent: praebe Eccleſiae tuae pacificum verbum; ut qui exemplo tuo mundum decertamus evincere, caelos mereamur poſt tranſitum videre. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 206. *De Paſſione Domini.* 4 UNigenite Fili Dei, cujus in jejunio infirmata ſunt genua; cujuſque caro immutata eſt propter oleum: fac nos poſt te efficaciter currere in odorem unguentorum; ut qui factus es in opprobrium inimicis noſtris, efficiaris potentia ſalutaris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Fol. 425. *De S. Leocadia M.* 5 GLorioſe ac miſericors Domine, qui beatae Leocadiae tibi nimis in ore ſuo confiteri dediſti; teque in medio juſtorum, ejus confeſſione laudari voluiſti; ut eam & in terris confitentem, & in conſilio Sanctorum glorificans faceres exſultantem: expoſcimus tui muneris donum; ut ejus precibus tribuas nobis à peccati contagione purgari; ab ardoribuſque perpetuis erui; & gloriae tuae beatitudinem conſequi. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalmi T. 7. S. Hieronymi. 6 GRatias agimus tibi omnipotens Deus (Jeſu Chriſte: qui) in ſenſu tuo non habuiſti peccatum: & venit princeps hujus mundi, & invenit in te nihil. Ita ergo praeſtes nobis; ſicut in tuo ſenſu viciſti diabolum, & in ſenſu noſtro vince diabolum: ut quemadmodum perfectos nos creaſti, perfectos & ſalves nos. Tu enim es creator; tu es magiſter; tu es dominus; tu es & qui pro nobis paſſus es. Qui vivis & regnas in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CIX.

Pſalmus David.

BEDA.

Pſalmus hic de Incarnatione Domini, & de ejus Deitate pleniſſimè breviterque decantat.

In prima verſu Propheta refert, quæ Pater Filio dixerit; naturam ſimul Deitatis, & humanitatis oſtendens: Dixit Dominus, *& reliqua. In ſecundâ diviſione Pater naturam ejus divinitatis pro modulo noſtræ capacitatis aliquatenus indicat:* Tecum principium. *In tertiâ Propheta reloquitur uſque ad finem, formam iterum ejus humanitatis oſtendens:* Juravit Dominus, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Victoria Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.* (item.) *Pſalmus enunciationis cum prophetia.*

* Cardin. Thomaſ. *De Domino Chriſto canitur, ſicut & ipſe Phariſæis exponit.* Item, vox Eccleſiæ de Patre, & Filio.

Pſalt. Syr. *De ſolio Domini; deque virtute ejus glorioſa; & prophetia de Chriſto, atque victoria contra eaſdem. verſ. 15.*

Pſalt. Arab. *verſ. 14.*

Dominica ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem Vatis continet de Chriſto loquentis; Ait ergo Propheta:*

PSALMUS DE CHRISTO AD MEDITANDUM.

Propheta. ℣. 1. Matth. XXII. 43. 44. Marc. XII. 35. 36. Luc. XX. 42. Act. II. 34. Hebr. I. 13. ℣. 2. I. Corint. XV. 26. Hebr. X. 13.

1 DIXIT DOMINUS DOMINO MEO; *SEDE A DEXTRIS MEIS:*

† 2 *donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:*

† 3 Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion:

4 dominare in medio inimicorum tuorum.

† 5 tecum principium in die virtutis tuae,

6 in ſplendoribus ſanctorum:

7 *Ex utero ante luciferum genui te,*

℣. 8. Hebr. VII. 21. † 8 Juravit Dominus, & non poenitebit eum:

℣. 9. Ita apud Apollinarium, & in alio Cod. Vaticano. ℣. 9. Hebr. V. 6. VII. 17. Johan. XII. 34.

9 *Tu es ſacerdos in aeternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.*

† 10 Dominus à dextris tuis, confregit in die irae ſuae reges:

† 11 judicabit in nationibus; implebit ruinas:

12 conquaſſabit capita in terra multorum.

† 13 De torrente in via bibet:

14 propterea exaltabit caput.

Pſalmus inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1
Dominus Deus Pater æternus ad Dominum meum Meſ-
ſiam filium ſuum coæternum, hominem factum ex ge-
nere meo, dixit: Sede a dextris meis, mecumque
regna in æquali ſuper omnia poteſtate: 2 & nunc
quoque regna etiam ante id tempus, quo demum
tandem ponam omnes inimicos tuos ſub pedibus
tuis, ut ſint tibi omnino ſubjecti, ſicuti ſcabellum
pedibus ſubſtratum. 3 *Idem Dominus Deus Pater ſcep-*
trum tuum forte, poteſtatemque tuam regiam emittet
in mundum ex Sion & Jeruſalem, à Meſſia; ubi pri-
mùm regnare incipies credentibus in te, ſeſeque tibi ſub-
jicientibus: 4 ſed & interim uſque ad finem ſæculi domi-
nare quoque inter medios inimicos ipſos tuos, tibi qui-
dem rebellantes, ſed adverſus fidem regnumque tuum
non prævalentes. 5 nam in tempore potentiſſimi regni tui
tecum ſemper erit unita Divinitas, quæ omnium rerum
eſt principium & cauſa; tecumque proinde erit rerum
omnium dominatus ac principatus: 6 qui glorioſus inter
ineffabiles ſplendores locorum illorum ſanctorum cæle-
ſtis ſanctuarii ſedes æqualis Patri; 7 qui tibi unigenito
ſuo dicit: Ego te non ex nihilo creavi, ſed ex memet-
ipſo velut ex utero & ſubſtantia mea te genui, ante-
quam ſtellam matutinam & luciferam, omneſque crea-
turas facerem a principio mundi. 8 *Idem Dominus Deus*
Pater juravit ſe te facturum Sacerdotem; nec illum pœ-
nitebit unquam ejus rei, ut in alios transferat Sacerdo-
tium tuum: dixit enim tibi nato homini: 9 Tu es Sacer-
dos in ſempiternum, eo quòd maneas in æternum, Hebr. V.
ſemper vivens ad interpellandū pro hominibus; cùm
alii Sacerdotes morte prohibeantur Sacerdotio ſem-
per fungi: unde tu Sacerdos es ſecundùm ritum ſacri-
ficii & ſimilitudinem vitæ Melchiſedec Sacerdotis &
Regis: cujus cùm vitæ finis non ſcribatur in Scripturis Hebr. VII.
ſanctis, manet is quodammodo Sacerdos in perpetuū,
aſſimilatus in hac re tibi filio meo Dei. 10 *Dominus igi-*
tur meus Meſſias iſte, qui a dextris tuis ſedet, o Pater
æterne, ipſe in tempore juſtæ iræ ſuæ percuſſurus eſt &
confracturus reges omnes terræ, ſibi rebelles: 11 qui &
judicium faciet de nationibus omnibus; complebitque
ruinas inimicorum ſuorum ad completam uſque æter-
namque deſtructionem eorum: 12 & capita confringet
omnium ſibi rebellium ſuper totam terram, tot populo-
rum multitudine inhabitatam. 13 Meſſias hic in via &
curriculo vitæ ſuæ de torrente multarum grandiumque
afflictionum bibet, experieturque paſſiones & crucem
14 & propterea ſuper omnia ſuum caput & gloriam ex-
altabit, & a toto mundo agnoſcetur & adorabitur: habe-
bitque Nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ut in Nomine
ejus omne genu flectatur, cæleſtium terreſtrium & infe-
rorum.

ORA-

Digitized by Google

ORATIONES.

MSS.

1 Ante luciferum genite Deus, qui es ante principium totius creaturae; rogamus & quaeſumus; ut ſicut tuis inimicos pedibus, ad dexteram Patris reſidens, ſubjeciſti; ita nos tuis officiis dignos habeas, ablatâ dominatione peccati. Qui cum eodem Deo Patre vivis & regnas Deus in unitate Spiritûs Sancti per.

Brev. Mozarab. fol. 235.

2 Omnipotens Deus Pater gloriae, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuſcitaſti à mortuis, conlocans illum ad dexteram tuam ſuper omnem principatum & poteſtatem; ſuſcita in nos ſtudia omnimodae ſanctitatis: ut illi ſoli religatae ſint primitiae ſpiritus noſtri, qui à mortuis reſurgens, mortis principem propriâ virtute devicit. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

CX.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus.

Laudat Dominum populus ſuus; quia mundi clade liberatus, ulterius neſcit ſuſtinere ſervitium. Pſalmus iſte primus apud Hebraeos integro decurrit Alphabeto; licèt multi & alios ſupra ſecundùm ordinem litterarum ſcriptos putent: nam in illis vel deſunt aliquae litterae vel ſuperſunt; & nonnunquam, cùm unus verſus ſit brevis, alter infinita longitudine protenditur. Ex quo puto, obſervatione hoc legentium magis, quàm ſtudia ſcriptoris effectum. Denique & LXX. Interpretes, quia aliquis in eis ſcrupulus naſcebatur, ponere in Tranſlatione Hebraeas litteras noluerunt.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi.

Populus beatorum diverſis mundi partibus aggregatus, primo ingreſſu pſalmi conſiterì ſe dicit Domino in congregatione juſtorum; ubi eſt aeternum lumen, & ſine fine praeconium: Confitebor tibi Domine. *Secunda dicit fideles copioſo munere ſatiatos; adventum Domini compromittens, ut hereditatem pollicitam avidiſſima intentione perquirant:* Memoriam fecit mirabilium ſuorum. *Tertio, redemptos oſtendit Chriſtianos, & Teſtamentum Novum aeternâ gratiâ conſecratum:* Redemptionem miſit populo ſuo. *Prima pars continet litteras ſex: ſecunda, decem: tertia, ſex: ſicut autem parvuli per litteras erudiuntur, ut ad ſapientiam proficiant; ſic hujuſmodi pſalmi rudibus & incipientibus dantur; ut primordia eorum, quaſi quibuſdam elementis inſtruantur.*

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, confeſſionem commixtam habens, & narrationem cum laudatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Gratias egit David pro beneficiis populo collatis, praecipuè pro ſoluta captivitate Babylonica.* Aliter, vox Eccleſiae de Chriſto cum laude.

Dominica ad Veſperum.

Pſalt. Syr. *Anonymus; de virtutibus glorioſis operum Dei. nos autem hortatur, ut reddamus gratias Chriſto, & ex perſona Apoſtolorum refertur. verſ. 21.*

Pſalt. Arab. *verſ. 20.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.
Aleph. 1 CONFITEBOR ÷ TIBI: DOMINE IN TOTO CORDE ÷ meo:
Beth. 2 in conſilio juſtorum & congregatione.
Gimel. † 3 Magna opera Domini
Daleth. 4 exquiſita in omnes voluntates ejus.
He. † 5 Confeſſio & magnificentia, opus ejus:
Vau. 6 & juſtitia ejus manet in ſaeculum ÷ ſaeculi:
Zain. † 7 Memoriam fecit mirabilium ſuorum
Heth. 8 miſericors & miſerator Dominus:
Theth. 9 eſcam dedit timentibus ſe.
Jod. † 10 Memor erit in ſaeculum teſtamenti ſui:
Caph. 11 virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo,
Lamed. † 12 ut det illis hereditatem gentium.
Mem. 13 Opera manuum ejus, veritas & judicium.
Nun. † 14 Fidelia, omnia mandata ejus;
Samech. 15 confirmata in ſaeculum ſaeculi;
Ain. 16 facta in veritate & aequitate.
Phe. † 17 Redemptionem miſit populo ſuo:
Sade. 18 mandavit in aeternum teſtamentum ſuum.

San-

ALLELU Cum jubilo & laetitia laudate, IA
Deum. PROPHETA. 1 *Ex toto corde & animo*
meo apertè palamque fatebor laudes tibi debitas, Domi-
ne, 2 *in coetu & congregatione juſtorum, qui in vita*
ſua a recta conſcientia non diſcedunt. 3 *Magna ſanè*
& admiranda ſunt omnia opera Domini; 4 *ſi accuratè*
exquiſita & conſiderata fuerint juxta omnes volunta-
tes ejus ſemper juſtas & rectas, etſi aliquando nobis
occultas. 5 *Quodvis opus Dei laude dignum confiten-*
dum eſt, & ſplendidè magnificum & glorioſum eſt at-
que decorum: 6 *& juſtitia illius incommutabilis ſem-*
per perſeverat in omnia ſaecula. 7 *Mirabilium ope-*
rum ſuorum ſempiternam memoriam nobis reliquit 8
miſericors clemens & miſerator Dominus; 9 *ut cùm*
mirabilem eſcam, nempe manna mirabiliter decidens
quadraginta annos in deſerto, dedit timentibus ſe: 10
quo vel uno miraculo declaravit ſe ſemper memorem
fore pacti ſui initi cum Abrahamo & progenie ejus.
11 *Qui Deus fortitudinem operum ſuorum ſemper ma-*
nifeſtum faciet populo ſuo 12 *ex eo quòd dederit eidem*
populo terram promiſſam, quae ante haereditaria poſ-
ſeſſio erat gentium Chananaeorum. 13 *Opera manuum*
& potentiae Dei vera ſine falſitate & ſimulatione ſunt
ac juſta; 14 *& omnia praecepta ejus verè talia ſunt ac* ℣. 14.
fide digna, ut ob eo mandata eſſe credantur; 15 *& ab* Pſal. XVIII. 8.
eo firmiter ſtabilita ſunt in omnia ſaecula: 16 *& ve-*
rè rectèque ab ipſa conſtituta aequitate ſummâ. 17 *Re-* ℣. 15. Iſai. XI. 8.
demit Dominus populum ſuum a ſervitute Aegyptia, Matth. V. 18.
& a ſervitute peccati: 18 *juſſitque, ut in aeternum du-*
raret

Coph. † 19 Sanctum & terribile, nomen ejus:
Res. 20 initium ſapientiae, timor Domini:
Sin. † 21 intellectus bonus omnibus ſacientibus eum:
Tau. 22 laudatio ejus manet in ſaeculum ✠ ſaeculi:

raret pactum ſuum initum cum populo ſuo. 19 Sanctum eſt atque tremendum divinum numen majeſtatis ejus: 20 quare principium veræ ſapientiæ eſt tremere Dominum: 21 deinde doctrina & intelligentia bona utiles & ſolida datur cunctis facientibus ea; quæ jubet Dei timor ac reverentia: 22 cujus Dei laudatio perpetua manet in omnia ſæcula ſempiterna.

ỿ. 20. Job XXVIII 28. Proverb. I. 7 IX. 10. Eccli. I. 16.

ORATIONES.

MSS. 1 SAnctorum omnium glorioſa confeſſio Deus, tribue nobis timorem nominis tui; quem eſſe initium ſapientiae praedixiſti: ut tuorum admixti conciliis, miſericordiae tuae dapibus ſaginemur. Per Dominum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

Brev. Mozarab. fol. 233. 2 MAgna opera tua, Domine, exquiſita in omnes voluntates tuas. da nobis famulis tuis, ut dum operum tuorum magnitudinem admiramur, magnificentiam conditoris debitâ confeſſione laudemus; tuaque mandata fidelia timoratâ ſapientiâ exquiramus; atque perfectum intelligentiae decus, timoris obedientiâ faciamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 326. 384. 868. *De S. Confeſſore.* 3 BEatum ſatis, Domine, Confeſſorem tuum N. eſſe feciſti: qui in toto corde ſuo tibi confeſſus, in concilio juſtorum & congregatione probatur eſſe conſpicuus. da ergo nobis meritis ejus, ut confeſſione ſimplici oris mundari à crimine, & Sanctorum mereamur congregationi & coetibus intereſſe. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Fol. 421. *De S. Leocadia.* 4 DOmine, qui es magnus & glorioſus, da nobis famulis tuis; ut dum operum tuorum magnitudinem admiramur, magnificentiam tuam debitâ confeſſione laudemus: atque interceſſione glorioſae virginis & confeſſoris tuae Leocadiae, tribue nobis perfectum intelligentiae decus, timoris obedientiâ agere; & mandata tua fidelia omni cuſtodiâ cordis diligenter explere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Fol. 198. *De S. Confeſſore.* 5 DEus Dei Filius, quem beatiſſimus N. in toto corde ſuo confeſſus, nomen tuum honorificando, perductus eſt ad coronam; da in ore noſtro confeſſionem, quae nos expurget à crimine: ut quidquid in tuae laudis honore depromimus, in lucro nobis prodeſſe aeterni muneris ſentiamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXI.

Alleluia ✠ Reverſionis Aggæi & Zachariæ:

BEDA.

Aggæus & Zacharias Prophetæ, qui poſt transmigrationem Babylonis ſub Dario Rege, multo poſt tempore fuere, quàm iſta cantata ſunt; reverſi in Hieruſalem, cùm reparari Templum viderent, laudes Domino magna cum exultatione proſecuti ſunt. At quam ſimilitudinem & hic pſalmus integerrimi Alphabeti litteris eſt contextus: quem poſt abſolutionem peccatorum perfectiſſima debet Chriſtianus alacritate cantare.

Per totum pſalmum Propheta loquitur. Prima admonitione, quid faciat beatus vir, & quæ bona mereatur, oſtendit: Beatus vir, qui timet Dominum. Secundò, adventum Domini ſignificat; per quem homines ex peccatoribus & impiis, in æternum beati eſſe promerentur: Exortum eſt in tenebris lumen. Tertiò, impiis contraria provenire teſtatur: Peccator videbit. Prima diviſio continet litteras ſex: ſecunda, tredecim: tertia, tres. Longitudinem autem verſus, qui in centeſimo decimo eſt hoc pſalmo tenuitur, in hic duo cuplent verſiculi; ut quod una ibi efficit littera, hic duæ diverſæ efficiant ſecundùm ordinem ſe ſequentes.

* Cod. Alexand. *Novi populi vocatio, & doctrina Chriſti.* Euſebius Cæſarienſis. * *Doctrina Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus beatitudinem prædicans.* (item.) *Deſcribens vitam bonâ virtute præditam.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Omnes in commune ad ſtudium virtutis inſtituit; qui etiam fructus bona opera conſequatur, adreſtans divitias inter alia, deſpectuſque hoſtium commemorans, quod reverſis a Babylone collatum eſt.* Aliter, vox Eccleſiæ de Chriſto.

Dominica ad Veſperum. Pſalt. Syr. *Anonymus: cùm David in eo hortabatur Salomonem filium ſuum dicens: Serva mandata Domini, eumque cole. Prætereà vocatio gentium, & juſtitiæ Chriſti. verſ. 22.*

Pſalt. Arab. *verſ. 22.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus provocat nos per timorem Dei in æterna domus habitatione fundari.*

PSALMUS MORALIS AD MEDITANDUM.

Propheta.
Aleph. 1 BEATUS VIR QUI TIMET DOMINUM;
Beth. 2 In mandatis ejus volet nimis.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. Pſalmus aptus tempori reverſionis Aggæi & Zachariæ Prophetarum a captivitate Babylonica. PROPHETA. 1 *Felix & beatus erit vir ille, qui timet offendere Dominum; 2 quique valde vehementer voluerit & optaverit ejuſdem Domini efficere mandata.*

Potens

Gimel. † 3 Potens in terra erit ſemen ejus:
Daleth. 4 generatio rectorum benedicetur.
He. † 5 gloria & divitiae, in domo ejus:
Vau. 6 & juſtitia ejus manet in ſaeculum + ſae-
culi:
Zain. † 7 Exortum eſt in tenebris lumen rectis:
Heth. 8 miſericors & miſerator & juſtus.
Teth. † 9 Jucundus homo qui miſeretur & com-
modat:
Jod. 10 diſponet ſermones ſuos in judicio:
Caph. 11 quia in aeternum non commovebitur.
Lamed. † 12 In memoria aeterna erit juſtus:
Mem. 13 ab auditione malâ non timebit:
Nun. † 14 paratum cor ejus ſperare in Domino:
Samech. 15 confirmatum eſt cor ejus; non com-
movebitur
Ain. 16 donec deſpiciat inimicos ſuos.
Phe. † 17 Diſperſit dedit pauperibus:
Sade. 18 juſtitia ejus manet in ſaeculum + ſae-
culi:
Caph. 19 cornu ejus exaltabitur in gloria.
Res. † 20 Peccator videbit, & iraſcetur:
Sin. 21 dentibus ſuis fremet, & tabeſcet:
Tau. 22 deſiderium peccatorum peribit.

datu. 3 Ejuſmodi viri progenies potens erit in terra: 4
nam gens juſtorum divinâ a Domino beneficentiâ bene-
dicetur. 5 in iſtiuſmodi viri domo gloria, ſubſtantia,
ac divitiae erunt: 6 ejuſque juſtitiæ miſericordia atque
clementia in homines, præmium in cælo permanet in
omnia ſæcula. 7 Cùm tales homines, qui rectum cor ℣. 7.
& animum habent, in tenebris fuerint adverſitatum Job XI. 17.
atque mærorum, orta eſt eis tunc lux ſerenæ lætitiæ: Pſal. XCVI. 11.
8 nam miſericors clemens & miſerator, & in præ-
ſtandis promiſſis ſuis juſtus eſt Dominus. 9 Bonus at- ℣. 9.
que benignus eſt homo ille, qui pauperum miſeretur, & Pſ. XXXVI.
indigentibus dat mutuo: 10 qui bene per hujuſmodi lar- 26.
gitiones diſpenſabit res ſuas recto ſanoque judicio: 11
quia in æternum non commovebitur a ſumma felicita-
te, quam ſibi promeretur largitionibus hiſce ſuis. 12
Ad ſempiternam memoriam apud Deum & homines
erit vir juſtus: 13 & cùm audierit malum nuncium,
nec tum ſibi timebit: 14 quia promptum & paratum
eſt cor ejus ad ſperandum in Domino ſine ſollicitudine
& angore in cunctis rebus adverſis. 15 idcirco firmum
factum eſt cor ejus; nec terrore concutietur, 16 donec
deſpiciat ſuper inimicos ſuos divina jam ultione devi- ℣. 17.
ctos. 17 Vir juſtus largiendo facultates ſuas ſpar- II. Corinth.
ſit ac dedit pauperibus: 18 cujus juſtitia ac virtutis IX. 9.
laus & præmium in omnia ſæcula permanet: 19 il- ℣. 19.
liuſque robur altum erit atque excelſum cum gloria. 20 Pſ. LXXIV.
Homo peccator videbit tantam hominis juſti felicita- 11.
tem & gloriam, & indignabitur: 21 dentibus ſuis
frendet, & præ invidia contabeſcet: 22 & deſide-
rium ſimilis felicitatis, quam impii cupiunt & non
conſequentur, inane peribit.

ORATIONES.

MSS. 1 LUmen perpetuum rectorum cordium Deus, concede nobis te diligere; tuâ gloriâ jocundari; & ſic diſpergere in hoc ſaeculo, ut careamus auditu aſpero in futuro. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozatab. fol. 75. 127. 2 MIſericors Domine & juſte, fac nos ſemper eſſe miſericordes; & commoditati alternae totâ adeſſe facilitate: nec ab auditu malo nos, dum judicaveris, terreas; ſed tuam ad dexteram glorificandos ſtatuas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 83. 3 MIſericors Domine, tu principium es (timoris &) ſapientiae: in iſto nos ergo inſtrue, & in illa ſtatue: à timore nos inchoa, & ſapientiae perfectione conſumma. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 412. 392. *De S. Laurentio M.* & ** al.* ergo confeſſoris tui Martini. ** al.* poſcimus. 4 ILlius, Domine, juſtitia manet in ſaeculum ſaeculi, cujus miſericordia in pauperum ſe conſolatione diffuderit. fac nos * Archidiaconi tui Laurentii imitatores exſiſtere: ut primùm miſeratores noſtrûm effecti, dignas nobis eleemoſynas praerogantes, & nobis à malè geſtis parcamus, & in proximis bona, quae * poſſumus, impendamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 1389. *De S. Felice Mart.* 5 FElix Martyr tuus, Domine, in mandatis tuis floret nimis; & fructus juſtitiae dilatatur in praemiis; quia tuis paruit omnino praeceptis: & cui felicitas erat ex nomine, perennitas proveniret ex opere; ut quod vocaretur, hoc eſſe dignoſceretur; dum miſeriâ caret patiendo, & felicitatem obtinet triumphando. interventu tanti Martyris proficiat nobis aeterna benignitas; ut dum Felicem felicitate perpetuâ laetificat, miſeratione ſolitâ nos ab infelicitatis jugo abſolvat. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 336. *De Sancto Mart.* 6 QUum ex lege tua, Domine, noverimus in memoria aeterna eſſe Juſtum; non pro illius, ſed pro noſtri commendatione hoc tibi offerimus holocauſtum: petentes, ut qui ejus animam feciſti in paſſione, victricem eodem ſuffragante clamorem noſtrae accipias vocis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 411. *De Sancto Martino Epiſcopo.* 7 JUcundus ſatis eſt, Domine, homo, qui (te Chriſte inſpirante) miſeretur & commodat: quod Martinum confeſſorem tuum impleſſe mirabiliter credimus: dum geminae eleemoſynae officioſus, & corpora dono, & corda paſcit eloquio. unde flebiles te quaeſumus & rogamus, ut utroque dono in hac vita muniti, ad te quandoque perveniamus ad tranſitum coronandi. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

† 68 & comedit omne ſoenum in terra corum:
69 : & comedit ⸓ omnem: fructum terrae eorum :
ỹ. 70. Exo. XII. 29. † 70 & percuſſit omne primogenitum in terra eorum.
71 primitias omnis laboris eorum.
† 72 Et eduxit eos cum argento & auro :
ỹ. 72. Exo. XII. 33. 73 & non erat in tribubus eorum infirmus.
ỹ. 74. Exo. XII. 33. † 74 Laetata eſt AEgyptus in profectione eorum :
75 quia incubuit timor eorum ſuper eos.
ỹ. 76. 77. Exod. XIII. 21. Pſalm. LXXVII. 14. I. Corinth. X. 1. † 76 Expandit nubem in protectionem ⸓ eorum :
77 & ignem ut luceret ⸓ eis : per noctem.
† 78 Petierunt, & venit coturnix :
ỹ. 78. Exod. XVI. 13. 79 & pane caeli ſaturavit eos.
† 80 dirupit petram & fluxerunt aquae :
ỹ. 79. Pſ. LXXVII. 24. 25. 81 abierunt in ſicco flumina.
† 82 Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui,
ỹ. 80. Num. XX. 11. 83 ⸓ quod habuit : ad Abraham puerum ſuum.
ỹ. 83. Gen. XV. 14. XVII. 7. † 84 & eduxit populũ ſuum in exſultatione;
85 ⸓ & : electos ſuos in laetitia.
ỹ. 86. 87. Deut. VI. 10. 11. † 86 & dedit illis regiones gentium;
87 & labores populorum poſſederunt :
† 88 ut cuſtodiant juſtificationes ejus;
89 & legem ejus requirant.

68 quę bruchorum & locuſtarum multitudo comedit omnem herbam terrę eorum; 69 ac exedit omne genimen & omnem fructum ac ſegetes terra Ægyptiorum. 70 Poſtremum percuſſit Deus, ac occidit omne primogenitum hominum & pecorum in terra eorum, 71 primitias videlicet omnis laboris ac doloris eorum: 72 & tum demum ex Ægypto eduxit Iſraelitas cum argenteis & aureis vaſis, ab Ægyptiis ipſis commodata acceptis; 73 nec quiſquam infirmus erat in duodecim tribubus eorumdem Iſraelitarum. 74 Lętati ſunt Ægyptii in egreſſu Iſraelitarum; 75 eo quòd horum timor irruerat ſuper eos, ne deteriora paterentur, ſi diutiùs illas retinuiſſent. 76 Exinde expandit Deus nubem quaſi tentorium in umbraculum & tegumentum Iſraelitarum adversùs Solis ardores in deſerto: 77 deditque columnam igneam, ut luceret eis noctu, noctemque faceret luminoſam. 78 In eo deſerto Iſraelitę petierunt carnes; ac Dei juſſu venit coturnix: 79 & cibo quoque e cęlo demiſſo, hoc eſt Manná ſaturavit eos. 80 quibus etiam dirupit ac aperuit petram in Horeb, & inde fluxerunt aquę: 81 quę & tamquam flumina decurrerunt quadraginta annos per arida & ſicca loca deſerti. 82 Quoniam autem memorem ſe Deus oſtendere voluit ſancti ſui verbi ac promiſſi, 83 quod dederat Abrahamo ſervo ſuo: 84 idcirco eduxit ex Ægypto populum ſuum cum exſultatione, 85 & iſtiuſmodi homines a ſe electos exire fecit cum lętitia & cantica. 86 ac dedit eis regiones gentium Chananęarum; 87 qui & hęreditaria poſſederunt fructus, pagos, ac civitates, ac omnia illarum regionum, quę ſibi magno labore gentes illę paraverant: 88 nimirum ut iidem Iſraelitę cuſtodirent juſta ſtatuta, & ceremonias ipſius Dei; 89 ſummoque ſtudio exquirerent ſervare legem ejus.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 INvocantes nomen tuum, Domine, deprecamur, ut qui patres noſtros virtute tui nominis praeeunte, Angelicis paſtibus refeciſti; nos quoque myſticis dapibus foveas ac reformes. Per Dominum noſtrum Jeſum.

Brev. Mozarab. fol. 71. 106. 123. 148 2 QUaerentibus te, Domine, tribue fortitudinem; & quaerendi te jugiter infunde ſanctum amorem : ut qui tuam deſiderant cernere faciem, pernicioſam mundi non appetant voluptatem : eoſque ſaeculi blandimenta non detineant uſquequaque captivos; ut lux vultús tuî clarificet jam beatos. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 104. 148. 3 NArrantes mirabilia tua, Domine, ſancto tuo laetemur in nomine : da nobis te quaerendi ſolertiam; & inveniendi tribue efficaciam : ut te mereamur aſpicere, & vultus tui ſemper oſtenſione gaudere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 123. 4 AUge, Domine, populum tuum nimis; eumque vel meritis vel rebus exalta : ut qui invidorum dentibus mordemur, feliciores ſemper te propitiante conſtemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Comment. hujus Pſalmi. T. 7. S. Hieronymi. 5 TE, Domine, deprecamur : ut deletis gentibus noxiis coram facie noſtra, ipſe dux noſtri fias itineris : ut in te jugiter exſultantes, in terram repromiſſionis mereamur induci; & in regno tuo aſciti, valeamus cum Sanctis tuis laetitiâ ſempiternâ gaudere. Quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CV.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus. *Breviter intitula praemittitur, ut Domino totius pſalmi jubilatione cantetur.*
Introducitur conſitens populus Hebraeorum; qui, relicta patrum perfidiá, ad pietatem Domini, ipſo miſerante, perdu-
ctus eſt: ut intelligamus, cùm fuerint converſi, & ipſos Alleluia meritò pro ſua redemptione cantare. In prima igitur nar-
ratione deprecatur, ut ſocietur populo beneplacito, qui erat Domini Salvatoris adventu de Gentibus congregandus: Confitemini Domino quoniam bonus. *Secundá, patrum ſuorum dinumerat peccata quae fecerant, in Ægypto mirabilia Domini*
recto

recto corde minime contuentes; pium tamen Dominum ab inimicis eos liberasse: Peccavimus cum patribus nostris. Tertiò refert ad peccandi ſtudia reverſos; ſed Dominum Moyſi precibus fuiſſe delinitum: Citò fecerunt, obliti ſunt. Quartò, iniquitates eorum aſſerit iteratas; impendentemque Domini iram, Phinees ſupplicatione placatam: Et pro nihilo habuerunt terram. Quintò, ad aquam contradictionis eos Moyſen exacerbaſſe; ſuoſque poſt hæc filios idolis immolaſſe commemorat: unde Dominus vehementer iratus, tradidit eos gentium ſervituti: ac deinde miſeratus, in conſpectu inimicorum eos reddidit glorioſos: Et irritaverunt eum (ad aquas contradictionis.) Sextò precatur, quod noverat eſſe futurum; ut de univerſis nationibus Eccleſia Catholica congregetur; & laudes Domino æterna exſultatione concelebret: Salvos fac nos Domine Deus noſter.

Euſebius Cæſarienſis. Doctrina de impietate gentis Judæorum.

S. Athanaſius. Pſalmus cum confeſſione.

✱ Cardin. Thomaſ. Pſalmus hic ex perſona populi, quaſi jam in Babylone poſiti canitur, confitentis peccata ſua, ac deflentis, quòd beneficiis Dei ſemper ingratus extiterit. Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos, legendus ad Exodum.

Pſalt. Syr. Anonymus; excitat eos ad præcepta Domini ſervanda, docetque nos, ut quo magis deliquerunt Judæi, nos extimeſcamus, ut conſobrinemur in Eccleſia, neve contemnamus cum fratribus noſtris ullo unquam pacto, & præſertim cum adſtamus tempore myſteriorum, & orationis; cùm peccamus, ut pœnitentiam agamus. verſ. 104.

Sabbata ad Vigilias. Pſalt. Arab. verſ. 94.

S. Hier. Iſte Pſalmus pœnitentes roborat, negligentes arguit, miſericordiam repromittit.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM, ET AD CONFITENDUM PECCATA.

Propheta.

✠. 1. Judith XIII. 21.

1 CONFITEMINI DOMINO quoniam boous;
2 quooiam io ſaeculum miſericordia ejus.

✠. 3. Eccli. XLIII. 35. Baruch I. 17. Daniel. IX. 5.

† 3 Quis loquetur potentias Domini?
4 auditas faciet omnes laudes ejus?
† 5 Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omoi tempore.
† 6 Memeoto noſtri Domine in beneplacito populi tui:
7 viſita nos in ſalutari tuo,
† 8 ad videndū io booitate electorū tuorū,
9 ad laetandum in laetitia gentis tuae,
10 ut lauderis cum hereditate tua.

✠. 11. Judith VII. 19.

† 11 Peccavimus cum patribus noſtris:
12 injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.
† 13 Patres noſtri in AEgypto oon iotellexerunt mirabilia tua:
14 non fuerunt memores multitudinis miſericordiae tuae.

✠. 15. Exod. XIV. 10. 11. 12.

† 15 & irritaverunt aſcendentes ÷ in mare: mare Rubrum.
† 16 Et ſalvavit eos propter nomen ſuum;
17 ut notam faceret potentiam ſuam.

✠. 18. Exo. XIV. 21. 22.

† 18 & increpuit mare Rubrum, & exſiccatuo eſt:
19 & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
† 20 & ſalvavit eos de maou odieotium:
21 & redemit eos de manu inimici.

✠. 22. Exo. XIV. 27. 28.

† 22 & operuit aqua tribulantes eos:
23 unus ex eis noo remanſit.

✠. 24. Exo. XIV. 31.

† 24 Et crediderunt verbis ejus:
25 & laudaverunt laudem ejus.

✠. 25. Exod. XV. 1.

† 26 Citò ÷ fecerunt: obliti ſunt operū ejus:

✠. 26. Exod. XV. 24. XVII. 2.

27 & non ſuſtinuerunt conſilium ejus.
† 28 & concupierunt concupiſceotiam in deſerto:

✠. 28. Numer. XI. 4.

29 & tentaverunt Deum in inaquoſo.

✠. 30. Num. XI. 31. 33.

† 30 & dedit eis petitionem ipſorum:
31 & miſit ſaturitatem in animas eorum.

✠. 32. Num. XVI. 2.

† 32 Et irritaverunt Moyſen in caſtris,
33 Aaron ſanctum Domini.

✠. 34. Numer. XVI. 31. 32.

† 34 aperta eſt terra, & deglutivit Dathan:
35 & operuit ſuper congregatiooē Abiroo. & exar-

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA
Deum. PROPHETA. 1 Profitemini Domino dignas,
quantum poteſtis, laudes; quoniam benignus eſt; 2 &
quoniam in æternum durat miſericordia ejus. 3 Quis
eloqui poterit ea, quæ fortiter potenterque Dominus fecit?
4 aut quis enarrando ſatis audire faciet omnia, quibus
ipſe laudabilis eſt? 5 Beati qui divinum jus cuſtodiunt;
ac faciunt quod juſtum eſt omni tempore vitæ ſuæ. 6 Recordare
noſtri Domine per illud tuum beneplacitum ac
benevolentiam antiquam erga populum tuum; 7 & viſita
nos eam ſalute quam exſpectamus à te, 8 ut videamus
& aſſequamur benignitatem tuam, quam ſoles impertire
electis tuis; 9 ac ut lætemur lætitiâ, qua gaudet
gens, quæ tibi chara eſt; 10 & ut tu lauderis à nobis unà
cum tota gente illa, quæ veluti hæreditas quædam peculiariter
eſt tua. 11 Peccavimus & nos & patres noſtri;
12 ac tranſgreſſi ſumus legem tuam; & iniquè fecimus.
13 Et patres quidem noſtri, cùm eſſent in Ægypto, non
conſideraverunt cum animis ſuis miracula tua ibi facta;
14 nec memores fuerunt multorum beneficiorum, ſibi collatorum
à miſericordia tua: 15 ſed ad iracundiam te
provocaverunt jam jam profecturi in mare, mare, inquam,
Rubrum. 16 Salvavit tamen eos Dominus ad
gloriam nominis ſui; 17 ut notiorem faceret potentiam
ſuam. 18 quare imperavit mari Rubro, & dividentibus
ſe aquis, vento urente exſiccatum eſt fundum ejus: 19
ac ſic tranſduxit illos per immenſas aquarum moles,
tamquam per aridum deſertum: 20 & ſalvavit eos de
manu ac poteſtate Ægyptiorum ipſos odientium: 21 &
redemit eos de ſervitute ac de manu ac vi Pharaonis
inimici ipſorum. 22 aqua enim maris Rubri, revertens
ad priſtinum locum ſuum, operuit Ægyptios omnes, qui
eos tribulabant; 23 & ex illis ne unus quidem relictus
eſt vivus. 24 Tunc patres noſtri crediderunt verbis Dei;
25 & laudantes cecinerunt laudem ejus. 26 Verùm confeſtim
iterum malè ſe geſſerunt; & obliti ſunt tot admirabilium
operum ejus: 27 & non exſpectaverunt patienter
eventum conſilii & voluntatis ejus, ut tempore
modoque ipſi placente introducerentur in terram promiſſam.
28 nam cupidè expetiverunt carnes in deſerto,
cœleſti mannâ contempto: 29 & in ſolitudine illa inaquoſa
tentaverunt Deum, ac ipſius dubitantes omnipotentiâ.
30 Dedit ergo eis Deus, quod petierant, mittendo
coturnices: 31 quarum eſu immiſit morbum repletionis
& nauſeæ cibi in appetitus ipſorum; unde macilentia
& mors conſecuta eſt in corporibus eorum. 32 Irritaverunt
etiam ex invidia Moſen in temporariis illis
tentoriis, in quibus degebant in deſerto, 33 ac Aaronem
ſancto oleo conſecratum Sacerdotem Domini; eo
quòd Moſes ſacerdotium Aaroni, & filiis ejus, quamvis
jubente Deo, tribuiſſet. 34 quamobrem aperuit ſe terra;
& abſorpſit Dathan ex filiis Ruben primogeniti Iſraelis:
35 ac terra cooperuit totam congregationem & familiam
Abironis ex eadem tribu Ruben unà cum taber-
nacu-

Digitized by Google

℣. 36. Numer. XVI. 46.
℣. 38. Exo. XXXII. 4.
℣. 40. Jerem. II. 11. Roman. I. 23.
℣. 44. Pſ. LXXVII. 51.
℣. 45. Exo. XXXII. 10. 11. 32. Deut. X. 10.
℣. 49. Num. XIV. 1. 2.
℣. 53. Numer. XIV. 22. 23. 29. Poſt ℣. 53. in vetuſtiſſimo cod. Vaticano deſunt folia uſque ad Pſ. CXXXVIII.
℣. 57. Num. XXV. 2. 3.
℣. 61. Num. XXV. 7.
℣. 65. Num. XX. 3.
℣. 68. Num. XX. 10.
℣. 69. Judic. I. 21. 27. Exod. XXIII. 33. Num. XXXIII. 52. Deuter. VII. 2.
℣. 70. Jud. II. 2. III. 5. 6.
℣. 74. IV. Reg. XVI. 3. Iſai. LVII. 5. Ezech. XVI. 20.
℣. 74. Ita apud Apollinarium, & in aliis Cod. Vatic. num. 342.
℣. 79. & 80. Sic diſtinguitur apud Apollinarium, & in aliis Cod. Vatic. 10.
℣. 81. Judic. III. 8.
℣. 87. Judic. III. IV. VI. XI.

† 36 & exarſit ignis in ſynagoga eorum:
37 flamma combuſſit peccatores.
† 38 ÷ Et: fecerunt vitulum in Horeb:
39 & adoraverunt ſculptile:
† 40 & mutaverunt Gloriam ſuam
41 in ſimilitudinẽ vituli comedentis ſoenũ.
† 42 obliti ſunt Deum qui ſalvavit eos;
43 qui fecit magnalia in AEgypto,
44 mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro.
† 45 & dixit ut diſperderet eos:
46 ſi non Moyſes electus ejus
47 ſtetiſſet in confractione in cõſpectu ejus,
† 48 ut averteret irã ejus ne diſperderet ÷ eos:
49 Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem:
† 50 non crediderunt verbo ejus:
51 & murmuraverunt in tabernaculis ſuis:
52 nou exaudierunt vocem Domini.
† 53 & elevavit manum ſuam ſuper eos,
54 ut proſterneret eos in deſerto;
† 55 & ut dejiceret ſemẽ eorũ in nationibus;
56 & diſpergeret eos in regionibus.
† 57 Et initiati ſunt Beelphegor:
58 & comederunt ſacrificia mortuorum:
† 59 & irritaverũt eũ in adinventionibus ſuis:
60 & multiplicata eſt in eis ruina.
† 61 & ſtetit Phinees, & placavit;
62 & ceſſavit quaſſatio:
† 63 & reputatum eſt ei in juſtitiam,
64 in generationem & generationem uſque in ſempiternum.
† 65 Et irritaverunt ÷ eum: ad aquas contradictionis:
66 & vexatus eſt Moyſes propter eos:
67 quia exacerbaverunt ſpiritum ejus;
† 68 & diſtinxit ÷ in: labiis ſuis.
69 Non diſperdiderunt Gentes quas dixit Dominus illis:
† 70 & commixti ſunt inter Gentes:
71 & didicerunt opera eorum:
72 & ſervierunt ſculptilibus eorum:
73 & factum eſt illis in ſcandalum.
† 74 & immolaverunt filios ſuos & filias ſuas daemoniis:
† 75 & effuderunt ſanguinem innocentem,
76 ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ÷ ſuarum:
77 quas ſacrificaverũt ſculptilibus Chanaã.
† 78 & infecta eſt terra in ſanguinibus;
79 & contaminata eſt in operibus eorum:
80 & fornicati ſunt in adinventionibus ſuis.
† 81 ÷ Et: iratus eſt furore Dominus in populum ſuum:
82 & abominatus eſt hereditatem ſuam.
† 83 & tradidit eos in manus gentium:
84 & dominati ſunt eorũ qui oderunt eos.
† 85 & tribulaverunt eos inimici eorum:
86 & humiliati ſunt ſub manibus eorum.
87 Saepe liberavit eos;

naculis ſuis ac univerſa ſubſtantia eorum; deſcenderunt-
que ii vivi in infernum, operti humo. 36 ignis etiam ſuc-
cenſus eſt in congregatione eorum: 37 & flamma exuſſit
iſtiuſmodi ſeditioſos peccatores; perieruntque XIV.
millia hominum & DCC. abſque iis, qui perierant in ſe-
ditione Core. 38 Patres noſtri illi fecerant, & longè
antè, vitulum apud montem Horeb: 39 ac ſculptum ſimu-
lachrum adoraverant; 40 & permutaverant majeſtatem
Dei ſui 41 in brutalem imaginem ac effigiem vituli, qui
paſcitur herba: 42 oblitique fuerant Dei, qui ſalvaverat
eos à Pharaone; 43 ac res magnas geſſerat in Ægypto,
44 & miracula fecerat in eadem ipſa terra Cham, &
terribilia ad mare Rubrum. 45 quo tempore dixit Deus
ſe eos exterminaturum; 46 niſi Moſes, vir ipſius electus,
47 in illa imminente confractione ac internicione, quâ
exterminandi erant, interceſſor ſtetiſſet coram eo, 48
ut averteret eum ab indignatione in miſericordiam, ne
illos exterminaret. 49 Deſpexerunt etiam & nihili æſti-
maverunt terram deſiderabilem, fluentem lacte ac mel-
le: 50 nec crediderunt ſermoni Dei, quod daturus eſſet
ipſis terram illam, quam promiſerat: 51 ac obmurmura-
verunt in tentoriis ſuis; 52 neque obedierunt voci
Domini. 53 qui idcirco elevavit manum ſuam ſuper eos
54 jurans ſe dejecturum eſſe ipſos in illo deſerto; 55 &
dejecturum etiam ſobolem eorum inter gentes, 56 ac di-
ſperſurum eos in regionibus illis. 57 Poſt hæc conſecra-
verunt ſe etiam veluti ſub jugum Beelphegor, idolo
Moabitarum ac Madianitarum: 58 & comederunt vi-
ctimas immolatas diis mortuis: 59 ſuiſque inventioni-
bus ac ſtudiis Deum provocaverunt ad indignationem:
60 unde plaga & ruina magna facta eſt in eis. 61 ſed
ſtetit tunc Phinees ex Sacerdotali familia, & interfe-
ctis ſcortatoribus, viro Iſraelita & muliere Madianitide,
placavit iram Dei: 62 & retenta ac ſedata eſt percuſſio
illa & ruina: 63 id quod reputatum eſt eidem Phineæ
pro re eximiè juſta & præclarè geſta 64 in generatio-
nes omnes in æternum uſque. 65 Ad iram quoque pro-
vocaverunt Deum apud aquas illas Contradictionis,
quando jurgati ſunt cum Moſe & Deo; 66 & afflictus eſt
Moſes propter ipſos murmurantes: 67 quoniam enim
exacerbaverant animum ejus, 68 ideo ipſe haſitabun-
dus ac dubitanter & ambiguè cum diſtinctione pronun-
ciavit labiis ſuis, num de petra educere poſſet aquas.
69 Præterea ingreſſi terram promiſſam, non extermi-
naverunt gentes illas Chananæas ibi habitantes, quas
Dominus eis juſſerat delere: 70 quinimmo ſe miſcue-
runt cum iiſdem Gentibus; 71 & didicerunt peſſima
opera illarum; 72 & coluerunt ſculpta idola earum:
73 id quod fuit eis offenſionis cauſa, atque ruinæ: 74 nam
& filios ſuos ac filias ſuas comburentes igne, ſacrifica-
verunt dæmonibus: 75 & effuderunt ſanguinem inno-
xium, 76 ſanguinem filiorum ſuorum ac filiarum ſua-
rum, 77 quos ſacrificaverunt ſculptis idolis Chananæo-
rum: 78 ſicque infecta eſt terra illa cædibus cruentis:
79 & coinquinata eſt operibus ipſorum: 80 &, dere-
licto Deo, ardenti affectu ſe conjunxerunt cum idolis,
quæ ipſimet excogitaverant ac adinvenerant. 81 Pro-
pterea iratus eſt Dominus indignatione magnâ contra
populum ſuum; 82 ac abominatus eſt gentem, quam ſi-
bi peculiariter elegerat tamquam hæreditatem pro-
priam: 83 tradiditque eos inimicis gentibus in ma-
nus: 84 &, qui eos oderant, dominati ſunt eis; 85
eoſque afflixerunt inimici ſui: 86 & in humilem ab-
jectamque ſervitutem redacti ſunt ſub illorum mani-
bus imperio ac poteſtate: 87 Multis certè vicibus
liberavit eos Dominus; tum tempore Othoniel, in
cujus manus tradidit Deus Chuſan Raſathaim regem
Syriæ, oppreſſorem eorum per octo annos; & iterum
tempore Deboræ propheteſſæ a Siſaræ armis; tum etiam
a Madianitis per Gedeonem; atque a Rege Ammonita-
rum per Jephtem, qui erat Judex populi in Iſrael.

† 88 ipſi autem exacerbaverunt ✠ eum: in conſilio ſuo:
89 & humiliati ſunt io ioiquitatibus ſuis.
† 90 Et vidit eum tribularentur:
91 & audivit oratiooem eorum.
† 92 & memor fuit teſtamenti ſui:
93 & poenituit eos ſecundùm multitudinem miſericordiae ſuae:
† 94 & dedit eos io miſericordias,
95 in conſpectu omnium qui eeperant eos.
† 96 Salvos nos fac Domine Deus noſter;
97 & congrega oos de nationibus:
† 98 ut eoofiteamur nomini ſancto tuo;
99 & gloriemur in laude tua.
† 100 Benedictus Domious Deus Iſraël;
101 à ſaeculo & uſque io ſaeculum.
102 & dieet omnis populus: *Fiat ✠ Fiat*:

88 ipſi verò ſemper eum exareebabant ſuo ipſorum conſilio maligno ac perverſo: 89 & in humilem abjectamque conditionem devenerunt propter iniquitates ſuas. 90 ſed tamen nihilominus miſericordi Deus oculo vidit tribulationem eorum: 91 & exaudivit deprecationem eorum: 92 & oſtendit ſe memorem eſſe pacti ſui cum eis: 93 & ſecundùm magnitudinem miſericordiae ſuę revocavit ſententiam de affligendo populo ſuo: 94 fecitque cum eis miſerationes ſuas 95 coram iis omnibus, qui eos antè captivaverant. 96 Salva igitur nos quoque Domine Deus noſter de exilio & captivitate; 97 & congrega nos ex Gentibus: 98 ut dignas fateamur laudes nomini tuo ſanctiſſimo; 99 & gloriemur in laude tui. 100 Profectò benedictione & laude dignus eſt Dominus Deus Iſraelis, 101 ab ęterno & uſque in ęternum: 102 univerſus autem populus reſpondeat & dicat: Ita fiat, Ita fiat: benedicatur & laudetur Dominus in aeternum uſque.

ORATIONES.

MSS. 1 MEmento noſtri, Domine, in beneplacito populi tui: & à peccati nos ſervitute diſcuſſos, Salutaris tui viſitatione ſalvifica. Per eumdem Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 88. 215. 148. 2 SAlvos nos fac, Domine Deus noſter, & in ſalute tua viſita: nec iniquitatis noſtrae poena, ſed timoris tui nos humiliet diſciplina; ut tuâ gloriemur in laude, & confiteamur in nomine: nos quoque ad videodum laetitiam electorum tuorum excitet bonitas; & ad laudandum regni tui adſciſcat hereditas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Domine Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omoia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 104. 148. 3 MEmento noſtri, Domine, in beneplaeito populi tui, & in tuo oos viſita ſalutari: ut qui noſtris cum patribus coram te ioiquè geſſimus; à damnationis origine & actualis peccati eontagione, tuâ reduce gratiâ liberemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus.

fol. 114. 125. 4 SAlva oos, Domine, qui author es noſtrae ſalutis: & congrega oos de natiooibus; qui redemptis libertas, & redemptio factus es libertatis. concede itaque nobis, ut qui ounc malorum permixtione gemimus, te protegeote ae * te cernente, in tranquillitate, quâ Sanctos ſuſcipis, gaudeamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter.

* *al.* decernente.

fol. 148. 5 BEnedic, Domine Deus, Iſrael à ſaeculo & uſque io ſaeculum; quem multiplex ereatura multiplici naturarum varietate conlaudant: memor eſto teſtameoti ſancti tui; & poeniteat te ſeeundùm multitudinem miſericordiae tuae: ut iniquitatem, quam fecimus, & peccatum, quod cum patribus traduce peccati contraximus, te donante, laerymarum fluminibus cordiſque gemitibus abluamus. libera igitur nos, Domine, de manu ſpirituum odientium; & redime de inſidiis inimicorum: quique verbo tuo eredimus, eredulitatis ipſius fortitudine muniamur; ac ſic confeſſio humilium, caelorum alta cooſcendat, ut à Verbo tuo ſalvatio nobis profuſa ſubveniat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 12. 6 COngrega, Domine, diſperſionem populi tui in miſericordia; quem olim redempturus mundum, in virtute brachii tui liberaſti: & ideo ab iis, quos redemiſti, magnopere invocaris: ut qui infirmari pro nobis dignatus es ùt homo; divioitatis tuae homioes digneris praemunire praeſidio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 60. 7 DEus, qui confitentium tibi corda purificas, & accuſantem conſcientiam ab omni vineulo iniquitatis abſolvis: da indulgentiam famulis, & caeleſtis gratiae ſinceram medieinam eorum tribue corporibus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. tom. 7. à Hieronymi. MEritò benedictus in ſaecula, per quem facta ſunt ſaecula; & oon ſolùm facta ſunt, ſed etiam redempta: nunc nos recreare dignetur in Salutari, ideſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cui eſt cum ipſo, & Spiritu Sancto hooor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Digitized by Google

CVI.

Alleluia.

BEDA.

* *idest Pſalmo CIV.* * *idest Pſalmo CV.* * Pſal. CIV. * Pſal. CV. Senſus myſticus.

In primo Alleluia * *commendatus eſt populus Judæorum: de quo nulla querela eſt. ſecundo,* * *eos commemorat, qui in eadem gente creberrimis offenſionibus erraverunt; & ad Domini gratiam ipſius miſeratione reverſi ſunt. hic autem commendatur populus Chriſtianus, ut pro collatis ſibi beneficiis Domino laudes reddat. ALITER.* Alleluia *primum egit, ut baptizentur credentes; ſecundum, ut reconcilientur pœnitentes: ibi* * *ſuſcepit* plebem ſuam in exſultatione, & electos ſuos in lætitia; * *hic* * *pœnitentes* exaudit, & dat eos in miſericordias in conſpectu omnium qui eos ceperant. *In tertio uſus noſter quotidianus retexitur, & hæreſis Novatiana damnatur.*

Poſt Hebræi populi confeſſionem, de quo præcedentes pſalmi locuti ſunt, Propheta venit ad populum Chriſtianum, qui per ſpatia totius orbis, ſuperſtitionum ſolitudine vagabundus errabat: In primâ ſectione commonens eum, laudes Domini confiteri, cujus ſanguine redemptus Eccleſias accepit; qui per aras dæmonum luceſque ſtulto rapiebatur errore: Confitemini Domino. *Secunda, gratias dicit Domino peragendas, qui Gentilium animas, veritatis pabulo jejunas, religionis ſuæ ubertate ſatiavit; & eorum vincula peccatorum inexſuperabili virtute diſrupit:* Confiteantur Domino miſericordiae ejus &c. (quia ſatiavit animam inanem.) *Tertiâ, gratias Patri præcipit eſſe referendas; quia Chriſtus adveniens, diaboli portas æreaſque confregit:* Confiteantur Domino &c. (quia contrivit portas æreas.) *Quartâ, Domino ſacrificium laudis a Sacerdotibus commonet offerendum; qui inter ſæculi fluctus Eccleſiarum gubernationi præſident; deſcribens quemadmodum & ipſorum tentationibus Dominus ſubvenire dignatur:* Confiteantur Domino &c. (& ſacrificent ſacrificium laudis.) *Quintâ iterum dicit à Sacerdotibus & ſenioribus Dominum eſſe laudandum: qui ſqualentem mundum ariditate peccati, in amœniſſimam fecunditatem cæleſti munere commutavit; quod videntes recti corde, gaudebunt. quæ partes à ſimilibus verſibus, quos intercalares vocant, incipiunt.* Confiteantur Domino miſericordiae ejus &c. (& exaltent eum in eccleſia plebis.)

Euſebius Cæſarienſis. *Prophetia de vocatione Gentium, & petitio bonorum; & de Verbi Dei aſſumptione in cælos.*

S. Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Reditus populi de Babylone prædicitur: primùmque imperatur, ut collata beneficia devotis extollant vocibus gratiarum; ac deinde quæ mala in captivitate pertulerunt, varia narratione deſcribitur.* Aliter, vox Chriſti de Judæis, *legendus ad lectionem Numeri, & Judicum.*

Pſalt. Syr. *Anonymus; dicitur de Joele, & Abia, filiis Samuel, qui recitabant mandata Domini; collegit Deus Judæos de captivitate, & eduxit illos ex Babel; collegit quoque filius unigenitus Dei Jeſus Chriſtus gentes e quatuor angulis per prædicationem ad Baptiſmum. verſ. 86.*

Pſalt. Arab. *verſ. 85.*

Sabbato ad Vigilias.

S. Hier. *Iſte Pſalmus omnem cauſam conditionis humanæ, quam vel delinquendo ſumpſit, ſive pœnitendo ſuſcepit, ſive multitudinem miſerationum Dei (ut in præſenti ait:* quis ſapiens & cuſtodiet hæc, & tunc intelliget miſericordias Domini.) *narrare dignoſcitur; ſed & repulſionem Judæorum, & vocationem Gentium evidentiſſimè pandit.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS;
2 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 3 dicant qui redempti ſunt á Domino;
4 quos redemit de manu inimici;
5 & de regionibus congregavit eos,
† 6 à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari.
† 7 erraverunt in ſolitudine in inaquoſo:
8 viam civitatis habitaculi non invenerũt,
† 9 eſurientes & ſitientes:
10 anima eorum in ipſis defecit.
† 11 & clamaverũt adDñm cũ tribularentur:
12 ✠&:de neceſſitatibus eorum eripuit eos:
† 13 & deduxit eos in viam rectam,
14 ut irent in civitatem habitationis.
† 15 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
16 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 17 quia ſatiavit animam inanem;
18 & animam eſurientem ſatiavit bonis:
† 19 ſedentes ✠ in:tenebris & umbrâ mortis,
20 vinctos in mendicitate & ferro.
† 21 quia exacerbaverunt eloquia Dei;
22 & conſilium Altiſſimi irritaverunt;
† 23 & humiliatũ eſt in laboribus cor eorũ.
24 infirmati ſunt, nec fuit qui adjuvaret.
† 25 & clamaverũt adDñm cũ tribularentur:
26 & de neceſſitatibus eorum liberavit eos:
† 27 & eduxit eos de tenebris & umbrâ mortis:
& vin-

℣. 20. Job XXXVI. 8. Pſ.LXVII. 7. CXLV. 8.

INCIPIT LIBER QUINTUS PSALMORUM SECUNDUM HEBRÆOS.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA, Deum. PROPHETA. 1 *Confitemini Domino, quod ipſe ſit bonus atque benignus;* 2 *quodque in æternum duratura ſit miſericordia ejus.* 3 *dicant id apertè palamque ii, qui redempti ſunt a Domino;* 4 *nempè quos redemit ac liberavit de manu & poteſtate hoſtis;* 5 *quoſque congregavit ex variis regionibus,* 6 *ab Oriente & Occidente, & ab Aquilone & a Meridie, versùs quam partem eſt Oceanus.* 7 *oberrabant hi in deſerto ac in loca ſine aqua;* 8 *& iter ad civitatem aliquam habitatam non inveniebant;* 9 *ac interim eſuriebant & ſitiebant;* 10 *jamque animo deficiebant.* 11 *clamaverunt autem ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua;* 12 *& liberavit eos Dominus de tantis anguſtiis ipſorum;* 13 *eoſque deduxit in viam rectam,* 14 *ut pervenirent ad civitatem aliquam habitatam.* 15 *Confiteantur etiam Domino debitas laudes ſua ipſius miſericordia,* 16 *ipſiuſque opera admiranda exhibita filiis Adam;* 17 *propterea quòd ſatiaverit ſitientium appetitum vacuum,* 18 *& appetitum eſurientium impleverit bonis ſuis, dans eis eſcam ac potum;* 19 *& eo quòd ſalvaverit eos, qui habitabant in tenebris ac in lethali umbra vicina mortis,* 20 *alligatos inopiâ & ferrea compede:* 21 *quia enim exacerbaverant Deum, traſgrediendo verba ac præcepta ejus;* 22 *& conſilium voluntatemque excelſi Dei provocaverant ad iram & vindictam;* 23 *ideo & immiſſis laboribus & ærumnis depreſſus eſt animus eorum;* 24 *debilitati ſunt; nec erat qui eos adjuvaret.* 25 *clamaverunt autem omnes iſti ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua;* 26 *& ſalvavit eos Deus de tantis ipſorum anguſtiis;* 27 *eoſque eduxit de tenebris & de lethali umbra vicina mortis;*

eorum-

Digitized by Google

28 & vincula eorum diſrupit.
† 29 Cooſiteantur Dño miſericordiae ejus,
30 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 31 quia contrivit portas aereas,
32 & vectes ſerreos coofregit:
† 33 ſuſcepit eos de via iniquitatis eorum:
34 propter injuſtitias enim ſuas humiliati ſunt:
℣. 35. Job XXXIII. 20. † 35 omnẽ eſcam abominata eſt anima eorũ:
℣. 36. Pſ. IX. 15. LXXXVII. 4. 36 & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.
† 37 & clamaverunt adDñm cũ tribularẽtur:
38 ✝ &:de neceſſitatibus eorũ liberavit eos.
† 39 miſit verbum ſuum, & ſanavit eos:
℣. 40. Job XXXIII. 30. 40 & eripuit eos de interitionibus eorum.
† 41 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
42 & mirabilia ejus filiis homioum:
† 43 & ſacrificent ſacrificium laudis,
44 & annuncient opera ejus in exſultatione
† 45 qui deſcendunt mare in navibus,
46 facientes operatiooem io aquis multis:
† 47 ipſi viderunt opera Domini,
48 & mirabilia ejus in profundo.
† 49 dixit, & ſtetit ſpiritus procellae:
50 & exaltati ſunt fluctus ejus.
† 51 aſcendunt ✝ uſque: ad caelos;
52 & deſcendunt ✝ uſque: ad abyſſos;
53 aoima eorum in malis tabeſcebat:
† 54 turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius:
55 & omnis ſapientia eorum devorata eſt.
† 56 & clamaverunt adDñm cũ tribularẽtur:
57 & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
† 58 ✝ &: ſtatuit procellam ✝ ejus:in auram:
59 & ſiluerunt fluctus ejus.:
† 60 ✝ &: laetati ſunt quia ſiluerunt:
61 & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.
† 62 Confiteantur Dño miſericordiae ejus,
63 & mirabilia ejus filiis hominum:
† 64 ✝ &: exaltent eum in eccleſia plebis;
65 & in cathedra ſeniorum laudent eum:
† 66 poſuit flumina in deſertum;
67 & exitus aquarum, in ſitim;
† 68 terram fructiſeram, in ſalſulginem,
69 à malitia inhabitantium io ea:
℣. 70. Iſai. XLI. 18. † 70 poſuit deſertum io ſtagna aquarum;
71 & terram ſine aqua, io exitus aquarum:
† 72 & collocavit illic eſurientes.
73 & conſtituerunt civitatem habitationis:
† 74 & ſeminaverunt agros; & plantaverunt vineas:
75 & fecerunt fructum nativitatis.
† 76 & benedixit eis,& multiplicati sũt nimis:
77 & jumenta eorum non minoravit.
† 78 Et pauci facti ſunt & vexati ſunt
79 à tribulatione malorum & dolore:
℣. 80. 81. Job XII. 21. 24. † 80 effuſa eſt contemptio ſuper principes:
71 & errare fecit eos in invio,& non io via.
† 82 & adjuvit pauperem de inopia:
83 & poſuit ſicut oves ſamilias.
℣. 84. Job XXII. 19 † 84 Videbunt recti, & laetabuntur:

& om-

28 eorumque ferrea vincula diſrupit. 29 Confiteantur item Domino debitas laudes ſua ipſius miſericordiæ, 30 ipſiuſque opera admiranda exhibita filiis Adam: 31 propterea quòd contriverit oſtia area carcerum, quibus detinebantur incluſi; 32 eorumque ferreos vectes & claustra confregerit: 33 ac propterea quòd miſericorditer exceperit & alios lapſos ob viam iniquam malæ vitæ ipſorum: 34 propter injuſtas enim actiones ſuas humiliati & afflicti ſunt variis morbis; 35 ac omnem cibum abominata eſt anima ipſorum; 36 & proximè acceſſerunt ad portas mortis, jam jam morituri. 37 clamaverunt autem hi ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua: 38 & de tantis eorum anguſtiis ſalvavit eos Dominus: 39 & miſſo verbo juſſuque ſuo ſanavit eos; 40 ac liberavit eos ab ipſorum ægrotationibus & corruptelis, ne interirent. 41 Confiteantur item Domino debitas laudes ſuæ ipſius miſericordiæ, 42 ac opera admiranda exhibita filiis Adam: 43 eique tamquam ſacrificium quoddam laudem offerant gratiarumque actionem, 44 & ejuſdem Dei opera exſultanter enarrent 45 ii omnes, qui in mare navibus deſcendunt, 46 quique navigando rem nauticam ac negotiationem ſuam peragunt in multis vaſtiſſimiſque aquis; 47 quia ipſi viderunt & experti ſunt opera Domini, 48 ac ipſius mirabilia in profundo mari: 49 nam ubi Dominus juſſit, ſtatim & ventus tempeſtatis ſurrexit; 50 ac in altum elevati ſunt fluctus maris: 51 ipſiuſque navigantes viſi ſunt modò ſublevari uſque ad cælos, 52 & modò quaſi demergi ad imas abyſſos; 53 & interim animas ipſorum iſtiuſmodi malis & afflictionibus diſſolvebatur ac conſumebatur: 54 qui metu perturbati ſunt & obſtupuerunt, ac concuſſi ſunt & intremuerunt quaſi ebrius; 55 & univerſa nautica peritia & ſapientia eorum abſorpta eſt. 56 clamaverunt autem hi ad Dominum in ejuſmodi tribulatione ſua: 57 qui & de tantis anguſtiis ipſorum eduxit eos: 58 & imperavit tempeſtati illi, eamque vertit in ventum lenem ac tranquillitatem: 59 & ſiluerunt fluctus maris: 60 ac navigantes lætati ſunt quòd fluctus ſiluerint; 61 & ſic Deus tranquillè deduxit eos ad portum, ad quem ire volebant. 62 Confiteantur denique Domino ſuæ ipſius miſericordiæ, 63 ac opera admiranda exibita filiis Adam; 64 eumque homines excelſum prædicent in congregatione populi; 65 ipſumque laudent in conſeſſu ſenatorum & prudentium ſeniorum: 66 ac quòd flumina verterit in aridum deſertum; 67 ac fontes ſcaturientium aquarum verterit in loca ſiticuloſa & ſicca; 68 & terram fructiferam verterit vel in aquam ſalſam, vel in ſalſam ſterilemque terram; 69 idque propter malitiam eorum qui in ea terra habitabant: 70 & eo quòd e contrario aridum deſertum verterit in paludes & ſtagna aquarum; 71 & terram, quæ prius erat ſine aqua, verterit in fontes ſcaturientium aquarum; 72 ibique collocaverit eſurientes: 73 ubi hi & conſtruxerunt civitatem ad habitandum: 74 & ſeverunt agros; & plantaverunt vineas: 75 & agri illi & vineæ germinantes fecerunt fructum copioſè naſcentem: 76 & eo quòd benefaciendo benedixerit habitatoribus illis Deus, unde multiplicati ſunt valde; 77 & jumenta & pecora eorum non diminuerit. 78 Porrò cùm homines defecerunt a Deo, tum diminuti ſunt numero, & afflicti ſunt 79 propter anguſtiam complurium malorum atque dolorum: 80 ac effuſus eſt a Deo contemptus & deſpectio in principes illorum, reddiditque eos contemptibiles; 81 ac errabundos vagare fecit in deſerto devio, & ubi non eſt via. 82 contrà verò Deus adjutorio ſuo ſublevavit pauperem de inopia; 83 inopumque familias numeroſas effecit quaſi greges ovium. 84 Videbunt hæc ii, qui recto ſunt animo, & lætabuntur in Dei miſericordia atque judicio:

♦. 35. Job V. 16. 85 & omnis iniquitas oppilabit os ſuum.
† 86 Quis ſapiens & cuſtodiet haec? ♦. 35. Oſeæ XIV. 10
87 & intelliget miſericordias Domini?

85 omnes autem iniqui occludent os ſuum, ac obmut eſcent. 86 Cæterum quis erit ſapiens, & hæc tam admiranda, quæ hactenus dicta ſunt, diligenter obſervabit? 87 & conſiderabit opera tam magna tam multa miſericordia Domini?

ORATIONES.

MSS. 1 CONfitemur, Domine, miſericordias tuas; quas jugiter circa noſtras exerces inopias: precantes, ut qui exaltatus in Eccleſiis, reſides ad dexteram Patris in throno; nobis tantae miſerationis & intelligere & cuſtodire concedas arcanum. Qui cum eo vivis & regnas Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia.

Brev. Mozarab. fol. 104. 125. 2 DE neceſſitatibus noſtris libera nos Domine: & animarum noſtrarum inediam verbi tui adipe paſce; ſedenteſque in tenebris & umbrâ mortis, lucis tuae inluſtra ſerenitate. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculornm. ℟. *Amen*.

fol. 125. 3 COnfiteamur tibi, Domine, miſericordias tuas; quibus nos de interitu redimis; & de regionibus congregatos errorum, compage charitatis, fidei aſſenſione conjugis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

fol. 125. 4 MItte Verbum tuum Domine ad ſanandos nos: & de interitu, quo noſtro pondere propellimur, erue nos: ut quia nos, meminimus, Verbi tui formatos opificio; ejus rurſum reformemur imperio. tu nos, dum tribulamur, clamantes exaudi; ac de infeſtis neceſſitatibus tribue libertatem: ut ad te de confeſſione noſtra laudatio procedat; & coram filiis hominum pronunciatu nos gratificent mirabilia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 221. & Miſſal. Mozar. Sabbato Sancto. *De Reſurrectione Domini.* 5 DOminus noſter Jeſus Chriſtus Filius tuus, qui ſolus verbo virtutis cuncta moderans, & omnia crucis ſtigmata portans, vectes ferreos comminuit; portarumque aerearum clauſtra perfregit; (ad) tartari profunda deſcendit; ſedentibus in umbra mortis, ignotae lucis claritate reſplenduit; & ſol juſtitiae de tumulo, corpore ſuſcitato, procedens, radiis ſuis tenebras noſtras mirabiliter inluſtravit. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam &c.

BENEDICTIO.

Comment. in hunc Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. MIſericordias nobis Dominus pjetate profluâ dignetur quaeſitas indulgere; pulſatas aperire; petitas non negare. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CVII.

Canticum pſalmi + ipſi David:

BEDA.

Sen. ſus myſticus. Canticum *ad divinorum rerum contemplationem refertur*: Pſalmus *ad operas actuales, quæ tamen divinis conveniant mandatis; quod in primo verſu ipſe teſtatur:* Cantabo & pſalmum dicam Domino. David *autem ſignificat regem Chriſtum, qui in hoc pſalmo locuturus eſt.*

Per totum pſalmum loquitur Dominus. Primo ordine Patri gratias agit; quia poſt Paſſionis triumphum perpetuam reſurrexit in gloriam: Paratum cor meum Deus. *Secundo, humiliat ſe per humanitatem ſuam; ubi tamen & potentiam propriæ majeſtatis oſtendit; ut duas naturas veraciter in una Domini Chriſti cognoſcas eſſe perſona:* Ut liberentur electi tui. * Iſ. LVI. & LIX. *Notandum autem, quod centeſimus ſeptimus pſalmus ex terminalibus duorum * pſalmorum partibus eſt compactus: in quo Dominus per Paſſionem & Reſurrectionem ſuam duos ſibi populos una fide conjunxit; unâ ſpiritus gratiâ fœcundavit; eodem vitæ æternæ munere ſublimavit. centenarius enim numerus vitam, quæ in dextris eſt; ſeptenarius autem Spiritum Sanctum deſignat. qui bene in hoc pſalmo, de duobus uno facto, copulantur; quia ſpirituales tantùm vitam accipere promerentur æternam.*

Euſebius Caſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus demonſtrativus providentiæ cum cantico.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub Machabæorum perſona cantatur; continet autem preces de hoſtibus victoriæ gratulatione. poteſt & de ipſo David accipi, quod pluribus gentibus imperaverit.* Aliter, vox Eccleſiæ ad ſuperpoſitionem.

Sabbato ad Vigilias. Pſalt. Syr. *Davidis: cum eſſet paratus cum gloria ad miniſterium, & pſalmodiam domus Domini: & de vocatione Gentium.* verſ. 29.

Pſalt. Arab. *verſ.* 25.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ♦. 1. Pſalm. LVI. 8. 1 PARATUM COR MEUM, DEUS + PARATUM COR MEUM:
2 cantabo & pſallam in gloria mea:
Exſur-

Pſalmus decantandus, cantu vocis inchoante, & inſtrumento muſico ſubſequente, inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1 *Promptum & paratum eſt cor meum ad te laudandum ô Deus; promptum eſt, inquam, atque paratum cor meum;* 2 *ut voce cantem, & ma-*

† 3 Exſurge gloria mea; exſurge pſalterium & cithara:
4 exſurgam diluculo.
† 5 Confitebor tibi in populis Domine:
6 & pſallam tibi in nationibus:
℣. 7. Pſ.XXXV.6. † 7 quia magna eſt ſuper caelos miſericordia tua;
8 & uſque ad nubes, veritas tua.
† 9 Exaltare ſuper caelos Deus:
10 & ſuper omnem terram, gloria tua.
℣.11. Pſal. LIX. 7. 11 Ut liberentur dilecti tui,
† 12 ſalvum fac dexterâ tuâ & exaudi me.
13 Deus locutus eſt in ſancto ſuo:
† 14 exſultabo + &: dividam Sichimam;
15 & convallem Tabernaculorũ dimetiar.
† 16 meus eſt Galaad; & meus eſt Manaſſes:
17 & Ephraim, ſuſceptio capitis mei:
℣.18. Gen. XLIX. 10. † 18 Juda, rex meus.
19 Moab, lebes ſpei meae:
† 20 in Idumaeam extendam calceamentum meum:
21 mihi Alienigenae amici facti ſunt.
† 22 Quis deducet me in civitatem munitã?
23 quis deducet me uſque in Idumaeam?
† 24 nonne tu Deus, qui repuliſti nos?
℣.25. Pſ.XLIII.10. 25 & non exibis Deus in virtutibus noſtris?
† 26 Da nobis auxilium de tribulatione:
27 quia vana ſalus hominis.
† 28 In Deo faciemus virtutem:
29 & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

& manu pſallam more meo, in quo ego ſoleo gloriari. 3 Expergiſcere ergo cæleſti iſt iucundulec carmen, in quo glorsar: & tu quoque expergiſcere atque conſurga pſalterium unà cum sithara; 4 nam & expergiſsar ego diluculò. 5 Profitebor tibi debitas laudes Domine inter populos; 6 & in honorem tui pſalmos canam inter gentes; 7 propterea quòd & tua erga nos miſericordia tam magna ſit, ut cælos ſuperet; 8 & fidelitas tua in ſervandis promiſſis ubique clara reſplendeat uſque ad nubes. 9 Monſtra te ergo excelſiorem eſſe cælis in miſericordia; 10 & ſuper totam terram demonſtretur magis magiſque gloria tua in præſtandis promiſſis tuis. 11 Ut ergo liberentur ab hoſtibus a te dilecti atque electi; 12 ſalva me unà cum omni populo dexterâ potentiæ tuæ; meque te invocantem exaudi. 13 Deus locutus eſt in ſanctuario tabernaculi ſui; 14 quòd exſultabo & regio jure partiar Sichimam, quæ eſt in Samaria; 15 & dimetiar vallem Succhot, hoc eſt, Tabernaculorum in tribu Gad. 16 Mea eſt terra Galaad, & mea eſt tribus Manaſſe: 17 & tribus Ephraim eſt robur capitis & principatus mei; 18 tribus autem Juda eſt regia & ſedes regni mei. 19 Itaque ſpero fore, ut gens Moabitica mihi ſubjiciatur, lebetis inſtar, in qua pedes meos lavo: 20 & in Idumæam quoque extendam pedem meum, eamque conculcabo & ſuperabo: 21 Philiſthæi autem, aliunde originem trahentes, huc advecti, facto nunc fœdere amici facti ſunt mihi. 22 At quis me deducet ad civitatem circummunitam Idumæorum? 23 aut quis me deducet uſque ad Idumæam, ut ſubjiciam eam? 24 an non tu Deus nos deduces illuc, qui nos antea repuleras? 25 & an forſitan non egredieris unà cum exercitibus noſtris ad conficiendum tua virtute bellum iſtud, victoriamque reportandam? 26 Da nobis, quæſo, auxilium, quo eruamur a tribulatione: 27 vana enim eſt & inanis ſalus, quæ exſpectatur ab homine, & non a te Deo. 28 Itaque cum adjutorio Dei fortiter faciemus in re militari: 29 & ipſe conculcabit & ad nihilum rediget omnes inimicos noſtros.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 PRaepara tibi, Domine, cor noſtrum ad confitendum nomini tuo: ut te intelligentes ſurrexiſſe diluculò, illuc tendamus merito, quò tu victor elevatus es in regno. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Brev. Mozarab. fol. 156. 2 PAratum cor noſtrum, Domine, eo, quo placeris, munere comple: ut te cognitione veri laudemus; & reformati in melius, in tuo honore laetemur. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.)

fol.415. De S. 3 EXſurge gloria noſtra, Deus; & eripe ab hoſte captivos; atque pro quibus magnificatus es uſque ad caelos, hos in te confidentes intuere placatus: & ipſe da in tribulatione auxilium, qui noſtrae ſalutis es complementum. confeſſoris tui itaque B........... ſic nos tuere ſubſidio, ne noſtro exigente merito tradamur in infernum: ſicque remunera praemio, ut confitentes perducas in ſaecula. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CVIII.

In finem: Pſalmus David.

B E D A.

Titulus iſte notiſſimus pſalmum refert ad Dominum Chriſtum.

Prima parte Dominus increpat Judæos, qui mala pro bonis Creatori ſuo reddere maluerunt: Deus laudem. *Secundò, Judæ traditoris, & perfidi populi narratur iniquitas; & quæ illis erant pro tanto ſcelere ventura:* Conſtitue ſuper eum, peccatorem. *Tertiò precatur, ut liberatus à periculo Paſſionis, citò Reſurrectionis gloriam conſequatur:* Et tu Domine Domine fac mecum.

Euſebius Caeſarienſis. *Paſſiones Chriſti*.

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione*.

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub Machabæorum perſona canitur, deplorantium quæ ab exteris, & domeſticis adverſa pertulerunt; poſtulantiumque ultionem in eos, qui Antiochum vel Demetrium Reges in eorum odia falsâ criminatione ſuccenderant,* quique

quique venalem fecerant Sacerdotii Dignitatem: quod non tantùm exſcluſo Oniâ factum eſt; ſed per omne tempus deinceps, quo Judæo Machabæis eſt præliantibus liberato. Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judæis.

Pſalt. Syr. *Davidis; cùm Regem creaverunt Abſalom, eo inſcio; & hoc de cauſa interfectus fuit: nobis autem exponit Feſſiones Chriſti Dei. verſ. 64.*

Sabbato ad Vigilias. Pſalt. Arab. *verſ. 61.*

S. Hier. *Prophetia de Chriſto eſt.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DEUS LAUDEM MEAM NE TACUERIS:

2 quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt:

† 3 locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ:

4 & ſermonibus odii circumdederunt me:

5 & expugnaverunt me gratis.

† 6 Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi:

7 ego autem orabam.

℣. 8. Pſ. XXXIV. 12. XXXVII. 21. † 8 & poſuerũt adversũ me mala pro bonis;

9 & odium, pro dilectione mea.

† 10 Conſtitue ſuper eum, peccatorem:

11 & diabolus ſtet à dextris ejus.

† 12 cùm judicatur exeat condemnatus:

℣. 13. Prov. XXVIII. 9. 13 & oratio ejus fiat in peccatum.

† 14 fiant dies ejus pauci:

℣. 15. Act. I. 20. 15 ✠ & : epiſcopatum ejus accipiat alter.

† 16 Fiant filii ejus orphani:

17 & uxor ejus, vidua.

† 18 nutantes transferantur filii ejus, & mendicent:

19 & ejiciantur de habitationibus ſuis.

† 20 Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam ejus:

21 & : diripiant alieni, labores ejus.

† 22 non ſit illi adjutor:

23 nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.

† 24 fiant nati ejus in interitum:

℣. 25. Job XVIII. 19. 25 in generatione unâ deleatur nomẽ ejus.

† 26 in memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu Domini:

27 & peccatum matris ejus non deleatur.

† 28 fiant contra Dominum ſemper:

29 & diſpereat de terra memoria eorum.

30 Pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam:

† 31 & perſecutus eſt hominẽ inopẽ & mẽdicũ

32 & compunctum corde, mortificare.

† 33 Et dilexit maledictionem, & veniet ei:

34 & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

† 35 & induit maledictionẽ ſicut veſtimentũ:

36 & intravit ſicut aqua in interiora ejus:

37 & ſicut oleum, in oſſibus ejus.

† 38 fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur;

39 & ſicut zona quâ ſemper præcingitur.

† 40 Hoc opus eorum qui detrahunt mihi, apud Dominum,

41 & qui loquuntur mala adverſus animam meam.

† 42 Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum:

quia

Pſalmus in perpetuum decantandus, inſpiratus Davidi. CHRISTUS. *1 Deus, ne ſilentio prætereas hanc cum laudatione tui deprecationem meam: 2 quia os peccatoris & os doloſi aperuerunt ſe ſe contra me: 3 qui locuti ſunt adverſùm me lingua mendaci & ficto ſermone, 4 & verbis ex odio profectis me circumdederunt: 5 impugnaveruntque me ſine cauſa, & nulla culpa mea. 6 Cùm me diligere deberent; e contrario detrahebant & adverſabantur mihi: 7 ego tamen pro eis orabam. 8 qui & rependerunt mihi mala pro bonis a me acceptis; 9 & odium mihi rependerunt pro dilectione mea, quâ eos diligebam. 10 Ergo ad laudem & gloriam juſtitiæ tuæ præfice doloſo iſti proditori peccatorem, qui illum malis premat: 11 & Satan adverſarius adſtet a dextris ejus ad vexandum: 12 cùm adductus fuerit in judicium, inde exeat condemnatus: 13 & oratio ejus ob indignum orandi modum & animum, ipſamet ſit novum peccatum. 14 fiat dies vitæ ipſius pauci: 15 & epiſcopatum & præfecturam ejus alter accipiat. 16 Filii ejus efficiantur pupilli: 17 & uxor ejus ſit vidua. 18 fluctuantes commoveantur de loco in locum filii ejus, victumque mendicent; 19 & ejiciantur de ruinoſis habitationibus ſuis. 20 Scrutetur & extorqueat fœnerator univerſa, quæ habet: 21 & extranei diripiant opes omnes laboribus ejus acquiſitas: 22 & non ſit viciſſim qui eum adjuvet; 23 nec qui miſereatur pupillorum ejus. 24 ſint poſteri ejus in exterminium: 25 & in una generatione deleatur nomen familiæ ejus; & funditus exſtirpetur genus ejus. 26 redeat in memoriam apud Dominum iniquitas patrum ejus; 27 & peccatum matris ejus non deleatur oblivione. 28 ſint ejuſdem parentum peccata ſemper coram Domino: 29 & illius ſuorumque memoria exterminetur de terra. 30 Quod totum eidem doloſo proditori meritò eveniat, quia non eſt recordatus facere miſericordiam; 31 & perſecutus eſt hominem inopem & pauperem, 32 mærentemque animo afflictè, & dolorum ſtimulis compunctè, ut eum morti traderet. 33 Dilexit equidem id, quod conſequitur, maledictio & infelicitas, quæ & proinde obveniet ei: 34 noluitque id quod conſequitur divina benedictio ac beneficentia, quæ propterea longè recedet ab eo. 35 induit ergo maledictionem omni ex parte quaſi veſtimentum: 36 quinimmo & ipſa maledictio ingreſſa eſt quaſi aqua in viſcera ejus; 37 & quaſi oleum intimè inhæſit oſſibus ac medullis ejus. 38 ſit igitur ei hæc maledictio quaſi pallium, quo jugiter circumtegatur, 39 & quaſi zona, quâ ſemper accingatur. 40 Hæc eſt retributio, quæ a Domino fiet pro opere eorum, qui detrahunt & adverſantur mihi, 41 quique loquuntur mala contra animam meam. 42 Tu autem Domine Domine fac mecum miſericordiam propter gloriam nominis tui apud omnes illuſtrandam:*

nam

43 quia ſuavis eſt miſericordia tua.
† 44 Libera me quia egenus & pauper ego ſũ:
♱.46. 45 & cor meum cooturbatum eſt iotra me.
Pſ. CI. 12. † 46 ſicut umbra cùm declinat, ablatus ſum:
CXLIII. 4. 47 & excuſſus ſum ſicut locuſtae:
† 48 genua mea infirmata ſunt à jejunio:
49 & caro mea immutata eſt propter oleũ.
† 50 : &: ego factus ſum opprobrium illis:
♱.51. 51 viderunt me ✛ &: moverunt capita ſua.
Pſ. XXI. 8. † 52 Adjuva me Domioe Deus meus:
53 ſalvum me fac ſecundùm miſericordiam tuam:
† 54 & ſciant quia manus tua haec;
55 ✛ &: tu Domine feciſti eam:
† 56 Maledicent illi, & tu benedices.
57 qui inſurgunt io me confundaotur:
58 ſervus autem tuus laetabitur.
† 59 Induantur qui detrahont mihi pudore:
60 & operiantur ſicut diploide confuſione ſuâ.
† 61 confitebor Domino nimis in ore meo;
62 & in medio multorum laudabo eum:
† 63 quia aſtitit à dextris pauperis,
64 ut ſalvam faceret à perſequentibus animam meam.

43 nam benigna eſt miſericordia tua. 44 Libera me ab adverſariis hiſce meis; quoniam ego
egenus ſum & pauper; 45 & cor meum perturbatum & vulneratum eſt intrinſecùs; 46 & penè
jam abivi & conſumptus ſum quaſi umbra, cùm inclinatur & evaneſcit celerrimè: 47 & undique excuſſus ſum quaſi locuſta, quæ facillimè diſenſta volat & tranſit: 48 & genua mea debilia facta ſunt, &
vacillaverunt ob jejunium: 49 & caro mea mutata eſt & exaruit ob omiſſionem unctionis olei: 50 &
quia adeò factus ſum illis probroſus; 51 ut viderint me, & moverint capita ſua ridentes me. 52 Adjuva me Domine Deus meus: 53 & ſalva me ab eis,
prout decet miſericordiam tuam: 54 & agnoſcant id ſalutis meæ, tuæ eſſe manûs atque potentiæ; 55 teque
id totum effeciſſe Domine. 56 Ipſi quidem mihi maledicent; tu verò mihi benedices. 57 qui ergo inſurgunt
in me, pudore turpiſſimè perfundantur: 58 ſervus
autem tuus in te lætetur. 59 Qui mihi detrahunt & adverſantur, induantur coram omnibus ignominiâ & verecundiâ; 60 operianturque turpi dedecore tamquam pallio duplici, quo aggravati toti obvolvantur;
61 ego autem ore meo vehementer profitebor Domino debitas meas gratiarum actiones: 62 & in medio
multorum populorum eum laudabo: 63 eo quòd auxiliator aſſiterit à dextris meis pauperis, 64 ut
ſalvaret animam meam ab adverſariis & iniquis judicibus, me perſequentibus injuſtè.

ORATIONES.

MSS. 1 UNicae miſerationis Deus, qui maledictioni ſubjacere dignatus es, ut nos à maledicto Legis erueres; quaeſumus, ut faciens oobiſcum miſericordiam propter nomen tuum, digneris nos & à perſequentibus vitiis, & à oialorum obtrectationibus liberare. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 195. 208. 2 ADverſùm te inimici tui, Domine, locuti ſunt maloin; tunc utique, quando te Magiſtrum bonum captioſâ adulatione laudabaot. qui ergo odioſis ſermonibus eorum circumdari & expugnari te paſſus es; confeſſioois noſtrae, ſupplices jam quaeſumus, ſuſcipe preces. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis io ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 195. *De Paſſione Domini.* 3 CHriſte Dei Patris ineffabile Verbum, apud quem lingua iniquorum fraudolenta eſt; immane facinus perpetrantes, ut ſanguinem innocentem effuoderent: praebe Eccleſiae tuae pacificum verbum; ut qui exemplo tuo mundum decertamus evincere, caelos mereamur poſt tranſitum videre. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 206. *De Paſſione Domini.* 4 UNigenite Fili Dei, cujus in jejuoio infirmata ſunt genua; cujuſque caro immutata eſt propter oleum: fac nos poſt te efficaciter currere in odorem unguentorum; ut qui factus es io opprobrium ioimicis ooſtris, efficiaris potentia ſalutaris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 423. *De S. Leocadia M.* 5 GLorioſe ac miſericors Domine, qui beatae Leocadiae tibi nimis in ore ſuo confiteri dediſti; teque in medio juſtorum, ejus confeſſione laudari voluiſti; ut eam & in terris confiteotem, & in conſilio Sanctorum glorificans faceres exſultaotem: expoſcimus tui muneris donum; ut ejus precibus tribuas nobis à peccati contagione purgari; ab ardoribuſque perpetuis erui; & gloriae tuae beatitudinem conſequi. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

Comment. hujus Pſalmi T. 7. 8. Hieronymi. 6 GRatias agimus tibi omoipotens Deus (Jeſu Chriſte: qui) in ſenſu tuo non habuiſti peccatum: & venit princeps hujus mundi, & inveoit in te nihil. Ita ergo praeſtes nobis; ſicut in tuo ſeoſu viciſti diabolum, & in ſeoſu ooſtro vince diabolum: ut quemadmodum perfectos nos creaſti, perfectos & ſalves nos. Tu eoim es creator; tu es magiſter; tu es dominus; tu es & qui pro oobis paſſus es. Qui vivis & regnas in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CIX. *Pſal-*

CIX.

Pſalmus David.

BEDA.

Pſalmus hic de Incarnatione Domini, & de ejus Deitate pleniſſimè breviterque decantat.

In prima verſu Propheta refert, quæ Pater Filio dixerit; naturam ſimul Deitatis, & humanitatis oſtendens: Dixit Dominus, *& reliquo. In ſecundâ diviſione Pater naturam ejus divinitatis pro modulo noſtræ capacitatis aliquatenus indicat:* Tecum principium. *In tertiâ Propheta reloquitur uſque ad finem, formam iterum ejus humanitatis oſtendens:* Juravit Dominus, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Victoria Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.* (item.) *Pſalmus enunciativus cum prophetia.*

* Cardin. Thomaſ. *De Domino Chriſto canitur, ſicut & ipſi Phariſæis exponit.* Item, vox Eccleſiæ de Patre, & Filio.

Pſalt. Syr. *De ſolio Domini; deque virtute ejus glorioſo; & prophetia de Chriſto, atque victoria contra eoſdem. verſ.* 15.

Pſalt. Arab. *verſ.* 14.

Dominica ad Veſperum. S. Hier. *Iſt Pſalmus vocem Vatis continet de Chriſto loquentis; Ait ergo Propheta:*

PSALMUS DE CHRISTO AD MEDITANDUM.

Propheta.

℣. 1. Matth. XXII. 43. 44. Marc. XII. 35. 36. Luc. XX. 42. Act. II. 34. Hebr. I. 13. 1 DIXIT DOMINUS DOMINO MEO; *SEDE A DEXTRIS MEIS:*

℣. 2. I. Corint. XV. 26. Hebr. X. 13. † 2 *donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:*

† 3 Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion:

4 dominare in medio inimicorum tuorum.

† 5 tecum principium in die virtutis tuae,

6 in ſplendoribus ſanctorum:

7 *Ex utero ante luciferum genui te.*

℣. 8. Hebr. VII. 21 † 8 Juravit Dominus, & non poenitebit eum:

℣. 9. Ita apud Apollinarium, & in alio Cod. Vaticano. 9 *Tu es ſacerdos in aeternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.*

℣. 9. Hebr. V. 6. VII. 17. Johan. XII. 34. † 10 Dominus à dextris tuis, confregit in die irae ſuae reges:

† 11 judicabit in nationibus; implebit ruinas:

12 conquaſſabit capita in terra multorum.

† 13 De torrente in via bibet:

14 propterea exaltabit caput.

Pſalmus inſpiratus Davidi. PROPHETA. 1
Dominus Deus Pater æternus ad Dominum meum Meſ-
ſiam filium ſuum coæternum, hominem factum ex ge-
nere meo, dixit: Sede a dextris meis, mecumque
regna in æquali ſuper omnia poteſtate: 2 & nunc
quoque regna etiam ante id tempus, quo demum
tandem ponam omnes inimicos tuos ſub pedibus
tuis, ut ſint tibi omnino ſubjecti, ſicuti ſcabellum
pedibus ſubſtratum. 3 *Idem Dominus Deus Pater ſcep-*
trum tuum forte, poteſtatemque tuam regiam emittet
in mundum ex Sion & Jeruſalem, ò Meſſia; ubi pri-
mùm regnare incipies credentibus in te, ſeſeque tibi ſub-
jicientibus: 4 ſed & interim uſque ad finem ſæculi domi-
nare quoque inter medios inimicos ipſos tuos, tibi qui-
dem rebellantes, ſed adverſus fidem regnumque tuum
non prævalentes. 5 nam in tempore potentiſſimi regni tui
tecum ſemper erit unita Divinitas, quæ omnium rerum
eſt principium & cauſa; tecumque proinde erit rerum
omnium dominatus ac principatus: 6 qui glorioſas inter
ineffabiles ſplendores locorum illorum ſanctorum cæle-
ſtis ſanctuarii ſedes æqualis Patri; 7 qui tibi unigenito
ſuo dicit: Ego te non ex nihilo creavi, ſed ex memet-
ipſo velut ex utero & ſubſtantia mea te genui, ante-
quam ſtellam matutinam & luciferam, omneſque crea-
turas facerem a principio mundi. 8 *Idem Dominus Deus*
Pater juravit, ſe te facturum Sacerdotem: nec illum pæ-
nitebit unquam ejus rei, ut in alios transferat Sacerdo-
tium tuum: dixit enim tibi noto homini: 9 Tu es Sacer-
dos in ſempiternum, eo quòd maneas in æternum, Hebr. V.
ſemper vivens ad interpellandū pro hominibus; cùm
alii Sacerdotes morte prohibeantur Sacerdotio ſem-
per fungi: unde tu Sacerdos es ſecundùm ritum ſacri-
ficii & ſimilitudinem vitæ Melchiſedec Sacerdotis &
Regis: cujus cùm vitæ finis non ſcribatur in Scripturis Hebr. VII.
ſanctis, manet is quodammodo Sacerdos in perpetuū,
aſſimilatus in hac re tibi filio meo Dei. 10 *Dominus igi-*
tur meus Meſſias iſte, qui a dextris tuis ſedet, o Pater
æterne, ipſe in tempore juſtæ iræ ſuæ percuſſurus eſt &
confracturus reges omnes terræ, ſibi rebelles: 11 qui &
judicium faciet de nationibus omnibus; complebitque
ruinas inimicorum ſuorum ad completam uſque æter-
namque deſtructionem eorum: 12 & capita confringet
omnium ſibi rebellium ſuper totam terram, tot populo-
rum multitudine inhabitatam. 13 Meſſias hic in via &
curriculo vitæ ſuæ de torrente multarum grandiumque
afflictionum bibet, experieturque paſſiones & crucem:
14 & propterea ſuper omnia ſuum caput & gloriam ex-
altabit, & a toto mundo agnoſcetur & adorabitur: habe-
bitque Nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ut in Nomine
ejus omne genu flectatur, cæleſtium terreſtrium & infe-
rorum.

ORA-

ORATIONES.

MSS.

1 Ante luciferum genite Deus, qui es ante principium totius creaturae; rogamus & quaeſumus; ut ſicut tuis inimicos pedibus, ad dexteram Patris reſidens, ſubjeciſti; ita nos tuis officiis dignos habeas, ablatâ dominatione peccati. Qui cum eodem Deo Patre vivis & regnas Deus in unitate Spiritûs Sancti per.

Brev. Mozarab. fol. 235.

2 Omnipotens Deus Pater gloriae, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuſcitaſti à mortuis, conlocans illum ad dexteram tuam ſuper omnem principatum & poteſtatem; ſuſcita in nos ſtudia omnimodae ſanctitatis: ut illi ſoli religatae ſint primitiae ſpiritus noſtri, qui à mortuis reſurgens, mortis principem propriâ virtute devicit. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CX.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus.

Laudat Dominum populus ſuus; quia mundi clade liberatus, ulterius neſcit ſuſtinere ſervitium. Pſalmus iſte primus apud Hebraeos integro decurrit Alphabeto; ſicut multi & alios ſupra ſecundùm ordinem litterarum ſcriptos putent: nam in illis vel deſunt aliquae litterae vel ſuperſunt; & nonnumquam, cùm unus verſus ſit brevis, alter infinita longitudine protenditur. Ea quapropter obſervatione hoc legentium magis, quàm ſtudio ſcriptoris effectum. Denique & LXX. Interpretes, quia aliquis in eis ſcrupulus naſcebatur, ponere in Tranſlatione Hebraeas litteras noluerunt.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi.

Populus beatorum diverſis mundi partibus aggregatus, primo ingreſſu pſalmi confiteri ſe dicit Domino in congregatione juſtorum; ubi eſt aeterna laus, & ſine fine praeconium: Confitebor tibi Domine. *Secundo dicit fideles copioſo munere ſatiatos; advocatum Domini compromittens, ut haereditatem pollicitam avidiſſima intentione perquirant:* Memoriam fecit mirabilium ſuorum. *Tertio, redemptos aſſerit Chriſtianos, & Teſtamentum Novum aeternâ gratiâ conſecratum:* Redemptionem miſit populo ſuo. *Prima pars continet litteras ſex: ſecundâ, decem: tertia, ſex: ſicut autem parvuli per litteras erudiantur, ut ad ſapientiam proficiant; ſic hujuſmodi pſalmi rudibus & incipientibus dantur; ut primordia eorum, quaſi quibuſdam elementis inſtruantur.*

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, confeſſionem commixtam habens, & narrationem cum laudatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Gratias egit David pro beneficiis populo collatis, praecipuè pro ſoluta captivitate Babylonica.* Aliter, vox Eccleſiae de Chriſto cum laude.

Dominica ad Veſperum.

Pſalt. Syr. *Anonymus; de virtutibus glorioſis operum Dei. nos autem hortatur, ut reddamus gratias Chriſto, & ex perſona Apoſtolorum refertur. verſ. 21.*

Pſalt. Arab. verſ. 21.

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

Aleph. 1 CONFITEBOR ✠ TIBI: DOMINE IN TOTO CORDE ✠ meo:
Beth. 2 in conſilio juſtorum & congregatione.
Gimel. † 3 Magna opera Domini
Daleth. 4 exquiſita in omnes voluntates ejus.
He. † 5 Confeſſio & magnificentia, opus ejus:
Vau. 6 & juſtitia ejus manet in ſaeculum ✠ ſaeculi:
Zain. † 7 Memoriam fecit mirabilium ſuorum
Heth. 8 miſericors & miſerator Dominus:
Theth. 9 eſcam dedit timentibus ſe.
Jod. † 10 Memor erit in ſaeculum teſtamenti ſui:
Caph. 11 virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo,
Lamed. † 12 ut det illis hereditatem gentium.
Mem. 13 Opera manuum ejus, veritas & judicium.
Nun. † 14 Fidelia, omnia mandata ejus;
Samech. 15 confirmata in ſaeculum ſaeculi;
Ain. 16 facta in veritate & aequitate.
Phe. † 17 Redemptionem miſit populo ſuo:
Sade. 18 mandavit in aeternum teſtamentum ſuum.

San-

ALLELU Cum jubilo & laetitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Ex toto corde & animo meo apertè palamque fatebor laudes tibi debitas, Domine, 2 in coetu & congregatione juſtorum, qui in vita ſua a recta conſcientia non diſcedunt. 3 Magna ſanè & admiranda ſunt omnia opera Domini; 4 ſi accuratè exquiſita & conſiderata fuerint juxta omnes voluntates ejus ſemper juſtas & rectas, etſi aliquando nobis occultas. 5 Quodvis opus Dei laude dignum confitendum eſt, & ſplendidè magnificum & glorioſum eſt atque decorum: 6 & juſtitia illius incommutabilis ſemper perſeverat in omnia ſaecula. 7 Mirabilium operum ſuorum ſempiternam memoriam nobis reliquit 8 miſericors clemens & miſerator Dominus; 9 ut cùm mirabilem eſcam, nempe manna mirabiliter decidens quadraginta annos in deſerto, dedit timentibus ſe: 10 quo vel uno miraculo declaravit ſe ſemper memorem fore pacti ſui initi cum Abrahamo & progenie ejus. 11 Qui Deus fortitudinem operum ſuorum ſemper manifeſtam faciet populo ſuo 12 ex eo quòd dederit eidem populo terram promiſſam, quae ante haereditaria poſſeſſio erat gentium Chananaeorum. 13 Opera manuum & potentiae Dei vera ſine falſitate & ſimulatione ſunt ac juſta; 14 & omnia praecepta ejus verè talia ſunt ac fide digna, ut ab eo mandata eſſe credantur; 15 & ab eo firmiter ſtabilita ſunt in omnia ſaecula: 16 & verè rectèque ab ipſo conſtituta aequitate ſummâ. 17 Redemit Dominus populum ſuum a ſervitute Aegyptia, & a ſervitute peccati: 18 juſſitque, ut in aeternum duraret*

℣. 14. Pſal. XVIII. 8.
℣. 15. Iſai. XL. 8. Matth. V. 18.

Digitized by Google

Gimel. † 3 Potens in terra erit ſemen ejus:
Daleth. 4 generatio rectorum benedicetur.
He. † 5 gloria & divitiae, in domo ejus:
Vau. 6 & juſtitia ejus manet in ſaeculum + ſaeculi:
Zain. † 7 Exortum eſt in tenebris lumen rectis:
Heth. 8 miſericors & miſerator & juſtus.
Teth. † 9 Jucundus homo qui miſeretur & commodat:
Jod. 10 diſponet ſermones ſuos in judicio:
Caph. 11 quia in aeternum non commovebitur.
Lamed. † 12 In memoria aeterna erit juſtus:
Mem. 13 ab auditione malâ non timebit:
Nun. † 14 paratum cor ejus ſperare in Domino:
Samech. 15 confirmatum eſt cor ejus; non commovebitur
Ain. 16 donec deſpiciat inimicos ſuos.
Phe. † 17 Diſperſit dedit pauperibus:
Sade. 18 juſtitia ejus manet in ſaeculum + ſaeculi:
Caph. 19 cornu ejus exaltabitur in gloria.
Res. † 20 Peccator videbit, & iraſcetur:
Sin. 21 dentibus ſuis fremet, & tabeſcet:
Tau. 22 deſiderium peccatorum peribit.

data. 3 Ejuſmodi viri progenies potens erit in terra: 4 nam gens juſtorum divinâ a Domino beniſicentiâ benedicetur. 5 in iſtiuſmodi viri domo gloria, ſubſtantia, ac divitiæ erunt: 6 ejuſque juſtitiæ miſericordia atque clementia in homines, præmium in cælo permanet in omnia ſæcula. 7 Cùm tales homines, qui rectum cor & animum habent, in tenebris fuerunt adverſitatum atque mœrorum, orta eſt eis tunc lux ſerena lætitiæ: 8 nam miſericors clemens & miſerator, & in præſtandis promiſſis ſuis juſtus eſt Dominus. 9 Bonus itaque benignus eſt homo ille, qui pauperum miſeretur, & indigentibus dat mutuo: 10 qui bene per hujuſmodi largitiones diſpenſabit res ſuas recto ſanoque judicio: 11 quia in æternum non commovebitur a ſumma felicitate, quam ſibi promeretur elargitionibus hiſce ſuis. 12 Ad ſempiternam memoriam apud Deum & homines erit vir juſtus: 13 & cùm audierit malum nuncium, nec tum ſibi timebit: 14 quia promptum & paratum eſt cor ejus ad ſperandum in Domino ſine ſolicitudine & angore in cunctis rebus adverſis. 15 idcirco firmum factum eſt cor ejus; nec terrore concutietur, 16 donec deſpiciat ſuper inimicos ſuos divina jam ultione devictos. 17 Vir juſtus largamanu facultates ſuas ſparſit ac dedit pauperibus: 18 cujus juſtitiæ ac virtutis laus & præmium in omnia ſæcula permanet: 19 illiuſque robur altum erit atque excelſum cum gloria. 20 Homo peccator videbit tantam hominis juſti felicitatem & gloriam, & indignabitur: 21 dentibus ſuis frendet, & præ invidia contabeſcet: 22 & deſiderium ſimilis felicitatis, quam impii cupiunt & non conſequentur, inane peribit.

℣. 7. Job XI. 17. Pſal. XCVI. 11.

℣. 9. Pſ. XXXVI. 26.

℣. 17. II. Corinth. IX. 9.

℣. 19. Pſ. LXXIV. 11.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 LUmen perpetuum rectorum cordium Deus, concede nobis te diligere; tuâ gloriâ jocundari; & ſic diſpergere in hoc ſaeculo, ut careamus auditu aſpero in futuro. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 75. 127. 2 MIſericors Domine & juſte, fac nos ſemper eſſe miſericordes; & commoditati alternae totâ adeſſe facilitate: nec ab auditu malo nos, dum judicaveris, terreas; ſed tuam ad dexteram glorificandos ſtatuas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 83. 3 MIſericors Domine, tu principium es (timoris &) ſapientiae: in iſto nos ergo inſtrue, & in illa ſtatue: à timore nos inchoa, & ſapientiae perfectione conſumma. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 411. 392. *De S. Laurentio M.* * *al.* ergo confeſſoris tui Martini. * *al.* poſcimus. 4 ILlius, Domine, juſtitia manet in ſaeculum ſaeculi, cujus miſericordia in pauperum ſe conſolatione diffuderit. fac nos * Archidiaconi tui Laurentii imitatores exſiſtere: ut primùm miſeratores noſtrûm effecti, dignas nobis eleemoſynas praerogantes, & nobis à male geſtis parcamus, & in proximis bona, quae * poſſumus, impendamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 389. *De S. Felice Mart.* 5 FElix Martyr tuus, Domine, in mandatis tuis floret nimis; & fructus juſtitiae dilatatur in praemiis; quia tuis paruit omnino praeceptis: & cui felicitas erat ex nomine, perennitas proveniret ex opere; ut quod vocaretur, hoc eſſe dignoſceretur; dum miſeriâ caret patiendo, & felicitatem obtinet triumphando. interventu tanti Martyris proficiat nobis aeterna benignitas; ut dum Felicem felicitate perpetuâ laetificat, miſeratione ſolitâ nos ab infelicitatis jugo abſolvat. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 336. *De Sancto Mart.* 6 QUum ex lege tua, Domine, noverimus in memoria aeterna eſſe Juſtum; non pro illius, ſed pro noſtri commendatione hoc tibi offerimus holocauſtum: petentes, ut qui ejus animam feciſti in paſſione, victricem eodem ſuffragante clamorem noſtrae accipias vocis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 411. *De Sancto Martino Epiſcopo.* 7 JUcundus ſatis eſt, Domine, homo, qui (te Chriſte inſpirante) miſeretur & commodat: quod Martinum confeſſorem tuum impleſſe mirabiliter credimus: dum geminae eleemoſynae officioſus, & corpora dono, & corda paſcit eloquio. unde flebiles te quaeſumus & rogamus, ut utroque dono in hac vita muniti, ad te quandoque perveniamus ad tranſitum coronandi. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXII.

Alleluia.

BEDA.

Verba tituli ſubſequens pſalmus exponit: nam cum ſit Alleluia Laudate Dominum, *ita & ipſe facit initium.*

Propheta David in prima parte commonet devotos, ut laudes Domino jugiter exſolvant, & in tota orbe prædicent: Laudate pueri Dominum. *Secundò, ipſe facit, quod alios monet:* Quis ſicut Dominus Deus noſter?

Euſebius Cæſarienſis. *Novi populi exortio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus enuncians laudem.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Ad pſallendi officia inſtituit auditores; docens eos, majori cura opportere laudare Deum, quia ſit natura magnus, & voluntate beneficus.* Aliter, vox Eccleſiæ de fidelibus ſuis.

Pſalt. Syr. *Anonymus, dicitur ſollicitatio circa miniſterium Domini tempore matutino a Sacerdotibus peragendum. nos autem hortatur, ut populum novum ex aqua & Spiritu Sancto regeneratum, ut præmoturi ſimus ad miniſterium, oſperſis cordibus noſtris, ac lotis Spiritu Sancto, menteque pura. verſ. 10.*

Pſalt. Arab. *verſ. 16.*

Dominica ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus docet nos, ut depoſitâ veteri malitiâ tamquam modò geniti infantes in Dei laudibus glorientur; ait enim:*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 LAUDATE PUERI DOMINUM:
2 laudate nomen Domini.
℣. 3. Job I. 21. † 3 Sit nomen Domini benedictum
4 ex hoc nunc & uſque in ſaeculum.
℣. 5. Malach. I. 11 † 5 à ſolis ortu uſque ad occaſum
6 laudabile nomen Domini.
† 7 Excelſus ſuper omnes gentes Dominus;
8 ✠ &: ſuper caelos gloria ejus.
† 9 Quis ſicut Dominus Deus noſter?
℣. 10. 11. Pſalmus CXXXVII. 6. Iſai. LVII. 15. 10 Qui in altis habitat;
11 ✠ &: humilia reſpicit
12 in caelo & in terra.
℣. 13. 14. 15. I. Reg. II. 8. † 13 Suſcitans à terra inopem,
14 & de ſtercore erigens pauperem;
† 15 ut collocet eum cum principibus,
16 cum principibus populi ſui.
† 17 Qui habitare facit ſterilem in domo
18 matrem filiorum laetantem.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Laudate Dominum, o ſervi Domini: 2 laudate nomen Domini. 3 Nomen Domini ſit ſemper benedictum 4 amodo & uſque in æternum. 5 quare ab ortu ſolis uſque ad ejus occaſum 6 ſemper eſt laudandum nomen Domini. 7 Nam Dominus excelſus eſt ſuper omnes gentes: 8 & excelſa eſt ſuper cœlos gloria ejus. 9 Ecquis eſt ut Dominus Deus noſter? 10 Hic in excelſis glorioſè habitat; 11 & tamen humilia & tenuiſſima quaque reſpicit, 12 ſive quæ in cœlo ſunt, ſive quæ in terra. 13 Hic (cum vult) ſuſcitat de terra inopem, 14 & de ſtercore elevat pauperem; 15 ut eum ſedere faciat cum principibus, 16 cum principibus, inquam, populi ſui. 17 Hic eſt, qui ea, quæ priùs ſterilis fuerat in ſua domo atque familia, habitare facit 18 jam fœcundam matrem ſuper filiis lætantem.*

ORATIONES.

MSS. 1 LAudantes benedictum nomen tuum, omnipotens Deus, rogamus, ut nos in ſinu matris Eccleſiae collocatos, charitatis tuae facias ſtabilitate connecti. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 116. 2 DOmine, qui in altis habitas, & humilia reſpicis in caelo & in terra; tibi nos dignanter incurva: & qui beatitudinem Angelorum in hominibus polliceris, obedientiâ nos Angelicâ informare digneris. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 387. 3 EXcelſe Domine, qui humilia reſpicis; humilitatem nobis tribue, per quam placeris: nec in nobis ſuperbia maneat, quam de longinquo cognoſcis, & vicino diſperdis: ut te miſerante, & elatio dejiciens à mente diſcedat, & contritio glorificans in corde permaneat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 1. 4 DEus, cujus nomen eſt benedictum à ſolis ortu uſque ad occaſum, reple cor noſtrum ſcientiâ; & ori noſtro tuae laudis officia deputa: ut ſicut omne per aevum debito honore benediceris; ita ab ortu ſolis uſque ad occaſum conſono cunctorum ore lauderis. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 48. 387. 5 DOmine, qui es ſupra omnes gentes excelſus, & in caeleſtibus habitas glorioſus; humilitatem noſtram ab excelſo intende placatus; ac ſicut Eccleſia tua, quae erat ſterilitatis vitio impedita, nunc eſt, in te credens, virtutum meritis plena, & filiis numeroſa; ita mens noſtra, ab ſterilitate operum infoecunda, te tribuente poſſit & ſemen verbi ſuſcipere, & copioſis fructibus redundare: nomenque tuum, à ſolis ortu uſque ad occaſum praeclarum, cordis ambiat unanimitate diligere, & fidei aſſenſione laudare. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXIII. *Al-*

Digitized by Google

CXIII.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus. *Sicut ex diverſis actibus laus divina colligitur, ita & Alleluia variis narrationibus & negotiis competentibus applicatur. Eſt enim intentio pſalmi iſtius, ut (ab) initio Hebraici populi per magna miracula plenitudinem legis (qui eſt Dominus Chriſtus) mundo præſtitam nunciaret: per quas ſimilitudines rerum & hodie unumquemque liberari approbat Chriſtianum.*

Per totum pſalmum Propheta loquitur; primo modo commemorat, quæ miracula Dominus Hebræis præſtiterit & populo Chriſtiano: In exitu Iſraël. *Secundo ſub interrogatione dicit, cur fugerit mare? quare curſum ſuum Jordanis abſtinuerit? reſponſionem gratiſſimam jungens, a facie Domini terram fuiſſe commotam:* Quid eſt tibi mare quod fugiſti? *Tertio ſimulacra Gentium inutilia demonſtrat adoratoribus ſuis; & religio Domini, quam ſit utilis & ſaluberrima propriis cultoribus, conſequenter exponit:* Simulacra gentium, argentum, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Novi populi inſtructio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.* (item.) *Hortatorius & velut imperans.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Recordatione priſcorum geſtorum ad notitiam deitatis auditores inſtituit; & ſuffragio divinorum beneficiorum execrationem conciliat idolorum. Loquitur autem ex perſona populi; ipſoſque inducit mutuo ſibi conferentes, quibus quaſi principiis divina apud eos agnitio culturaque adoleverit.*

Pſalt. Syr. *Anonymus; ex ſcriptura veteri de Moſe, qui eundem diviſerat ſcetus mare. nobis autem vocatio Evangelii, per quam populus novus facti ſumus; antea barbarus, nunc ſpiritualis Deo, qui incarnatus eſt, Jeſu Chriſto, qui redemit nos Sanguine ſuo a maledicto ſcripturæ, & emundavit nos peccato per ſpiritum ſuum. verſ. 12.*

Pſalt. Arab. 54.

Dominico ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet Prophetæ oſtendentis, at quæ in eo hiſtoricè narrantur, ſpiritualiter dicta intelligantur.*

PSALMUS AD MEDITANDUM ET AD PRECANDUM.

Propheta. ℣. 1. Exod. XIII. 3.
1 IN EXITU ISRAEL DE AEGYPTO,
2 domus Jacob de populo barbaro;
℣. 3. Exod. XIX. 6. 10. 14. Deuteron. XXVII. 9.
† 3 facta eſt Judaea ſanctificatio ejus:
4 Iſraël, poteſtas ejus.
† 5 mare vidit, & fugit:
6 Jordanis converſus eſt retrorſum:
℣. 5. Exod. XIV. 21. Pſalm. LXXVI. 17.
† 7 montes exſultaverunt ut arietes;
8 ÷ & : colles ſicut agni ovium.
℣. 6. Joſue III. 13. 16.
† 9 Quid eſt : tibi : mare quod fugiſti?
10 ÷ & tu : Jordanis quia converſus es retrorſum?
† 11 montes exſultaſtis ſicut arietes?
12 ÷ & : colles, ſicut agni ovium?
† 13 A facie Domini mota eſt terra,
14 à facie Dei Jacob:
℣. 15. Exod. XVII. 6.
† 15 qui convertit petram in ſtagna aquarum;
℣. 16. Numer. XX. 11.
16 ÷ & : rupem, in ſontes aquarum.
† 17 Non nobis Domine non nobis,
18 ſed nomini tuo da gloriam
† 19 ſuper miſericordia tua & veritate tua:
℣. 20. Pſal. XLI. 4. & LXXVIII 10.
20 ne ÷ quando : dicant Gentes, *Ubi eſt Deus eorum?*
℣. 21. 22. Pſ. CXXXIV 6.
† 21 Deus autem noſter in caelo
22 omnia quaecumque voluit, fecit.
÷ *DIAPSALMA*:
℣. 23. Deuter. IV. 28. Pſalm. CXXXIV. 15 Sapien. XV. 15.
† 23 Simulacra Gentium, argentum & aurum,
24 opera manuum hominum.
† 25 os habent, & non loquentur:
26 oculos habent, & non videbunt:
† 27 aures habent, & non audient:
28 nares habent, & non odorabunt:
† 29 manus habent, & non palpabunt:
30 pedes habent, & non ambulabunt:
31 non clamabunt in gutture ſuo.

Simi-

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Cum egrederetur populus Iſraeliticus de Ægypto;* 2 *& domus & familia Jacobi patriarchæ exiret de populo illo Ægyptio barbaro & inhumano:* 3 *tunc Judaica natio ſpecialiter ſanctificata & conſecrata eſt Deo;* 4 *& gens Iſraelitica facta eſt peculiare regnum ſub ſpeciali poteſtate ac regimine ejus.* 5 *tunc mare Rubrum vidit populum Dei, & ſeſe diviſit, retroceſſit, ac refugit;* 6 *& Jordanis flumen revolutum eſt retrorſum in ſuos fontes; ut Iſraelitæ & per mare Rubrum & per Jordanem ſiccis pedibus tranſirent.* 7 *tunc mons Sinai & vicini montes, cùm Deus legem daret, terræ motu ſubſilierunt quaſi arietes ſaltitantes,* 8 *& colles moti ſunt quaſi agni gregis ovium ſubſaltantes.* 9 *Quid tibi accidit, ò mare Rubrum, quòd te te diviſiſti ac refugiſti?* 10 *& quid tibi accidit, ò Jordanis, quòd te revolviſti retrorſum in fontes tuos?* 11 *quid vobis accidit, ò montes, quòd ſubſaltaſtis quaſi arietes?* 12 *& quid vobis accidit, ò colles, quòd ſubſaltaſtis quaſi agni gregis ovium?* 13 *Ob aſpectum utique præſentiamque Domini tunc contremuit terra,* 14 *ob præſentiam, inquam, Dei, quem coluit patriarcha Jacob:* 15 *illius, inquam, Dei, qui in hac populi ſui profectione ab Ægypto convertit & tranſmutat in deſerto aridam illam & duram petram in ſtagna & paludes aquarum;* 16 *& ſilicem illum præruptum, qui ferro non facilè cedit, tranſmutat in fontes aquarum.* 17 *In his admirabilibus prodigiis, ne des noſtris meritis Domine, ne des, inquam, noſtris meritis noſtriſque viribus gloriam;* 18 *ſed totam gloriam & laudem da nomini & majeſtati tuæ* 19 *nempe ob miſericordiam tuam magnam tunc nobis exhibitam, & ob veritatem ac fidelitatem promiſſorum tuorum nobis ſervatam in liberando nos ab Ægypto;* 20 *ne quando dicerent gentes idolatræ,* Ubi nunc eſt Deus ipſorum Iſraelitarum? 21 *Deus equidem noſter ſive in cælo ſive in terra,* 22 *univerſa quæ voluit efficere, omnipotentiſſima poteſtate effecit.* * 23 *Idola verò Gentilium ſunt merum argentum & aurum ſtupidum & inſenſatum;* 24 *& non ſunt creatores, ſed opera facta manibus hominum.* 25 *hæc enim idola habent os, & non loquuntur:* 26 *habent oculos, & non videbunt:* 27 *habent aures, & non audient:* 28 *habent naſum, & non odorabunt:* 29 *habent manus, & non palpabunt:* 30 *habent pedes, & non ambulabunt;* 31 *neque vocem & ſonum edent gutture ſuo.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.*

Simi-

† 32 Similes illis fiant qui faciunt ea,
33 ✠ &: omnes qui confidunt in eis.
† 34 ✠ Domus: Iſraël ſperavit in Domino:
35 adjutor eorum & protector eorum eſt.
† 36 domus Aaron ſperavit in Domino:
37 adjutor eorum & protector eorum eſt.
† 38 qui timent Dñm, ſperaverunt in Dño:
39 adjutor eorum & protector eorum eſt.
† 40 Dominus memor ✠ fuit: noſtri ✠ &: benedixit ✠ nobis:
† 41 benedixit domui Iſraël:
42 benedixit domui Aaron:
† 43 benedixit ✠ omnibus: qui timent Dominum,
44 puſillis cum majoribus.
† 45 Adjiciat Dominus ſuper vos,
46 : ſuper vos: & ſuper filios veſtros.
† 47 Benedicti vos à Domino;
48 qui fecit caelum & terram.
† 49 caelum caeli Domino:
50 terram autem dedit filiis hominum.
† 51 Non mortui laudabunt ✠ te: Domine;
52 neque omnes qui deſcendunt in infernum:
53 ſed nos ✠ qui vivimus: benedicimus Dño
54 ex hoc nunc, & uſque in ſaeculum.

℣. 35. Iſ. XXXVIII. 15.

℣. 51. & 52. Pſalm. VI. 6. XXIX. 10. LXXXVII. 12. Iſaiæ XXXVIII. 18. Baruch II. 17. Eccli. XVII. 26.

℣. 53. Eccli. XVII. 27.

32 Similes idolis illis ſtupidis evadant ii, qui faciunt ea, 33 & ii omnes, qui confidunt in eis. 34 Domus autem & populus Iſraelis non in idolis, ſed in Domino Deo vivo & vero ſperavit: 35 qui eorum auxiliator eſt in bonis, & inſtar ſcuti protector atque defenſor eſt in malis. 36 domus & familia ſacerdotalis Aaronis Pontificis in Domino Deo vivo & vero ſperavit: 37 qui eorum auxiliator eſt in bonis, & inſtar ſcuti protector atque defenſor eſt in malis. 38 timentes Dominum Deum vivum & verum, in ipſo Domino ſperaverunt, 39 qui eorum auxiliator eſt in bonis, & protector atque defenſor eſt in malis. 40 Dominus recordatus noſtri, ſuâ nobis omnibus beneficentiâ benedixit: 41 benedixit, enim, domui & populo iſraelitico: 42 benedixit domui ac familiæ Sacerdotali Aaronis. 43 benedixit omnibus ipſum Dominum timentibus, 44 tum parvis tum magnis. 45 Addat Dominus novas ſemper benedictiones beneficentiæ ſuæ ſuper omnes vos, 46 ſuper vos, inquam, & ſuper filios poſteroſque veſtros. 47 Vos omnes benedicti ſitis a Domino: 48 qui omnipotentiâ ſuâ creavit cælum & terram: 49 ex quibus cælum quidem ſupremum & empyreum, quod eſt veluti tectum cæli ſtellati, deſtinatum eſt Domino veluti aula regia atque palatium, ubi gloriam ſuam beatis communicat: 50 terram autem hanc imam inhabitandam dedit mortalibus filiis Adam. 51 In qua terra, Domine, nec mortui ſuo te ore laudabunt, 52 nec omnes, qui ad ejus inferna deſcendunt, ubi ſilentium eſt perpetuum laudis tuæ: 53 ſed nos qui vivimus, benediemus ſemperque benedicemus tibi, Domine, 54 amodo, dum adhuc ſumus in terra, & uſque in æternum, cùm erimus in cœlo cæli felices atque beati.

ORATIONES.

MSS. * al. lumen Trinitas.

1 INeffabile * nomen Trinitatis Deus, qui fluenta Jordanis aſpectu tui luminis terruiſti; praeſta, ut quos ablutos ſacro Baptiſmate renovaſti, numquam patiaris, à vetitis ſimulacrorum idolis maculari. Qui vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum.

Apud Ludolphum de Saxonia.

2 ESto nobis, Domine, adjutor & protector in te ſperantibus: & memor nos feciſſe de terra; da, ut ſemper vivamus in laude ſupernâ. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 131.

3 MEmor eſto noſtri, Domine, & benedic nos; qui ne obliviosâ mente avertamur à te, tuam nos redue in recordationem: ac ſicut Iſraël ex AEgypto liberaſti per aenigmata; ita nos à mundanâ digneris ſegregare contagione. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter; qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 41.

4 DOmine, qui ſurſum in caeleſtibus habitans, terrenas poteſtates contines & gubernas; da nomini tuo gloriam; da peccantibus veniam: quodque de tua miſericordia praeſumimus; in veritate, quod quaerimus, hauriamus: ut miſericordia tua de Eccleſiae coetu ſimulacra excludat; & veritas ad cultûs tui agnitionem dubia corda convertat. adjice, quaeſumus Domine, benedictionem tuam ſuper populum tuum, & (ſuper filios) filiorum eorum: quique timentibus te factus es ſalus in vitam perpetuam; quam promiſiſti concede coronam, ut non peccatis mortui, à tua benedictione abjiciamur; ſed vitae participes facti, nomen tuum in ſaecula conlaudemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CXIV.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus.

Excitat nos de ſomno hujus ſaeculi ſolemnis ac vera commonitio.

Liberatus Propheta de profunda fovea peccatorum, & etiam in illa petra miſericordiæ conſtitutus; primo membro gratias agit, quoniam ſe auditum eſſe cognoſcit; & contra omnia pericula mortis efficaciter ſe profitetur invocaſſe Dominum: Dilexi quoniam exaudiet Dominus, *& reliqua. (Secundo, iterum clamat ad Dominum;) ut liberatus perveniat ad illam requiem ſempiternam, quam fidelibus promiſſis Domini munere concedendam:* (O Domine libera animam meam.)

Euſebius Cæſarienſis. *Novi populi profectus.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.* (item.) *Deſcribens vitam virtute præditam.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Gratulatio populi de Babylonia reducti. Aliter, vox Chriſti, vel cujuſlibet fidelis de tentationibus erepti.*

Pſalt. Syr. *Anonymus. Progreſſus populi novi redeuntis ad cultum Chriſtianum, velut puer ad intellectum: dicturque*

que quoed literam, cùm venit Saul, atque moratus eſt ad januam ſpeluncæ, in qua delitescebat David, & viri ejus. verſ. 18
Item Pſalt. Syr. *Ordinatio populi novi in græca 114. Halleluiah. verſuum 18.*
Feria II. ad Veſperum. Pſalt. Arab. *verſ. 16.*
S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet fidelis animæ, a Deo peregrinantis, quæ poſt longos labores ab eo ſuſcipitur.*

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS.

Propheta. 1 DILEXI, QUONIAM EXAUDIET DOMINUS VOCEM ORATIONIS MEAE.
† 2 quia inclinavit aurem ſuam mihi:
3 & in diebus meis invocabo.
℣. 4. &c. Pſal. XVII. 5. 6. 7. † 4 Circumdederunt me dolores mortis;
5 & pericula inferni invenerunt me;
† 6 tribulationem & dolorem inveni:
7 & nomen Domini invocavi;
† 8 *O Domine libera animam meam.*
9 Miſericors Dominus & juſtus;
10 & Deus noſter miſeretur;
† 11 cuſtodiens parvulos Dominus:
12 humiliatus ſum, & liberavit me.
† 13 Convertere anima mea in requiem tuam:
14 quia Dominus benefecit tibi.
℣. 15. &c. Pſal. LV. 14. † 15 Quia eripuit animam meam de morte;
16 oculos meos à lacrymis;
℣. 18. 17 pedes meos à lapſu:
Pſ. XXVI. 13. † 18 placebo Domino in regione vivorum.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Dilexi Dominum ob hanc etiam cauſam, quòd exaudiet vocem deprecationis meæ,* 2 *Quoniam autem aliàs præbuit mihi acclini benignam aurem ſuam;* 3 *idcirco reliquis item diebus vitæ meæ eum invocabo.* 4 *Circumdederunt enim me olim dolores mortiferi;* 5 *& aperta pericula cadendi in ſepulchrum & infernum me apprehenderunt;* 6 *& anguſtiam doloremque reperi;* 7 *at ego ſupplex majeſtatem Domini invocavi, dicens:* 8 Obſecro Domine, libera & exime animam meam a tot tantiſque doloribus atque periculis. 9 *Planè miſericors eſt Dominus & juſtus:* 10 *& Deus noſter, ſe invocantium ſemper miſeretur:* 11 *& Dominus cuſtos eſt parvulorum & ſimplicium:* 12 *ideo cùm elanguerem, & attenuatus & humiliatus eſſem, ipſe me ſalvavit ab omni malo.* 13 *Soluta erga doloribus & anguſtiis, o anima mea, revertere ad requiem & optatam tranquillitatem tuam:* 14 *quia Dominus bona jam tribuit tibi.* 15 *Quoniam autem Deus exemit e morte animam meam;* 16 *& oculos meos e lacrymis;* 17 *& pedes meos ex offenſa & lapſu;* 18 *idcirco deambulabo coram Domino, ſtudens ei placere quoad ero inter vivos in terra, pleniùs atque perfectiùs ei placiturus in regione illa ſuperna beatè viventium.*

ORATIONES.

MSS. 1 ABlutor peccaminum Domine, qui animam te fideliter invocantem velociter conſolaris; rogamus, ut nos, à periculis inferni erutos, in regione vivorum, ablatâ peccati morte, reſtituas. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 104. 148. 2 MIſericors Domine & juſte, libera animas noſtras de morte; oculos noſtros à lacrymis; & pedes noſtros à lapſu, atque utriuſque rei in nos ſerva clementiam: & ſi juſtitiâ tuâ corripimur, miſericordiâ tuâ protegamur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

CXV.

÷ *Alleluia:*

BEDA.

Senſus myſticus. *Per totum pſalmum invictorum Martyrum verba referuntur. Primò poſitionis beneficia Domini commemorans; quibus, cùm hæſitarent quid eis dignum potuiſſet reddi, occurrit utique glorioſus calix martyrii; qui tamen Domini largitate præſtatur:* Credidi, *& reliqua. Secundò, chorus ipſe ſervum ſe Domini, & filium Eccleſiæ Catholicæ profitetur; ne Deo placitum etiam hæreticorum putares eſſe martyrium:* O Domine (quia ego ſervus tuus,) *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Novi populi perfectio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona ægrotantis Ezechiæ canitur.* Aliter, vox Pauli Apoſtoli. *hunc Pſalmum quinta & ſexta editio cum ſuperioribus copulant. Symmacus verò, & ſeptuaginta Interpretes dividunt.*

Pſalt. Syr. *Perfectio populi novi. Hic deſinit in græco Pſalmus 114. Incipit autem Pſalmus 115. Halleluiah. verſ. 17.*

Pſalt. Arab. *verſ. 12.*

Feria II. ad Veſperum. S. Hier. *Hunc Pſalmum quinta & ſexta editio cum ſuperioribus copulant. Symmachus verò, & ſeptuaginta Interpretes dividunt.*

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS.

Propheta. ℣. 1. II. Corinth. IV. 13. 1 CREDIDI, PROPTER QUOD LOCUTUS SUM;
2 ego ÷ autem: humiliatus ſum nimis;
℣. 3. Pſal. XXX. 23. Rom. III. 4. † 3 ego dixi in exceſſu meo: *Omnis homo mendax.*

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Ego corde credidi, Deum eſſe veracem, qui mentiri non poſſit: propterea & ore locutus ſum liberè fideliterque hoc, quod de Deo credo:* 2 *de hominibus autem eo tempore, quo ego nimis humiliatus eram & afflictus,* 3 *ego in diſceſſu ac fuga mea, & gran-*

† 4 Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi?

℣. 5. Numer. XV. 9. 10. † 5 Calicem ſalutaris accipiam:

6 & nomen Domini invocabo:

℣. 7. Ita Cod. Vatic. 342. † 7 : vota mea Domino reddam coram omni populo ejus:

8 pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum ejus.

† 9 O Domine: quia: ego ſervus tuus,

℣. 10. Pſ. LXXXV. 16. 10 ego ſervus tuus ✠ &: filius ancillae tuae;

† 11 dirupiſti vincula mea:

℣. 12. Levit. VII. 12. 12 tibi ſacrificabo hoſtiam laudis;

13 : & nomen Domini invocabo:

† 14 Vota mea Domino reddam

15 in conſpectu omnis populi ejus,

16 in atriis domûs Domini, in medio tui Jeruſalem.

& grandi illo pavore ac ſtupore mentis meæ ob imminentes undique perſecutores, anxius dixi: Omnis homo eſt mendax & fallax & deficit: fallax eſt & mentitur auxilium, quod exſpectatur ab homine. 4 *Quid porrò reddam Domino pro tot tantiſque beneficiis, quę viciſſim ipſe nuncuſque tribuit mihi?* 5 *Calicem pro ſalute mihi divinitùs allatâ accipiam, in gratiarum actionem in ſalutari ſacrificio offerendum:* 6 *& majeſtatem Domini ſemper invocabo:* 7 *reddamque eidem Domino coram omni populo ejus, quę ego ipſi voveram;* 8 *lætuſque tandem poſt tot divina beneficia moriar: quia pretioſa & glorioſa eſt in conſpectu Domini mors ſervorum ſuorum piè ſanctèque viventium.* 9 *O Domine quoniam ego ſervus tuus ſum,* 10 *ſervus, inquam, tuus ſum ego, & filius matris, quę etiam ipſa erat ancilla tua;* 11 *ideo tu diſſolviſti & rupiſti vincula omnia mea:* 12 *& ego tibi immolabo ſacrificium gratiarum actionis & laudis:* 13 *& nomen tuum Domine ſemper invocabo.* 14 *Itaque, quæ voveram, reddam Domino* 15 *palàm coram omni populo ejus,* 16 *in atriis ſanctæ domûs Dei, quæ intra te eſt, ò civitas ſancta Jeruſalem.*

ORATIONES.

MSS. 1 TAlis ſit, quaeſumus Domine, vita ſupplicum, ſicut eſt in conſpectu tuo mors pretioſa Sanctorum: ut à vinculis peccàti liberi, mereamur futurae Jeruſalem gaudia praelibare. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 252. 2 QUod ſibi, Domine, praeſtitiſti redemptionis tuae beneficiis, tua tibi retribuat creatura; quae percepto calice ſalutaris evadere ſe ſentit mortis diſpendia? niſi ut redemptioni tuae fidelia deferat vota; & mortificata * ſecuritate in atriis domûs Dei famulatum exhibeat ob ſequelam? ſanitatem Deus noſter tribue, ut diſruptis peccaminum vinculis, opus, quo placeris, agamus; atque in medio Jeruſalem in laudem tuam placens tibi ſacrificium offeramus: quoſque nunc mendaces profert mentis exceſſus; illos Catholicae credulitatis veritas ad te viſendum intromittat ſecuros. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 399. *De S. Joanne Baptiſta.* 3 PRetioſa eſt, Domine, in conſpectu tuo mors beatiſſimi Joannis Baptiſtae: qui dum petulantis principis facinus arguit, juſtitiam exſequendo, promeruit in carcere decollari: ut qui haberet vigorem in verbo, non perferret pavorem ex gladio: cùm ſanguis ejus meretriciae ſaltationis compenſatione taxatus, eò tibi pretioſior eſſet, quò effundi pro juſtitia meruiſſet. concede ergo nobis, ut ſanguis illius, qui pro veritate effuſus eſt, pro nobis te in ſupplicatione adire non ceſſet: voxque illa, quae pro ſtupri crimine percuſſit adulterum regem, pro fidelium populorum indulgentiâ te exorare non ceſſet. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. DOminus noſter Jeſus Chriſtus nobis praeſtare dignetur; ut, compreſſo bello carnali, ac charitatis ſuae nobis pace largitâ, filiique effecti; in Jeruſalem caeleſti Sanctis ſuis mereamur adjungi pro meritis. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CXVI.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus. *Duobus quidem verſibus, ſed plenarius tituli honor apponitur; ut intelligamus, quamvis pauca (verba) in Domini laudibus ſemper eſſe pleniſſima.* (*ALITER.* * *Iſte Pſalmus juxta normam Evangelicam in quatuor verſuum numero continetur.*)

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. *Et iſtum quoque pſalmum ad perſonam Martyrum debemus aptare: qui quaſi jam glorioſa Paſſione perfuncti, omnes gentes ad Domini excitant laudes; qui talia præſtitit ſervis ſuis, ut ipſius potius imbuerentur exemplis.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, laudem denuncians.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Convaleſcens de infirmitate Ezechias, non ſolùm Judæos, ſed etiam omnes gentes ad laudandum convocat Dominum: ut quæ novum de receſſu ſolis ſtupuerunt portentum, Dominum verum tanti miraculi venerentur auctorem.* Aliter, vox Apoſtolorum.

Pſalt. Syr. *Anonymus: dicitur de cœtu Ananiæ, cùm exirent e camino. Item, prædicit vocationem gentium per annunciationem Evangelii. verſ. 4.*

Pſalt.

Feria II. ad Veſperam.

Pſalt. Arab. *verſ. 4.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus parvus habetur numero verſuum, ſed magnus eſt in ſpiritualis myſterii Sacramento; vocem tamen Apoſtolicam tenet, quæ juxta normam Euangelii in quatuor verſuum numero continetur.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ℣. 1. Rom. XV. 11. ℣. 3. Rom. XV. 9. ℣. 4. Rom. XV. 8.

1 LAUDATE DOMINUM OMNES GENTES;
2 laudate eum omnes populi:
† 3 quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus;
4 & veritas Domini ✝ manet: in aeternum.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Laudate & honorate Deum omnes Gentiles, a ſimulacris mutis ad Deum vivum converſi; 2 & collaudate & magnificate cum univerſi populi Iſraelitici. 3 quia adventu Meſſiæ confortata eſt & fortiter excelluit ergo nos ſola miſericordia Dei in vocatione Gentilium, quibus Meſſiam pacto ſuo non promiſerat; 4 & veritas Domini in præſtandis promiſſionibus de Meſſia mittendo, quas patribus Iſraelitarum miſericorditer fecerat, verax remanet in æternum.*

ORATIONES.

MSS.

1 OMnipotentiſſime Dominator Deus, qui ab omnium Gentium ore laudaris; precamur, ut dilates veritate tuâ mentem noſtram; & confirmes ſuper nos miſericordiam tuam. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 109.

2 COnfirma ſuper nos miſericordiam tuam Domine: ut cum omnibus Gentibus te praeſenti laudemus in ſaeculo; tuâque veritate ſalvati, tecum ſemper maneamus in regnum aeternum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

3 TE Domine ſupplices deprecamur, ut te laudandi tribuas efficaciam; & confirmes ſuper nos miſericordiam tuam; mittens in nobis Spiritum Sanctum: qui exurens noxia, illuminet profutura. Tibi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CXVII.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus.

His pſalmus primos IV. verſus pari fine concluſit: ut Euangelico numero totum mundum uni Domino laudes debere reddere, adhortatione quadrifariâ commoneret.

Fidelis populus peccatorum nexibus abſolutus, in primâ ſectione generaliter hortatur, omnes Domino confiteri; quia in tribulationibus ſuccenditur, comperit hominem non eſſe timendum: Confitemini Domino. *Secundò, in ſolo dicit Domino confidendum; per quem Gentium inimicitias probatur evaſiſſe; & ad veraciſſimæ vitæ perveniſſe remedia:* Bonum eſt confidere in Domino. *Tertiò, aperiendas ſibi portas dicit juſtitiæ; de angulari etiam lapide, hoc eſt Domino Salvatore ſubjungens:* Aperite mihi portas juſtitiae. *Quartò, reliquis Chriſtianis frequentanda Domini atria perſuadet; de adventu ſanctæ incarnationis ſuavi delectatione congaudens;* Benedictus qui venit in nomine Domini.

Euſebius Caeſarienſis. *Victoria eorum, qui in Chriſto decertant, & prophetia de Chriſto.*

§ Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.* (item.) *Demonſtrationis prompti animi und cum cantico.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Reductum de Babylone populum, a finitimis gentibus opprimi non potuiſſe teſtatur; atque ad laudandum Deum ſe mutuò cohortantium ſchema componitur.* Aliter, vox Chriſti, de ſe dicentis.

Pſalt. Syr. *Anonymus dicitur ad Literam de Aſepho memoratore, & de Sacerdotibus miniſtrantibus Domino. Item, vaticinatur de agoniſtis triumphatoribus, & de Chriſto. verſ. 64.*

Pſalt. Arab. *verſ. 34.*

Dominica ad Horam Primam.

S. Hier. *Iſte Pſalmus interdum vocem continet Eccleſiæ, Chriſti vocatione fundatæ; vel populi interrempti pro Chriſti nomine, Deum magnificantis.*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ℣. 1. Pſal. CIV. 1. CV. 1. CVI. 1. CXXXV. 1. Judit. XIII 21.

1 CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS,
2 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 3 dicat nunc Iſrael ✝ quoniam bonus:
4 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 5 dicat nunc domus Aaron.
6 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 7 dicant nunc qui timent Dominum,
8 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.
† 9 de tribulatione invocavi Dominum:
& exau-

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Fatemini Domino debitas, quantum poteſtis, laudes; quoniam bonus eſt; 2 & quoniam in æternum permanet miſericordia ejus. 3 dicat ergo populus Iſraeliticus, quòd bonus ſit; 4 & quòd in æternum permanet miſericordia ejus. 5 dicat etiam ſacerdotalis domus & familia Aaronis, 6 quòd in æternum permanet miſericordia ejus. 7 dicant item qui timent Dominum, 8 quòd in æternum permanet miſericordia ejus. 9 nam cùm tribularer & in anguſtiis eſſem, invocavi Dominum;*

& Do-

℣. 10. Pſ. XVII. 20.
10 & exaudivit me in latitudine : Dñus:
℣. 11. Pſ. LV. 5. 12. Hebr. XIII. 6
† 11 Dominus mihi ⸗ adjutor : non timebo quid faciat mihi homo.
℣. 12. Pſal. LIII. 9.
† 12 Dominus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos.
† 13 Bonum eſt confidere in Domino,
14 quàm confidere in homine.
℣. 15. Pſ. XXXIX. 5. LXI. 9. 10. CXLV. 3.
† 15 bonum eſt ſperare in Domino,
16 quàm ſperare in principibus.
† 17 Omnes gentes circuierunt me :
18 & in nomine Domini : quia : ultus ſum ⸗ in : eos.
† 19 circumdantes circumdederunt me :
20 & in nomine Domini ⸗ quia : ultus ſum ⸗ in : eos.
℣. 21. Deuter. I. 44.
† 21 circumdederunt me ſicut apes;
22 ⸗ & : exarſerunt ſicut ignis in ſpinis :
23 ⸗ & : in nomine Domini : quia : ultus ſum ⸗ in : eos.
† 24 Impulſus, everſus ſum ut caderem :
25 & Dominus ſuſcepit me.
℣. 26. Exod. XV. 2. Iſai. XII. 2.
† 26 Fortitudo mea & laus mea, Dominus :
27 & factus eſt mihi in ſalutem.
† 28 Vox exſultationis & ſalutis, in tabernaculis juſtorum.
† 29 dextera Domini fecit virtutem :
30 dextera Domini exaltavit ⸗ me :
31 : dextera Domini fecit virtutem :.
℣. 32. Ita apud Apollinarium, & in alio Cod. Vaticano.
† 32 Non moriar, ſed vivam :
33 & narrabo opera Domini.
† 34 caſtigans caſtigavit me Dominus;
35 & morti non tradidit me.
℣. 36. Iſa. XXVI. 2.
† 36 Aperite mihi portas juſtitiae :
37 ingreſſus in eas, confitebor Domino.
38 haec porta Domini, juſti intrabunt in eam.
℣. 39. 40. Ita apud Apollinarium, & infra in Cod. Alexan.
† 39 Confitebor tibi quoniam exaudiſti me;
40 & factus es mihi in ſalutem.
℣. 41. 42. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Act. IV. 11. Epheſ. II. 20. I. Petr. II. 4. 7. Iſai. XXVIII. 16.
† 41 Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes,
42 ⸗ hic : factus eſt in caput anguli.
43 A Domino factum eſt : iſtud :
44 & eſt mirabile in oculis noſtris.
† 45 Haec eſt dies quam fecit Dominus :
46 exſultemus & laetemur in ea.
Populus.
† 47 O DOMINE ſalvum me fac :
48 o Domine benè proſperare.
49 Benedictus qui venit in nomine Dñi.
Propheta.
† 50 BENEDIXIMUS vobis de domo Dñi:
51 Deus Dominus & illuxit nobis.
℣. 49. Matt. XXIII. 39. Marc. XI. 10. Luc. XIX. 38.
† 52 Conſtituite ⸗ diem : ſolemnem in condenſis
53 uſque ad cornu altaris.
† 54 Deus meus ⸗ es : tu; & confitebor tibi:
55 Deus meus ⸗ es tu : & exaltabo te.
† 56 ⸗ confitebor tibi, quoniam exaudiſti me :
57 ⸗ & factus es mihi in ſalutem :
† 58 Confitemini Domino quoniam bonus,
59 quoniam in ſaeculum miſericordia ejus.

10 & Dominus me exaudivit, ſtatuens me in latitudine ac libertate. 11 Cùm ergo Dominus mihi ſit auxiliator, non ego timebo quid contra me faciat quivis homo. 12 Si Dominus mihi auxiliator erit, & ego deſpiciam & contemnam odientes me inimicos meos. 13 Etenim melius eſt confidere in Domino, 14 quàm confidere in homine. 15 melius eſt ſperare in Domino, 16 quàm ſperare in principibus. 17 Omnes gentes mihi inimicæ circumdederunt & obſederunt me undique oppugnantes: 18 at in nomine & virtute Domini factum eſt, quòd per me juſtè vindicatum & animadverſum ſit in eis. 19 circumdederunt rurſus undique & obſederunt me: 20 at in nomine & virtute Domini factum eſt, quòd per me juſtè vindicatum & animadverſum ſit in eis. 21 circumdederunt me, ut apes favum circumdant; 22 & exarſerunt ira contra me, ſicut exardet ignis in ſpinis: 23 at in nomine & virtute Domini factum eſt, quòd per me juſtè vindicatum & animadverſum ſit in eis. 24 Impulſus ab inimicis, pellebar & ſubvertebar, ut caderem; 25 at è contrario excepit me Dominus & ſuſtentavit. 26 Dominus eſt, qui mihi dat fortitudinem, & quem ego cantu meo laudo: 27 & ipſe fuit mihi ſaluti, meque ſalvavit ab oppugnantibus me. 28 Vox jubili & gratiarum actionis pro ſalvatione mea audiatur in habitaculis juſtorum; 29 dicaturque, quòd non humana potentia, ſed dextera & operatio omnipotentis Domini fecerit fortitudinem in hac mea victoria, de inimicis reportata: 30 & excelſa dextera Domini exaltaverit me poſt humiliationem meam; 31 dextera, inquam, Domini fecerit fortitudinem in hoc triumpho. 32 Itaque jam non moriar, ſed vivam; 33 & narrabo ſemper admiranda opera Domini. 34 qui caſtigans ſuis me flagellis caſtigavit; 35 attamen me morti non tradidit. 36 Aperite mihi portas templi, quò juſti ingrediuntur, profanis & immundis excluſis; 37 per quas portas ingreſſus in templum, gratiarum actiones debitaſque laudes profitebor Domino. 38 hæc porta Domini eſt, per quam juſti intrare debent in ſanctum templum ejus. 39 Ibi tibi Domine confitebor eo quòd me exaudieris in meis tribulationibus; 40 & fueris mihi ſaluti, ab omnibus me perſecutoribus ſalvando, & ab abjectione ſumma in ſummam altitudinem exaltando. 41 Hinc factum eſt, ut fuerim quaſi lapis, ab ædificantibus quidem prius reprobatus & rejectus, 42 ſed qui tamen poſtea idem ipſe lapis effectus ſit ſummus & caput anguli, in ſummo angulo poſitus, duos parietes connectens, & ex utroque pariete unum faciens, & ſuſtinens ædificium. 43 A Domino factum eſt totum iſtud; 44 & eſt admirabile & contra humanam opinionem coram oculis noſtris. 45 Hæc eſt læta dies illa, quam pro tanta victoria mirabilem fecit Dominus: 46 exſultemus ergo ac lætemur in ea. Populus. *47 Obſecro Domine (hoſanna) ſalva me nunc. 48 Domine, bene nunc proſpera, & proſperè deduc (Meſſiam tuum) obſecro. 49 Sit ſemper benedictus atque laudatus iſte (Meſſias,) qui nunc venit ex nomine & authoritate Domini Dei (Patris.)* Propheta. *50 Nos autem ex hac domo Domini, quò jam pervenimus, benediximus ac bene precati ſumus vobis, qui eſtis ex eadem domo Domini: 51 nam & Dominus Deus apparuit, lucemque nobis attulit tantæ lætitiæ. 52 Conſtituite igitur & frequentate diem feſtum celebremque conventum pro tam grandi triumpho, allatis frondoſis denſiſque arborum ramis, 53 obumbrantibus & ornantibus templum totum ad ipſa uſque cornua altaris. 54 Deus meus es tu; & ego tibi debitas laudes fatebor: 55 Deus meus es tu; & excelſum te eſſe prædicabo. 56 Confitebor tibi condignas, quantum potero, gratiarum actiones, quòd me exaudiveris, 57 & fueris mihi ſaluti, me ſalvando. 58 Fatemini & vos omnes Deo debitas, quantum poteſtis, laudes, quoniam bonum eſt; 59 & quoniam in æternum permanet munus hoc grande miſericordiæ ejus.*

Matt. XXI. 9. Marc. XI. 9. Johan. XII. 13.

ORA-

ORATIONES.

MSS.

1 CONſolatio tribulationum noſtrarum, piiſſime Domine; qui juſtorum tabernacula lætitiâ & exſultatione perfundis; exalta Eccleſiam tuam virtute potentis dexterae tuae, quo fiat porta juſtitiae: & ita ſe angulari ſtabilitate connectat, ut tuâ reſurrectione clarificata refulgeat. Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 190. *De Paſſione Domini*.

2 CIrcumdantes animam tuam, Chriſte Domine, inimici ſuper te acriter, ùt apes ſuper favum, inruerunt; cùm tempore paſſionis ſuper te exarſerunt in te, ùt ignis in ſpinis. & ideo quaeſumus, ad precem Eccleſiae tuae jam reſpice: & cruentum ſaevientis hoſtis de manu gladium tolle: ut mucrone tuo deciſum ſentiat; cùm per eos, quos tenuerit, fidei tuae cognoverit praedicari doctrinam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 204. *De Paſſione Domini*.

3 CIrcumdantes animam tuam, Chriſte Domine, inimici acriter ſuper te, ùt apes ſuper ceram, inruerunt; cùm tempore paſſionis cuneus ſuper te exarſit, ſicut ignis in ſpinis. & ideo quaeſumus, ad precem Eccleſiae tuae jam reſpice: & cruenta ſaevientis hoſtis de manu gladium tolle: ut mucronem ſuum deciſum ſentiat; cùm per hos, quos tenuerit, fidei tuae cognoverit praedicari doctrinam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

(DEus noſter) nobis fiduciam in ſe ſperandi largiri dignetur. Ipſi gloria cum aeterno Patre & Filio & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CXVIII.

✠ *Alleluia:*

BEDA.

Feſtivo pſalmo, & divinarum rerum virtute pleniſſime, deſiderabile Alleluia *præmittitur; ut meritum divini carminis honore tituli poſſit agnoſci. Ex autem hebræis elementis ad rudes & docibiles in ſchola Chriſti populos inſtruendos tali ordine depictus, ut ab unaquaque littera octoni verſus incipiant: ubi myſterium puto reſurrectionis & veræ circumciſionis oſtenſum. Joſephus autem refert in libris* ἀρχαιολογίας *hunc pſalmum, & centeſimum quadrageſimum quartum, & Deuteronomii Canticum, elegiaco metro eſſe compoſitos: quòd ſcilicet prior verſus ſex pedibus conſtet, & inferior uno minus in pentametrum finiatur.*

Senſus myſticus.

Per totum pſalmum univerſalis Sanctorum chorus loquitur; qui ab initio mundi ſive fuerunt, ſive ſunt, ſive futuri eſſe creduntur: inter quos reperiuntur Apoſtoli, Prophetæ, Martyres, Confeſſores, Eccleſiaſtici Ordines, (& omnes) qui ſanctâ Domino integritate famulantur.

Quia ergo in ſingulis quibuſque elementis ſecundùm interpretationem eorum debent intelligi, quæ ſequuntur; hæc prima littera Aleph, Doctrina *interpretatur; in qua immaculatis in via Domini beatitudo æterna promittitur:* Beati immaculati in via, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Rudimento primæ inſtitutionis, quæ eſt ſecundùm Deum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus beatitudinem proclamans.* (item.) *Deſcribens vitam virtute bene præditam.*

Genebrardus.

In hoc Pſalmo tamquam ſynonima pro Divina Lege, *& ſapientia accipiuntur hæc atque numero;* Lex, Mandata, Statuta, Via, Judicia, Teſtimonia, Præcepta, Juſtitia, Aequitas, Juſtificationes, Sermones, Verbum, Eloquium, Veritas: *nam vel non differunt; vel, cùm re idem ſint, eamdemque* divinam legem & doctrinam *ſignificent; ratione & notatione dumtaxat diſtinguuntur: quatenus* Legis Divinæ *qualitates, notæ, perfectiones, proprietates, variæ ſunt ac multiplices.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Totus iſte Pſalmus, qui exhortationibus, & inſtitutionibus plenus eſt, ſub perſona canitur juſtorum in Babylonica captivitate degentium, qui miſcent interdum voces....... populo convenientes; ut & humiliter ea quæ ſe reis in confeſſione culparum, & doceant iſta ob meritum populo contigiſſe.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judæis, & de Paſſione ſua.

Pſalt. Syr. *Anonymus: Initium meditationis altitudinis, quæ in Deo eſt. verſ. 345.*

Pſalt. Arab. *verſ.* 170.

S. Hier. *Salubri nos ſemper conſilio, & ſacro eloquio beatus hortatur Propheta, ut juſtitiam, quam ille cuſtodivit in opere, nos debeamus fideliter exequi, & indiſſolubiliter retinere; quo, ut ſegnes & inertes animos ad hæc cuſtodienda ſedulitas excitet, quod meriti pro ipſius juſtitiæ cuſtodia adipiſcamur, edocet, dicens:*

Quotidie ad Horam Primam.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

Aleph. 1 BEATI IMMACULATI IN VIA;
qui ambulant in lege Domini.
Aleph. 2 Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus;
in toto corde exquirunt eum.
Aleph. 3 non enim qui operantur iniquitatem,
in viis ejus ambulaverunt.

Tu

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Felices ac beati ei, qui ſine macula criminis vivunt in via bene vivendi a Domino præſcripta; nempe qui incedunt & converſantur ſecundùm ejuſdem Domini legem.* 2 *Felices & beati, qui inveſtigant & perſcrutantur quænam ſint ea, quæ Dominus ſe a nobis velle eſt teſtatus; totoque animo per obedientiam mandatorum exquirunt placere ei.* 3 *nam qui faciunt quidpiam, quod contra divinam legem*

fit,

Aleph. 4 Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.

Aleph. 5 Utinam dirigantur viae meae
ad cuſtodiendas juſtificationes tuas!

Aleph. 6 Tunc non confundar,
cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Aleph. 7 Confitebor tibi in directione cordis,
in eo quod didici judicia juſtitiae tuae.

Aleph. 8 Juſtificationes tuas cuſtodiam:
non me derelinquas uſquequaque.

15.

ſit, hi certè in viis a Domino praeſcriptis non ambulaverunt. 4 Tu Domine mandaſti mandata tua a nobis valde vehementer ſummdque diligentiâ obſervari. 5 Utinam a te curſus viarum actionumque mearum dirigatur ad obſervationem juſtorum tuorum ſtatutorum! 6 tunc enim minimè pudefiam, cum ſemper inſpexero omnia mandata tua, eorumque memoria nunquam diſceſſerit ex animo mea. 7 Tunc enim rectitudine cordis fatebor tibi tuas laudes, nempe enim perdidicero atque complexus fuero jura tua juſtiſſima. 8 Juſta praecepta tua ſervabo: ſed tu ne me uſqueadeo deſeras, ut tentatione permiſſa, in eam quoque me cadere permittas.

ORATIONES.

1 NOn nos derelinquas uſquequaque Domine: quique nos in tentatione erudis, quaeſumus, ut invictâ virtute confirmes. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DEus, qui beatitudinis palmam immaculatis, & legem tuam ſervantibus, tribuis; fac nos juſtificationes tuas in directione cordis perſeveranter exquirere. Per.

Brev. Mozarab. fol. 105. 3 DIrigantur viae noſtrae, Domine, ad cuſtodiendas juſtificationes tuas: & qui legis tuae nitimur perſcrutari ſecreta, tua quoque perducamur ad praemia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum ℟. *Amen*.

BEDA.

II. Beth. Domus.

Quotidie ad Horam primam. *Exponit fidelis populus, in ſermonibus Domini quibus delectationibus perfruatur; oſtendens, ſe eſſe* domum *Domini, & receptaculum mandatorum ejus; cujus myſterium ſecunda littera continet.*

Beth. 9 IN quo corrigit adoleſcentior viã ſuã?
in cuſtodiendo ſermones tuos,

Beth. 10 In toto corde meo exquiſivi te:
ne repellas me à mandatis tuis.

Beth. 11 In corde meo abſcondi eloquia tua
ut non peccem tibi.

Beth. 12 Benedictus es Domine; doce me juſtificationes tuas.

Beth. 13 In labiis meis pronunciavi omnia judicia oris tui.

Beth. 14 In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum
ſicut in omnibus divitiis.

Beth. 15 In mandatis tuis exercebor;
& conſiderabo vias tuas.

Beth. 16 In juſtificationibus tuis meditabor:
non obliviſcar ſermones tuos.

29.

9 In qua re emendabit junior curſum vitae ſuae? in obſervando utique verba tua Domine. 10 Toto animo meo exquiſivi placere tibi; ne ergo ſinas me aberrare a mandatis tuis. 11 In abdito animi mei amanter recondidi verba tua, ne peccarem in te Deum. 12 Benedictione ac laude dignus es Domine: intus me illuſtranda ſuaviterque trahenda, doce & fac me facere juſta praecepta tua. 13 Labiis quoque meis aſſiduiſſimè narravi & mihi & aliis omnia jura ex edicto tuo ſervanda. 14 In via vivendi juxta praecepta abteſtantia nobis voluntatem tuam, delectatus ſum, quaſi laetarer in cunctis mundi divitiis. 15 In meditatione mandatorum tuorum me exercebo: & contemplabar vias rationeſque vivendi, quas tu nobis indixiſti. 16 De tuis juſtis praeceptis ſemper meditabor ac delectabor: & numquam obliviſcar verba tua.

℣. 11. Ita diſtinguitur apud Apollinarium.
℣. 11. Job XXXIII. 11. Pſalmus XXXVI. 31. XXXIX. 9.

ORATIONES.

1 IN via teſtimoniorum tuorum, Domine, quaſi in omnibus divitiis delectemur: ne quidquam nobis deſit; cùm te nobis adeſſe cognoſcimus. Per Dominum.

2 DEus, qui cuſtodiâ tuâ adoleſcentium vias corrigis; juſtitiam doces; revocas à peccatis: fac nos in teſtimoniis tuis ſicut in omnibus divitiis delectari. Per D.

Brev. Moz. fol. 105. 114. 3 IN via teſtimoniorum tuorum, Domine, quaſi in omnibus divitiis delectamur; neque enim quicquam nobis deeſſe credimus, cùm te propitium adeſſe cognoſcimus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

III. Gimel. Retributio *ſive* Plenitudo.

Quotidie ad Horam primam. *Poſtulat populus Sanctis, qui in terra incolae ſunt,* retribui *gratiam; quam in primo parente amiſerant: ſed & perſecutoribus eorum* reſtituendum *dicit eſſe, quod agunt. Hae ergo* retributio *meritorum, iſta nominis juſti* plenitudo, *tertia litterae nomine praemonſtrantur.*

Retri-

Gimel. 17 Retribue ſervo tuo:
vivifica me; & cuſtodiam ſermones tuos.

Gimel. 18 Revela oculos meos;
& conſiderabo mirabilia de lege tua.

Gimel. 19 Incola ego ſum in terra:
non abſcondas à me mandata tua.

Gimel. 20 Concupivit anima mea deſiderare
juſtificationes tuas in omni tempore.

Gimel. 21 Increpaſti ſuperbos:
maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Gimel. 22 Aufer à me opprobrium & contemptum:
quia teſtimonia tua exquiſivi.

Gimel. 23 etenim ſederunt principes ✠ &: adverſùm me loquebantur:
ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.

Gimel. 24 nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt:
✠ &: conſilium meum, juſtificationes tuae.

17 *Tribue & tu viciſſim adjutorium tuum mihi ſervo tuo & fac me vivere & obſervare verba tua.* 18 *Detrahe mundanarum cogitationum velamen ab oculis mentis meæ: & conſiderabo arcana & admiranda ſenſa & præmia, quæ proveniunt ex intellecta atque ſervata lege tua.* 19 *Advena ego ſum in terra, citò hinc transmigraturus: ne ergo permittas mihi abſcondita & ignota manere ſingula mandata tua.* 20 *nam deſideranter deſideravit anima mea noſſe & facere omnia divina juſſa tua per totum tempus vitæ meæ.* 21 *Tu comminatus es maledictionem æternam & ſupplicium ſuperbis ſeſe non ſubjicientibus legi tuę: maledicti enim a te ſunt, qui deviant & recedunt a mandatis tuis, ea non ſervando.* 22 *Aufer a me opprobrium & contemptum, quibus me afficiunt ſuperbi propterea, quòd exquiſivi cognoſcere, & ſervare vel vitare, quę tu teſtatus es, te a nobis velle vel nolle.* 23 *ob eam enim cauſam etiam principes in ſuis conſeſſibus adverſùs me obloquebantur: quibus non obſtantibus, ego ſervus tuus adhuc me exercebam in meditatione divinorum jurium tuorum.* 24 *nam quæ tu conteſtatus es nobis juſſa, ſunt materies jugis meditationis meæ & juſta jura tua ſunt conſiliarius meus; ea enim ego conſulo quid mihi faciendum ſit, nec ne in cunctis actibus vitæ meę.*

✠. 18. Sic diſtinguitur apud Apollinar.
✠. 19. I. Paralip. XXIX. 15. Pſ. XXXVIII. 13. II. Corint. V. 6. Hebr. XI. 13.

45.

ORATIONES.

MSS. 1 Concupiſcat anima noſtra, Domine, deſiderare judicia tua in omni tempore: & hoc ſolùm nobis vigeat in amore, quod aeterno praeparetur in munere. Per Dominum.

2 Deus, qui remotâ obſcuritate peccati, facis nos legis tuae mirabilia contueri; aufer à nobis opprobria vitiorum per tuorum cuſtodiam mandatorum. Per Dominum.

3 Revelator omnium bonorum Domine, revela mentibus noſtris, ut mirabilia legis tuae conſideremus; & in praeceptis ac juſtificationibus tuis exerceamur: ut in ipſis conſolationem praeſentis vitae pariter & futurae percipiamus. Per Dominum.

Br. Mozarab. fol. 126. 4 Concupiſcat anima noſtra, Domine deſiderare judicia tua in omni tempore: & hoc nobis ſolùm vigeat in amore, quod aeterno tuo praeparetur in munere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 153. * *ibi ereptione.* 5 Nominis tui, Deus, magnitudinem dona nobis oculorum revelatione conſiderare: atque incolatûs noſtri humilitatem alleva mandatorum * erectione; & concupiſcentiam animae, commutatione deſideriorum ſpiritualium in ea, perfice: auferas à nobis contemptum & opprobrium: tuorumque corda fidelium renova operatione virtutum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

BEDA.

IV. Daleth. Pauper *vel* Tabulae *vel* Janua.

Quotidie ad horam primam. *(Populus) fidelis corporali quidem ſe dicit neceſſitate conſtrictum; ſed ſolâ Domini pietate ſolvendum; petens, ut ab eo* vias iniquitatis amoveat, *quia* viam veritatis elegerit. *Et ideo* paupertate *mundana* januam *in ſeveris divitiis aperit; & frequenti meditatione quoq;* tabulas *ſua præcordia Dei mandatis exhibet: quæ velut molli cera complanata, promptiſſimè jubentis imperium, quaſi graphium ſcribentis acciperent;* Adhaeſi, *inquiens*, teſtimoniis tuis Domine.

Daleth. 25 Adhaeſit pavimento anima mea:
vivifica me ſecundùm verbum tuum.

Daleth. 26 Vias meas enunciavi, & exaudiſti me:
doce me juſtificationes tuas.

Daleth. 27 Viam juſtificationum tuarum inſtrue me:
& exercebor in mirabilibus tuis.

Daleth. 28 Dormitavit anima mea prae taedio:
confirma me in verbis tuis.

Daleth. 29 Viam iniquitatis amove à me:
& de lege tua miſerere mei.

Daleth. 30 Viam veritatis elegi:
judicia tua non ſum oblitus.

Adhaeſi

25 *En conſternatus animo, & ſtratus corpore adhæſi pavimento & pulveri: tu me vivere fac ad normam verbi tui.* 26 *Ut olim vias actioneſque meas expoſui tibi, tuque me exaudiſti: ita nunc me intus illuſtrando ſuaviterque trahendo, doce me cognoſcere & facere juſta juſſa tua.* 27 *intelligere me fac veram viam, quam tenere debeam in exſequendis juſtis præceptis tuis: & tunc me exercebo in loquendo de legibus tuis, quæ mirabiles ſunt & rectitudine ſuâ, & præmio obedientium, & ſupplicio inobedientium.* 28 *Anima mea ſtillavit lacrymis, & dormire cœpit præ labore ac tædio difficultatis in continuo certamine iſto cum externis perſecutoribus, & cum internis cupiditatibus, & vitiis renitentibus legi tuæ: ſed tu fac me firmum & fortem in exſequendis verbis tuis.* 29 *Viam modumque vivendi iniquum remove a me: & legis tuę obſervationem miſericorditer da mihi.* 30 *Nam viam*

Daleth. 31 Adhaeſi teſtimoniis tuis Domine : noli me confundere.

Daleth. 32 Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.

59.

viam vivendi veram & certam elegi in amplectendo legem tuam : & juſta juſſa tua non ſum oblitus. 31 Adhaeſi Domine praeceptis tuis, voluntatem tuam teſtantibus : ne ergo ſinas me pudore ſuffundi ob neglectum atque contemptum voluntatis tuae. 32 Viam ſanè mandatorum tuorum ego expeditè cucurrero, quùm interiori laetitiâ magnum amplumque fecerit animum meum ad currendam ejuſmodi viâ, a te mihi praeſcriptâ.

ORATIONES.

1 VIam iniquitatis amove à nobis, Domine; & de lege tua miſerere noſtri; ut peccandi conſuetudinem tollas; & rectè vivendi perſeverantiam tribuas. Per Dominum.

* al. ſtratibus. * al. mox.

2 DEus, qui animam terrenis * actibus inhaerentem verbi tui virtute diſſocias; quaeſumus; ut, ne in nos ſomnus mortis incumbat, ad viam * nos excites veritatis. Per.

Brev. Mozarab. fol. 353. 148.

3 AB iniquitatis viâ remove Domine greſſus noſtros; & in itinere mandatorum tuorum ſtatue curſum noſtrum. animam igitur pavimento inhaerentem, remedio ſalutifero ſubleva; tuiſque juſtificationibus edoctam, potentiâ verbi tui vivifica. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

V. He. Ipſa *vel* Suſcipiens.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Multis modis beata plebs cupitur, ut in lege Domini, ejus debeat munere cuſtodiri : & pulcherrima ratione Suſcipiens *appellatur; quae dicit*, Da mihi intellectum. *Ipſaque non immerito vocatur; quae in eodem ſemper intentione perſiſtens,* à vanitate *ſaeculi* oculos avertit.

He 33 LEgem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum :
& exquiram eam ſemper.

He. 34 Da mihi intellectũ; & ſcrutabor legẽ tuã:
& cuſtodiam illam in toto corde : meo :

He. 35 Deduc me in ſemitam mandatorũ tuorũ:
quia ipſam volui.

He. 36 Inclina cor meum in teſtimonia tua,
& non in avaritiam.

He. 37 Averte oculos meos ne videant vanitatẽ :
in via tua vivifica me.

He. 38 Statue ſervo tuo eloquium tuum in timore tuo.

He. 39 Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum :
quia judicia tua, jucunda.

He. 40 Ecce concupivi mandata tua :
in aequitate tua vivifica me.

℣. 40. Sic diſtinguitur apud Apollinariũ.

33 Tamquam legem & normam vitae meae, firmiter conſtitue mihi iacue in mente ac voluntate mea viam illam vivendi, quam praecipiunt juſta praecepta tua, Domine : illamque ego ſemper exquiram, ut magis magiſque proficiam. 34 Tu da mihi tuum recta intelligentia donum : & ego perſcrutabor quid revera jubeat lex tua; eamque ſervabo toto corde meo. 35 Divino auxilio tuo deduc me per viam vivendi juxta mandata tua : quia ipſam tenere volui. 36 Flecte cor meum ad ſervanda mandata tua : & ne flecti ſinas in aviditatem plus habendi & in avaritiam. 37 Averte oculos cùm corporis tùm cordis mei, ne quid vel gloriae vel voluptatis vanum & fugax videant & concupiſcant : ſed in viâ, a te praeceptâ & ad te ducente, fac me vivere conſtanter. 38 Firma ſtabiliter in me ſervo tuo eloquium tuum, ut te offendere timeam. 39 Aufer a me probrum illud mihi illatum ab aſpernatoribus legis tuae, quod veritus ſum, quia jura tua bona ſunt atque jucunda iis, qui ipſis obtemperant. 40 Ecce Domine deſideravi implere mandata tua : fac ergo me vivere ſecundùm juſtitiae formam, a te ſtatutam.

74

ORATIONES.

1 AVerte oculos noſtros, Domine, ne videant vanitatem : in via tua vivifica nos, odiſſe ſaeculum, & diligere Chriſtum. Per ipſum redemptorem : qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum.

2 VIvifica nos Domine in aequitate tua : atque inclina cor noſtrum in teſtimonia tua, & non in avaritiam : intellectum quoque da nobis; ut & legem tuam ſcire poſſimus; & toto eam corde, & probabili converſatione tenere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 107. 119.

3 AVerte oculos noſtros, Domine, ne videant vanitatem; & in via tua vivifica nos : fac nos odiſſe ſaeculum, & diligere Chriſtum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 205.

4 NOtam nobis fac, Domine, tuam juſtitiam; & ut eam exquiramus, cor noſtrum ardore charitatis accende : da intellectum ſenſui noſtro, quò valeamus tuae legis abdita perſcrutari : da perfectionem fidei, ut poſſimus tuorum praeceptorum ordinem cuſtodire; ut per haec & à peccato immunes, & beatae vitae efficiamur heredes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Inclina

fol. 104. 113. * al. à quo intuitu.

5 INclina cor noſtrum, Domine, in teſtimonia tua;& * à pravo intuitu vanitatis averte: ut ab amore terreno nos ſegreges; & ſupernae dilectioni confocies. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

VI. Vau. Et ipſe.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Poſtulat congregatio ſancta ſalutare Domini *ſibi debere concedi; ut inimicos de tanto remuneratione confundat: & in* lege Domini *eſſe ſua* meditatione *proficiat*: Ipſe *ergo Dominus atque Salvator* Vau *litteræ vocabulo deſignatur: Notaque, quàm pulchrè quinta littera*, Ipſa; *ſexta nuncupetur*, Et Ipſe: *idem* Ipſe *videlicet, cui dicitur*; Tu autem idem ipſe es, *ideſt aeternus: in cujus fide & jam Eccleſia ipſa eſſe, ideſt una eademque devotione, ſemper hic & in futuro cum eo regnare promeruit.*

Vau. 41 ET veniat ſuper me miſericordia tua Domine;
ſalutare tuum, ſecundùm eloquium tuum.
Vau. 42 Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum,
quia ſperavi in ſermonibus tuis.
Vau. 43 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque:
quia in judiciis tuis ſuperſperavi.
Vau. 44 Et cuſtodiam legem tuã ſemper in ſaeculũ & in ſaeculum ſaeculi.
Vau. 45 Et ambulabam in latitudine:
quia mandata tua exquiſivi.
Vau. 46 Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar.
Vau. 47 Et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi.
Vau. 48 Et levavi manus meas ad mandata tua, quae dilexi:
& exercebar in juſtificationibus tuis.

41 *Veniat in me, quaſo, Domine auxilium a miſericordia tua, tuaque in me ſalus adveniat juxta promiſſum tuum.* 42 *Etenim hoc ego reſponſum dabo iis, qui me probris afficiunt, nempe quod ſperaverim in verbis promiſſionum tuarum.* 43 *Et ne omnino permittas auferri a lingua mea hoc verbum verum; quia in judiciis tuis, quibus reddes bona bonis, & mala malis, ego valde ſperavi.* 44 *Et cuſtodiam legem tuam jugiter in hac vita perpetuò, ac pleniùs perfectiùſque ſine ullo prorſus peccato in altera vita per æterna ſæcula.* 45 *Equidem ambulabam in curſu vitæ meæ cum animi latitudine atque lætitia, quia mandata tua ſervare exquiſivi.* 46 *Et liberè coram regibus loquebar de iis veritatibus & legibus, quas tu teſtatus es nobis: nec me de illis loqui pudebat.* 47 *Et cum delectatione meditabar de mandatis tuis, quę valde dilexi.* 48 *Et admovi manus & operationes meas ad mandata tua, quę dilexi: neque exercebam in loquendo de juſtis praeceptis tuis.*

89

ORATIONES.

1 VEniat ſuper nos miſericordia tua, Domine; ne in nobis ira deſaeviat: habeamus in remedium Salvatorem; quem propitiaculum videmus & judicem. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum.

2 VEniant nobis miſerationes tuae,& ſalus tua juxta eloquium tuum, Domine; ut cuſtodiamus legem tuam jugiter: ut verbo veritatis edocti, Salutaris tui eloquio roboremur. Per eumdem Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 107.

3 VEniat ſuper nos, Domine, ſalutare tuum: ut ex ore noſtro veritatis numquam decidat verbum; nec confundamur eloquii teſtimonio tui; ſed liberè fateamur tuae legis inſignia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 107. 113.

4 TUa ſuper nos, Domine, miſericordia, te dum rogamus, adveniat: tuumque Salutare cor noſtrum erudiat; & eloquii eruditio mentem noſtram enutriat: ut qui in tuis ſperamus ſermonibus, tuis per omnia conſolemur virtutibus: ac dum ſpes noſtra in te dirigitur, ſpei ipſius à te nobis petitio concedatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

BEDA.

VII. Zain. Oliva *vel* Fornicatio.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Chorus ille Sanctorum ſpem promiſſionum Domini *ſenſibus noſtris omnino commendat; ut firmum in mente noſtra permaneat, quod glorioſa veritas pollicetur; aſſerens propterea, fideles adverſa mundi libentiſſime ſuſtinere: quis enim mortem temporalem metuet, cui aeterna vita promittitur? Ipſa ergo vita, quæ hic in ſpe, illic in re percipitur*, Olivæ *nomine, quam* Zain *littera deſignat, exprimitur: nam & in hac peregrinatione, Sanctorum facies exhilaratur in oleo; & in illa patria perfectius Sancti Spiritus aeterna viſione atque inhabitatione pinguefcit. & quia ſeptiformis eſt ejuſdem Spiritus gratia, rectè ſeptima littera vocitatur* Oliva. *Nomen autem* Fornicationis *congruit* peccatoribus derelinquentibus legem *Domini*.

Zain. 49 MEmor eſto verbi ✝ tui: ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.
Zain. 50 Haec me conſolata eſt in humilitate mea:
quia eloquium tuum vivificavit me.

Super-

49 *Memento (ùt humano more loquar) conficere promiſſum tuum datum mihi ſervo tuo; in quo me æternam ſalutem ſperare feciſti.* 50 *Hæc res, nempe iſta promiſſio tua, me conſolata eſt in abjectione & afflictione mea: quia iſtiuſmodi ſermo tuus a quavis adver-*

Zain. 51 Superbi iniquè agebant uſquequaque:
à lege ✝ autem: tua non declinavi,
Zain. 52 memor fui judiciorum tuorum à ſaeculo
Domine, & conſolatus ſum.
Zain. 53 Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Zain. 54 Cantabiles mihi erant juſtificationes tuae
in loco peregrinationis meae.
Zain. 55 Memor fui nocte nominis tui Domine:
& cuſtodivi legem tuam.
Zain. 56 Haec facta eſt mihi, quia juſtificationes
tuas exquiſivi.

adverſitate reſpirare me fecit, & in ſpem ſalutis revivifcere. 51 Me ſuperbi contemptores legis tuæ deridebant; & nimis valde ſe erga me iniquè gerebant: non tamen a lege tua ego deviavi. 52 Recordatus ſum judiciorum tuorum, quæ ab initio mundi exercuiſti in flagellandis temporaliter filiis tuis, quos admiſſurus es in felicitatem æternam; & ita me ſum conſolatus. 53 Defectio animi & horror me obsinuit propter peccatores, qui derelinquunt legem tuam. 54 Mihi juſta præcepta tua veluti dulcia cantica erant in loco peregrinationis meæ, in mæroris ſolatium in itinere iſto laborioſo vitæ hujus. 55 Quin & noctu etiam recordatus ſum divinæ tuæ majeſtatis Domine; tuamque legem cuſtodivi. 56 Id quod totum mihi evenit, quia juſta præcepta tua ſervare quæſivi.

100

ORATIONES.

1 SPem quam dediſti Domine, in ipſa ſit humilitatis noſtrae conſolatio; quae nobis erit exſultatio, & gloriae plenitudo. Per Dominum.

2 DEus, qui humilitatem noſtram ſpe vitae aeternae interim conſolaris; praeſta, ut in loco peregrinationis noſtrae ita tibi jugiter ſerviamus, ut perennis patriae beatitudine perfruamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 153. 192. 3 SPem quam dediſti nobis Domine, ipſa ſit in humilitate noſtrâ conſolatio: quae nobis erit in exſultatione gloriae plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 153. 175. 4 MEmores tui in nocte Domine, legem tribue cuſtodire: & qui de te nec in tribulationibus ſilent, numquam à tuis ſermonibus claudicent; ſed fixâ in te ſtabilitate perdurent. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7 S. Hieronymi. 5 TE ſuppliciter exoramus, Domine, ut nobis juſtificationes tuas inſinues; vias reſeres; mirabilia declares: & ſiquid Legis umbraculum occultet, Paracleto illuminante reveles. ut, ſi beatitudinis palmam non adipiſcimur, ſaltem vel pro delictis veniam conſequamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & poteſtas & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

BEDA.

VIII. Heth. Vita.

Quartidit ad literam Tertium. *Agmen beatum ad octavam litteram venit: in qua deſiderat videre faciem Domini; quia ejus mandatis neſcitur obſecutum. Et quia hoc deſiderium in reſurrectionis gloria perficitur, octava littera, Vita vocabulo gaudet.*

Heth. 57 POrtio mea Domine; dixi cuſtodire
legem tuam:
Heth. 58 Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde ✝ meo:
miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.
Heth. 59 Cogitavi vias meas:
& converti pedes meos in teſtimonia tua.
Heth. 60 Paratus ſum & non ſum turbatus,
ut cuſtodiam mandata tua.
Heth. 61 Funes peccatorum circumplexi ſunt me:
✝ &: legem tuam non ſum oblitus.
Heth. 62 Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum
tibi.
ſuper judicia juſtificationis tuae.
Heth. 63 Particeps ego ſum omnium timentium te,
& cuſtodientium mandata tua.
Heth. 64 Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt terra:
juſtificationes tuas doce me.

57 Domine tu es mihi ceu tota hæreditaria portio & ſors mea; & ego decrevi cuſtodire legem tuam. 58 Deprecatus ſum vultum tuum toto corde meo; miſerere mei ſecundum promiſſum tuum. 59 Recogitavi vias actuſque vitæ meæ: & converti greſſus meos ad ſequenda ea, quæ te velle teſtatus es nobis. 60 Paratus fui & promptus, nec ſanè ſum turbatus vel retardatus difficultate, cuſtodire mandata tua. 61 Tendiculæ & inſidiæ hominum peccatorum implicaverunt me: ſed legem ego tuam non ſum oblitus. 62 Medio noctis ſurgebam ad profitendum tibi laudes, tibi debitas, ſuper juſtis judiciis tuis. 63 Particeps ego ſum & ſocius omnium, qui te timent, tuaque mandata cuſtodiunt. 64 Muneribus miſericordiæ tuæ Domine plena eſt terra, miſericorditer ergo & me etiam doce juſta præcepta tua, intùs me perſuadendo efficaciâ tuâ.

℣. 57. Pſal. XV. 5. LXXII. 26.

ORATIONES.

115 1 POrtio noſtra eſto Domine: da nobis cuſtodire legem tuam; ut tu ſis nobis hereditas; noſque ſine fine poſſideas. Per Dominum noſtrum.

Deus

Digitized by Google

2 DEus, qui mandata tua ſervantibus, portionem te eſſe voluiſti; praeſta, ut, ne peccatorum funibus implicemur, juſtificationum tuarum vinculis illigemur. Per Dominum noſtrum.

BEDA.

IX. Teth. Bonum.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Populus beatus nonam litteram cantaturus ingreditur: in qua gratias agit humiliatum ſe fuiſſe, ut ad juſtificationes Domini devotiſſimus perveniret; teſtimonia ejus afferens ſibi ſupra omnes eſſe divitias: nomenque praeſentis litterae pariter exponens, bonum ſuum dicit verbum Dei humiliter meditari.

Teth. 65 BOnitatem feciſti cum ſervn tuo
Domine ſecundùm verbum tuum.
Teth. 66 Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me:
quia mandatis tuis credidi.
Teth. 67 Priuſquam humiliarer, ego deliqui:
propterea eloquium tuum cuſtndivi.
Teth. 68 Bnnus es tu; & in bonitate tua doce me
juſtificationes tuas.
Teth. 69 Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum;
egn autem in toto corde meo ſcrutabor
mandata tua.
Teth. 70 Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:
ego verò legem tuam meditatus ſum.
Teth. 71 Bnnum mihi quia humiliaſti me,
ut diſcam juſtificationes tuas.
Teth. 72 Bonum mihi lex oris tui
ſuper millia auri & argenti.
℣. 72. Pſ. XVIII. 11. 130.

65 Benignè cum ſervo tuo egiſti Domine ſecundùm promiſſum tuum. 66 Benignitatem erga proximum, eruditionem diſciplinamque morum, & rectam intelligentiam myſteriorum tuorum doce me illuſtratione & inſpiratione gratia tua; quia mandatis tuis, ea mihi eſſe neceſſaria dicentibus, credidi. 67 Antequam humiliarer & affligerer a te, ego erravi: propterea per humiliationem reſipiſcens, verba tua ſervavi. 68 Tu benignus es Domine atque beneficus: pro tua ergo benignitate doce me intus noſſe & facere juſta praecepta tua. 69 Multiplicata eſt contra me iniquitas & mendacium ſuperborum, ſed ego perſcrutabor toto animo meo mandata tua, ut ſervem ea. 70 Horum ſuperborum animus, ſicut lac coagulatum & in caſeum obduratum, ſic incraſſatus eſt & obtuſus, ne tua verba intelligat: ego autem legem tuam cum delectatione ſum meditatus. 71 Bonum mihi fuit, quòd me humiliaveris atque afflixeris, ut vel ſic diſcerem juſta praecepta tua. 72 Melior eſt lex tua mihi, pluſquam aureorum & argentorum millia.

ORATIONES.

1 DIſciplinam & ſcientiam doce nos Domine; ut nec malitia aſperos, nec deſidia remiſſos, nec ſtultitia reddat ignaros. Per Dominum noſtrum.

2 DEus, qui nns manu plaſmaſti, miſericordiâ redemiſti; da nobis intellectum, ut legem tuam immaculato corde meditemur; & te ſemper ſanctâ & beneplacitâ confeſſione ſectemur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 128. 146. 3 BOnitatem & diſciplinam & ſcientiam dnce nos Domine: ut nec malitia aſperos; nec deſidia remiſſos; nec ſtultitia reddat ignavos. ℟. *Amen*. Per miſericnrdiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 199. 4 CHriſte Deus noſter, qui pro nnbis omnibus paſſionis ſuſtuliſti injuriam; cùm inter odientes pacem pacificus inveniris; & innocens à nocentibus crucifigeris: ſicque mortem humani generis mnrte tuâ transfigis: da nobis, nt multiplicata ſuper nns ſuperborum iniquitas non praevaleat; atque meditatin legis tuae (à) cordis noſtri ſtudin non recedat: ut quia tu ſolus pro nobis omnibus & mnrtem paſſus es & ſepulchrum; credentibus tibi & lumen aeternae vitae dones & praemium. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

BEDA.

X. *Jod.* Scientia *vel* Principium.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Ad decimam litteram cohors glorioſa progreditur; in qua petit intellectum mandatorum *ſibimet debere concedi; ut verae vitae munere perfruatur: & petens, ut per Domini miſericordiam* fiat immaculata; *ne poſſit in illo judicatione confundi. recte igitur* Scientia vel Principium *nuncupatur littera, in qua populus fidelis ab illa capiendi quaerit intellectum, a qua vivendi ſumpſit exordium:* manus tuae, *inquiunt*, fecerunt me & plaſmaverunt, da mihi intellectum *&c. Poteſt etiam* Scientia vel Principium *ad hoc interpretari, quod dicitur* Cognovi Domine quia aequitas judicia tua: *quod in Hebraico veritate ita legitur:* Scio Domine quia juſtum judicium tuum: *& hoc* ſcientiae *perfectioris, quae in futuro revelanda eſt, eſſe* principium: *quia nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.*

Jod. 73 MAnus tuae fecerunt me, & plaſmaverunt me:
da mihi intellectū; & diſcam mandata tua.
Jod. 74 Qui timent te, videbunt me, & laetabuntur:
quia

73 Manus omnipotentia & miſericordia tua fecerunt me & formaverunt me: da ergo etiam intelligentiam rectam mihi; & ſic ſine errore diſcam mandata tua. 74 Tunc me videbunt, qui te timent, & laetabuntur: propterea quòd in promiſſionibus verborum ℣. 73. Job X. 8. ℣. 74. Pſ. XXXIII. 3.

quia in verba tua ſuperſperavi.
Jod. 75 Cognovi Dñe quia aequitas judicia tua: & ✠ in: veritate ✠ tua: humiliaſti me.
Jod. 76 Fiat miſericordia tua ut conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo.
Jod. 77 Veniant mihi miſerationes tuae, & vivã: quia lex tua meditatio mea ✠ eſt:.
Jod. 78 Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Jod. 79 Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teſtimonia tua.
Jod. 80 Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis ut non confundar.

tuorum valdè ſperaverim. 75 Cognovi Domine, quòd juſta ſint judicia & decreta tua, & quòd verè & juſtè meritoque me humiliaveris & afflixeris. 76 Verùm adveniat in me gratia & miſericordia tua, ut me conſoletur ſecundum promiſſum tuum, quod dediſti mihi ſervo tuo. 77 Adveniant in me miſerationes tuae ut tibi vivam: quia lex tua eſt id quod ego meditor, & in quo me oblecto. 78 Pudeſiant autem ſuperbi, quia injuſtè & contra tuam legem ſe geſſerunt erga me: ego verò me exercebo in enarrandis mandatis tuis. 79 Revertantur ad me, qui te timent, & divina mandata ſciunt, quę tuam nobis atteſtantur voluntatem. 80 Fiat, quaeſo, per gratiam tuam animus meus perfectus & ſine peccati macula in ſervandis juſtis pręceptis tuis: ne ob eorum neglectum ego coram te turpiter pudeſiam.

ORATIONES.

1 FAc cor meum immaculatum in tuis juſtificationibus, Domine: ut nec intelligentia prava nos polluat; nec diſpoſitio ſiniſtra confundat. Per Dominum.

2 SCimus, Domine, quia juſtum eſt judicium tuum: ſed obſecramus miſericordiam tuam; ut veniant ſuper nos miſerationes tuae: quatenus nec cum ſuperbis confundamur, neque cum iniquis condemnemur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 231. 130. 3 AD te Domine oculos noſtros erigimus; quia manuum tuarum artificium ſumus: da nobis intellectum diſcendi mandata tua; & timentes te reple laetitiâ. veniat in conſolationem noſtri miſericordia tua; quae nos & à malis omnibus eruat, & operum dignitatem tibi * placitam edoceat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* al. placere.

fol. 130. 4 PRaeſta nobis Domine intellectum diſcendi mandata tua; inſtrue nos meditatione aſſiduâ, ut ab omni officio nos non retrahat deſidia; ſed ad conſolandum nos tua fiat miſericordia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 133. 5 FIat cor noſtrum Domine in tuis juſtificationibus immaculatum: ut nec intelligentia prava nos polluat; nec diſpoſitio ſiniſtra confundat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

XI. Caph. Manus.

Undecimam litteram peregrinus in hac terra populus decantat: in qua nimium deſiderium ſuum in adventum Domini fideliter confitetur: enumerat quoque quanta ſuperborum inſolentiae pertulerit; ad poſtremum petit, ut in mandatis Domini, ipſius munere perſeveret. Haec ergo mentis devotio per Caph *litteram deſignatur: quae ita* Manus *interpretatur, ut ejuſdem* Manus *palmam ſive volam ſignificet; id eſt, non contractam eam, ſed apertam expanſiſque digitis infantem. Manus ergo ſignificat opera vel cordis vel corporis vel ipſius amoris interni; apertio verò ejus eſt, quam Pſalmiſta commendans ait:* Revelo ad Dominum viam tuam, & ſpera in eum *&c.*

Quotidie ad literam Sententiam.

Caph. 81 DEfecit in ſalutare tuum anima mea: ✠ & in: verbum tuũ ſuperſperavi.
Caph. 82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes; *Quando conſolaberis me?*
Caph. 83 Quia factus ſum ſicut uter in pruina: juſtificationes tuas non ſum oblitus.
Caph. 84 Quot ſunt dies ſervi tui? quando facies de perſequentibus me judicium?
Caph. 85 Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ùt lex tua:
Caph. 86 omnia mandata tua, veritas. Iniquè perſecuti ſunt me; adjuva me.
Caph. 87 Paulò minus conſummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Caph. v. 20. Ps. LXXXIII 2. 88 Secundùm miſericordiam tuã vivifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

81 Defecit me animus prae deſiderio maximo obtinendi ſalutaris auxilii tui: nam & in promiſſo tuo ſpem magnam habui. 82 Defecerunt oculi mei intentiùs ſuſpiciendo in cęlum, exſpectantes promiſſionem tuam: quibus oculis veluti tacitis vocibus ad te dicebam: Quando tu me conſolaberis? *83 Nam calamitatibus & tentationibus aridus effectus ſum, quaſi uter a pruina contractus & corrugatus, ſed juſta interim praecepta tua non ſum oblitus. 84 Quot dies vitae tam miſerae ſuperſunt mihi ſervo tuo? quando mihi facies judicium liberationis meae a perſequentibus me? 85 Narraverunt mihi iniqui iſti ſermocinationes lepidas quidem, ſed nugatorias, quas ipſimet commenti ſunt & excogitaverunt; at non ut pręcipit graviſſima lex tua Domine: 86 omnia enim mandata tua vera ſunt, non nugatoria & inania. Cùm illi igitur injuſtè me perſecuti ſint, tu mihi auxiliare. 87 Parum equidem abfuit, quia me ipſi ad exitum vitę perduxerint in terra; ego tamen non dimiſi cuſtodiam mandatorum tuorum. 88 Prout decet miſericordiam tuam, fac ut reviviſcam & reſpirem a metu impendentium malorum: & ſic liberiore animo tutiùſque cuſtodiam jura tua divina, conteſtata nobis voce tua.*

ORA-

ORATIONES.

1 DEfecit in ſalutare tuum anima mea, Domine: deſiderio defectio proficiat exuberantis gratiae dono, perceptura conſolationem in praemio. Per Dominum.

2 DEus, in cujus eloquium mentis oculi concupiſcunt, & Salutare deficiunt; adjuva dies noſtros, ne perſequente iniquitate cadamus. Per eumdem Dominum.

3 AB omnibus impugnationum nequitiis Eccleſiam tuam Domine dexterae tuae protectione defende: ut, inimicis noſtris converſis, ſacris à te benedictionibus repleamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 121. 4 DEfecit in ſalutari tuo anima noſtra, Domine: deſiderio indefeſſo proficiat exuberantis gratiae dono, perceptura conſolationem in praemio. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

BEDA.

XII. Lamed. Diſciplina.

Quotidie ad Horam Sextam. *Ad duodecimam litteram plebs caeleſtis advenit: in qua virtutem Domini ſolidque deſcribens; dicit, omnia temporalia finem poſſe ſuſcipere; mandata verò ejus nequaquam terminum reperire: quorum diſciplinae libentiſſimè ſubdita proclamat:* In aeternum non obliviſcar juſtificationes tuas. *& ideo* Lamed diſciplinam *ſonat*.

Lamed. 89 IN aeternum Domine verbum tuum permanet in caelo:

Lamed. 90 in generationem & generationem veritas tua:

fundaſti terram, & permanet:

Lamed. 91 ordinatione tuâ perſeverat dies:

quoniam omnia ſerviunt tibi.

Lamed. 92 Niſi quod lex tua meditatio mea ÷ eſt:

+ tunc: fortè periiſſem in humilitate mea.

Lamed. 93 In aeternum non obliviſcar juſtificationes tuas:

quia in ipſis vivificaſti me.

Lamed. 94 Tuus ſum ego; ſalvum me fac:

quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.

Lamed. 95 Me exſpectaverunt peccatores ut perderent me.

teſtimonia tua intellexi.

Lamed. 96 Omnis conſummationis vidi finem:

latum mandatum tuum nimis.

✝.89. Pſalmus LXXXVIII. 3. 178.

89 Mandatum tuum Domine in aeternum permanet in caelo, a cunctis caelitibus ſine ulla prorſus inobedientia ſervatum: 90 & in generatione omnes & aetates ſtabilis permanet veritas & firmitas decretorum tuorum: ſicuti juſſu tuo fundaſti terram, & ipſa obedienter permanet: 91 & ſicut ex tua conſtitutione dies perſeverat, indeſinenter nocti ſuccedens, jam ab exordio mundi: quia tibi omnia creata ſerviunt & obediunt. 92 Niſi lex tua meditatio & delectatio mea eſſet, periiſſem jam tum, cùm humiliarer & affligerer in perſecutionibus meis. 93 In ſempiternum non obliviſcar juſtorum praeceptorum tuorum: quia per ipſa me reviviſcere feciſti. 94 Cùm tuus ſim ego, tu me ſalva: quia juſta praecepta tua efficere ex animo quaeſivi. 95 Me per inſidias obſervando praeſtolabantur peccatores ad perdendum me: ego tamen ea, quae te a nobis velle teſtatus es, interim animo cogitabam. 96 Omnis cujuſlibet perfectionis rerum in hac vita vidi finem eſſe ac terminum, & certis temporibus locisque cuncta deſiniri; at mandatum illud tuum diligendi te ſuper omnia, & proximum ſicut nosmetipſos, valdè latum & ſpatioſum eſt, ſemper & ubique ad omnia ſe extendens indefinitè, univerſam legem comprehendens.

ORATIONES.

1 IN aeternum, Domine, permanet Verbum tuum in caelo; & in Eccleſiae tuae ſemper inhabitet templo: ut habitatoris praeſentia, habitaculi ſit claritas indefeſſa. Per eumdem Dominum.

2 DEus, cujus in caelo veritas manet & verbum; lux perſeverat & dies; fac nos in tuo ſervitio jugiter permanere, ut filii lucis eſſe mereamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 121. 129. 3 IN aeternum Domine Verbum tuum, quod permanet in caelo, in Eccleſiae tuae ſemper inhabitet templo: ut inhabitatoris praeſentia habitaculis ſit claritas indefeſſa. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

BEDA.

XIII. Mem. Ex quo *vel* Ex ipſis.

Populus beatus, qui Prophetarum atque Evangelii plurima meditatione profecerat ad ſequendum, ſuper docentes ſe ac ſeniores eſſe ſe divina intellexiſſe mandata. *& ideo* ſuper mel & favum ori ſuo *Scripturarum divinarum teſtatur provenisse* dulcedinem. *Quod ergo* Mem *interpretatur*, Ex quo; *hoc eſt quod dicitur*, Quomodo dilexi legem tuam Domine! *Et iterum*, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! *id eſt ex quo effectu dulcedinis & amoris! ut ſignificet eum intimo.*

Quotidie ad Horam Sextam. *Quod verò dicitur*, Ex ipſis, *ſignificat*, ex ipſis *Domini mandatis eorumdem concipiendum amorem; unde dicit*, A mandatis tuis intellexi *&c.*

Mem. 97 Quomodo dilexi legem tuā ✠ Dñe!
totâ die meditatio mea ✠ eſt:
Mem. 98 Super inimicos meos prudentem
me feciſti mandato tuo:
quia in aeternum mihi eſt.
Mem. 99 Super omnes docentes me intellexi:
quia teſtimonia tua meditatio mea ✠ eſt:
Mem. 100 Super ſenes intellexi:
quia mandata tua quaeſivi.
Mem. 101 Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos,
ut cuſtodiam verba tua.
Mem. 102 A judiciis tuis non declinavi:
quia tu legem poſuiſti mihi.
Mem. 103 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!
ſuper mel ori meo.
Mem. 104 A mandatis tuis intellexi:
✝. 103. Pſ. XVIII. 11. 194. propterea odivi omnem viā iniquitatis.

97 Quam dilexi legem tuam Domine! de ea enim ego meditor tota die. 98 Tu feciſti, ut ego magis quam inimici mei, intelligerem mandatum tuum; quia in aeternum mihi amabile eſt, & in aeternum eſt mihi proficuum. 99 Plus etiam habui rectam rerum intelligentiam, quàm magiſtri mei, qui diſciplinas me docebant; propterea quòd de iis, quae te velle teſtatus es, meditor aſſiduè. 100 Rectiorem ſanè prudentioremque intelligentiam habui, quàm ſeniores longâ rerum experientia edocti; propterea quòd tua mandata cognoſcere & facere quaeſiverim ex corde. 101 Ab omni viâ malâ vivendi & actione malâ prohibui greſſus actuſque meos, ut cuſtodirem juſſa tua. 102 A divinis juribus tuis non receſſi; propterea quòd tu Deus, cui omnis creatura obedire debet, legem mihi conſtitueris. 103 Quàm dulcia ſunt gutturi & interiori palato animi mei verbo & praecepta tuo! certè ſuaviora ſunt cordi meo, quam ſit dulce mel ori corporis mei. 104 Ex mandatis tuis veram de bonis maliſque rebus intelligentiam aſſecutus ſum; propterea odio habui omnem injuſtam viam vivendi, actionemque pravam.

ORATIONES.

1 Dona nobis, Domine, ſic legem tuam diligere; ut eam jugiter meditemur in corde: & accepto tibi ſemper proficiamus in opere. Per Dominum noſtrum.

al. vitiis. 2 Dignare, Domine, faucibus noſtris eloquii tui inferre dulcedinem: ut valeamus à * viis pravis, pedum noſtrorum ſubtrahere veſtigia. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 107. 131. 136. 3 Ab omni viâ malâ prohibe pedes noſtros, Domine: verbumque tuum totâ ſervemus attentione; atque à malo recedere, & tibi nos perpetim facias complacere. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 131.141. 4 Da nobis, Domine, ſic diligere legem tuam; ut eam jugiter meditemur in corde, & accepto tibi perficiamur in opere. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 214. 5 Laetemur, Domine, ſuper eloquia tua, quae ſuper mel & favum ſunt dulcia: qualiter nobis temporalem dilatationem ovando perducant. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

XIV. Nun. Sempiternum *vel* Piſcis.

Quotidie ad literam Sententiam. *Ad quartam decimam litteram cohors beata pervenit; in qua* pedibus ſuis Dominici verbi lumen *radiare congaudet; autem ſuam humillimâ ſatisfactione commendans, & expetens* retributiones *Domini perpetuas. ob quas littera haec* Sempiterni *nomen accepit. Porrò quòd & Piſcis interpretatur, oſtendit, eum, qui ſaeculi fluctibus obſitus,* lumen verbi *requirit; dicens,* Humiliatus ſum uſquequaque Domine *&c.*

Nun. 105 Lucerna pĕdibus meis, verbum tuum;
& lumen ſemitis meis.
Nun. 106 Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiae tuae.
Nun. 107 Humiliatus ſum uſquequaque:
Dñe vivifica me ſecundùm verbum tuū.
Nun. 108 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine:
& judicia tua doce me.
Nun. 109 Anima mea in manibus meis ſemper:
& legem tuam non ſum oblitus.
Nun. 110 Poſuerunt peccatores laqueum mihi:
& de mandatis tuis non erravi.
Nun. 111 Hereditate acquiſivi teſtimonia tua in aeternum:
quia exſultatio cordis mei ſunt.
Nun. 112 Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas
✝. 112. Deuteron. XXXIII. 4. 209. in aeternum propter retributionem.

105 Lex tua veluti lucerna eſt dirigendis greſſibus & actibus vitae meae: & veluti lux eſt ad itinera monſtranda totius curſus vitae meae, ut videam quà ſit mihi gradiendum, quidve mihi devitandum. 106 Cum juramento promiſi & ſtatui cuſtodire jura tua juſta. 107 Humiliatus & afflictus ſum valdè Domine; ſed tu fac me vivere perſeveranter ſecundùm legem tuam. 108 Spontanea haec promiſſa ſervandae legis tuae, quae & animo meo feci, complaceant tibi Domine: & jura tua extrinſecus & intrinſecus doce me ſemper. 109 Nam anima mea quaſi in manibus meis portatur ſemper expoſita continuis periculis; & quotidie periclitor: nec tamen oblitus ſum legis tuae. 110 Peccatores poſuerunt mihi laqueum & inſidias: non tamen a ſervandis praeceptis tuis aberravi. 111 Quaſi fundum meum haereditarium accepi & poſſidere conſtitui in aeternum, aſque divina mandata, quae teſtantia nobis voluntatem tuam: quia ipſa ſunt, in quibus gaudiu exſultat cor meum. 112 Inclinavi ſenſum animi mei ad exſequenda juſta praecepta tua in perpetuum propter aeternam retributionem felicitatis aeternae: ut hoc ſolatio infirmitas mea non laſſeſceret; ſed alacriùs obtemperaret voluntati meae, quâ tibi potiſſimùm obedire volo propter majeſtatem tuam, quia tu nimirum Deus es.

ORA-

ORATIONES.

1 **S**It lucerna pedibus noſtris verbum tuum, Domine; & lumen ſemitis noſtris: ut, quod intelligamus, inſtruat; & quò properemus, oſtendat. Per Dominum noſtrum.

2 **D**Eus, qui verbum tuum lumen ſemitis noſtris tribuiſti; animam noſtram ita regere digneris, ut in tuae retributionis hereditate confidat. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 156. 158.

3 **L**Umen tuum, Domine, legis tuae nobis agnitione oſtende: ut à lubricis caſibus tuo juvamine erigamur; & alacres in tuo lumine ad deſtinata aeternitatis tuae gaudia feſtinemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deua noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XV. Samech. Adjutorium.

Quotidie ad Horam Sextam.

Ad quintam decimam litteram catholicum venit examen: in qua dicit, iniquos, *id eſt adverſarios legis*, odio ſibi fuiſſe; legem verò Domini ſe dilexiſſe; petens, *ut ob eo ſuſceptum, mala ſaeculi evadat*; carnemque ſuam timori Domini *ſubjici, ne de ejus* praevaricatione *judicetur, exoptat; nemen quoque litteræ pariter exponens; ubi ait*, Adjuva me, & ſalvus ero.

Samech. 113 **I**Niquos odio habui:
& legem tuam dilexi.

Samech. 114 Adjutor & ſuſceptor meus es tu:
✝ & in: verbum tuum ſuperſperavi.

Samech. 115 Declinate à me maligni:
& ſcrutabor mandata Dei mei.

Samech. 116 Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum,
& vivam:
& non confundas me ab expectatione mea.

Samech. 117 Adjuva me; & ſalvus ero:
& meditabor in juſtificationibus tuis ſemper.

Samech. 118 Spreviſti ōnes diſcedentes à judiciis tuis:
quia injuſta cogitatio eorum.

Samech. 119 Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae:
ideo dilexi teſtimonia tua.

Samech. 120 Confige timore tuo carnes meas:
à judiciis enim tuis timui.

225

113 Odivi violatores legis tuæ, pravaſque cogitationes alienas a tua lege, Domine: ipſam autem legem tuam dilexi. 114 Tu es auxiliator meus & exceptor meus, qui tuo me ſcuto defendis adversùs inimicos meos; & in verbo promiſſionis tuæ vehementer ſperavi. 115 Recedite a me maligni: & ſic liberâ mente inveſtigabo quæ ſint Dei mei mandata, ut cuſtodiam ea. 116 Excipe me tu viciſſim Domine, meque corrobora ſecundum verbum promiſſionis tuæ: & fac ut tibi vivam; & ne me ſinas pudore perfundi ob fruſtratam exſpectationem meam, ſi non impetravero ea, quæ a te fidenter exſpecto. 117 Auxiliare tu mihi; & ſalvus ero: ac de juſtis præceptis tuis cum delectatione ſemper meditabor. 118 Abjeciſti & nihil duxiſti omnes aberrantes a juſtis præceptis tuis: quia injuſta eſt eorum cogitatio & cupiditas. 119 Exiſtimavi omnes peccatores terræ eſſe reos violatæ legis tuæ; quos tu quaſi ſcoriam computaſti & abjeciſti: propterea ego dilexi tua mandata, quæ nobis teſtantur juſſum tuum. 120 Transfige horrore offenſæ tui, & caſto timore tui, quaſi clavis quibuſdam carnales concupiſcentias meas & membra corporis mei; ne moveantur & ferantur ad ſua deſideria prava: a decretis enim tuis puniendi æterno ſupplicio peccatores, mihi valde timui.

ORATIONES.

1 **A**Uxiliare nobis Domine, & ſalvi erimus: te enim deſiſtente, perditio; & te praeſente, vitalis eſt plenitudo. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 **D**Eus, qui inimicos noſtros ſemper nobis jubes diligere, & legem tuam cuſtodire; illumina oculos cordis noſtri: ut te ſemper adjuvante, tibi obediamus; & à malis operibus eruamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 156. 161. * al. inimicorum.

3 **T**Ribue nobis, Domine, adjutorium declinandi odia * iniquorum, & fallaciam ſuperare praevaricatorum. eſto protector ſperantium in verbo tuo; & ſuſcipe humiles juxta eloquium tuum: quatenus poſſimus tua mandata ſervare, & judicia tua metuere, & de admiſſis indulgentiam promereri. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 156. 165. * al. praeſervante.

4 **A**Uxiliare nobis Domine, & ſalvi erimus: te enim deſiſtente perditio, & te * praeſente, vitalis eſt plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter.

Comment. hujus Pſalm. T. 5. S. Hieronymi.

5 **T**E, Domine, deprecamur, ut in timore tuo confiſi, lucernâ ſacri luminis praeeunte, à peccati funibus abſoluti, & tua portio facti; illam viam incedere valeamus, quae nos à malorum liberatos ſuppliciis, Angelis faciat coheredes. Per ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Digitized by Google

BEDA.

XVI. Ain . Fons *ſive* Oculus.

Quotidie ad Horam Sextam.

Ad ſextam decimam litteram in æternum membra Domini aſcendendo pervenerunt: in qua petunt ſacra Incarnationis adventum; tempus eſſe dicentia, ut ad deſtruendos ſuperbos potentia Divina monſtretur. Ille eſt ergo Fons vivus, qui quæritur: iſte oculus mundus, qui quærit; oculi, *inquit*, mei defecerunt in ſalutari tuo.

Ain. 121 FEci judicium & juſtitiam: non tradas me calumniantibus me.

Ain. 122 Suſcipe ſervum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.

Ain. 123 Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in eloquium juſtitiae tuae.

Ain. 124 Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiam tuam: & juſtificationes tuas doce me.

Ain. 125 Servus tuus + ſum: ego; da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua.

Ain. 126 Tempus faciendi Domine: diſſipaverunt legem tuam.

Ain. 127 Ideo dilexi mandata tua, ſuper aurum & topazion.

Ain. 128 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

✠. 123. Supra ✠. 83. ✠. 113. Pſal. XVIII. 11.

121 Feci id quod jus poſtulat & juſtitia: ne igitur me tradi permittas manibus eorum, qui mihi injuriam faciunt & calumniam. 122 Excipe me ſervum tuum, ut bene ſit mihi: & ne ſinas ſuperbos me calumniari & opprimere. 123 Oculi mei defecerunt & elanguerunt, aſſiduè ſpectando in cælum intenti, ad implorandum tacitis vocibus auxilium tuum ſalutiferum, & ad exſpectandum effectum verbi & promiſſi tui & veri & juſti, quod neminem fallit. 124 Fac igitur citò cum ſervo tuo, prout miſericordiam tuam facere convenit: & me exterius interiuſque doce juſto præcepto tua. 125 Ego & conditione & profeſſione ſponteneâ ſum ſervus tuus: intelligentiam ergo rectam præbe mihi; & ſic cognoſcam, quænam ſint ea, quæ a nobis fieri debere, es tu conteſtatus. 126 Tempus adeſt opportunum ut facias vindictam & ultionem de iniquis Domine: ſiquidem iſti ruperunt & diſſipaverunt legem tuam. 127 Quamobrem dilexi mandata tua pluſquam aurum & obrizum & topazium. 128 & ob eam cauſam ad normam univerſorum mandatorum tuorum me dirigebam, meoque facta recto faciebam; & omnem viam actionemque vitæ injuſtam & pravam odivi.

241

ORATIONES.

1 DOce nos Domine judicium & juſtitiam facere: ut non tradamur adverſis; nec calumniantibus ſubdamur iniquis: ſed eloquia tua intentis mentibus diligentes, ab omnibus malignis eripiamur inſidiis. Per Dominum.

2 DEus, qui rectum judicium & juſtitiam ſpontè tribuis; fac ſervis tuis, ut illa ſemper meditentur, te adjuvante & miſerante, quae tibi ſunt placita. Per Dominum.

Br. Mozarab fol. 179. 192 198.

3 JUdicium & juſtitiam doce nos facere Domine; qualiter valeamus ſuperborum calumnias conculcare: excipe ſervos tuos in bono, qui ſperant in ſalutare tuum: quorumque interiores oculi Chriſti tui exſpectant regnum, hos partem habere facito in conſortio Electorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XVII. Phe. Os, *ab* ore *non ab oſſe*.

Quotidie ad Horam Nonam.

Septimam decimam litteram fidelis populi intrat oratio: referens ſe aperuiſſe os ſuum, & attraxiſſe ſpiritum, ut ejus audiatur oratio; exituſque aquarum tranſiſſe lacrymas pias; quia non ſit * *a Judæis* cuſtodita lex Domini. *Et rectè littera occubitum oris accipit, in qua parvulus quis & humilis introitum cordis aperit; & ſpiritum dulcæ charitatis imbibit.*

* *ſcrib. abeis.*

Phe. 129 MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Phe. 130 Declaratio ſermonum tuorum illuminat: + &: intellectum dat parvulis.

Phe. 131 Os meum aperui & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Phe. 132 Aſpice in me; & miſerere mei, ſecundùm judicium diligentium nomen tuum.

Phe. 133 Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis injuſtitia.

129 Mandata tua, quæ teſtimonia ſunt juſſionis tuæ, & numero & magnitudine & perfectione ſummi, admiranda ſunt hominibus, ignorantiâ & concupiſcentiâ vitioſis, proniſque ad malum ob adoleſcentia ſua: ideirco animo meo diligentiùs perſcrutata eſt ipſa mandata tua, ut obſervarem ea. 130 Manifeſtatio & explicatio mandatorum tuorum omnes illuminat; & parvulos ſimplices & rudes intelligere facit, quæ tu jubes aut prohibes. 131 Os meum aperui & traxi anhelitum & ſuſpiravi, eo quòd ardentiùs deſiderarem noſſe & implere mandata tua. 132 Quare benignis oculis reſpice ad me, & miſerere mei juxta ſolitum jus illud tuum æquiſſimum, quo uti ſoles erga diligentes divinam majeſtatem tuam. 133 Greſſus actuſque omnes vitæ meæ fac directos ad normam & regulam mandati tui: & fac, ne ulla mihi dominetur iniquitas.

✠. 130. Sic diſtinguitur apud Apollinar.

✠. 130. Pſ. XVIII. 8.

✠. 132. I. Theſſal. I. 6. 7.

✠. 133. Pſal. XVI. 5. XVIII. 14.

Redi-

Phe. 134 Redime me à calumniis hominum,
ut cuſtodiam mandata tua.
Phe. 135 Faciem tuam illumina ſuper ſervũ tuũ:
& doce me juſtificationes tuas.
Phe. 136 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei;
257 quia non cuſtodierunt legem tuam.

quitas. 134 Libera me a calumniis hominum, ut animo liberiori cuſtodiam mandata tua. 135 Vultum tuum exhibe lucidum & propitium mihi ſervo tuo: & interiore luce ac manuductione tuâ doce me juſta praecepta tua. 136 Rivi lacrymarum defluxerunt ex oculis meis, propterea quòd non cuſtodierint legem tuam.

℣. 135. Pſal. IV. 7.
℣. 136. Jerem. IX. 1.

ORATIONES.

1 RIvos lacrymarum deduxerunt oculi noſtri, Domine; qui legem tuam, vetita concupiſcendo, tranſgrediuntur: per ea, crimina abluamus, per quae, peccata commiſimus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DEus, qui lucem verborum tuorum, & intellectum das parvulis; concede, ut pectora noſtra ad recipiendum Spiritum Sanctum Paraclitum aperta ſint. Per Dominum *&c.* in unitate ejuſdem Spiritus Sancti per omnia *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 130. 131.
3 SCrutantes, Domine, teſtimoniorum tuorum mirabilia, inluminationis tuae intellectum declara: quique aperto ore vitalem ſpiritum traximus; & pinguedinem ſancti Sacrificii ſaginati ructamus: in timore ſemper eloquiorum tuorum creſcamus; atque gloriam aſpectûs tui oſtenſione pacificâ videamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 101.
4 ILlumina Domine vultum tuum ſuper nos, ut declaratio ſermonum tuorum corda illuminet noſtra; & intellectus pectora enutriat parvulorum: ut, dum mandata tua concupiſcimus, ſapientiae & intellectûs Spiritum corde patefacto ſumamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 102.
5 DEclaratio ſermonum tuorum illuminet, Domine, corda; & intellectus pectora enutriat parvula: ut, dum mandata tua concupiſcimus, ſapientiae & intellectûs Spiritum corde patefacto ſumamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

XVIII. Sade. Juſtitia.

Quotidie ad Horam Nonam.
Triumphatrix cornis ſuae cohors Sanctorum ad octavam decimam litteram venit; in qua ſecundùm ipſius litterae nomen juſtitiam *Domini confitetur*; & eloquia ejus ignita *continuâ ſe dicit* dilectione venerari; *ad poſtremum petens* intellectum teſtimoniorum, *unde vivificari debeat* in aeternum.

Sade. 137 JUſtus es Domine; & rectum, judicium tuum.
Sade. 138 Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua,
& veritatem tuam nimis.
Sade. 139 Tabeſcere me fecit zelus meus:
quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Sade. 140 Ignitum eloquium tuum vehementer;
& ſervus tuus dilexit illud.
Sade. 141 Adoleſcentulus ſum ego & contemptus:
juſtificationes tuas non ſum oblitus.
Sade. 142 Juſtitia tua, juſtitia in aeternum:
& lex tua, veritas.
Sade. 143 Tribulatio & anguſtia invenerunt me:
mandata tua meditatio mea ✝ eſt:
Sade. 144 Aequitas, teſtimonia tua in aeternum:
272 intellectum da mihi, & vivam.

137 Juſtus es Domine; & recta ſunt ſingula jura ac judicata tua. 138 Tu nimis valde mandaſti nobis, ut ſervaremus juſtitiam, nempe ea, quae teſtatus es te velle; & ut ſervaremus veram rectamque legem tuam. 139 Tabeſcere & conſumpſit me zelus meus & indignatio, eo quod inimici mei obliti fuerint praeceptorum tuorum. 140 Eloquium tuum ſive in praecipiendo ſive in promittendo puriſſimum eſt in aequitate & fidelitate, ſicut metallum igne conflatum & ab omni ſorde expurgatum: illudque ſervus tuus dilexit. 141 Ut adoleſcentior quidem vel puer potius, ac contemptibilis ego ſum; ſed juſta praecepta tua non ſum oblitus. 142 Juſtitia tua eſt juſtitia ſempiterna; & lex tua eſt vera recta ac fidelis in ſuppliciis decernendis ac praemiis. 143 Tribulationem & anguſtiam inveni; mandata tamen tua non deſinunt eſſe jugis meditatio mea. 144 Praecepta, teſtantia juſtum tuum, ſunt juſta & aequa in aeternum: fac ergo ut ego ea intelligam, & ut eadem intellecta faciendo, tibi vivam.

℣. 139. Pſ. LXVIII. 10.
℣. 140. Pſalm. IX. 7. XVII. 31. Proverb. XXX 5.

ORATIONES.

1 IGnitum verbum tuum, ſervi tui, Domine, diligamus: quod in nobis peccatorum ſordes decoquat; & ſcientiae lumen accendat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 JUſtus es Domine, & rectum, judicium tuum. ſupplices tuos ab omni tribulatione & anguſtia libera; ut effici mereamur mandatorum tuorum meditatione felices. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 104. 106.
3 AEquitatem teſtimoniorum tuorum, Domine, da nobis avidiori ſenſu capere: ut, quod mortificat in nos ſtultitia, vivificet à te ſapientia deſtinata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam

diam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 173. *De Paſſione Domini*. 4 JUſtus es Domine; qui pro nobis injuſtè judicatus es innocens: & ideo quaeſumus, ut qui punitus es ſine crimine tuo, abſolvas nos à facinore peccatorum noſtrorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

BEDA.

XIX. Coph. Vocatio.

Quotidie ad Horam Nonam. *Nonam decimam litteram ingreditur reverendiſſimus chorus: in quo juxta nomen ejus* in toto corde ſuo clamat ad Dominum: juſtificationes ejus *ſedulae* exquirens: *&* in verbo illius, *anticipatâ confeſſione gaviſus; adjiciensque* ſe cognoviſſe teſtimonia Domini in aeternum eſſe fundata.

Coph. 145 CLamavi in toto corde ÷ meo: exaudi me Domine:
juſtificationes tuas requiram.

Coph. 146 Clamavi ad te; ſalvum me fac, ut cuſtodiam mandata tua.

Coph. 147 Praeveni in maturitate, & clamavi:
÷ quia: in verba tua ſuperſperavi.

Coph. 148 Praevenerunt oculi mei ÷ ad te diluculo
ut meditarer eloquia tua.

Coph. 149 Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam Domine:
& ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Coph. 150 Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati:
à lege ÷ autem: tuâ longè facti ſunt.

Coph. 151 Prope es tu Domine: & omnes viae tuae veritas.

Coph. 152 Initio cognovi de teſtimoniis tuis
quia in aeternum fundaſti ea.

145 *Quoniam toto affectu animi mei ad te clamavi, exaudi me Domine; ut juſſa praecepta tua perquiram atque cuſtodiam*. 146 *Quoniam ad te emiſi clamorem, teque invocavi; tu ſalva me, & fac, ut cuſtodiam tua praecepta, quae teſtimonia ſunt nobis voluntatis tuae*. 147 *Maturè & nocte intempeſtâ antelucanis horis anticipavi preces, & clamavi: quia in verbis promiſſionum tuarum valde ſperavi*. 148 *Praevenerunt oculi mei ante negocia omnia in vigiliâ matutinâ, cùm dilucuſcit, tibi vigilare coeperunt ad meditandum verbum tuum*. 149 *Vocem ergo precationis meae auſculta Domine, prout decet miſericordiam tuam: & ad normam juris tui me vivere facito*. 150 *Qui me perſequebantur, appropinquaverunt quidem ad iniquitatem: ſed procul diſceſſerunt a lege tua*. 151 *Sed tu Domine, non Deus a longè, ſed Deus appropinquans es, & omnibus ades propè: & omnia mandata tua vera ſunt & recta*. 152 *Jam a principio & a multo tempore novi hoc de mandatis tuis & teſtimoniis voluntatis tuae, quòd in aeternum immutabilia ſtabiliveris ea*.

ORATIONES.

℣. 147. Supra ℣. 62. ℣. 148. Pſal. LXII. 2. 7. 286 1 VOcem noſtram exaudi, Domine, ſecundùm multam miſericordiam tuam: ne in judicio nos condemnes ùt reos; ſed pius ac miſericors remuneres ùt beatos. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DEus, qui ad te toto corde clamantes clementer exaudis; ad preces humilitatis noſtrae miſericordiae tuae memor intende. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 177. 179. 180. 3 EXclamamus ad te, Domine, ut nos exaudias; & oculos humo acclives ad te admittas: ut, tuâ nos inluſtrante ſerenitate, ſemper maneamus in lumine. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XX. Res. Caput.

Quotidie ad Horam Nonam. *Ecce jam vigeſimam litteram populus, vitiorum victor, ingreditur: in qua ſe petit vivificari; quoniam* mandata Domini *ſummo ſtudio requiſivit*: longe à peccatoribus ſalutem *commemorans; quia ſimiliter non fecerant*: principium *quoque* verborum Domini, *teſtatur eſſe* veritatem. *& hoc eſt* Caput, *quod littera praeſens oſtendit*.

Res. 153 VIde humilitatē meam, & eripe me:
quia legē tuam non ſum oblitus.

Res. 154 Judica judicium meum; & redime me:
propter eloquium tuum vivifica me.

Res. 155 Longè à peccatoribus ſalus:
quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.

Res. 156 Miſericordiae tuae, multae Domine:
ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Res. 157 Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à te-

153 *Vide abjectionem & afflictionem meam, & eripe me: quia legis tuae non ſum oblitus*. 154 *Judica cauſam meam inter me & inimicos meos; & ab eis libera me: propter verbum promiſſionis tuae recrea me, ut quaſi luce libertatis reviviſcam*. 155 *Longè abeſt a peccatoribus ſalus; eo quòd non quaeſierint & ſectati fuerint juſta praecepta tua*. 156 *Miſerationes tuae Domine multa ſunt erga pios: quocirca ſecundum morem tuum ſolitum recrea me; & fac me reviviſcere & reſpirare a metu malorum*. 157 *Nam bene multi ſunt, qui me perſequuntur, meque affligunt, neque tamen devinci a praeceptis tuis, teſtimoniis certiſſimis* ℣. 154. Pſ. XXXIII. 1. XLII. 1. Threni III. 58. Miche. VII. 9. ℣. 155. Job V. 4.

volun-

à teſtimonijs tuis non declinavi.

Res. 158 Vidi praevaricantes, & tabeſcebam;
quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Res. 159 Vide quoniam mandata tua dilexi:
Domine in miſe ricordia tua vivifica me.

Res. 160 Principium verborum tuorum, veritas:
in aeternum omnia judicia juſtitiae tuae.

302

voluntatis tuæ. 158 Vidi inſenſatos non ſervantes legem tuam & pactum tecum initum: & mœrore contabeſcebam; eo quod verba & præcepta tua non cuſtodirent. 159 Vide, quòd ego mandata tua cuſtodierim Domine: propterea pro tua miſericordia recrea me, meque reviviſcere fac & reſpirare. 160 Caput & exordium omnium verborum tuorum ac praeceptorum eſt veritas tua, quę nec falli poteſt, nec fallere: & in ſempiternum vera & non fallaciæ; ſed ſemper juſta ſunt jura tua omnia atque judicia.

O R A T I O N E S.

1 Miſerationes tuae multae, Domine, plurimas in nobis iniquitates deleant; & ad indulgentiam tuam nos emendando perducant. Per Dominum noſtrum.

2 Deus, qui ſalutem fidelium à peccatoribus elongaſti: miſerationum tuarum memor, humilitatem noſtram ab iniquorum inſectatione cuſtodi. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 177. 179. 184. 189. 3 Vide humilitatem noſtram, Domine; & eripe nos: te enim reſpiciente, etſi dejicimur, ſublevamur: quo ſuſtentante, ne corruamus, excipimur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 177. 4 Miſerationes tuae multae, Domine, omnes iniquitates noſtras deleant; & ad indulgentiam tuam nos emundandos perducant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c*.

BEDA.

XXI. Sin. Dentes.

Quotidie ad Horam Nonam.

Vigeſimam primam litteram Sanctorum cœtus ingreditur: in qua perſecutiones ſævientium, charitate Domini ſibi dicit eſſe gratiſſimas; ſeptles *quoque* in die laudes Domino dixiſſe: *cui etiam ſuas vias notas eſſe profitetur*. Dentes *autem*. *quos hujus literæ nomen exprimit, vel* Sanctorum *intellige, qui Dominum laudent, vel perſecutorum, de quibus dicitur*: Filii hominum, dentes eorum arma & ſagittae.

Sin. 161 Principes perſecuti ſunt me gratis:
& à verbis tuis formidavit cor meũ.

Sin. 162 Laetabor ego ſuper eloquia tua,
ſicut qui invenit ſpolia multa.

Sin. 163 Iniquitatē odio habui & abominatus ſũ:
legem autem tuam dilexi.

Sin. 164 Septies in die laudem dixi tibi
ſuper judicia juſtitiae tuae.

Sin. 165 Pax multa diligentibus legem tuam:
& non eſt illis ſcandalum.

Sin. 166 Exſpectabam ſalutare tuum Domine:
& mandata tua dilexi.

Sin. 167 Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua.
& dilexit ea vehementer.

Sin. 168 Servavi mandata tua & teſtimonia tua:
quia omnes viae meae in conſpectu tuo.

161 Principes me perſecuti ſunt ſine juſta cauſa; ſed a verbis juſſionum tuarum trepidavit magis cor meum, quàm a principibus perſecutoribus meis. 162 Lætitia exſultabo propter verba promiſſarum tuarum, tamquam is qui multa hoſtium devictorum ſpolia reperit. 163 Injuſtitiam omnem & mendacium odivi & abominatus ſum: tuam autem legem dilexi. 164 Septies ſæpiuſque in die te laudavi de judiciis tuis juſtis, quibus omnia moderaris ex æquo. 165 Pax magna & animi tranquillitas eſt diligentibus legem tuam; & nullum eſt offendiculum illis amatoribus legis tuæ, quo corruant & pereant. 166 Jugiter exſpectabam adjutorium tuum ſalutiferum Domine: tuaque mandata dilexi & feci. 167 Anima mea cuſtodivit præcepta, quæ teſtimonia ſunt voluntatis tuæ: quæ & vehementer dilexit. 168 Cuſtodivi mandata tua, & quæ teſtificatus es, tibi placere, nam viæ actioneſque vitæ meę omnes coram te ſunt, nihilque te latet.

℣. 166. Gen. XLIX. 18.
℣. 165. Sic diſtinguitur apud Apollinariũ

O R A T I O N E S.

318

1 Pax multa diligentibus legem tuam, Domine; & non eſt in ipſis ſcandalum: praeſta, ut nullis umquam cogitationibus perturbentur, qui amori tuo nihil in hoc mundo praepoſuerunt. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 Fac nos, Domine, ſuper eloquia tua laetantes, in tuis laudibus aſſiduè gloriari: ut in pacis tuae amore ſervati, minas principum minimè formidemus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 179. 3 In dilectione tua, Deus, ſit pax diligentibus te: & quia laetaris in pacis bonitate, pacis tuae nos refice dono; ac per charitatis praemium remove à nobis ſcandalum: ut de tua pace ſuperemus odium; & de charitate noſtrorum cooperiamus (multitudinem) peccatorum: ſicque mandata tua ſervemus, ut ad conſpectûs tui gloriam, charitatis dulcedine perducamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XXII. Thau . Signum *vel* Conſummatio.

Quotidie ad literam Nonem.

Ad vigeſimam ſecundam litteram, Domino juvante, perventum eſt; in qua Sanctorum chorus, quantùm ad finem Pſalmi vicinus eſt, tantùm ſe Chriſto deſiderat proximari. petit enim, ad adventum Domini Salvatoris, quem fidelium devotio ineffabili deſiderio ſuſtinebat, ut ovem perditam revocare pietatis ſuæ munere dignaretur. Ipſe ergo eſt nobis cunctarum Conſummatio *virtutum: quia quicumque eum videre meruerimus, nil ultra quærere opus habemus. Ipſius eſt* Signum, *quo redempti, ſanimus;* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Thau. 169 APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo: Domine juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Thau. 170 Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me.

Thau. 171 Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me juſtificationes tuas.

Thau. 172 Pronunciabit lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua, aequitas.

Thau. 173 Fiat manus tua ut ſalvet me: quoniam mandata tua elegi.

Thau. 174 Concupivi ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea ✝ eſt:

Thau. 175 Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.

Thau. 176 Erravi ſicut ovis quae periit: quaere ſervum tuum; quia mandata tua non ſum oblitus.

334

169 Perveniat in conſpectum tuum acceptabilis intentu hæc deprecatio mea Domine: & da mihi intelligentiam rectam ad normam verbi tui. 170 Ingrediatur coram te grata, hæc mea poſtulatio Domine: & juxta verbum promiſſionis tuæ ab omni me malo libera. 171 Ex imo pectore labia mea promant laudem tui, cùm tu me interiori lumine, ac ductu me docueris juſta præcepta tua. 172 Loquatur lingua mea de verbis tuis: quia omnia mandata tua juſta ſunt. 173 Fiat operatia omnipotentia tua ad ſalvandum me: quia præ omnibus aliis elegi mihi ſectanda mandata tua. 174 Deſideravi valde ſalutem illam, quæ a te ſolo præſtatur Domine: & lex tua eſt omnis mea meditatio atque oblectatio. 175 Vivat tibi anima mea, & te laudet: tuaque jura a me ſervata auxilientur mihi. 176 Aberravi planè a viâ rectâ mandatorum tuorum, quaſi ovis perdita, quæ aberrans ad gregem per ſe redire non poteſt: verùm require tu me ſervum tuum, & in viam me rectam reduc; quia quamvis peccaverim, mandatorum tamen tuorum non ſum oblitus.

ORATIONES.

1 INtroeat, Domine, oratio noſtra in conſpectu majeſtatis tuae: & ſicut nos ab erroribus priſtinis ùt oves perditas revocaſti; ita fac, ut juſtificationum tuarum edocti praeconio, mereamur ad plenam pietatis tuae gratiam pervenire. Per Dominum noſtrum *&c.*

* *al.* bonitatis. * *al.* filios.

2 PAlma totius * beatitudinis Deus; qui * fideles tuos, ut in lege tua ambulent, teſtimonia tua ſcrutentur, mandata cuſtodiant, ſalubris proviſor informas: concede nobis, juſtificationes tuas toto corde quaerere, eloquia tua intelligere, mirabilia tua praedicare: ut, qui hactenus quaſi perditae oves erravimus, tuis piis humeris reſtituti paradiſo gloriemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Comment. hujus Pſ. Im. tom. 7. S. Hieronymi.

3 TE, Domine, ſupplices deprecamur, ut judiciorum tuorum factores, mandatorum cuſtodes, teſtimoniorumque ſcrutatores effecti; repertâ perditâ ove, induſtriâ benigni Paſtoris reſtitutâ Eccleſiaſtico ovili, ſacris tuis humeris reportati, ſanctorum Angelorum mereamur conſortiis gloriari. Tibi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

CXIX.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Cantica graduum, *cantica aſcenſionum ſunt: unde in Græco ſignificantiùs dicitur,* ᾨδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, *quòd tantùm ad ſuperna tendunt: veluti ſi aliquis in foveam ceciderit, & ponatur ſcala unde aſcendendi capiat facultatem. In foveam itaque captivitatis cùm populus Iſraeliticus deveniſſet, cùm tribularetur, clamavit ad Dominum, & exauditus eſt; in patriamque reductus eſt; ita ut, urbe Temploque reſtaurato, diceret:* Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini, qui ſtatis in domo Domini. *Quo exemplo, qui in peccati foveam cecidit, gradibus humilitatis, quibus ſuperna repetat, opus habet. Qui benè* Gradus *quindecim vel in Pſalterio deſcripti, vel in templo Salomonis compoſiti eſſe perhibentur, ut ſignificent, nos per hebdomadam Legis, & ogdoadem Dominicæ Reſurrectionis ad ſuperna poſſe reſurgere: nec aliàs principem mundi evadere, niſi requies animæ poſt carnem, quaſi in ſeptima ætate; & reſurrectio carnis in finem, quaſi in octava, creetur. Propter hos quindecim* Gradus, *id eſt utriuſque Teſtamenti ſcientiam, aquæ diluvii, quæ concava vallium, & planitiem camporum in immenſum exceſſerant, altiſſimos montes quindecim cubitis tranſcendiſſe narrantur: quia fides Eccleſiæ, quæ baptiſmi undâ ſecatur, cùm gentiles mortes facilè ſuperat; tùm philoſophorum ſumma ingenia, virtutis culmine devincit:*

quia

quis & in hoc ſaeculo rectè vivere; & in futuro vitam animae perpetuam cum corporis reſurrectione credere, ſperare, & diligere novit.

Per totum pſalmum Propheta loquitur. In prima parte clamat ad Dominum, ut liberetur à labiis iniquis & à lingua doloſa: Ad Dominum, dum tribularer. *Secundò, vehementer affligitur; quia in hac vita diutiùs commorans, aliena vitia ſuſtinendo, malorum permixtione praegravatur:* Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.

Euſebius Caeſarienſis. *De incolatu.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub perſona David canitur, quando Saulis perſecutionibus exulabat.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judęis.

Pſalt. Syr. *Anonymus: Canticum primum aſcenſionis, erat populus detentus in Babel, ut liberetur; ac proinde nos oramus, ut liberemur a daemonibus. verſ. 15.*

Pſalt. Arab. *verſ. 8.*

Feria II. ad Veſperum. S. Hier. *Quindecim graduum Pſalmi perquoſdam profectus nos ad ſummum perducunt, ut in atriis Domini poſſimus dicere:* Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini in atriis domus Dei ejus.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 AD DOMINUM, CUM TRIBULARER CLAMAVI, ET EXAUDIVIT ME.

† 2 Domine libera animam meam à labiis iniquis

3 ÷ &: à linguâ doloſâ.

† 4 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?

† 5 Sagittae potentis acutae

6 cum carbonibus deſolatoriis.

† 7 Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus eſt:

8 habitavi cum habitantibus Cedar:

9 multùm incola fuit anima mea.

ỷ. 10. 11. Sic diſtinguitur apud Apollinariū. † 10 Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:

11 cùm loquebar illis, impugnabant me ÷ gratis:

1 Canticum pro aſcenſionibus, ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Cùm in captivitatis tribulatione eſſem, clamavi ad Dominum: qui & exaudivit me.* 2 *Domine libera animam meam ab inimici oppreſſoris mei verbis injuſtis & mendacibus,* 3 *& a doloſo ſermone.* 4 *Ecquid emolumenti dandum eſt tibi; quidve ſupplicii afferendum eſt tibi ob linguam tuam fraudulentam, popule Babyloniae, qui me in ſervitutem redegiſti?* 5 *Acuta planè ſagittę ab omnipotente Deo tibi dandae ſunt & infigendę,* 6 *unà cum ignitis carbonibus, cuncta vaſtantibus ac deſolantibus.* 7 *Heu me miſerum! quia peregrinatio hęc mea longè ab Jeruſalem in longum tempus protracta eſt:* 8 *diu habitavi exſul in tentoriis, ut habitare ſolent Cedareni in Arabia:* 9 *multoque tempore peregrinata eſt anima mea.* 10 *Erga iſtos odientes pacem eram ego pacificus:* 11 *at cùm dicerem illis verba pacata, ipſi è contrario gratis & ſine cauſa mecum ſemper bellabant.* I. Gradus: Afflictio.

ORATIONES.

MSS. * *al. propugnator.* 1 TRibulationum noſtrarum optime * mitigator, Deus; libera animas fidelium à labiis detrahentium iniquorum: ut adjutoriis ſpiritualibus praemunitae, nullis impugnationibus adgraventur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 199. 2 AD te Dominum, dum tribulamur clamamus: ut nos à labiis iniquis liberes, & à lingua doloſâ tutes: nec blandientibus iniquitatem nos humilies; nec receſſum à veritate ſuadentibus, adſenſum noſtrum incurves. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 199. 3 MUltùm peregrinantem animam noſtram in tabernaculis Cedàr, tu Chriſte, lux vera juſtitiae, peccatorum noſtrorum tenebris exue; & ſanctae claritatis tuae luce perfunde: ut & in hoc mundo cum odientibus pacem pacifici, & in futuro ſaeculo cum filiis Jeruſalem, ſanctâ confoederante concordiâ, mereamur eſſe beati. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 211. 4 CHriſte Dei Patris individua proles, qui, adſumpto homine, laqueos iniquae linguae perpeſſus es; tu Eccleſiam tuam ab omnium paſſionum inlecebris libera; à nocibilitate labiorum detrahentium inlaeſam conſerva: quatenus à rugientibus miniſtris, ſcilicet diabolicae poteſtatis, exempta, tibimet caeleſti in curiâ inhaereat glorioſâ. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

CXX.

Canticum graduum.

BEDA.

Primò in tribulatione poſitus Propheta, ad exemplum Publicani illius, qui tunſo pectore oculos elevare non audebat ad caelum; liberari *ſe petiit* à labiis iniquis & à lingua doloſa. *Nunc autem reſpirans ad ſecundum* gradum, oculos levavit ad montes, *ad interceſſores utique Sanctos; quorum ſuffragio munera ſuperna mereretur. Hoc enim ex perſona ſua loquitur Propheta; qui tamen & ipſe* Mons *erat, & patriarcha mirabilis; ſed ideo per iſtos* gradus *competenter aſcendiſſe ſe retulit, ut nobis ignorantibus, caeleſtium virtutum genera diſtinctâ narratione monſtraret.* Senſus myſticus.

Prophe-

Propheta (ut diximus) ad cæleſtem Jeruſalem conſcendens ; primo membro ad Sanctorum merita elevaſſe ſe dicit oculos, ut eorum precibus adjuvaretur ; ne mens illius hoſtili impugnationi ſuccumberet : Levavi oculos meos. *Secundo ordine indubitanter ſibi promittit , quòd ſe integre noverat poſtulaſſe ; docens , ut quoties bona fine corde petimus , conceda nobis ſine dubitatione credamus :* Dominus cuſtodit te , (Dominus protectio tua,) *& reliqua .*

Euſebius Cæſarienſis . *Reditus a Babylone, & a diſperſione.*

S. Athanaſius . *Pſalmus gratiarum actionis .*

✱ Cardin. Thomaſ. *Prædicatio, vel inſtitutio ſupplicationis , quæ populo in Babylone poſito conveniat . Aliter , Pſalmi graduum dicuntur, quia in aſcenſu Templi canebantur ſinguli Pſalmi per ſingulos gradus.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos.

Pſalt. Syr. *Anonymus : Ex Pſalmis aſcenſionis è Babel , & promiſſionis bonorum . verſ.* 10.

Pſalt. Arab. *verſ.* 10.

Feria II. ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus ſecundam aſcenſionem continet, cujus titulus eſt :* Canticum graduum ; *plures enim ſunt ſignificantes aſcenſum noſtrum , qui fit in corde ad Deum a convalle plorationis , ideſt ab humilitate contribulationis .*

PSALMUS AD IMPRECANDUM BENEDICTIONEM.

Propheta. 1 LEVAVI OCULOS MEOS IN MONTES , UNDE VENIET AUXILIUM MIHI

℣. 2. II. Paralip. XX. 17. † 2 Auxilium meum à Domino ,
3 qui fecit caelum & terram .
† 4 Non det in commotionem pedẽ tuum :
5 neque dormitet qui cuſtodit te .
† 6 ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſraël .
℣. 7. 8. Sic diſtinguitur apud Apollinaciū . † 7 Dominus cuſtodit te :
8 Dominus protectio tua , ſuper manum dexteram tuam .
℣. 8. Pſal. XV. 8. CVIII. 11. † 9 Per diem ſol non uret te :
10 neque luna per noctem .
† 11 Dominus cuſtodit te ab omni malo :
12 cuſtodiat animam tuam ✢ Dominus :
† 13 Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum ,
14 ex hoc nunc , & uſque in ſaeculum .

II. Gradus: Profectus ad Deum. II Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *In exilio conſtitutus , levavi oculos meos versùs montes Jeruſalem , ut viderem unde mihi auxilium veniret ad redeundum illuc.* 2 *Auxilium iſtud mibi veniet a Domino ,* 3 *factore cæli & terræ .* 4 *Qui Deus in profectione tua ad Jeruſalem, o Iſrael , non permittat pedem tuum incidere in vacillationem & prolapſionem :* 5 *nec dormitantis more te negligat Deus cuſtos tui .* 6 *ecce enim non dormitabit umquam neque dormiet, qui cuſtodit Iſraelem.* 7 *Dominus te cuſtodit :* 8 *Dominus te protegit inſtar umbraculi , ſemper aſſiſtens ad manum dexteram tuam.* 9 *Ideò non te ſol interdiu aduret ardore ;* 10 *nec te luna noctu percutiet nimio humore .* 11 *Dominus in iſto te itinere cuſtodiat ab omni malo :* 12 *cuſtodiat ſanè animam tuam Dominus .* 13 *Dominus cuſtodiat exitum tuum de terra exilii tui , & acceſſum & introitum tuum in patriam tuam Jeruſalem ,* 14 *jam ab hoc tempore & in æternum uſque .*

O R A T I O.

MSS. PRotege plebem tuam, non dormitans neque dormiens , Domine Deus, protector Iſrael: & , ne urамur per diem , tu nos ab ſcandalis hujus mundi defende . Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum .

CXXI.

Canticum Graduum .

BEDA.

Senſus myſticus. *Audiamus* Gradum ; *intelligamus ad altiora conſcenſum : ſed iſte aſcenſus firmus eſt ; qui Domino cuſtodiente ſervatur . Ecce jam ſublevatur Propheta tertio gradu , ſecundis altior factus : & de ipſa lætitia principium pſalmi ſumpſiſſe declaratur.*

In primâ parte gaudet ſe Propheta commonitum,ad ſupernam Jeruſalem eſſe venturum ; ubi jam Sancti ſecurâ proſperitate conſiſtunt ; & cum Domino , miſericordia ipſius largiente , judicabunt : Lætatus ſum ,*& reliqua . Secundò , loquitur ad cives Jeruſalem , optans eis abundantiam pacis ; quam ſe dicit charitate fratrum , & Domini amore prædicaſſe :* Rogate quæ ad pacem , *& reliqua .*

Euſebius Cæſarienſis . *Bonorum rerum lætus nuncius .*

S. Athanaſius . *Pſalmus gratiarum actionis .*

✱ Cardin. Thomaſ. *Quia in priore Pſalmo audierat,* Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; *nunc propterea lætatum ſe eſſe dicit ; quòd ſibi in domo Dei introitus ſit repromiſſum .* Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos.

Pſalt. Syr. *Davidis ex Pſalmis aſcenſionis. cùm præcepit Cyrus, ut aſcenderet captivitas : ſpiritualiter verò promiſſio bonorum , verſ.* 19.

Pſalt. Arab. *verſ.* 15.

Feria III. ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus tertius eſt aſcenſionis gradus , vocem hominis continens : cujus converſatio habetur in Cælis .*

P S A L M U S A D M E D I T A N D U M.

Propheta. 1 LAETATUS SUM IN HIS QUAE DICTA SUNT MIHI;
2 in domum Domini ibimus :

ſtantes

III. Gradus : Lætitia ſocietatis ſanctæ. III. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Lætatus ſum in iis,quæ mihi dicta ſunt a Prophetis dicentibus ,* 2 *quod ab hoc exilio liberati ,*

Digitized by Google

℣. 3. Sic apud Apollinarium & in cod. Vaticano.

† 3 ſtantes erant pedes noſtri in atriis tuis : Jeruſalem :
† 4 Jeruſalem quae aedificatur ut civitas ;
5 cujus participatio ejus, in idipſum.
† 6 Illuc enim aſcenderunt tribus,
7 tribus Domini, teſtimonium Iſraël,
8 ad confitendum nomini Domini :
† 9 quia illic ſederunt ſedes in judicio,
10 ſedes ✠ ſuper : domum David.
† 11 Rogate ✠ quae ad : pacem ✠ ſunt : Jeruſalem.
12 ✠ Et : abundantia diligentibus te :
† 13 fiat pax in virtute tua ;
14 ✠ & : abundantia in turribus tuis.
† 15 Propter fratres meos & proximos meos,
16 loquebar pacem de te :
† 17 propter domum Domini Dei noſtri quaeſivi bona tibi.

ratè, cito ibimus ad domum Domini in Jeruſalem : 3 ubi in atriis tuis jam olim conſiſtebant pedes noſtri, o Jeruſalem. 4 Hac eſt Jeruſalem, quæ rurſum eſt reædificanda veluti civitas, 5 cujus participatio atque conſociatio in ſuis civibus ſit coadunata ſimul ut olim erat. 6 Ad eam enim urbem olim aſcendebant omnes Iſraëlitiçæ tribus, 7 tribus ſcilicet dicatæ Domino, juxta divinam conteſtationem & præceptum datum Iſrael, illuc aſcendendi, 8 tum ut profiterentur religionem ſuam erga nomen & majeſtatem Domini ; 9 tum etiam quia illic conſtituta erant ſolia & tribunalia ad exercendum judicium, 10 ſolia, inquam, ſuper domum & regnum Davidis. 11 Optate ergo a Domino ea, quæ ad pacem tranquillitatem & quietem faciunt Jeruſalem. 12 Itaque bene ſit, & bonorum abundantia adſit iis qui te diligunt, o Jeruſalem. 13 ſit & pax & proſperitas in munitione exercitûs tui, & in antemurali & ambitu murorum tuorum : 14 rerumque abundantia ſit in turribus & propugnaculis tuis. 15 Caterùm propter fratres meos & proximos amicos meos, 16 ejuſmodi pacem & tranquillitatem dicebam & optabam pro te, o Jeruſalem : 17 & propter templum Domini Dei noſtri, quod in te reædificandum eſt, quæſivi & optavi bona, quæ tibi Jeruſalem ſancta prodeſſent.

ORATIO.

MSS.

AMbulantibus in atriis domûs tuae, omnipotens Deus, pacis abundantiam largiri digneris ; ut, dum te totâ aviditate cordium confitemur, bona tua in caeleſtibus capiamus. Per Dominum noſtrum.

CXXII.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Qui priùs oculos ad montes levavit, *nunc ad ipſum* Dominum *lumina ſui cordis erexit.*
Propheta metuens amittere quod tenebat ; & cautus ex ipſa parte, quæ creverat ; primâ parte perſeverantiam precum devotas exſequitur ; ut ſuſcepta munera divino præmio contineret : Ad te levavi oculos meos. *Secundâ Dominum deprecatur, ut donet ei miſericordiam ; quia inſtigationi diaboli ab inſultantibus multa patiebatur adverſa : ut quem conſortio ſuo maculare non poterent, ſaltem ſuperbis deſpectionibus macularent :* Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.
Euſebius Caſarienſis. *Orationis.*
S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*
✠ Cardin. Thomaſ. *In communi omnium perſona, qui in captivitatem ducti ſunt canitur, libertatem reverſionis a Domino poſtulantium.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.
Pſalt. Syr. *Davidis : eſt Pſalmus aſcenſionis, diciturque ex perſona Zorobabel principis captivorum, & oratio ſupplicationis. verſ. 10.*
Pſalt. Arab. *verſ. 8.*

Feria III. ad Veſperam.

S. Hier. *Iſte Pſalmus quartum canticorum graduum pandit aſcenſum, in quo vir ille fidelis, qui dudum ad montes ſuſtollebat oculos, nunc proficiens jam in aſcenſu ad ipſum Cælorum habitatorem eos erigit, dicens :*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 AD TE LEVAVI oculos meos,
2 qui habitas in caelis.
† 3 Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum ;
† 4 ſicut oculi ancillae in manibus dominae ſuae :
5 ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum,
6 donec miſereatur noſtri.
† 7 Miſerere noſtri Dñe, miſerere noſtri :
8 quia multùm repleti ſumus deſpectione ;
† 9 ✠ quia : multũ repleta eſt anima noſtra :
10 opprobrium abundantibus,
11 & deſpectio ſuperbis.

IV. Gradus : Invocatio.

IV Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Ad te levavi oculos & corporis & mentis meæ, ut ex hoc me exilio liberes, 2 ad te, inquam, qui glorioſum in cœlo habes habitaculum. 3 Ecce quemadmodum oculi ſervorum intenti ſunt ad manus dominorum ſuorum, ut ab eis victum ac defenſionem habeant ; 4 & quemadmodum oculi ancillæ intenti ſunt ad manus ſuæ dominæ, ut neceſſaria conſequatur : 5 ſic oculi noſtri intenti ſunt ad te Domine Deus noſter, 6 donec miſerearis noſtri. 7 Miſerere ergo noſtri Domine, miſerere noſtri : 8 quia multùm admodùm in hoc exilio repleti ſumus contemptione & deſpicientiâ ; 9 nam ſemper magis ac magis eſt repleta deſpectione anima noſtra : 10 & jamdiu fuimus ludibrio & probro his inimicis noſtris, qui divitiis abundant : 11 multoque tempore fuimus deſpectui hiſce ſuperbis, nos nihili æſtimantibus.*

ORA-

Digitized by Google

Zain. 51 Superbi iniquè agebant uſquequaque: à lege ✠ autem: tua non declinavi,

Zain. 52 memor fui judiciorum tuorum à ſaeculo Domine, & conſolatus ſum.

Zain. 53 Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Zain. 54 Cantabiles mihi erant juſtificationes tuae in loco peregrinationis meae.

Zain. 55 Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodivi legem tuam.

Zain. 56 Haec facta eſt mihi, quia juſtificationes tuas exquiſivi.

adverſitate reſpirare me fecit, & in ſpem ſalutis reviviſcere. 51 Me ſuperbi contemptores legis tuæ deridebant; & nimis valde ſe erga me iniquè gerebant: non tamen a lege tua ego deviavi. 52 Recordatus ſum judiciorum tuorum, quæ ab initio mundi exercuiſti in flagellandis temporaliter filiis tuis, quos admiſſurus es in felicitatem æternam; & ita me ſum conſolatus. 53 Defectio animi & horror me obtinuit propter peccatores, qui derelinquunt legem tuam. 54 Mihi juſta præcepta tua veluti dulcia cantica erant in loco peregrinationis meæ, in mœroris ſolatium in itinere iſto laborioſo vitæ hujus. 55 Quin & noctu etiam recordatus ſum divinæ tuæ majeſtatis Domine; tuamque legem cuſtodivi. 56 Id quod totum mihi evenit, quia juſta præcepta tua ſervare quæſivi.

100

ORATIONES.

1 SPem quam dediſti Domine, in ipſâ ſit humilitatis noſtrae conſolatio; quae nobis erit exſultatio, & gloriae plenitudo. Per Dominum.

2 DEus, qui humilitatem noſtram ſpe vitae aeternae interim conſolaris; praeſta, ut in loco peregrinationis noſtrae ita tibi jugiter ſerviamus, ut perennis patriae beatitudine perfruamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 153. 171. 3 SPem quam dediſti nobis Domine, ipſa ſit in humilitate noſtrâ conſolatio: quae nobis erit in exſultatione gloriae plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

f. l. 153. 175. 4 MEmores tui in nocte Domine, legem tribue cuſtodire: & qui de te nec in tribulationibus ſilent, numquam à tuis ſermonibus claudicent; ſed fixâ in te ſtabilitate perdurent. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi. 5 TE ſuppliciter exoramus, Domine, ut nobis juſtificationes tuas inſinues; vias referes; mirabilia declares: & ſiquid Legis umbraculum occultet, Paracleto illuminante reveles, ut, ſi beatitudinis palmam non adipiſcimur, ſaltem vel pro delictis veniam conſequamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & poteſtas & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

BEDA.

VIII. Heth. Vita.

Quotidie ad Horam Tertiam. *Agmen beatum ad octavam litteram venit: in quo deſiderat videre faciem Domini; quia qui mandatis naſcitur obſcurum. Et quia hoc deſiderium in reſurrectionis gloria perficitur, octavo littera, Vitæ vocabulo genuit.*

Heth. 57 POrtio mea Domine; dixi cuſtodire legem tuam:

Heth. 58 Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde ✠ meo:
miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.

Heth. 59 Cogitavi vias meas:
& converti pedes meos in teſtimonia tua.

Heth. 60 Paratus ſum & non ſum turbatus,
ut cuſtodiam mandata tua.

Heth. 61 Funes Peccatorum circumplexi ſunt me: ✠ &: legem tuam non ſum oblitus.

Heth. 62 Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi.
ſuper judicia juſtificationis tuae.

Heth. 63 Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.

Heth. 64 Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt terra: juſtificationes tuas doce me.

57 Domine tu es mihi cen tota hæreditaria portio & ſors mea; & ego decrevi cuſtodire legem tuam. 58 Deprecatus ſum vultum tuum toto corde meo; miſerere mei ſecundum promiſſum tuum. 59 Recogitavi vias actuſque vitæ meæ: & converti greſſus meos ad ſequendo ea, quæ te velle teſtatus es nobis. 60 Paratus fui & promptus, nec ſanè ſum turbatus vel retardatus difficultate, cuſtodire mandata tua. 61 Tendiculæ & inſidiæ hominum peccatorum implicaverunt me: ſed legem ego tuam non ſum oblitus. 62 Media noctis ſurgebam ad profitendum tibi laudes, tibi debitas, ſuper juſtis judiciis tuis. 63 Particeps ego ſum & ſocius omnium, qui te timent, tuaque mandata cuſtodiunt. 64 Muneribus miſericordiæ tuæ Domine plena eſt terra, miſericorditer erga & me etiam doce juſta præcepta tua, intùs me perſuadendo efficaciâ tuâ.

℣. 57. Pſ. l. XV. 5. LXXII. 26.

ORATIONES.

115 1 POrtio noſtra eſto Domine: da nobis cuſtodire legem tuam; ut tu ſis nobis hereditas; noſque ſine fine poſſideas. Per Dominum noſtrum.

Deus

Google

2 DEns, qui mandata tua ſervantibus, portionem te eſſe voluiſti; praeſta, ut, ne peccatorum ſunibus implicemur, *juſtificationum* tuarum vinculis illigemur. Per Dominum noſtrum.

BEDA.

IX. Teth. Bonum.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Populus beatus nonam litteram cantaturus ingreditur: in qua gratias agit humiliatum ſe fuiſſe, ut ad juſtificationes Domini devotiſſimus perveniret; teſtimonia ejus aſſerens ſibi ſupra omnes eſſe divitias: nomenque praeſentis litteræ pariter exponens, bonum *ſuum dicit verbum Dei humiliter meditari.*

Teth. 65 BOnitatem feciſti cum ſervo tuo Domine ſecundùm verbum tuum.
Teth. 66 Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me:
quia mandatis tuis credidi.
Teth. 67 Priuſquam humiliarer, ego deliqui:
propterea eloquium tuum cuſtodivi.
Teth. 68 Bonus es tu; & in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.
Teth. 69 Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum;
ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
Teth. 70 Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:
ego verò legem tuam meditatus ſum.
Teth. 71 Bonum mihi quia humiliaſti me,
ut diſcam juſtificationes tuas.
Teth. 72 Bonum mihi lex oris tui
℣. 72. Pſ. XVIII. 11. 130. ſuper millia auri & argenti.

65 Benignè cum ſervo tuo egiſti Domine ſecundùm promiſſum tuum. 66 Benignitatem erga proximum, eruditionem diſciplinamque morum, & rectam intelligentiam myſteriorum tuorum doce me illuſtratione & inſpiratione gratia tua; quia mandatis tuis, ea mihi eſſe neceſſaria dicentibus, credidi. 67 Antequam humiliarer & affligerer a te, ego erravi: propterea per humiliationem reſipiſcens, verba tua ſervavi. 68 Tu benignus es Domine atque beneficus: pro tua erga benignitate doce me intus noſſe & facere juſta præcepta tua. 69 Multiplicata eſt contra me iniquitas & mendacium ſuperborum, ſed ego perſcrutabor toto animo meo mandata tua, ut ſervem ea. 70 Horum ſuperborum animus, ſicut lac coagulatum & in caſeum obduratum, ſic incraſſatus eſt & obtuſus, ne tua verba intelligat: ego autem legem tuam cum delectatione ſum meditatus. 71 Bonum mihi fuit, quòd me humiliaveris atque afflixeris, ut vel ſic diſcerem juſta præcepta tua. 72 Melior eſt lex tua mihi, pluſquam aureorum & argentorum millia.

ORATIONES.

1 DIſciplinam & ſcientiam doce nos Domine; ut nec malitia aſperos, nec deſidia remiſſos, nec ſtultitia reddat ignaros. Per Dominum noſtrum.

2 DEus, qui nos manu plaſmaſti, miſericordiâ redemiſti; da nobis intellectum, ut legem tuam immaculato corde meditemur; & te ſemper ſanctâ & beneplacitâ confeſſione ſectemur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 228. 246. 3 BOnitatem & diſciplinam & ſcientiam doce nos Domine: ut nec malitia aſperos; nec deſidia remiſſos; nec ſtultitia reddat ignavos. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 177. 4 CHriſte Deus noſter, qui pro nobis omnibus paſſionis ſuſtuliſti injuriam; cùm inter odientes pacem pacificus inveniris; & innocens à nocentibus crucifigeris: ſicque mortem humani generis morte tuâ transfigis: da nobis, ut multiplicata ſuper nos ſuperborum iniquitas non praevaleat; atque meditatio legis tuae (à) cordis noſtri ſtudio non recedat: ut quia tu ſolus pro nobis omnibus & mortem paſſus es & ſepulchrum; credentibus tibi & lumen aeternae vitae dones & praemium. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

BEDA.

X. *Jod*. Scientia *vel* Principium.

Quotidie ad Horam Tertiam.

Ad decimam litteram cohors glorioſa progreditur; in qua petit intellectum mandatorum *ſibimet debere concedi; ut vera vita munere perfruatur: & petens, ut per Domini miſericordiam* fiat immaculata; *ne poſſit in illa judicatione confundi. rectè igitur* Scientia *vel* Principium *nuncupatur littera, in qua populus fidelis ab illa capiendi quærit* intellectum, *a quo vivendi ſumpſit exordium*: manus tuae, *inquiens*, fecerunt me & plaſmaverunt, da mihi intellectum *&c. Poteſt etiam* Scientia *vel* Principium *ad hoc interpretari, quod dicitur* Cognovi Domine quia aequitas judicia tua: *quod in Hebraica veritate ita legitur*: Scio Domine quia juſtum judicium tuum: *& hoc* ſcientiae *perfectioris, quæ in futuro revelanda eſt, eſſe* pricipium: *quia nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.*

Jod. 73 MAnus tuae fecerunt me, & plaſmaverunt me:
da mihi intellectũ, & diſcam mandata tua.
Jod. 74 Qui timent te, videbunt me, & laetabuntur: quia

73 Manus omnipotentia & miſericordia tua fecerunt me & formaverunt me: da ergo etiam intelligentiam rectam mihi; & ſic ſine errore diſcam mandata tua. 74 Tuae me videbunt, qui te timeat, & lætabuntur: propterea quòd in promiſſionibus verborum tuorum

℣. 73. Job X. 8.
℣. 74. Pſ. XXXIII. 3.

quia in verba tua ſuperſperavi.
Jod. 75 Cognovi Dñe quia aequitas judicia tua:
& ✝ in: veritate ✝ tua: humiliaſti me.
Jod. 76 Fiat miſericordia tua ut conſoletur me,
ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo.
Jod. 77 Veniant mihi miſerationes tuae, & vivã:
quia lex tua meditatio mea ✝ eſt:.
Jod. 78 Confundantur ſuperbi,
quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me:
ego autem exercebor in mandatis tuis.
Jod. 79 Convertantur mihi timentes te,
& qui noverunt teſtimonia tua.
Jod. 80 Fiat cor meum immaculatum
in juſtificationibus tuis ut non confundar.

tuorum valdè ſperaverim. 75 Cognovi Domine, quòd juſta ſint judicia & decreta tua, & quòd verè & juſtè meritòque me humiliaveris & afflixeris. 76 Verùm adveniat in me gratia & miſericordia tua, ut me conſoletur ſecundùm promiſſum tuum, quod dediſti mihi ſervo tuo. 77 Adveniant in me miſerationes tuæ ut tibi vivam: quia lex tua eſt id quod ego meditor, & in quo me oblecto. 78 Pudeſiant autem ſuperbi, quia injuſtè & contra tuam legem ſe geſſerunt erga me: ego verò me exercebo in enarrandis mandatis tuis. 79 Revertantur ad me, qui te timent, & divina mandata ſciunt, quę tuam nobis atteſtantur voluntatem. 80 Fiat, quæſo, per gratiam tuam animus meus perfectus & ſine peccati macula in ſervandis juſtis pręceptis tuis: ne ob eorum neglectum ego coram te turpiter pudeſiam.

ORATIONES.

1 FAc cor meum immaculatum in tuis juſtificationibus, Domine: ut nec intelligentia prava nos polluat; nec diſpoſitio ſiniſtra confundat. Per Dominum.

2 SCimus, Domine, quia juſtum eſt judicium tuum: ſed obſecramus miſericordiam tuam; ut veniant ſuper nos miſerationes tuae: quatenus nec cum ſuperbis confundamur, neque cum iniquis condemnemur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 131. 150.

3 AD te Domine oculos noſtros erigimus; quia manuum tuarum artificium ſumus: da nobis intellectum diſcendi mandata tua; & timentes te reple laetitiâ. veniat in conſolationem noſtri miſericordia tua; quae nos & à malis omnibus eruat, & operum dignitatem tibi * placitam edoceat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* *al.* placere.

fol. 131.

4 PRaeſta nobis Domine intellectum diſcendi mandata tua; inſtrue nos meditatione aſſiduâ, ut ab omni officio nos non retrahat deſidia; ſed ad conſolandum nos tua fiat miſericordia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

fol. 153.

5 FIat cor noſtrum Domine in tuis juſtificationibus immaculatum: ut nec intelligentia prava nos polluat; nec diſpoſitio ſiniſtra confundat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

XI. Caph. Manus.

Undecimam litteram peregrinus in hac terra populus decantat: in qua nimium deſiderium ſuum in adventum Domini feliciter confitetur: enumerat quoque quanta ſuperborum inſultatione pertulerit; ad poſtremum petit, ut in mandatis Domini, ipſius munere perſeveret. Hæc ergo mentis devotia per Caph *litteram deſignatur: quæ ita* Manus *interpretatur, ut ejuſdem* Manus palmam *ſive* volam *ſignificet; id eſt, non contractam eam, ſed apertam expanſiſque digitis leſpanet.* Manus *erga ſignificat opera vel cordis vel corporis vel ipſius amoris interni: apertio verò ejus eſt, quam Pſalmiſta commendans ait:* Revela ad Dominum viam tuam, & ſpera in eum *&c.*

Quotidie ad Horam Sextam.

Caph. 81 DEfecit in ſalutare tuum anima mea:
✝ & in: verbum tuũ ſuperſperavi.
Caph. 82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum,
dicentes; *Quando conſolaberis me?*
Caph. 83 Quia factus ſum ſicut uter in pruina:
juſtificationes tuas non ſum oblitus.
Caph. 84 Quot ſunt dies ſervi tui?
quando facies de perſequentibus me judicium?
Caph. 85 Narraverunt mihi iniqui fabulationes,
ſed non ùt lex tua:
Caph. 86 omnia mandata tua, veritas.
Iniquè perſecuti ſunt me; adjuva me.
Caph. 87 Paulò minus conſummaverunt me in terra:
ego autem non dereliqui mandata tua.
Caph. 88 Secundùm miſericordiam tuã vivifica me:
& cuſtodiam teſtimonia oris tui.

ỳ. 81. Pſ. LXXXIII 3.

81 Defecit me animus præ deſiderio maximo obtinendi ſalutaris auxilii tui: nam & in promiſſo tuo ſpem magnam habui. 82 Defecerunt oculi mei intentiùs ſuſpiciendo in cœlum, exſpectantes promiſſionem tuam: quibus oculis veluti tacitis vocibus ad te dicebam: Quando tu me conſolaberis? *83 Nam calamitatibus & tentationibus aridus effectus ſum, quaſi uter a pruina contractus & corrugatus, ſed juſta interim præcepta tua non ſum oblitus. 84 Quot dies vitæ tam miſeræ ſuperſunt mihi ſervo tuo? quando mihi facies judicium liberationis meæ a perſequentibus me? 85 Narraverunt mihi iniqui iſti ſermocinationes lepidas quidem, ſed nugatorias, quas ipſimet commenti ſunt & excogitaverunt; at non ut præcipit graviſſima lex tua Domine: 86 omnia enim mandata tua vera ſunt, non nugatoria & inania. Cum illi igitur injuſtè me perſecuti ſint, tu mihi auxiliare. 87 Parum quidem abfuit, quia me ipſi ad exitum vitę perduxerint in terra; ego tamen non dimiſi cuſtodiam mandatorum tuorum. 88 Prout decet miſericordiam tuam, fac ut reviviſcam & reſpirem a metu impudentium malorum: & ſic liberiore animo tutiùſque cuſtodiam jura tua divina, conteſtata nobis voce tua.*

ORA-

ORATIONES.

1 DEfecit in ſalutare tuum anima mea, Domine: deſiderio defectio proficiat exuberantis gratiae dono, perceptura conſolationem in praemio. Per Dominum.

2 DEus, in cujus eloquium mentis oculi concupiſcunt, & Salutare deficiunt; adjuva dies noſtros, ne perſequente iniquitate cadamus. Per eumdem Dominum.

3 AB omnibus impugnationum nequitiis Eccleſiam tuam Domine dexterae tuae protectione defende: ut, inimicis noſtris converſis, ſacris à te benedictionibus repleamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 126. 4 DEfecit in ſalutari tuo anima noſtra, Domine: deſiderio indefeſſo proficiat exuberantis gratiae dono, perceptura conſolationem in praemio. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

BEDA.

XII. Lamed. Diſciplina.

Quotidie ad Horam Sextam. *Ad duodecimam litteram plebs caeleſtis advenit: in qua virtutem Domini ſaltemque deſcribens; dicit, omnia temporalia finem poſſe ſuſcipere; mandata verò ejus nequaquam terminum reperire: quorum diſciplinae libentiſſimè ſubdita proclamat;* In aeternum non obliviſcar juſtificationes tuas. *& ideo* Lamed diſciplinam *ſonat.*

Lamed. 89 IN aeternum Domine verbum tuum permanet in caelo:
Lamed. 90 in generationem & generationem veritas tua:
fundaſti terram, & permanet:
Lamed. 91 ordinatione tuâ perſeverat dies:
quoniam omnia ſerviunt tibi.
Lamed. 92 Niſi quod lex tua meditatio mea ÷ eſt:
÷ tunc: fortè periiſſem in humilitate mea.
Lamed. 93 In aeternum non obliviſcar juſtificationes tuas:
quia in ipſis vivificaſti me.
Lamed. 94 Tuus ſum ego; ſalvum me fac:
quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.
Lamed. 95 Me exſpectaverunt peccatores ut perderent me.
teſtimonia tua intellexi.
Lamed. 96 Omnis conſummationis vidi finem:
latum mandatum tuum nimis.

ỳ. 89. Pſalmo LXXXVIII. 3.

89 *Mandatum tuum Domine in aeternum permanet in caelo, a cunctis caelitibus ſine ulla prorſus inobedientia ſervatum:* 90 *& in generationes omnes & aetates ſtabilis permanet veritas & firmitas decretorum tuorum: ſicuti juſſu tuo fundaſti terram, & ipſa obedienter permanet:* 91 *& ſicut ex tua conſtitutione dies perſeverat, indeſinenter nocti ſuccedens, jam ab exordio mundi: quia tibi omnia creata ſerviunt & obediunt.* 92 *Niſi lex tua meditatio & delectatio mea eſſet, periiſſem jam tum, cum humiliarer & affligerer in perſecutionibus meis.* 93 *In ſempiternum non obliviſcar juſtorum praeceptorum tuorum: quia per ipſa me reviviſcere feciſti.* 94 *Cum tuus ſim ego, tu me ſalva: quia juſta praecepta tua efficere ex animo quaeſivi.* 95 *Me per inſidias obſervando praeſtolabantur peccatores ad perdendum me: ego tamen ea, quae te a nobis velle teſtatus es, interim animo agitabam.* 96 *Omnis cujuſlibet perfectionis rerum in hac vita vidi finem eſſe ac terminum, & certis temporibus locisque cuncta definiri; ut mandatum illud tuum diligendi te ſuper omnia, & proximum ſicut noſmetipſos, valdè latum & ſpatioſum eſt, ſemper & ubique ad omnia ſe extendens indefinitè, univerſam legem comprehendens.*

ORATIONES.

178.

1 IN aeternum, Domine, permanet Verbum tuum in caelo; & in Eccleſiae tuae ſemper inhabitet templo: ut habitatoris praeſentia, habitaculi ſit claritas indefeſſa. Per eumdem Dominum.

2 DEus, cujus in caelo veritas manet & verbum; lux perſeverat & dies; fac nos in tuo ſervitio jugiter permanere, ut filii lucis eſſe mereamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 131. 139. 3 IN aeternum Domine Verbum tuum, quod permanet in caelo, in Eccleſiae tuae ſemper inhabitet templo: ut inhabitatoris praeſentia habitaculis ſit claritas indefeſſa. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

BEDA.

XIII. Mem. Ex quo *vel* Ex ipſis.

Quotidie ad Horam Sextam. *Populus beatus, qui Prophetarum atque Evangelii plurima meditatione profecerat ad loquendum,* ſuper docentes ſe ac ſeniores *eſſe* ſe divina intellexiſſe mandata. *& ideo* ſuper mel & favum ori ſuo *Scripturarum divinarum teſtatur praeeminere* dulcedinem. *Quod ergo* Mem *interpretatur*, Ex quo; *hoc eſt quod dicitur*, Quomodo dilexi legem tuam Domine! *& iterum*, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! *id eſt* ex quo *effectu dulcedinis & amoris! ut ſignificet eu intimo. Quod verò dicitur*, Ex ipſis, *ſignificat*, ex ipſis *Domini mandatis eorumdem concipiendum amorem; unde dicit*, A mandatis tuis intellexi *&c.*

Mem. 97 QUomodo dilexi legem tuã ✝ Dñe:!
totâ die meditatio mea ✝ eſt:
Mem. 98 Super iuimicos meos prudentem
me feciſti mandato tuo:
quia in aeternum mihi eſt.
Mem. 99 Super omnes docentes me intellexi:
quia teſtimonia tua meditatio mea ✝ eſt:
Mem. 100 Super ſenes intellexi:
quia mandata tua quaeſivi.
Mem. 101 Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos,
ut cuſtodiam verba tua.
Mem. 102 A judiciis tuis non declinavi:
quia tu legem poſuiſti mihi.
Mem. 103 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!
ſuper mel ori meo.
Mem. 104 A mandatis tuis intellexi:
℣. 103. Pſ. XVIII 11. 194. propterea odivi omnem viã iniquitatis.

97 Quam dilexi legem tuam Domine! de ea enim ego meditar tota die. 98 Tu feciſti, at ego magis quam inimici mei, intelligerem mandatum tuum; quia in aeternum mibi amabile eſt, & in aeternum eſt mibi proficuum. 99 Plùs etiam habui rectam rerum intelligentiam, quàm magiſtri mei, qui diſciplinas me docebant; propterea quòd de iis, quæ te velle teſtatus es, meditor aſſiduè. 100 Rectiorem ſanè prudentioremque intelligentiam habui, quàm ſeniores longâ rerum experientia edocti; propterea quòd tua mandata cognoſcere & facere quaeſiverim ex corde. 101 Ab omni viâ malâ vivendi & actione malâ prohibui greſſus actaſque meos, ut cuſtodirem juſſa tua. 102 A divinis juribus tuis non receſſi; propterea quòd tu Deus, cui omnis creatura obedire debet, legem mihi conſtitueris. 103 Quàm dulcia ſunt gutturi & interiori palato animi mei verba & pracepta tua! certè ſuaviora ſunt cordi meo, quam ſit dulce mel ori corporis mei. 104 Ex mandatis tuis veram de bonis maliſque rebus intelligentiam aſſecutus ſum; propterea odio habui omnem injuſtam viam vivendi, actionemque pravam.

ORATIONES.

1 DOna nobis, Domine, ſic legem tuam diligere; ut eam jugiter meditemur in corde: & accepto tibi ſemper proficiamus in opere. Per Dominum noſtrum.

al. vitiis. 2 DIgnare, Domine, faucibus noſtris eloquii tui inferre dulcedinem: ut valeamus à * viis pravis, pedum noſtrorum ſubtrahere veſtigia. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 107. 131. 136. 3 AB omni viâ malâ prohibe pedes noſtros, Domine: verbumque tuum totâ ſervemus attentione; atque à malo recedere, & tibi nos perpetim facias complacere. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 131. 142. 4 DA nobis, Domine, ſic diligere legem tuam; ut eam jugiter meditemur in corde, & accepto tibi perficiamur in opere. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 114. 5 LAEtemur, Domine, ſuper eloquia tua, quae ſuper mel & favum ſunt dulcia: qualiter nobis temporalem dilatationem ovando perducant. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BEDA.

XIV. Nun. Sempiternum *vel* Piſcis.

Ad quartam decimam litteram cohors beata pervenit; in qua pedibus ſuis Dominici verbi lumen *radiare congaudet; animam ſuam humillimâ ſupplicatione commendans, & exſpectans* retributiones *Domini perpetuas. ob quas littera hæc* Sempiterni *nomen accepit. Porrò quòd &* Piſcis *interpretatur, oſtendit, cum, qui ſaeculi fluctibus obſitus,* lumen verbi *requirit; dicens,* Humiliatus ſum uſquequaque Domine &c.

Quotidie ad Horam Sextam.

Nun. 105 LUcerna pĕdibus meis, verbum tuum;
& lumen ſemitis meis.
Nun. 106 Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiae tuae.
Nun. 107 Humiliatus ſum uſquequaque:
Dñe vivifica me ſecundùm verbum tuũ.
Nun. 108 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine:
& judicia tua doce me.
Nun. 109 Anima mea in manibus meis ſemper:
& legem tuam non ſum oblitus.
Nun. 110 Poſuerunt peccatores laqueum mihi:
& de mandatis tuis non erravi.
Nun. 111 Hereditate acquiſivi teſtimonia tua in aeternum:
quia exſultatio cordis mei ſunt.
Nun. 112 Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas
℣. 111. Deuteron. XXXIII. 4. 209. in aeternum propter retributionem.

105 Lex tua veluti lucerna eſt dirigendis greſſibus & actibus vitæ meæ: & veluti lux eſt ad itinera monſtranda totius curſus vitæ meæ, ut videam quà ſit mihi gradiendum, quidve mihi devitandum. 106 Cum juramenta promiſi & ſtatui cuſtodire jura tua juſta. 107 Humiliatus & afflictus ſum valdè Domine; ſed tu fac me vivere perſeveranter ſecundùm legem tuam. 108 Spontanea hæc promiſſa ſervandæ legis tuæ, quæ & animo meo feci, complaceant tibi Domine: & jura tua extrinſecus & intrinſecus doce me ſemper. 109 Nam anima mea quaſi in manibus meis portatur ſemper expoſita continuis periculis; & quotidie periclitor: nec tamen oblitus ſum legis tuæ. 110 Peccatores poſuerunt mihi laqueum & inſidias: non tamen à ſervandis praeceptis tuis aberravi. 111 Quaſi fundum meum hæreditarium accepi & poſſidere conſtitui in aeternum, uſque divina mandata, conteſtantia nobis voluntatem tuam: quia ipſa ſunt, in quibus gaudio exſultat cor meum. 112 Inclinavi ſenſum animi mei ad exſequenda juſta præcepta tua in perpetuum propter æternam retributionem felicitatis æternæ: ut hoc ſolatio infirmitas mea non laſſeſceret; ſed alacriùs obtemperaret voluntati meæ, quâ tibi potiſſimùm obedire volo propter majeſtatem tuam, quia tu nimirum Deus es.

ORA-

ORATIONES.

1 **S**It lucerna pedibus noſtris verbum tuum, Domine; & lumen ſemitis noſtris: ut, quod intelligamus, inſtruat; & quò properemus, oſtendat. Per Dominum noſtrum.

2 **D**Eus, qui verbum tuum lumen ſemitis noſtris tribuiſti; animam noſtram ita regere digneris, ut in tuae retributionis hereditate confidat. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. c56. 258.

3 **L**Umen tuum, Domine, legis tuae nobis agnitione oſtende: ut à lubricis caſibus tuo juvamine erigamur; & alacres in tuo lumine ad deſtinata aeternitatis tuae gaudia feſtinemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XV. Samech. Adjutorium.

Quotidie ad Horam Sextam.

Ad quintam decimam litteram catholicum venit examen: in qua dicit, iniquos, *id eſt adverſarios legis*, odio ſibi fuiſſe; legem verò Domini ſe dilexiſſe; petens, *ut* ab eo ſuſceptum, *mala ſaeculi evadat*; carnemque ſuam timori Domini *ſubjici, ne de ejus* praevaricatione *judicetur, exoptat*: *nomen quoque litteræ pariter exponens; ubi ait*, Adjuva me, & ſalvus ero.

Samech. 113 **I**Niquos odio habui:
& legem tuam dilexi.

Samech. 114 Adjutor & ſuſceptor meus es tu:
+ & in: verbum tuum ſuperſperavi.

Samech. 115 Declinate à me maligni:
& ſcrutabor mandata Dei mei.

Samech. 116 Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam:
& non confundas me ab expectatione mea.

Samech. 117 Adjuva me; & ſalvus ero:
& meditabor in juſtificationibus tuis ſemper.

Samech. 118 Spreviſti õnes diſcedeutes à judiciis tuis:
quia injuſta cogitatio eorum.

Samech. 119 Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae:
ideo dilexi teſtimonia tua.

Samech. 120 Confige timore tuo carnes meas:
à judiciis enim tuis timui.

225

113 *Odivi violatores legis tuę, pravaſque cogitationes alienas a tua lege, Domine: ipſam autem legem tuam dilexi.* 114 *Tu es auxiliator meus & exceptor meus, qui tuo me ſcuto defendis adverſus inimicos meos; & in verbo promiſſionis tuæ vehementer ſperavi.* 115 *Recedite a me maligni: & ſic liberâ mente inveſtigabo quæ ſint Dei mei mandata, ut cuſtodiam ea.* 116 *Excipe me tu vicìſſim Domine, meque corrobora ſecundùm verbum promiſſionis tuę: & fac ut tibi vivam; & ne me ſinas pudore perfundi ab fruſtratam exſpectationem meam, ſi non impetravero ea, quæ a te fidenter exſpecto.* 117 *Auxiliare mihi; & ſalvus ero: ac de juſtis præceptis tuis cum delectatione ſemper meditabor.* 118 *Abjeciſti & nihil duxiſti omnes aberrantes a juſtis præceptis tuis: quia injuſta eſt eorum cogitatio & cupiditas.* 119 *Exiſtimavi omnes peccatores terræ eſſe reos violatæ legis tuę; quos tu quaſi ſcoriam computaſti & abjeciſti: propterea ego dilexi tua mandata, quæ nobis teſtantur juſſum tuum.* 120 *Transfige horrore offenſę tui, & caſta timore tui, quaſi clavis quibuſdam carnales concupiſcentias meas & membra corporis mei; ne moveantur & ferantur ad ſua deſideria prava: a decretis enim tuis puniendi æterno ſupplicio peccatores, mihi valde timui.*

ORATIONES.

1 **A**Uxiliare nobis Domine, & ſalvi erimus: te enim deſiſtente, perditio; & te praeſente, vitalis eſt plenitudo. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 **D**Eus, qui inimicos noſtros ſemper nobis jubes diligere, & legem tuam cuſtodire; illumina oculos cordis noſtri: ut te ſemper adjuvante, tibi obediamus; & à malis operibus eruamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 256. 261. * *al.* inimicorum.

3 **T**Ribue nobis, Domine, adjutorium declinandi odia * iniquorum, & fallaciam ſuperare praevaricatorum. eſto protector ſperantium in verbo tuo; & ſuſcipe humiles juxta eloquium tuum: quatenus poſſimus tua mandata ſervare, & judicia tua metuere, & de admiſſis indulgentiam promereri. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. c56. 265. * *al.* praeſervante.

4 **A**Uxiliare nobis Domine, & ſalvi erimus: te enim deſiſtente perditio, & te * praeſente, vitalis eſt plenitudo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

5 **T**E, Domine, deprecamur, ut in timore tuo confiſi, lucernâ ſacri luminis praeeunte, à peccati funibus abſoluti, & tua portio facti; illam viam incedere valeamus, quae nos à malorum liberatos ſuppliciis, Angelis faciat coheredes. Per ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. cui eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Phe. 134 Redime me à calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua.
Phe. 135 Faciem tuam illumina ſuper ſervũ tuũ: & doce me juſtificationes tuas.
Phe. 136 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei; quia non cuſtodierunt legem tuam.
257

quitas. 134 Libera me a calumniis hominum, ut animo liberiori cuſtodiam mandata tua. 135 Vultum tuum exhibe lucidum & propitium mihi ſervo tuo: & interiore luce ac manuductione tua doce me juſta præcepta tua. 136 Rivi lacrymarum deflaxerunt ex oculis meis, propterea quòd non cuſtodierint legem tuam. ℣. 135. Pſal. IV. 7. ℣. 136. Jerem. IX. 1.

ORATIONES.

1 RIvos lacrymarum deduxerunt oculi noſtri, Domine; qui legem tuam, vetita concupiſcendo, tranſgrediuntur: per ea, crimina abluamus, per quae, peccata commiſimus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DEus, qui lucem verborum tuorum, & intellectum das parvulis; concede, ut pectora noſtra ad recipiendum Spiritum Sanctum Paraclitum aperta ſint. Per Dominum *&c.* in unitate ejuſdem Spiritus Sancti per omnia *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 130. 131. 3 SCrutantes, Domine, teſtimoniorum tuorum mirabilia, inluminationis tuae intellectum declara: quique aperto ore vitalem ſpiritum traximus; & pinguedinem ſancti Sacrificii ſaginati ructamus: in timore ſemper eloquiorum tuorum creſcamus; atque gloriam aſpectûs tui oſtenſione pacificâ videamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 102. 4 ILlumina Domine vultum tuum ſuper nos, ut declaratio ſermonum tuorum corda illuminet noſtra; & intellectus pectora enutriat parvulorum: ut, dum mandata tua concupiſcimus, ſapientiae & intellectûs Spiritum corde patefacto ſumamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 102. 5 DEclaratio ſermonum tuorum illuminet, Domine, corda; & intellectus pectora enutriat parvula: ut, dum mandata tua concupiſcimus, ſapientiae & intellectûs Spiritum corde patefacto ſumamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

BEDA.

XVIII. Sade. Juſtitia.

Quotidie ad Horam Nonam. *Triumphatrix carnis ſuæ caterva Sanctorum ad eſtavam decimam litteram venit; in qua ſecundùm ipſius litteræ nomen* juſtitiam *Domini confitetur*; & eloquia ejus ignita *continua ſe dicit* dilectione *venerari*; *ad poſtremum petens* intellectum teſtimoniorum, *unde* vivificari *debeat* in aeternum.

Sade. 137 JUſtus es Domine; & rectum, judicium tuum.
Sade. 138 Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis.
Sade. 139 Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Sade. 140 Ignitum eloquium tuum vehementer; & ſervus tuus dilexit illud.
Sade. 141 Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: juſtificationes tuas non ſum oblitus.
Sade. 142 Juſtitia tua, juſtitia in aeternum: & lex tua, veritas.
Sade. 143 Tribulatio & anguſtia invenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt:
Sade. 144 Aequitas, teſtimonia tua in aeternum: intellectum da mihi, & vivam.
272

137 Juſtus es Domine; & recta ſunt ſingula jura ac judicata tua. 138 Tu nimis valde mandaſti nobis, ut ſervaremus juſtitiam, nempe ea, quæ teſtatus es te velle; & ut ſervaremus veram rectamque legem tuam. 139 Tabeſcit & conſumpſit me zelus meus & indignatio, eo quod inimici mei obliti fuerint præceptorum tuorum. 140 Eloquium tuum ſive in præcipiendo ſive in promittendo puriſſimum eſt in æquitate & fidelitate, ſicut metallum igne conflatum & ab omni ſorde expurgatum: illudque ſervus tuus dilexit. 141 Ut adoleſcentior quidem vel puer potius, ac contemptibilis ego ſum; ſed juſta præcepta tua non ſum oblitus. 142 Juſtitia tua eſt juſtitia ſempiterna; & lex tua eſt vera recta ac fidelis in ſuppliciis decernendis ac præmiis. 143 Tribulationem & anguſtiam inveni; mandata tamen tua non deſiunt eſſe jugis meditatio mea. 144 Præcepta, teſtantia juſſum tuum, ſunt juſta & æqua in æternum: fac ergo ut ego ea intelligam, & ut eadem intellecta faciendo, tibi vivam. ℣. 139. Pſ. LXVIII. 10. ℣. 140. Pſalm. IX. 7. XVII. 31. Provec. XXX 5.

ORATIONES.

1 IGnitum verbum tuum, ſervi tui, Domine, diligamus: quod in nobis peccatorum ſordes decoquat; & ſcientiae lumen accendat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 JUſtus es Domine, & rectum, judicium tuum. ſupplices tuos ab omni tribulatione & anguſtia libera; ut effici mereamur mandatorum tuorum meditatione felices. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 104. 116. 3 AEquitatem teſtimoniorum tuorum, Domine, da nobis avidiori ſenſu capere: ut, quod mortificat in nos ſtultitia, vivificet à te ſapientia deſtinata. ℟. *Amen*. Per miſericordiam

diam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 113. De Paſſione Domini. 4 JUſtus es Domine; qui pro nobis injuſtè judicatus es innocens: & ideo quaeſumus, ut qui punitus es ſine crimine tuo, abſolvas nos à facinore peccatorum noſtrorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

BEDA.

XIX. Coph. Vocatio.

Quotidie ad Horam Nonam. *Nonam decimam litteram ingreditur reverendiſſimus chorus: in qua juxta nomen ejus* in toto corde ſuo clamat ad Dominum: juſtificationes ejus *ſedulus* exquirens: *&* in verbo illius, *anticipatâ confeſſione* gaviſus; *adjiciensque* ſe cognoviſſe teſtimonia Domini in aeternum eſſe fundata.

Coph. 145 CLamavi in toto corde ✠ meo: exaudi me Domine:
juſtificationes tuas requiram.

Coph. 146 Clamavi ad te; ſalvum me fac, ut cuſtodiam mandata tua.

Coph. 147 Praeveni in maturitate, & clamavi:
✠ quia: in verba tua ſuperſperavi.

Coph. 148 Praevenerunt oculi mei ✠ ad te diluculo ut meditarer eloquia tua.

Coph. 149 Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam Domine:
& ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Coph. 150 Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati:
à lege ✠ autem: tuâ longè facti ſunt.

Coph. 151 Prope es tu Domine: & omnes viae tuae veritas.

Coph. 152 Initio cognovi de teſtimoniis tuis
quia in aeternum fundaſti ea.

145 Quoniam toto affectu animi mei ad te clamavi, exaudi me Domine; ut juſta praecepta tua perquiram atque cuſtodiam. 146 Quoniam ad te emiſi clamorem, teque invocavi; tu ſalva me, & fac, ut cuſtodiam tua praecepta, quae teſtimonia ſunt nobis voluntatis tuae. 147 Maturè & nocte intempeſtâ antelucanis horis anticipavi preces, & clamavi: quia in verbis promiſſionum tuarum valde ſperavi. 148 rurſumque oculi mei ante negocia omnia in vigiliâ matutinâ, cum diluculaſcit, tibi vigilare coeperunt ad meditandum verba tua. 149 Vocem ergo precationis meae auſculta Domine, prout decet miſericordiam tuam: & ad normam juris tui me vivere facito. 150 Qui me perſequebantur, appropinquaverunt quidem ad iniquitatem: ſed procul diſceſſerunt a lege tua. 151 Sed tu Domine, non Deus a longè, ſed Deus appropinquans es, & omnibus ades propè: & omnia mandata tua vera ſunt & recta. 152 Jam a principio & a multo tempore novi hoc de mandatis tuis & teſtimoniis voluntatis tuae, quòd in aeternum immutabilia ſtabiliveris ea.

ORATIONES.

℣. 147. Supra ℣. 62. ℣. 148. Pſal. LXII. 2. 7.

286 1 VOcem noſtram exaudi, Domine, ſecundùm multam miſericordiam tuam: ne in judicio nos condemnes ùt reos; ſed pius ac miſericors remuneres ùt beatos. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DEus, qui ad te toto corde clamantes clementer exaudis; ad preces humilitatis noſtrae miſericordiae tuae memor intende. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 177. 179. 180. 3 EXclamamus ad te, Domine, ut nos exaudias; & oculos humo acclives ad te admittas: ut, tuâ nos inluſtrante ſerenitate, ſemper maneamus in lumine. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter, qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XX. Res. Caput.

Quotidie ad Horam Nonam. *Ecce jam vigeſimam litteram populus, vitiorum victor, ingreditur: in qua ſe petit* vivificari; *quoniam* mandata Domini *ſummo ſtudio requiſivit*: longe à peccatoribus ſalutem *commemorans*; *quia ſimilia non fecerunt*: principium *quoque* verborum Domini, *teſtatur eſſe* veritatem. *& hoc eſt* Caput, *quod littera praeſens oſtendit*.

Res. 153 VIde humilitatẽ meam, & eripe me:
quia legẽ tuam non ſum oblitus.

Res. 154 Judica judicium meum; & redime me:
propter eloquium tuum vivifica me.

Res. 155 Longè à peccatoribus ſalus:
quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.

Res. 156 Miſericordiae tuae, multae Domine:
ſecundùm judicium tuum vivifica me.

Res. 157 Multi qui perſequuntur me, & tribulant me:

à te-

153 Vide abjectionem & afflictionem meam, & exime me: quia legis tuae non ſum oblitus. 154 Judica cauſam meam inter me & inimicos meos; & ab eis libera me: propter verbum promiſſionis tuae recrea me, ut quaſi luce libertatis reviviſcam. 155 Longè abeſt a peccatoribus ſalus; eo quòd non quaeſierint & ſectati fuerint juſta praecepta tua. 156 Miſerationes tuae Domine multae ſunt ergo pios: quocirca ſecundum morem tuum ſolitum recrea me; & fac me reviviſcere & reſpirare a meis malorum. 157 Nam bene multi ſunt, qui me perſequuntur, meque affligunt, neque tamen deviavi a praeceptis tuis, teſtimoniis certiſſimis

volun-

℣. 154. Pſ. XXXIII. 1. XLII. 1. Threni III. 58. Miche. VII. 9.
℣. 155. Job V. 4.

Google

à teſtimonijs tuis non declinavi.

Ret. 158 Vidi praevaricantes, & tabeſcebam;
quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Ret. 159 Vide quoniam mandata tua dilexi:
Domine in miſericordia tua vivifica me.

Ret. 160 Principium verborum tuorum, veritas:
in aeternum omnia judicia juſtitiae tuae.

302

voluntatis tuæ. 158 Vidi inſenſatos non ſervantes legem tuam & pactum tecum initum: & mærore contabeſcebam; eo quod verba & præcepta tua non cuſtodirent. 159 Vide, quòd ego mandata tua cuſtodierim, Domine: propterea pro tua miſericordia recrea me, meque reviviſcere fac & reſpirare. 160 Caput & exordium omnium verborum tuorum ac præceptorum eſt veritas tua, quæ nec falli poteſt, nec fallere: & in ſempiternum vera & non fallacia; ſed ſemper juſta ſunt jura tua omnia atque judicia.

ORATIONES.

1 Miſerationes tuae multae, Domine, plurimas in nobis iniquitates deleant; & ad indulgentiam tuam nos emendando perducant. Per Dominum noſtrum.

2 Deus, qui ſalutem fidelium à peccatoribus elongaſti: miſerationum tuarum memor, humilitatem noſtram ab iniquorum inſectatione cuſtodi. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 177. 179. 184. 189

3 Vide humilitatem noſtram, Domine; & eripe nos: te enim reſpiciente, etſi dejicimur, ſublevamur: quo ſuſtentante, ne corruamus, excipimur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 177.

4 Miſerationes tuae multae, Domine, omnes iniquitates noſtras deleant; & ad indulgentiam tuam nos emundandos perducant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BEDA.

XXI. Sin. Dentes.

Quotidie ad Horam Nonum.

Vigeſimam primam litteram Sanctorum cœtus ingreditur: in qua perſecutiones ſævientium, charitate Domini ſibi dicit eſſe gratiſſimas; ſepties *quoque* in die laudes Domino dixiſſe; *cui etiam* ſuas vias *notas eſſe profitetur*. Dentes *autem, quos hujus litteræ nomen exprimit, vel Sanctorum intellige, qui Dominum laudent, vel perſecutorum, de quibus dicitur*: Filii hominum, dentes eorum arma & ſagittae.

Sin. 161 PRincipes perſecuti ſunt me gratis:
& à verbis tuis formidavit cor meũ.

Sin. 162 Laetabor ego ſuper eloquia tua,
ſicut qui invenit ſpolia multa.

Sin. 163 Iniquitatẽ odio habui & abominatus ſũ:
legem autem tuam dilexi.

Sin. 164 Septies in die laudem dixi tibi
ſuper judicia juſtitiae tuae.

Sin. 165 Pax multa diligentibus legem tuam:
& non eſt illis ſcandalum.

Sin. 166 Exſpectabam ſalutare tuum Domine:
& mandata tua dilexi.

Sin. 167 Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua.
& dilexit ea vehementer.

Sin. 168 Servavi mandata tua & teſtimonia tua:
quia omnes viae meae in conſpectu tuo.

℣. 166. Gen. XLIX. 18.

℣. 168. Sic diſtinguitur apud Apollinariũ

161 Principes me perſecuti ſunt ſinè juſtâ cauſâ; ſed a verbis juſſionum tuarum trepidavit magis cor meum, quàm a principibus perſecutoribus meis. 162 Lætitiâ exſultabo propter verba promiſſorum tuorum, tamquam is qui multa hoſtium devictorum ſpolia reperit. 163 Injuſtitiam omnem & mendacium odivi & abominatus ſum: tuam autem legem dilexi. 164 Septies ſæpiuſque in die te laudavi de judiciis tuis juſtis, quibus omnia moderaris ex æquo. 165 Pax magna & animi tranquillitas eſt diligentibus legem tuam; & nullum eſt offendiculum illis amatoribus legis tuæ, quo corruant & pereant. 166 Jugiter exſpectabam adjutorium tuum ſalutiferum Domine tuaque mandata dilexi & feci. 167 Anima mea cuſtodivit præcepta, quæ teſtimonia ſunt voluntatis tuæ quæ & vehementer dilexit. 168 Cuſtodivi mandata tua, & quæ teſtificatus es, tibi placere, nam viæ actioneſque vitæ meæ omnes coram te ſunt, nihilque te latet.

ORATIONES.

318

1 PAx multa diligentibus legem tuam, Domine; & non eſt in ipſis ſcandalum. praeſta, ne ullis umquam cogitationibus perturbentur, qui amori tuo nihil in hoc mundo praepoſuerunt. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 FAe nos, Domine, ſuper eloquia tua laetantes, in tuis laudibus aſſiduè gloriari: ut in pacis tuae amore ſervati, minas principum minimè formidemus. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 179.

3 IN dilectione tua, Deus, ſit pax diligentibus te: & quia laetaris in pacis bonitate, pacis tuae nos refice dono; ac per charitatis praemium remove à nobis ſcandalum: ut de tua pace ſuperemus odium; & de charitate noſtrorum cooperiamus (multitudinem) peccatorum: ſicque mandata tua ſervemus, ut ad conſpectûs tui gloriam, charitatis dulcedine perducamur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

BEDA.

XXII. *Thau*. Signum *vel* Conſummatio.

Ad vigeſimam ſecundam litteram, Domino juvante, perventum eſt; in qua Sanctorum chorus, quantùm ad finem Pſalmi vicinus eſt, tantùm ſe Chriſto deſiderat proximari. petit enim, ad adventum Domini Salvatoris, quem fidelium devotio ineffabili deſiderio ſuſtinebat, ut ovem perditam revocare pietatis ſuæ munere dignaretur. Ipſe ergo eſt nobis cunctorum Conſummatio *virtutum: quia quicumque eum videre meruerimus, nil ulteriùs quaerere opus habemus. ipſius eſt* Signum, *quo redempti, canimus;* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.

Quotidie ad Horam Nonam.

Thau. 169 APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo:
Domine juxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Thau. 170 Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me.
Thau. 171 Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me juſtificationes tuas.
Thau. 172 Pronunciabit lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua, aequitas.
Thau. 173 Fiat manus tua ut ſalvet me: quoniam mandata tua elegi.
Thau. 174 Concupivi ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea ✝ eſt:
Thau. 175 Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.
Thau. 176 Erravi ſicut ovis quae periit: quaere ſervum tuum; quia mandata tua non ſum oblitus.

334

169 Perveniat in conſpectum tuum acceptabilis intenta hæc deprecatio mea Domine: & da mihi intelligentiam rectam ad normam verbi tui. 170 Ingrediatur coram te grata, hæc mea poſtulatio Domine & juxta verbum promiſſionis tuæ ab omni me malo libera. 171 Ex imo pectore labia mea promant laudem tui, cùm tu me interiori lumine, ac ductu me docueris juſta praecepta tua. 172 Loquatur lingua mea de verbis tuis: quia omnia mandata tua juſta ſunt. 173 Fiat operatio omnipotentiæ tuæ ad ſalvandum me: quia præ omnibus aliis elegi mihi ſectanda mandata tua. 174 Deſideravi valde ſalutem illam, quæ a te ſolo præſtatur Domine: & lex tua eſt omnis mea meditatio atque oblectatio. 175 Vivat tibi anima mea, & te laudet: tuaque jura a me ſervata auxilientur mihi. 176 Aberravi planè a viâ rectâ mandatorum tuorum, quaſi ovis perdita, quæ aberrans ad gregem per ſe redire non poteſt: verùm require tu me ſervum tuum, & in viam me rectam reduc; quia quamvis peccaverim, mandatorum tamen tuorum non ſum oblitus.

ORATIONES.

1 INtroeat, Domine, oratio noſtra in conſpectu majeſtatis tuae: & ſicut nos ab erroribus priſtinis ût oves perditas revocaſti; ita fac, ut juſtificationum tuarum edocti praeconio, mereamur ad plenam pietatis tuae gratiam pervenire. Per Dominum noſtrum *&c.*

2 PAlma totius * beatitudinis Deus; qui * fideles tuos, ut in lege tua ambulent, teſtimonia tua ſcrutentur, mandata cuſtodiant, ſalubris proviſor informas: concede nobis, juſtificationes tuas toto corde quaerere, eloquia tua intelligere, mirabilia tua praedicare: ut, qui hactenus quaſi perditae oves erravimus, tuis piis humeris reſtituti paradiſo gloriemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

* *al.* bonitatis.
* *al.* filios.

3 TE, Domine, ſupplices deprecamur, ut judiciorum tuorum factores, mandatorum cuſtodes, teſtimoniorumque ſcrutatores effecti; repertâ perditâ ove, induſtriâ benigni Paſtoris reſtitutâ Eccleſiaſtico ovili, ſacris tuis humeris reportati, ſanctorum Angelorum mereamur conſortiis gloriari. Tibi gloria cum aeterno Patre & Spiritu Sancto in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Comment. hujus Pſ. Im. tom. 7. S. Hieronymi.

CXIX.

Canticum graduum.

BEDA.

Cantica graduum, *cantica* aſcenſionum *ſunt: unde in Græca ſignificantiùs dicitur,* Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, *quòd tantùm ad ſuperna tendunt: veluti ſi aliquis in foveam ceciderit, & ponatur ſcala unde aſcendendi capiat facultatem. In foveam itaque captivitatis cùm populus Iſraeliticus deveniſſet, cùm tribularetur, clamavit ad Dominum, & exauditus eſt; in patriamque reductus eſt; ita ut, urbe Templeque reſtaurato, diceret:* Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini, qui ſtatis in domo Domini. *Quo exemplo, qui in peccati foveam cecidit,* gradibus *humilitatis, quibus ſuperna repetat, opus habet. Qui benè* Gradus *quindecim vel in Pſalteria deſcripti, vel in templo Salomonis compoſiti eſſe perhibentur, ut ſignificent, nos per hebdomadam Legis, & ogdoadem Dominicæ Reſurrectionis ad ſuperna poſſe reſurgere: nec aliàs principem mundi vincere, niſi requies animæ poſt carnem, quaſi in ſeptima ætate; & reſurrectio carnis in finem, quaſi in octavo, creetur. Propter hos quindecim* Gradus, *id eſt utriuſque Teſtamenti ſcientiam, aqua diluvii, quæ concava vallium, & planitiem camporum in immenſum exceſſerat, altiſſimos montes quindecim cubitis tranſcendiſſe narratur: quia fides Eccleſiæ, quæ baptiſmi unda ſacratur, cùm gentilis mores facilè ſuperat; tùm philoſophorum ſumma ingenia, virtutis culmine devincit: quia*

Senſus myſticus.

Digitized by Google

quia & in hoc ſaeculo rectè vivere; & in futuro vitam animae perpetuam cum corporis reſurrectione credere, ſperare, & diligere novit.

Per totum pſalmum Propheta loquitur. In prima parte clamat ad Dominum, ut liberetur à labiis iniquis & à lingua doloſa: Ad Dominum, dum tribularer. *Secunda, vehementer affligitur; quia in hac alta diutiùs commoram, aliena vitia ſuſtinendo, malorum permixtione praegravatur:* Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.

Euſebius Caeſarienſis. *De incolatu.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Sub perſona David canitur, quando Saulis perſecutionibus tenebatur.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem de Judeis.

Pſalt. Syr. *Anonymus: Canticum primum aſcenſionis, erat populus detentus in Babel, ut liberetur; ac proinde nos oramus, ut liberemur a daemonibus. verſ. 15.*

Pſalt. Arab. *verſ. 8.*

Feria II. ad Veſperum. S. Hier. *Quindecim graduum Pſalmi per quoſdam profectus nos ad ſummam perducunt, ut in atriis Domini poſſimus dicere:* Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini in atriis domus Dei ejus.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 AD DOMINUM, CUM TRIBULARER CLAMAVI, ET EXAUDIVIT ME.
† 2 Domine libera animam meam à labiis iniquis
3 ✠ &: à linguâ doloſâ.
† 4 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?
† 5 Sagittae potentis acutae
6 cum carbonibus deſolatoriis.
† 7 Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus eſt:
8 habitavi cum habitantibus Cedar:
9 multùm incola fuit anima mea.
℣. 10. 11. Sic diſtinguitur apud Apollinariū. † 10 Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:
11 cùm loquebar illis, impugnabant me ✠ gratis:

I Canticum pro aſcenſionibus, ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Cùm in captivitatis tribulatione eſſem, clamavi ad Dominum: qui & exaudivit me.* 2 *Domine libera animam meam ab inimici oppreſſoris mei verbis injuſtis & mendacibus,* 3 *& a doloſo ſermone.* 4 *Ecquid emolumenti dandum eſt tibi; quidve ſupplicii afferendum eſt tibi ob linguam tuam fraudulentam, popule Babylonie, qui me in ſervitutem redegiſti?* 5 *Acuta plane ſagitte ab omnipotente Deo tibi danda ſunt & infigende,* 6 *unà cum ignitis carbonibus, cuncta vaſtantibus ac deſolantibus.* 7 *Heu me miſeram! quia peregrinatio hec mea longè ab Jeruſalem in longum tempus protracta eſt:* 8 *diu habitavi exſul in tentoriis, ut habitare ſolent Cedareni in Arabia:* 9 *multoque tempore peregrinata eſt anima mea.* 10 *Erga iſtos odientes pacem eram ego pacificus:* 11 *at cùm dicerem illis verba pacata, ipſi è contrario gratis & ſine cauſa mecum ſemper bellabant.* — I. Gradus: Afflictio.

ORATIONES.

MSS. * al. propugnator. 1 TRibulationum noſtrarum optime * mitigator, Deus; libera animas fidelium à labiis detrahentium iniquorum: ut adjutoriis ſpiritualibus praemunitae, nullis impugnationibus adgraventur. Per Dominum.

Brev. Mozarab. fol. 199. 2 AD te Dominum, dum tribulamur clamamus: ut nos à labiis iniquis liberes, & à lingua doloſâ tutes: nec blandientibus iniquitatem nos humilies; nec receſſum à veritate ſuadentibus, adſenſum noſtrum incurves. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 199. 3 MUltùm peregrinantem animam noſtram in tabernaculis Cedàr, tu Chriſte, lux vera juſtitiae, peccatorum noſtrorum tenebris exue; & ſanctae claritatis tuae luce perfunde: ut & in hoc mundo cum odientibus pacem pacifici, & in futuro ſaeculo cum filiis Jeruſalem, ſanctâ confoederante concordiâ, mereamur eſſe beati. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 219. 4 CHriſte Dei Patris individua proles, qui, adſumpto homine, laqueos iniquae linguae perpeſſus es; tu Eccleſiam tuam ab omnium paſſionum inlecebris libera; à nocibilitate labiorum detrahentium inlaeſam conſerva: quatenus à rugientibus miniſtris, ſcilicet diabolicae poteſtatis, exempta, tibimet caeleſti in curiâ inhaereat glorioſa. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

CXX.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus. *Primò in tribulatione poſitus Propheta, ad exemplum Publicani illius, qui tunſo pectore oculos elevare non audebat ad caelum;* liberari *ſe petiit* à labiis iniquis & à lingua doloſa. *Nunc autem reſpirans ad ſecundum* gradum, oculos levavit ad montes, *ad intereceſſores utique Sanctos; quorum ſuffragio munera ſuperna mereretur. Hoc enim ea perſona ſue loquitur Propheta; qui tamen & ipſe* Mons *erat, & patriarcha mirabilis; ſed ideo per iſtos gradus competenter aſcendiſſe ſe retulit, ut nobis ignorantibus, caeleſtium virtutum genera diſtinctâ narratione monſtraret.*

Propheta (ut diximus) ad cæleſtem Jeruſalem conſcendens; primo membro ad Sanctorum merita elevaſſe ſe dicit oculos, ut eorum precibus adjuvaretur; ne mens illius hoſtili impugnationi ſuccumberet: Levavi oculos meos. *Secundo ordine indubitanter ſibi promittit, quod ſe integre noverat poſtulaſſe; docens, ut quotiens bona ſuo corde petimus, concedi nobis ſine dubitatione credamus:* Dominus cuſtodit te, (Dominus protectio tua,) *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Reditus a Babylone, & a diſperſione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Prædicatio, vel inſtitutio ſupplicationis, quæ populo in Babylone poſito conveniat. Aliter, Pſalmi graduum dicuntur, quia in aſcenſu Templi canebantur ſinguli Pſalmi per ſingulos gradus.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos.

Pſalt. Syr. *Anonymus: Ex Pſalmis aſcenſionis è Babel, & promiſſiones bonorum. verſ. 10.*

Pſalt. Arab. *verſ. 10.*

Feria II. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus ſecundam aſcenſionem continet, cujus titulus eſt;* Canticum graduum; *plures enim ſunt ſignificantes aſcenſum noſtrum, qui fit in corde ad Deum a convalle plorationis, id eſt ab humilitate contribulationis.*

PSALMUS AD IMPRECANDUM BENEDICTIONEM.

Propheta.

1 LEVAVI OCULOS MEOS IN MONTES, UNDE VENIET AUXILIUM MIHI

✝ 2 Auxilium meum à Domino, — ℣. 2. II. Paralip. XX. 17.

3 qui fecit caelum & terram.

✝ 4 Non det in commotionem pedē tuum:

5 neque dormitet qui cuſtodit te.

✝ 6 ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.

✝ 7 Dominus cuſtodit te: — ℣. 7. 8. Sic diſtinguitur apud Apollinarium.

8 Dominus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam.

✝ 9 Per diem ſol non uret te: — ℣. 8. Pſal. XV. 8. CVIII. 10.

10 neque luna per noctem.

✝ 11 Dominus cuſtodit te ab omni malo:

12 cuſtodiat animam tuam ← Dominus:

✝ 13 Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum,

14 ex hoc nunc, & uſque in ſaeculum.

II. Gradus: Proſpectus ad Deum.

II Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem, PROPHETA. 1 *In exilio conſtitutus, levavi oculos meos verſùs montes Jeruſalem, ut viderem unde mihi auxilium veniret ad redeundum illuc.* 2 *Auxilium iſtud mihi veniet a Domino,* 3 *factore cæli & terræ.* 4 *Qui Deus in profectione tua ad Jeruſalem, o Iſrael, non permittat pedem tuum incidere in vacillationem & prolapſionem:* 5 *nec dormitantis more te negligat Deus cuſtos tui.* 6 *ecce enim non dormitabit umquam neque dormiet, qui cuſtodit Iſraelem.* 7 *Dominus te cuſtodit:* 8 *Dominus te protegit inſtar umbraculi, ſemper aſſiſtens ad manum dexteram tuam.* 9 *Ideò non te ſol interdiu adurет ardore;* 10 *nec te luna noctu percutiet nimio humore.* 11 *Dominus in iſto te itinere cuſtodiat ab omni malo:* 12 *cuſtodiat ſanè animam tuam Dominus.* 13 *Dominus cuſtodiat exitum tuum de terra exilii tui, & acceſſum & introitum tuum in patriam tuam Jeruſalem,* 14 *jam ab hoc tempore & in æternum uſque.*

O R A T I O.

MSS.

PRotege plebem tuam, non dormitans neque dormiens, Domine Deus, protector Iſrael: & , ne uramur per diem, tu nos ab ſcandalis hujus mundi defende. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CXXI.

Canticum Graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Audivimus Gradum; *intelligamus ad altiora conſcenſum: ſed iſte aſcenſus firmus eſt; qui Domino cuſtodiente ſervatur. Ecce jam ſublevatur Propheta tertio* gradu, *ſecundis altior ſolius: & de ipſa lætitia principium pſalmi ſumpſiſſe declaratur. In primâ parte gaudet ſe Propheta communitum, ad ſupernam Jeruſalem eſſe venturum; ubi jam Sancti ſecurè proſperitate conſiſtunt; & cum Domino, miſericordia ipſius largiente, judicabunt:* Lætatus ſum, *& reliqua. Secunda, loquitur ad cives Jeruſalem, optans eis abundantiam pacis; quam ſe dicit charitate fratrum, & Domini amore prædixiſſe:* Rogate quæ ad pacem, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Bonorum rerum lætus nuncius.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Quia in priore Pſalmo audierat,* Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; *nunc propterea lætatum ſe eſſe dicit, quòd ſibi in domo Dei introitus ſit repromiſſus.* Aliter, vox Eccleſiæ ad Apoſtolos.

Pſalt. Syr. *Davidis ex Pſalmis aſcenſionis. cùm præcepit Cyrus, ut aſcenderet captivitas; ſpiritualiter verò promiſſio bonorum, verſ. 19.*

Pſalt. Arab. *verſ. 15.*

Feria III. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus tertius eſt aſcenſionis gradus, necem hominis continens; cujus converſatio habetur in Cælis.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 LAETATUS SUM IN HIS QUAE DICTA SUNT MIHI;

2 in domum Domini ibimus:

III. Gradus: Lætitia ſocietatis ſanctæ.

III. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalē, PROPHETA. 1 *Lætatus ſum in iis, quę mihi dicta ſunt a Prophetis dicentibus,* 2 *quod ab hoc exilio liberati,*

ſtantes

by Google

℣. 3. Sic apud Apollinarium & in cod. Vaticano.

† 3 ſtantes erant pedes noſtri in atriis tuis : Jeruſalem :
† 4 Jeruſalem quae aedificatur ùt civitas ;
5 cujus participatio ejus, in idipſum.
† 6 Illuc enim aſcenderunt tribus,
7 tribus Domini, teſtimonium Iſraël,
8 ad confitendum nomini Domini :
† 9 quia illic ſederunt ſedes in judicio,
10 ſedes ÷ ſuper : domum David.
† 11 Rogate ÷ quae ad : pacem ÷ ſunt : Jeruſalem.
12 ÷ Et : abundantia diligentibus te :
† 13 fiat pax in virtute tua ;
14 ÷ & : abundantia in turribus tuis.
† 15 Propter fratres meos & proximos meos,
16 loquebar pacem de te :
† 17 propter domum Domini Dei noſtri quaeſivi bona tibi.

rati, cum ibimus ad domum Domini in Jeruſalem : 3 ubi in atriis tuis jam olim conſiſtebant pedes noſtri, o Jeruſalem. 4 Hæc eſt Jeruſalem, quæ rurſum eſt reædificanda veluti civitas, 5 cujus participatio atque conſociatio in ſuis civibus ſit coadunata ſimul ut olim erat. 6 Ad eam enim urbem olim aſcendebant omnes Iſraeliticæ tribus, 7 tribus ſcilicet dicatæ Domino, juxta divinam conteſtationem & præceptum datum Iſrael, illuc aſcendendi, 8 tum ut profiterentur religionem ſuam erga nomen & majeſtatem Domini ; 9 tum etiam quia illic conſtituta erant ſolia & tribunalia ad exercendum judicium, 10 ſolia, inquam, ſuper domum & regnum Davidis. 11 Optate ergo a Domino ea, quæ ad pacem tranquillitatem & quietem faciunt Jeruſalem. 12 Itaque bene ſit, & bonorum abundantia adſit iis qui te diligunt, o Jeruſalem. 13 ſit & pax & proſperitas in munitione exercitûs tui, & in antemurali & ambitu murorum tuorum : 14 rerumque abundantia ſit in turribus & propugnaculis tuis. 15 Cæterùm propter fratres meos & proximos amicos meos, 16 ejuſmodi pacem & tranquillitatem dicebam & optabam pro te, o Jeruſalem : 17 & propter templum Domini Dei noſtri, quod in te reædificandum eſt, quæſivi & optavi bona, quæ tibi Jeruſalem ſancta prodeſſent.

O R A T I O.

MSS.

AMbulantibus in atriis domûs tuae, omnipotens Deus, pacis abundantiam largiri dignare ; ut, dum te totâ aviditate cordium confitemur, bona tua in caeleſtibus capiamus. Per Dominum noſtrum.

CXXII.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Qui priùs oculos ad montes levavit, *nunc* ad *ipſum* Dominum *lumina ſui cordis erexit.* *Propheta metuens amittere quod tenebat ; & cautus ex ipſa parte, qua creverat ; prima parte perſeverantiam precum devotus conſequitur ; ut ſuſcepta munera divino præmio contineret* : Ad te levavi oculos meos. *Secunda Dominum deprecatur, ut donet ei miſericordiam ; quia inſtigatione diaboli ab inſultantibus multa patiebatur adverſa : ut quem conſortio ſuo maculare non poterant, ſaltem ſuperbis deſpectionibus macularent* : Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Euſebius Caſarienſis. *Oratio.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *In communi omnium perſona, qui in captivitatem ducti ſunt canitur, libertatem reverſionis a Domino poſtulantium.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.

Pſalt. Syr. *Davidis : ex Pſalmis aſcenſionis, diciturque ex perſona Zorobabel principis captivorum, & oratio ſupplicationis. verſ. 10.*

Pſalt. Arab. *verſ. 8.*

Feria III. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus quartum canticorum graduum paullo aſcenſum, in quo vir ille fidelis, qui dudum ad montes ſuſtollebat oculos, nunc proficiens jam in aſcenſu ad ipſum Cælorum habitatorem eos erigit, dicens :*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 AD TE LEVAVI oculos meos,
2 qui habitas in caelis.
† 3 Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum ;
† 4 ſicut oculi ancillae in manibus dominae ſuae :
5 ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum,
6 donec miſereatur noſtri.
† 7 Miſerere noſtri Dñe, miſerere noſtri :
8 quia multùm repleti ſumus deſpectione ;
† 9 ÷ quia : multũ repleta eſt anima noſtra :
10 opprobrium abundantibus,
11 & deſpectio ſuperbis.

IV Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Ad te levavi oculos & corporis & mentis meæ, ut ex hoc me exilio liberes, 2 ad te, inquam, qui glorioſum in cælo habes habitaculum. 3 Ecce quemadmodum oculi ſervorum intenti ſunt ad manus dominorum ſuorum, ut ab eis victum ac defenſionem habeant ; 4 & quemadmodum oculi ancillæ intenti ſunt ad manus ſuæ dominæ, ut neceſſaria conſequatur : 5 ſic oculi noſtri intenti ſunt ad te Domine Deus noſter, 6 donec miſerearis noſtri. 7 Miſerere ergo noſtri Domine, miſerere noſtri : 8 quia multum admodum in hoc exilio repleti ſumus contemptione & deſpicientiâ ; 9 nam ſemper magis ac magis eſt repleta deſpectione anima noſtra : 10 & jamdiu fuimus ludibrio & probro his inimicis noſtris, qui divitiis abundant : 11 multoque tempore fuimus deſpectui his ſuperbis, nos nihili æſtimantibus.*

IV. Gradus : Invocatio.

ORA-

ORATIONES.

1 CAelorum habitator Deus, ad te levamus oculos noſtros, precantes; ut confutatis opprobriis ſuperborum, miſericordiam nobis ſolitam clementer indulgeas. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 42. 72. 94. 103. 133.
* al. caeleſtia & terrae &c.

2 AD te, Domine, oculos noſtros erigimus; quem * in caeleſtibus habitare, & terrae machinam virtute continere fatemur. miſerere igitur noſtri Domine, miſerere; & peccatis noſtris, pro quibus te metuimus, parce: ut contemptum noſtrum pietate clementi reſpicias; & à delicti opprobrio dexterâ nos tuae virtutis eripias. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 90. 100. 125. 128.

3 SIcut ſervorum in manibus dominorum ſuorum ſunt oculi; ità noſtri ad te, Domine: quouſque & peccantibus noxam dimittas, & vapulantium plagas minuas; impertiaſque alimenta egenis; & medelam tribue vulneratis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 155. 168.

4 MIſerere nobis, Domine; exſpectationi noſtrae quaeſitum auxilium tribue: ut, qui ſuperborum repleti ſumus contemptu, defenſionis tuae muniamur auxilio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

CXXIII.

Canticum Graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Quia Gradus iſtos & una eademque Eccleſia, & innumerabilia ejus membra viritim conſcendunt: modò in eis Pſalmiſta ſingulari, modò numero loquitur plurali.

Memores ſancti Confeſſores, quot pericula, Domino miſerante, velut impetum torrentis evaſerint; primo capite fatentur, ſe de tot aerumnis ſola Dei miſericordia liberatos: Niſi quia Dominus, *& reliqua. Secundo, gratias agunt, quia non ſunt decepti à perſecutoribus; ſed verſa vice, contritis ipſorum inſidiis, erepti:* Benedictus Dominus qui non dedit nos.

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actionis.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

* Cardin. Thomaſ. *Etiam ſub perſona populi jam liberati canitur, agentis gratias, cum enumeratione malorum, quae à Babylone pertulerant.* Aliter, vox Apoſtolorum.

Pſalt. Syr. *Anonymus. Gratiarum actio. Aſcenſus. verſ. 15.*

Feria III. ad Veſperum.

Pſalt. Arab. *verſ. 13.*

S. Hier. *Iſte Pſalmus, quintus aſcenſionis eſt gradus, edocens virum illum fidelem proficere, qui per elevationem ſpiritualium oculorum ad Caelorum habitatorem, evincens omnes Diabolicae immiſſionis inſidias, ita eruditur, dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 NISI ✝ QUIA: DOMINUS ERAT IN NOBIS:
2 dicat nunc Iſraël:
3 niſi ✝ quia: Dominus erat in nobis:
† 4 cùm exſurgerent homines in nos,
5 fortè vivos deglutiſſent nos.
† 6 Cùm iraſceretur furor eorum in nos,
7 forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
† 8 Torrentem pertranſivit anima noſtra:
9 forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

℣. 10. Sic apud Apollinarium & in alio codice Vatic.

† 10 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
† 11 Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt
12 de laqueo venantium.
† 13 laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus.
† 14 Adjutorium noſtrum in nomine Dñi,
15 qui fecit caelum & terram.

V. Gradus: Gratiarum actio.

V. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Niſi Dominus adfuiſſet nobis*, 2 *dicat ſanè Iſrael*, 3 *niſi Dominus adfuiſſet nobis auxilio ſuo*; 4 *cùm inſurgerent iſti homines contra nos*; 5 *viventes adhuc & crudos nos jam forſitan abſorbuiſſent belluino more*. 6 *Et cùm ipſi furenter iraſcerentur contra nos*, 7 *tamquam inundantes aquae jam forſitan nos ſubmerſiſſent*. 8 *Cùm per tumidum torrentem malorum tranſiret anima noſtra*; 9 *forſitan tunc tranſiſſet anima noſtra per aquam impermeabilem; cujus nos impetum & vim ſuſtinere & evadere non poſſemus*. 10 *Benedictione & laude dignus eſt Dominus; qui nos non tradidit in praedam eorum dentibus*. 11 *Anima enim noſtra quaſi paſſerculus & avis erepta eſt*, 12 *de laqueo & inſidiis horum hoſtium, venatorum inſtar nos perſequentium*. 13 *eorum enim laqueus jam diſfractus eſt; & nos de manu & vi illorum liberati ſumus*. 14 *Quò tamen in re auxilium noſtrum fuit in nomine & potentiâ Domini*, 15 *qui caelum terramque creavit*.

ORA-

ORATIONES.

MSS. 1 **C**Onclude, Domine, hiantia ora malorum; qui ſaevis obtrectationum dentibus nos vorare nituntur: ut, qui de noſtra virtute diffidimus, nominis tui adjutorio muniamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 45. 101. 2 **E**Sto in nobis Domine Deus Iſraël: & malorum infeſtationem, ne deglutiamur, à nobis repelle; nocivamque iracundiam, ne abſorbeamur, comprime: ſicque in nobis torrens tuae voluptatis redundet, ut vitiorum torrentem anima noſtra ſe ſine diſcrimine pertranſiſſe exultet: neque inimicorum dentibus laniemur; ſed ereptos nos de venantium laqueis gratulemur. & tu adjutor noſter heredita nos in poſſeſſione aeternâ; qui, cooperante Verbo tuo, Sanctoque Spiritu, feciſti caelum & terram. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 133. 134. 3 **A**Djutorium noſtrum in nomine tuo eſt, Domine. da nobis odiſſe mundi inlecebram; & venantium voluptatum praecavere muſcipulam: ut ipſe inſidiantem perimas; ipſe confidentem munias atque defendas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 277. 4 **C**Onverte, Domine, laqueos, quos nobis hi, qui animas noſtras venari conantur, opponunt: & adverſantium nos inſidias adjutorii tui opitulatione conturba: quia, niſi tu in nobis fueris, tam nos poteſt contraria virtus deglutire, quàm obſorbere. eſto ſervorum tuorum & cuſtos & praevius: ut ſpiritualium nequitiarum muſcipulas non incurrat: ut volatûs, quibus ad te venire nituntur, totâ alacritate exerceant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXXIV.

Canticum graduum.

BEDA.

Sexto Gradu *clamat nobis Propheta* in Domino confidendum; *ne laboremus in caſſum.*

Prima commonitione propter populum fidelem confirmat, dicens, nullatenus commoveri poſſe, qui in Domino ſunt confiſi, reddens cauſam, quare peccatores ſupra ſortem juſtorum non permittat excreſcere: Qui confidunt in Domino. *Secundo precatur, ut rectis proſperitas; pravis vindicta proveniat:* Benefac Domine bonis.

Euſebius Cæſarienſis. *De reſtitutione in priſtinum ſtatum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, deſcribens vitam virtute bona præditam.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona eorum canitur, qui de captivitate redeuntes, impugnatores ſuos, hoc eſt finitimas gentes Deo adjuvante preſſerunt. Aliter, vox Eccleſiæ.*

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis: Anonymus. verſ.* 14.

Pſalt. Arab. *verſ.* 8.

Feria III. ad Veſperum. S. Hier. *Iſte Pſalmus, ſextus habetur in canticis graduum, qui ea voce Propheta nos hortatur, ut, relictis ſæcularibus cauſis, in Deum tantùm omnem confidentiam habeamus, dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 **Q**UI CONFIDUNT IN DOMINO, SICUT MONS SION:
2 non commovebitur in aeternum, qui habitat ✝ in: Jeruſalem.
† 3 Montes in circuitu ejus:
4 & Dominus in circuitu populi ſui
5 ex hoc nunc, & uſque in ſaeculum.
† 6 Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum
7 ſuper ſortem juſtorum:
8 ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.
℣. 9. † 9 Benefac Domine bonis & rectis corde.
Sic apud Apollinarium. † 10 Declinantes autem in obligationes,
11 adducet Dominus cum operantibus iniquitatem:
℣. 12. Pſ. CXXVII. 6. Galat. VI. 16. 12 pax ſuper Iſraël.

VI. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Qui confidunt in Domino, hi erunt firmi atque ſecuri in Jeruſalem, ſicut ipſius mons Sion:* 2 *nec concutietur ultra in æternum, qui habitaverit in Jeruſalem.* 3 *Quemadmodum enim circùm eam urbem ſunt montes; ita & Dominus protector erit circùm populum ſuum* 4 *ab hoc tempore & in æternum uſque.* 5 *Non enim permittet Dominus virgam & ſceptrum tyrannicum peccatorum diù deſævire* 6 *in ea loca, quæ divinâ ſorte data ſunt juſtis;* 7 *ne fortè juſti deſperatione vel pravorum exemplo mittant & ipſi manus ſuas ad perpetrandas iniquitates.* 8 *Benefac, quæſo, Domine bonis, & iis, qui recto proboque ſunt animo.* 9 *Qui autem deflectunt in obliquationes & contorſiones ad bonos ligandos & obſtrangulandos;* 10 *hos Dominus abducet in æternum ſupplicium unà cum eis, qui, quod iniquum eſt, faciunt:* 11 *quibus ſublatis, pax erit atque felicitas in Iſraeł.* VI. Gradus Confidentia.

ORA-

ORATIONES.

1 Repelle Domine neqnitias inſurgentium malorum à forte juſtorum: ut, qui in te toto corde confidunt, nullis tentationum imbribus quatiantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 111. 117.

2 Beenefac, Domine, bonis & rectis corde: regimen ſalutaris impende; atque in tuae plebis cuſtodiâ ſemper vigila; & malignantium rabiem tuâ dexterâ fraena. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in faecula faeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 43.

3 Concede nobis, Domine, ſic in te firmiter confidere; ne poſſit nos turbo inimici commovere: in monte Sion fidem noſtram ſtatue; & in circuitu populi jugiter adeſſe dignare; ne redemptorum numeroſitas concupiſcat ad iniquitatem manus extendere: ac ſic mundi delectamenta reſpuant; ut obligationes noxias tuâ in virtute diſrumpant; tuamque bonitatem ſacrâ donatione ſuſcipiant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXXV.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Poſt captivitatem *omnium peccatorum, voces beatorum aſcendentium ad ſupernam Jeruſalem quem ſuaviter offeruntur, ut in itinere arduo poſiti, ſanctâ ſe carmine conſolentur.*

Sanctiſſimi viri, divinâ miſeratione liberati, primâ parte pſalmi gratias agunt; quòd de obnoxietate ſæviſſima peccatorum in tantam gratiam ſunt recepti; ut inter Gentes probarentur eſſe laudabiles: In convertendo. *Secundâ deprecantur, ut captivitas eorum commutetur in gaudium; ſubjungentes mirabilem veramque ſententiam; quia Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent:* Converte Domine, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *De exſpectatione futurorum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✠ Cardin. Thomaſ. *In captivorum perſonam canitur, ſupplicantium pro libertate, atque dicentium, quanta bona & quanta clara laudatio abſolutionem talem ſecutura ſit. Aliter, convertente Domino captivitatem Sion, hoc eſt Hieroſolymorum, quæ primæ domum redierat, facti ſumus ſicut deſolati, non dicit conſolati; nondum eſt enim plena lætitia cæteris in captivitate poſitis. Aliter, vox Apoſtolorum de impiis Judæis.*

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis; Anonymus. dicitur de Aggæo & Zacharia, qui aſcenderunt e Babel unà cum captivitate. Spiritualiter verò exſpectatio bonorum futurorum, verſ. 15.*

Pſalt. Arab. *verſ. 10.*

Feria III. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus ſeptimus graduum profert canticum, vel aſcenſum, in quo fidelis anima adverſus criminum captivitatem in Dominum exultat, & dicit.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 IN CONVERTENDO DOMINUS CAPTIVITATEM SION,
2 facti ſumus ſicut conſolati.
† 3 Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum,
4 & lingua noſtra exſultatione.
† 5 Tunc dicent inter Gentes;
6 *Magnificavit Dominus facere cum eis.*
† 7 Magnificavit Dominus facere nobiſcū:
8 facti ſumus laetantes.
† 9 Converte Domine captivitatem noſtram,
10 ſicut torrens in auſtro.

ℽ. 11. Jere. XXXI. 9.

† 11 Qui ſeminant in lacrymis, in exſultatione metent.
† 12 euntes ibant, & flebant
13 mittentes ſemina ſua.
† 14 venientes ✠ autem: venient cum exſultatione,
15 portantes manipulos ſuos.

VII. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Quando Dominus faciet, ut revertamur in patriam nos, qui è Sion abducti fuimus in captivitatem;* 2 *tunc facti erimus tamquam adeò conſolati, ut præ lætitia videamur nobis ſomniare reditum noſtrum veriùs, quàm illum reverà fieri.* 3 *Eo tempore os noſtrum impletum erit riſu verbiſque gaudii;* 4 *& lingua noſtra impleta erit divinâ laude exſultanter.* 5 *Tunc poſt reditum noſtrum in patriam de nobis inter Gentes infideles dicetur:* 6 Magnificè certè ſe geſſit Dominus cum iſtis. 7 *Planè magnificè, & nos reſpondebimus, erga nos ſe Dominus geſſit;* 8 *factique ſumus lætantes.* 9 *Reduc ergo Domine nos captivos in patriam tam celerrimè;* 10 *quam celerrimè reducitur in terram ſiccam torrens, flante auſtro.* 11 *Qui ſerunt cum lacrymis & mærore, hi cum exſultatione & gaudio metent.* 12 *hi ambulantes ibant & præ labore & ærumnâ flebant,* 13 *dum jactarent in terram ſemina ſua:* 14 *ſed vice verſâ redeuntes venient in domos ſuas cum exſultatione & lætitiâ,* 15 *reportantes manipulos frugum ſuarum: erunt que in meſſe hilares, qui in ſemente fuerunt triſtes.*

VII. Gradus: Patientiæ, & expectatio liberationis.

ORA-

O R A T I O N E S.

1 CONſolare, Domine, populum tuum: & libera nos à captivitate peſſima vitiorum: ut quod hic in lacrymis ſerimus, te retribuente cum gaudio metamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozar. rab. fol. 45. 114. 125.

2 COnverte, Domine, captivitatem noſtram, ab inlecebroſis inimici ſeductionibus redimendo: & reple conſolatione indulgentiae, quos deſolatos proſpicis ob admiſſionem nequitiae: da nobis, quaeſumus, contriti cordis humilitatem quaerere; & inquinamenta, quae nos polluunt, fluentis lacrymarum abluere: ſic etiam confeſſionis remedia ſeramus in lacrymis, ut indulgentiae fructus metamus in gaudiis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 122.

3 REple, Domine, gaudio os noſtrum; & linguam noſtram exſultatione locupleta: ut, qui in lacrymis ſeminamus verbum vitae, metamus in gaudio fructum juſtitiae. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 9. S. Hieronymi.

4 IN tribulatione clamantes, elevamus mentis oculos ad te auxiliatorem Deum: ut eruas nos à ſaevis dentibus invidorum; auferas à nobis ſceptrum dominationis iniquae: ut, ſolitâ miſeratione largitâ, dum à captivitate vitiorum abſolvimur, caeleſtis Jeruſalem aedificio, tamquam vivi lapides, connectamur.

CXXVI.

Canticum graduum Salomonis.

BEDA.

Senſus myſticus.

Ideo pſalmus iſte Salomonis titulo prænotatur, ut ipſe fabricator Templi doceat, ſe nihil valere ad aedificationem *ejus ſine Domini auxilio. Myſticè autem* Salomon, *qui* Pacificus *interpretatur, Chriſtum ſignificat: de quo Apoſtolus ait:* Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit utraque unum: *id eſt Circumciſionem & Præputium unâ fide conjunxit. Unde rectiſſimè propter diſtinctionem Teſtamentorum,* Salomonis *nomen & hic poſt ſeptem* Gradus *in capite octo reliquorum, & ſuprà poſt ſeptuaginta pſalmos in capite octuaginta ſequentium conſtat annotatum.*

Exſultans Propheta, quòd novi Teſtamenti gratiam prævidiſſet in ſpiritu; ne cui de tanta munera præſumptio perniciosa ſurriperet, Primo ingreſſu docet, ne quis propriis viribus aliquid boni applicet; cùm omnia in divina poteſtate ſint poſita; nec præcurrere velit tempus, Domini ordinatione diſpoſitum: Niſi Dominus aedificaverit domum. *Secundò modo, de ipſo Domino, deque ejus Apoſtolis loquitur, vel quicumque ejus mandata perficiunt:* Ecce haereditas Domini.

Euſebius Cæſarienſis. *De ædificatione Eccleſiæ.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Carmen hoc, licèt Salamonis perſonæ, conſtituentis domum Domini, congruat; Prophetæ tamen & ſecundæ ædificationi optandum eſt, quam adnitebantur reverſi de Babylone; quia utraque caſſa eſſe, niſi Deo cuſtode & præſide, videretur.* Aliter, vox Chriſti ad futuram Eccleſiam.

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis, dictus a Davide de Salamone. dicitur quoque de Agao, & Zacharia; qui urgebant ſtructuram Templi. verſ.* 14.

Feria IV. ad Veſperum.

Pſalt. Arab. *verſ.* 13.

S. Hier. *Ideo Pſalmus iſte Salamonis titulo prænotatur, ut ipſe fabricator Templi doceat ſe non valere ædificationem ejus conſummare, niſi Domini auxilio.*

P S A L M U S A D M E D I T A N D U M.

Propheta.

1 NISI DOMINUS AEDIFICAVERIT DOMUM;
2 in vanum laboraverunt qui aedificant eam.
† 3 Niſi Dominus cuſtodierit civitatem;
4 fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
† 5 Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere:
6 + ſurgite: poſtquam ſederitis,
7 qui manducatis panem doloris.
† 8 Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum;
9 ecce hereditas Domini, filii,
10 merces fructus ventris.

VIII Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem: aptum & congruens Salomoni, qui domum tum Dei tum ſuam ædificavit. PROPHETA. *1 Niſi Dominus adjutorio ſuo conſtruxerit aliquam domum, vel aliquam ampliaverit familiam; 2 in vanum certè laboraverint qui eam conſtruere conantur vel ampliare. 3 Niſi Dominus tuitione ſua cuſtodierit civitatem aliquam atque rempublicam; 4 in vanum vigilat qui cuſtodit eam. 5 Deo non jovante, vanum eſt vobis quòd diluculo vigilatis ad ædificandam domum, cuſtodiendamque civitatem. 6 Feſtinanter ſanè ſurgite poſtquam noctu paululùm quieveritis vos, 7 qui cum dolore & ærumna panem comeditis in laborando pro veſtra domo vel civitate: ſed hæc nihil vobis proderunt, niſi ſua vos gratiâ Dominus adjuverit. 8 E contrario autem etiam, tum cùm dederit ille dilectis ſuis ſomnum & quietem ſine ulla eorum ſolicitudine & anxietate, 9 tunc præter quoque humanam ſpem dantur illis a Domino hæreditas & filii, 10 & mer-*

VIII. Gradus: Dei Gratia & Favor.

† 11 Sicut ſagittae in manu potentis;
12 ita filii excuſſorum.
† 13 Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis:
14 non confundetur cùm loquetur inimicis ✝ ſuis; in porta.

ces & premium ex fructu ventris fœcundi ad amplian-
dam domum & familiam. 11 Et quemadmodum ſagittæ
in manu alicujus viri robuſti, virum ipſum adverſus
hoſtes defendunt: 12 ſic filii iſti parentum, quos Deus di-
lexerit, expediti & prompti ipſos parentes, ſi concuſſi
fuerint & vexati, defendent ab iis, qui illos concuſſerint
& exagitaverint. 13 Felix ſanè, qui impleverit deſide-
rium ſuum talibus filiis, quos optaverat: 14 quia eo-
rum ope tutus, non pudeſiet, cùm loquetur & diſceptа-
bit cum inimicis ſuis in porta civitatis & in foro.

ORATIONES.

MSS.

1 DOmorum ſpiritualium aedificator Deus, ut nos cuſtodias deprecamur, imple in te deſiderium noſtrum; & Electis tuis nos adjunge pro meritis. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 DOmorum ſpiritualium aedificator Deus, ut nos cuſtodias, deprecamur; &, ut nos Electis tuis adjungere digneris, imple amore tuo deſiderium & voluntatem noſtram. Per.

CXXVII.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus. *Quàm ſit magnificus nonus* Gradus, *numerus ipſe declarat; qui, trino triplicatione proveniens, ſanctum nobis Trinitatis culmen oſtendit. Meritò ergo & in tali* Gradu, *& ubique* Timor Domini *nobis commendatur; quibus exſtet neceſſarius comprobatur.*

Primo membro Propheta ſub quibuſdam alluſionibus enumerat bona timentium Dominum; ut animos devotorum cæleſtis præmii calore ſuccendat: Beati omnes qui timent Dominum. *Secundo, benedicit eis, ut gaudia æterna recipiant; ne quis hunc timorem novissimum pertimeſcat:* Benedicat tibi Dominus ex Sion, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Vocatio Gentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, beatitudinem proclamans.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Reverſos de Babylone decet ſtudere debere virtutibus, quando irremunerata tolli non poſſit eſſe devotio.* Aliter, Propheta de Chriſto ad Eccleſiam dicit.

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis; Anonymus: dicitur de Zorobabel principe Judha, & ſollicitationis ædificii. Innuit etiam in eo vocationem gentium. verſ.* 14.

Feria IV. ad Veſperum. Pſalt. Arab. *verſ.* 10.

S. Hier. *Iſte Pſalmus in nono aſcenſionis gradu vel cantico timorem dilectionemque Dominicam inſinuat, dicens:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 BEATI OMNES QUI TIMENT DOMINUM,
2 qui ambulant in viis ejus.
†. 2. Iſai. III. 10. † 3 Labores manuum tuarum ✝ quia: manducabis;
4 beatus es, & benè tibi erit.
† 5 Uxor tua ſicut vitis abundans
6 in lateribus domûs tuae.
† 7 Filii tui ſicut novellae olivarum
8 in circuitu menſae tuae.
† 9 Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.
† 10 Benedicat tibi Dominus ex Sion:
11 & videas bona Jeruſalem
12 omnibus diebus vitae tuae:
† 13 & videas filios filiorum tuorum,
†. 14. Pſ. CXXIV. 5 Galat. VI. 16. 14 pacem ſuper Iſrael.

IX Canticum pro aſcenſionibus ſive profectio-
nibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeru-
ſalem. PROPHETA. 1 *Beati & felices omnes ii,*
qui timent offendere Dominum; 2 qui quidem in
curſu vitæ ſuæ incedunt per vias mandatorum Do-
mini. 3 Quoniam autem tu, qui Deum times, co-
medes parta laboribus manuum tuarum; 4 idcirco
beatus es, & benè tibi erit. 5 Uxor tua fœcunda
ſimilis viti fructiferæ erit 6 intra latera domûs tuæ;
7 filiique tui virentes & vegeti, ſimiles novellis plan-
tulis olearum, 8 aderunt tibi circùm menſam tuam.
9 Ecce enim homo, qui timet Dominum, hoc modo
benedicetur. 10 Beneficentiâ ſuâ tibi benedicat Do-
minus, qui colitur in Sion, 11 videaſque bona fe-
licitatemque Jeruſalem, ad quam nunc pergis, 12 re-
liquis diebus omnibus vitæ tuæ; 13 & videas filios
filiarum tuorum; 14 & pacem videas ſuper totum
Iſraelem.

IX. Gradus, Timor & Obedientia Domini.

ORATIONES.

1 TImentibus nomen tuum, Domine, beatitudinem largire perpetuam: ut talis nobis actio, taliſque ſit vita, quae celſum de bonis fructibus meritum reportet ad ſydera. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Deus,

Digitized by Google

Brev. Mozarab. fol. 45. 101. 122.

2 DEus, qui timentes te, beatos Prophetali voce pronuncias; da in nobis tui timoris obſequia beneplacita; ut ex hoc in viis tuis ambulare nos facias. ſitque, te gubernante, labor noſter tuis oculis placitus; cujus fructus tempore remunerationis efficiatur ſuaviſſimus: ac ſic labor ipſe de charitate ſtudeatur, ut apud te fruges ejus in beatitudine recondantur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXXVIII.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Quia laborantes in vinea Domini, denario regni remunerantur æterni, in decimo Gradu *tolerantia paſſionum ſuadetur; tum crebra Eccleſiæ commemoratur afflictio.*

In primâ poſitione Propheta monet Iſraelem, ut dicat, quae certamina vel inſidias à ſuis pertulerit hoſtibus; ne quis fidelium de propriis poſſit deſperare preſſuris: Saepe expugnaverunt me. *Secundâ, inimicis Eccleſiæ per parabolas imprecatur, quod eis in judicio futuro noverat eſſe venturum:* Confundantur & convertantur retrorſum.

Euſebius Cæſarienſis. *Victoriæ militiæ Dei.* (al.) *Paſſiones Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus gratiarum actionis.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Docet, reverſuros de Babylone & meminiſſe veterum bonorum, & pro felicitate præſenti gratias referre; ex perſona ergo revertentium formatur oratio.* Aliter, vox Eccleſiæ.

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis; Anonymus: de anguſtia populi. quod autem ad nos, innuit nobis victoriam atque triumphum cultorum. verſ. 13.*

Pſalt. Arab. *numerus verſ. 13.*

Feria IV. ad Veſperam.

S. Hier. *Iſte Pſalmus decimum nobis profert vel canticum vel aſcenſum; qui, ex voce prophetica inchoans, docet inceſſanter reſiſtere nequitiis impugnantibus, ne nos expugnent.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 SAEPE EXPUGNAVERUNT ME A JUVENTUTE MEA;
2 dicat nunc Iſrael:
† 3 ſaepe expugnaverunt me à juventute mea:
4 etenim non potuerunt mihi.
† 5 Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores:
6 prolongaverunt iniquitatem ſuam.
† 7 Dominus juſtus concidit cervices peccatorum.
8 Confundantur & convertantur retrorſùm omnes qui oderunt Sion.
† 9 Fiant ſicut foenum tectorum,
10 quod priuſquam evellatur, exaruit:
† 11 de quo non implevit manum ſuam qui metit;
12 & ſinum ſuum, qui manipulos colligit:
† 13 & non dixerunt qui praeteribant: *Benedictio Domini ſuper vos:*
14 *benediximus vobis in nomine Domini.*

X Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. *1 Sæpius quidem oppugnaverunt & infeſtaverunt me a juventute mea; 2 ita nunc dicat Iſrael: 3 ſæpius quidem oppugnaverunt me a juventute mea Babylonii; 4 ſed non prævaluerunt mihi, ut me funditus exſcinderent. 5 Peccatores iſti multa & gravia onera fabricaverunt ſupra dorſum meum: 6 & in longum protraxerunt iniquitatem ſuam, qua me affligebant. 7 ſed juſtus Dominus ſemper conſuevit confringere cervices peccatorum. 8 Itaque pudore perfundantur, ſpe ſuâ fruſtrati, & avertantur & repellantur retrorsùm omnes, qui oderunt Sion. 9 Fiant ſimiles herbæ, quæ in tectis naſcitur, 10 quæ ſtatim ut viruerit, antequam inde vellatur, jam aruit: 11 de quâ herbâ infrugiferâ manum ſuam numquam implevit bonarum ſegetum meſſor; 12 & de quâ nec ſinum ſuum unquam implevit, qui manipulos frugum colligit; 13 & pro quâ herbâ nullo tempore tranſeuntes dicere potuerunt, ut in agris & ſegetibus ad meſſores frugum dici ſolet:* Benedictio & beneficentia Domini veniat ſuper vos, meſſores: *14 vel,* bene precati ſumus vobis, ò meſſores, Domini auxilio implorato.

X. Gradus: Tolerantia Paſſionum.

ORATIONES.

MSS. * al. omnibus impugnantium.

1 AB * omnium impugnationum nequitiis Eccleſiam tuam, Domine, dexterae tuae protectione defende: ut inimicis retrorſum converſis; ſacris a te benedictionibus repleatur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 94. 246. * al. convivia.

2 DOmine Jeſu Chriſte, qui pro noſtrae ſalutis remedio impiorum ſuſtinuiſti * commercia; auxilii tui ope nos protege adversùs impugnantium mala: ac, ne dorſum noſtrum delicti comprimat ſarcina; impone humeris noſtris praeceptis Euagelicis onera ſuavia: per quae peccati fabricam deſtruas; & compagibus ſacris nos virtutum meritis conſtruas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 170.208. * al. expugnant. * al. dedicatione.

3 ECce, Domine, ſupra Eccleſiae tuae dorſum iniquitas oneroſa peccantium fabricata eſt ſuperborum; cùm incorrigibiles moribus, membra tua atrociter * premunt. da ergo, quaeſumus, nobis, ita tolerantiae virtute fulciri; ut eos, quos in dorſo animae noſtrae ſanandos portamus, ſalubriter nobiſcum ad caeleſte ſtabulum reportemus: quò, uno ac ſingulari denario cum illis accepto, & nos * praedicatione mereamur percipere lucrum, & ipſi de obedientia capiant nobiſcum praemium ſempiternum. ℞. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXXIX.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus. * al. peccata ad integrum cavere.

*In Gradu undecimo collocatus Propheta, pœnitentiæ ſe ſatisfactione proſternit: quia nec ſanctus quiſque in carne conſtitutus, * peccato ad integrum carere poteſt. Sed & hoc dicendum, quia omne peccatum quaſi undenarium eſt; quia Decalogi perfectionem tranſgreditur.*

Clamat Propheta ad Dominum, ut de peccatorum profunda liberetur benevolentiâ boni Judicis de calamitatibus indicatis. nec mora, ad gratulationis gaudia venit: ut agnoſcerent pœnitentes, quantâ gratiâ ſuſcipiantur, quibus tam velox medicina præſtatur: De profundis clamavi. (&, A cuſtodia matutina.)

Euſebius Cæſarienſis. *Narratio Martyrum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub perſona de Babylone canitur, illorum videlicet, qui ibi meritis eminebant.* Aliter, legendus ad lectionem Jonæ Prophetæ.

Pſalt. Syr. *In Pſalmis aſcenſionis: dicitur de Nehe Sacerdote, & innuit in eo precationem Martyrum.* verſ. 16.

Pſal. Arab. verſ. 10.

Feria IV. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus undecimum nobis aſcenſionis gradum pandit, & canticum; qui fidelis animæ conatum ad altiora tendentem præſtruit, dum ſe in profundo quaſi immerſum queritur, nos ad intelligenda cæleſtia provocat, dicens:*

VI. PSALMUS POENITENTIALIS AD PRECANDUM.

Propheta.
℣. 1. Pſ. LXVIII. 3. Thren. III. 55.
℣. 3. 4. 5. Sic diſtinguitur apud Apollinarium.
℣. 4. Pſ. CXLII. 3.
℣. 7. Sic apud Apollinarium.
℣. 14. Sic apud Apollinarium.

1 DE PROFUNDIS CLAMAVI AD TE, DOMINE:
2 Domine exaudi vocem meam.
† 3 Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae.
† 4 Si iniquitates obſervaveris Domine;
5 Domine, quis ſuſtinebit?
† 6 Quia apud te propitiatio eſt,
7 & propter legem tuam, ſuſtinui te Domine.
† 8 Suſtinuit anima mea in verbo ejus:
9 ſperavit anima mea in Domino.
† 10 A cuſtodia matutina uſque ad noctem,
11 ſperet Iſraël in Domino:
† 12 quia apud Dominum miſericordia;
13 & copioſa apud eum redemptio:
† 14 & ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus ejus.

XI. Gradus: Peccatorum deteſtatio.

XI Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Ex abyſſo profunda malorum ad te magno animi conatu clamavi, teque invocavi Domine: 2 exaudi ergo Domine vocem hanc meam. 3 Aures tuæ ſint, quaſo, attentæ ad vocem hanc deprecationis meæ peccatoris. 4 Si iniquitates hominum obſervare volueris, ut punias, Domine: 5 à Domine, ecquis in conſpectu tuo ſubſiſtet impune? 6 Quoniam autem apud te eſt propitiatio, & es tu placabilis iniquitatibus noſtris; 7 & ob legis tuæ promiſſiones, peccatoribus ad te converſis factas, ego patienter exſpectavi te mihi placandum Domine. 8 Patienter exſpectavit veniam & reconciliationem anima mea, confiſa in verbo promiſſionis ejus: 9 ſperavit anima mea in Domino. 10 A vigiliis matutinis, cùm diluculò evigilamus, ad noctem uſque donec obdormiamus, 11 perpetuò indeſinenterque ſperet Iſrael in Domino: 12 quia miſericordia eſt apud Dominum; 13 & copioſa redemptio ac liberatio ab adverſis noſtris apud eum eſt; 14 etenim ipſe redimet Iſraelem ex omnibus iniquitatibus ejus; quibus antea tenebatur in miſerrima ſervitute captivus.*

O R A T I O N E S.

MSS.

1 INtendat, quaeſumus Domine, pietatis tuae aures in orationem ſupplicum; quia apud te eſt propitiatio peccatorum: ut non obſerves iniquitates noſtras; ſed impertias nobis miſericordias tuas. Per *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 94.

2 PAteant aures tuae, Domine, orationibus noſtris; quibus a nobis congrui clamoris ſupplicatio dirigatur: quò & dignanter audiant, & in rebus petitis clementer reſpondeant, & quia apud te multae ſunt miſerationes, rogamus te Deus; ne nos juxta multitudinem iniquitatum noſtrarum condemnes; ſed confitentes ac revertentes ad te, copioſâ miſeratione vivifices: ut clamorem noſtrum ad te de profundis accipias, & exemptos nos a mundanis, in atriis tuis in gaudio perpetuae delectationis adſumas. (℞. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen.*

CXXX.

Canticum graduum. : David:

BEDA.

Senſus myſticus.

Poſt labores pœnitentiæ Propheta ſuavia canticorum nobis alimenta tranſmittit; totum videlicet hunc pſalmum de manſuetudine atque humilitate decantans: ut quos labor præmiſſæ confeſſionis afflixerat, glorioſæ devotionis dulcedo reficiat.

Primo ordine Propheta, exemplo ſuo humilitatem & manſuetudinem docens populum utique Chriſtianum, pœnam ſibi graviſſimam ponit, ſi mandata Domini non cum ſumma humilitate ſuſciperet: Domine non eſt exaltatum cor meum. *Secundo, converſus hortatur Iſrael jugiter ſperare in Domino; quatenus tali ſpe roboratus, cunctas ſæculi adverſitates tolerare prævaleat:* Speret Iſraël in Domino.

Euſebius Cæſarienſis. *De animi humilitate.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in ſola interpellatione.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Hic quoque Pſalmus ſub Seniorum in captivitate degentium perſonâ cantatur.* Aliter, vox Eccleſiæ regnantis.

Pſ.lt. Syr. *Davidis; in Pſalmis aſcenſionis, diciturque de Jeſu filio Joſedec, Sacerdote ſummo; & de humilitate. ver. 5.*

Pſalt. Arab. *verſ. 8.*

Feria IV. ad Veſperum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus duodecimus in hoc aſcenſione vel cantici vel graduum habetur, qui nos ex perſona Prophetæ humilitatem, quam Chriſtus in carne geſtaturus erat, docet, dicens:*

PSALMUS AD HUMILITER DE SE SENTIENDUM.

Propheta.

1 DOMINE NON EST EXALTATUM COR MEUM:
2 neque elati ſunt oculi mei:
† 3 neque ambulavi in magnis,
4 neque in mirabilibus ſuper me.
† 5 Si non humiliter ſentiebam (ſed exaltavi animam meam)
† 6 ſicut ablactatus, eſt ſuper matre ſua:
7 ita retributio in anima mea.
† 8 Speret Iſraël in Domino
9 ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

℣. 6. Matt. XVIII. 3. I. Corinth. XIV. 20.

XII. Gradus: Humilitas.

XII Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem, inſpiratum Davidi. PROPHETA. 1 *Domine, non ſe ſuperbè extulit cor meum; 2 neque ſe faſtuoſè in altum elevaverunt oculi mei: 3 & non arroganter aggreſſus ſum & inceſſi per magnificentias & res ac negotia majora, quæ eſſent ſupra vires meas: 4 nec aggreſſus ſum incedere perſcrutando per admirabilia, quæ tranſcenderent captum meum. 5 Si humilem demiſſumque animum non habebam; ſed extuli ſuperbè animum meum; 6 ſi, inquam, humilem demiſſumque animum non habebam, ſicut animo humili & non elato ablactatus infans, apud matrem ſuam eſt: 7 ſic, ut mea mereretur ſuperbia, condignum ſupplicium retribuatur animæ meæ. 8 Speret Iſraël in Domino 9 ab hoc tempore & in æternum uſque.*

ORATIONES.

MSS.

1 NE permittas nos exaltari in ſuperbiis ſæculi, omnipotens Pater: ſed qui mitis es & humilis corde, doce nos humilibus tibi placitis moribus conſentire. (Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.)

Brev. Mozarab. fol. 41. 101.

2 EXalta cornu noſtrum, Domine, fidei Catholicæ merito; &, ne maculetur mens ſuperbiæ morbo, greſſus noſtros ſuper mundi hujus latitudinem tribue ambulare: ne noxii incidamus in compedes; ſed humiliter ſentiendo, ad plenitudinem ſpei nobis condones properare. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen*.

CXXXI.

Canticum graduum.

BEDA.

Senſus myſticus.

Hic Gradus *Incarnationis Dominicæ ſacramento deſcribit: dignum enim fuerat, ut poſt duodenarium Apoſtolorum numerum, quaſi caput omnium ipſe tertius decimus adveniret: neque enim ille humilis, qui hoſtium clamaverat de profundis, ſubitò ſe in tantam laudem potuiſſet erigere. ſed* David *hoc loco Chriſtus intelligendus eſt.*

Primâ parte Propheta verba Chriſti refert; quibus Patri promiſerit requiem ſe non aliàs ſumere, niſi veræ religionis affectum humanis cordibus infudiſſet: Memento Domine David. *Secundâ dicit, eſſe cognitum, quòd veraciter fuerat o Chriſto pollicitum, preces ſuas adjiciens, ut quantocyus mundum ſalvaturus adveniret:* Ecce audivimus eam. *Tertiâ, promiſſionem à Patre illi factam perhibet eſſe complendam; ut fructus uteri virginalis thronum regni ſedeat æternum: quatenus Eccleſiam ejus benedicat; pauperes paſcat; Sacerdotes glorificet; & poteſtatem ejus producat; inimicos ejus induat confuſione; ſuper eum floreat ſanctificatio æternæ juſtitiæ:* (Juravit Dominus David veritatem *&c.*)

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio Davidis, & apparitio Chriſti.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in orationes.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Idem argumentum eſt præſentis, & octuageſimi octavi Pſalmi; prædictas quippe Propheta, quæ circa populum in Babylone geſta ſunt, inducit ipſum populum, velut commonentem Deum, quantam beatus David curam religionis, & divini cultûs habuerit; quantumque ſtudium pro Templi ædificatione ſuſceperit; qualiterque illum viciſſim Deus remune-*

muneratorum ſe diuerit promiſſionibus, ad gentem ejus directis; vel ad eos, qui erant ex ejus genere regnaturi: & quia promiſſionum talium illâ tenebant intentione, ut eſſet in illo tam imperii, quam populi communis utilitatis, idcirco hujuſcemodi Propheta Pſalmos inſtituit, quibus ſpem populi nutriat, & credant manentem promiſſionem; ſaltem propter fidem, captivitatem eſſe levandam: ut & populus ſolo patrio, & David poſteri a victo inſtituantur imperio. Aliter; Propheta ad Patrem de Chriſto dicit.

Pſalt. Syr. *Ex Pſalmis aſcenſionis; Anonymus, cùm vellent intrare domum Domino Sabaoth: & oratio Davidis: & revelatio Chriſti. verſ.* 37.

Feria V. ad Veſperum.

Pſ.li. Arab. *verſ.* 32.

S. Hier. *Iſte Pſalmus habetur in Canticis tredecimus graduum, qui per aſcenſionem profectuum de adventu Filii Dei nos voce prophetica nos edocet, dicens:*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. II. Reg. VII. ✝. 1. 3. 4. Sic apud Apollinarium.

1 MEMENTO DOMINE DAVID ET OMNIS MANSUETUDINIS EJUS;
† 2 ſicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob:
† 3 *Si introiero in tabernaculum domûs meae;*
4 *ſi aſcendero in lectum ſtrati mei;*
† 5 *ſi dedero ſomnum oculis meis;*
6 *& palpebris meis dormitationem,*
† 7 ÷ *& requiem temporibus meis:*
8 *donec inveniam locum Domino,*
9 *tabernaculum Deo Jacob.*
† 10 Ecce audivimus eam in Ephrata:
11 invenimus eam in campis ſylvae.
† 12 Introibimus in tabernaculum ejus:
13 adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.
† 14 Surge Domine in requiem tuam,
15 tu & arca ſanctificationis tuae.
† 16 Sacerdotes tui induantur juſtitiam;
17 & ſancti tui exſultent.
† 18 Propter David ſervum tuum,
19 non avertas faciem Chriſti tui.
† 20 Juravit Dominus David veritatem;
21 ÷ & : non fruſtrabitur eam:
22 *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*
† 23 *Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum,*
24 *& teſtimonia mea haec quae docebo eos:*
† 25 *& filii eorum uſque in ſaeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.*
† 26 Quoniam elegit Dominus Sion;
27 elegit eam in habitationem ſibi:
† 28 *Haec requies mea in ſaeculum ÷ ſaeculi:*
29 *hic habitabo, quoniam elegi eam.*
† 30 *Viduam ejus benedicens benedicam:*
31 *pauperes ejus ſaturabo panibus.*
† 32 *Sacerdotes ejus induam ſalutari:*
33 *& ſancti ejus exſultatione exſultabunt:*
† 34 *Illuc producam cornu David:*
35 *paravi lucernam Chriſto meo.*

✝. 13. Pſ. XCVIII. 5.
✝. 14. &c. II. Paralip. VI. 41. 42.
✝. 20. Pſalmus LXXXVIII. 4. 5. 36. Act. II. 30.
✝. 22. &c. II. Reg. VII. 12. III. Reg. VIII. 25. II. Paralip. VI. 16.
DEUS. ✝. 28. Eccleſiaſtici XXXVI. 15.
✝. 34. Ezechiel. XXIX. 21. Luc. I. 69.
✝. 35. III. Reg. XI. 36. XV. 4. IV. Reg. VIII. 19.

XIII. Gradus: Deſiderium adventûs Chriſti.

XIII. Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Domine memento Davidis & totius manſuetudinis ejus in omni afflictione ſuâ: 2 memento etiam, quemadmodum de ea domo tua ſancta, ad quam reædificandam advenimus, juraverit ille tibi, & votum voverit tibi Deo, quem Jacobi progenies colit, hoc nempe juramento & voto dicens:* 3 Malè ſit mihi, ſi intravero in habitaculum domûs meæ; 4 vel ſi aſcendero in lectum ſtrati mei ad quieſcendum; 5 aut ſi conceſſero ſomnum oculis meis, 6 & dormitationem palpebris meis; 7 & quietem temporibus capitis meis: 8 donec inveniam locum pro reponenda ibi Arca Domini, 9 nempe locum aptum ad conſtruendum habitaculum Deo Jacobi. 10 *Ecce jam nos audiveramus, cùm adhuc in Babylonicâ, eſſemus captivitate, eam ipſam ſanctam domum, licèt nunc deſtructam, eſſe in hac Ephrata regione non longè a Bethlehem: 11 & invenimus eam eſſe in campis ſylvoſis & ſylveſtribus Jeruſalem, ad quam pervenimus. 12 Hic autem reædificato templo, intrabimus in novum habitaculum Dei: 13 & proſtrati adorabimus in loco, ubi ſteterat Arca, quæ erat veluti ſcabellum pedum ejus. 14 Surge itaque, ut ita dicamus, Domine, & veni in novum hoc domicilium tuum quietum & ſtabile, in quo perpetuò requieſcas. 15 Veni, quæſumus, hoc tu & Arca, quam tibi ſanctificaſti; ad cujus olim præſentiam ſæpè fortitudinem tuam monſtraſti: quæ a Jeremia occultata captivitatis tempore, adhuc abſcondita latet. 16 Sacerdotes tui, hic iterum miniſtraturi, a te induantur juſtitiâ & probitate morum, ut juſtè ſanctèque tibi miniſtrent: 17 & tibi ſanctificati & ſacrati Levitæ cæterique pii fideles hic te laudent lætantes in hoc domo. 18 Ob amorem tuum erga Davidem fidelem ſervum tuum, ejuſque promiſſa illi facta, 19 ne averſeris nunc faciem ejuſdem uncti tui, quem tui chriſmatis unctione in regem conſecraſti; populi tui quò minus reſtituas iterum regnum Judæ & Iſraelis, ſtabiliter manſurum in perpetuum. 20 Juraſti enim, Domine, Davidi juramentum verum, 21 quod nec irritum faciet, dicens ei:* 22 De fructu & prole ventris tui Meſſiam, qui ex ſtirpe tua naſcetur, ponam ſuper regium thronum tuum, ut regnet in æternum. 23 Sed & ſi filii poſteri tui cuſtodierint pactum de ſervanda lege mea, 24 & obſervaverint præcepta illa teſtantia voluntatem meam, quæ ego docuero eos; 25 etiam ipſi procul dubio, & ipſorum filii ſecundùm carnem, uſque in ſæculum ſedebunt Reges ſuper thronum tuum, regnantes in Iſrael atque Judæa majeſtate regali. 26 *Quoniam autem Dominus elegit Sion, 27 eamque prælegit, ut in eo ſibi habeat conſtructum habitaculum: 28 idcirco de eo dixit:* Hic eſt locus, in quo ſtabiliter requieſcam: 29 hic habitaculum habebo, quia illam ego prælegi. 30 Ejuſdem urbis Sion viduas beneficentiâ meâ benedicendo benedicam, annonâ ſuppeditatâ largiſſimè: 31 ejuſque pauperes panibus ſaturabo. 32 Ejuſdem civitatis Sacerdotes induam juſtitiâ ac probitate morum, & ipſis, & aliis admodum ſalutari: 33 faciamque, ut ſanctificati Levitæ cæterique pii fideles exſultantes exſultent in laude mei. 34 Ibi in Sion oriri faciam, floridumque efficiam robur & regnum Davidis: 35 eique, qui a me unctus fuit in Regem, præparavi atque promiſi, me ibi daturum lucernam

Ini-

† 36 *Inimicos ejus induam confuſione :*
37 *ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.*

nam ſplendentem, & nunquam deficientem poteſtatis & regni, cujus non erit finis. 36 Et inimicos quidem ejuſdem Uncti mei totos perfundam turpi pudore: 37 ſuper ipſum autem efflorebit regium illud ſanctumque diadema ejus, quo ego eum a reliquis ſegregavi, mihique ſacravi.

ORATIONES.

1 IN omni ingreſſu noſtro memor eſto noſtri, omnipotens Deus : & indue nos ſacerdotali juſtitiâ ; ut induci mereamur in tabernacula ſempiterna. Per &c.

Brev. Mozrab. fol.16. *In Vigilia Nativitatis Domini ad Veſperum.*

2 VEſpertinis laudibus jam praemiſſis, Domine, paramus lucernam Chriſto tuo, Domino ac Deo noſtro : ut fructu juſtitiae repleamur ad gratiam ; & verbum vitae contineamus ad gloriam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter : qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 414. *De Sancto Martyre.*

3 SAncte Domine, in cujus amore, martyris tui Romani piâ confeſſione laetamur : oramus te, quaeſumus ; ut, qui propter David ſervum tuum, Chriſti tui faciem non avertis, propter nos famulos tuos Sanctorum tuorum ſuffragia non retardes. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Apud Alcuinum col.149.

4 EXſurge Domine ; & corda noſtra tibi praeparentur in requiem : fitque in ſingulis Arcae tuae ſanctificatio, meditatioque ſanctitatis & operum noſtrorum, lucerna Chriſtus Dominus noſter : ut, haec eo praeparante, fructu juſtitiae repleamur ad gratiam, & verbo eumdem vitae contineamur ad gloriam. Per eumdem.

CXXXII.

Canticum graduum : David :

BEDA.

Poſt illam praecedentis pſalmi ſanctiſſimam praedicationem, in decimo quarto Gradu *jam poſitus, Propheta populis beatam praedicat unitatem ; ut, qui ſe Chriſtiana religione conſtringunt, in una charitatis convenientia perſeverent.*

Hic pſalmus, ſicut & centeſimus decimus ſextus, diviſionem non recipit: & rectè, quia & ille omnes gentes populoſque ad unius Domini laudes ; & iſte ad unitatem fraternae dilectionis hortatur : Ecce quàm bonum & quàm jucundum.

Euſebius Caeſarienſis. *De populo perfecto.*

S. Athanaſius. *Pſalmus, deſcribens vitam virtute benè praeditam.*

✱ Cardin. Thom. *Praedicit Propheta, duas & decem Tribus, quae priùs ſemper diſſidebant; poſt captivitatem in unam ſideroſa eſſe concordiam. Aliter, vox Eccleſiae.*

Feria V. ad Veſperum.

Pſalt. Syr. *Davidis, ex Pſalmis aſcenſus : dicitur de Moſe & de Aarone, degentibus in Tabernaculo in domo Domini; & laudat in eo populum perfectum. verſ. 8.*

Pſalt. Arab. *verſ. 7.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 ECCE QUAM BONUM ET QUAM JUCUNDUM,
2 habitare fratres in unum.
† 3 Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam
4 barbam Aaron;
† 5 quod deſcendit in oram veſtimenti ejus.
6 ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.
† 7 Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem,
8 ✝ & : vitam uſque in ſaeculum.

XIV Canticum pro aſcenſionibus ſive profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem, inſpiratum Davidi. PROPHETA. 1 *Ecce quid tam bonum & tàm decorum atque jucundum, 2 quàm nos fratres, a Babylone reverſos, cohabitare jam tandem pariter & unanimes in unà eademque civitate Jeruſalem? 3 Jucundum eſt hoc, ſicut ſuaviſſimum & odoratiſſimum erat oleum unctionis, quod effundebatur ſuper caput, quodque defluebat in barbam, 4 in barbam, inquam, Aaronis ſummi Sacerdotis ; 5 quodque largè defluebat in ſuperiorem veſtimenti ejus oram, qua ad collum adſtringebatur: 6 & bonum eſt hoc, nos cohabitare pariter, ſicut utilis eſt ros, qui deſcendit in Hermon & in montana Sion. 7 Nam Dominus mandavit, ut ibi in concordi fratrum cohabitatione ſit benedictio & beneficentia ſua, 8 & vita uſque in aeternum.*

XIV. Gradus : Concordia & Charitas.

ORATIONES.

MSS.

1 INfunde, Domine, in Eccleſiam tuam charitatem noſtrae fraternitatis & pacis : ut, rore unguenti ſpiritalis aſperſi, benedictionis tuae gratiâ jucundemur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Chri-

Digitized by Google

Apud Alcuinum col.240 2 CHriſte Domine, cujus ſacrum nomen unguento effuſo ſapientiae comparavit odorem: da, quaeſumus, unguentum verticis tui in barbam decoris populi tui, te profundente, deſcendere; ac in ipſam veſtimenti oram, quae praeſentis vitae induitur, pervenire. Qui vivis.

CXXXIII.

Canticum graduum.

BEDA.

Poſt monita mutuæ dilectionis, nunc conſequenter ſuadet, ut felix adunatio in laudes Domini flagrantiſſimo charitatis ſtudio concitetur.

Primâ parte invitat Propheta ad benedicendum Dominum; ubi plurali numero prædictam plebem alloquitur: Ecce nunc benedicite. *Deinde populum ſingulariter benedicit; quia ſancta unitas decus eſt ac virtus Eccleſiæ:* Benedicat tibi Dominus ex Sion.

Libet referre, quemadmodum uſque ad ſupernam Jeruſalem Gradus *iſti pervenerint. Primo ſiquidem gradu, ſæculi deſpicit horrorem; poſt quem ad virtutum omnium ſtudia feſtinatur. Secundo, virtus divinæ defenſionis expetitur; cui nihil obviare poſſe monſtratur. Tertio, gaudium magnum eſſe dicitur, in Eccleſia Domini pura mente verſari. Quarto, inter qualibet anguſtias, docet, conſtanter de Domino præſumendum, donec miſeratus exaudiat. Quinto, monet ut liberati à periculis, non nobis aliquid, ſed omnia Domini virtutibus applicemus. Sexto, montibus ſolidiſſimis comparatur confidentia fideliſſimi Chriſtiani. Septimo, dicitur quàm copioſos fructus metant, in lacrymis ſeminantes. Octavo, nil permanere dicitur, quod voluntate propria unuſquiſque fuerit operatus; ſed illa tantum eſſe firmiſſima, quæ authore Domino conſtruuntur. Nono, timore Domini pronuntiatur homo beatus fieri; & univerſa illi proſpera concedi. Decimo, infundit patientiam devotis, quam per Eccleſiæ verba commendat. Undecimo, de profundis clamat ad Dominum, ut in liberandis hominibus, quanta ſit divinitatis potentia, ſentiatur.* Duodecimo, *virtus manſuetudinis & humilitatis oſtenditur. Tertiodecimo, ſanctæ Incarnationis promiſſio, & dictorum veritas approbatur. Quartodecimo, fratribus ſpiritualibus adunatio prædicatur, ſupra quos benedictio Domini & æterna vita provenire monſtratur. Quintodecimo, in laudibus Domini perfecta illa charitas excitatur; ſupra quam nihil majus dici, nec glorioſius poteſt inveniri; ſicut Apoſtolus teſtatur, quia* Deus charitas eſt. *Continet hic numerus & hoc ſacramentum, ut cùm quinque ſenſus corporis, per quos fragilis humanitas contrahit omne peccatum, beatæ & individuæ Trinitatis fuerint virtute ſuperati; ad quintumdecimum* Gradalium *Pſalmorum nos culmen educat.*

Euſebius Cæſarienſis. *Populi venturi* (al. *operantis.*)

✠ Cardin. Thomaſ. *Quaſi poſt reditum, ædificata jam domo, ſtudium libertatis.* Aliter, vox Eccleſiæ in futuro.

Pſalt. Syr. *Davidis; de Sacerdotibus, quos conſtituerat ad incumbendum miniſterio Domini noctibus: Spiritualiter autem* *Quotidie ad Completorium.* *documentum vitæ. verſ. 8.*

Pſalt. Arab. *verſ. 5.*

PSALMUS HORTATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 ECCE + NUNC: BENEDICITE DOMINUM OMNES SERVI DOMINI,
† 2 Qui ſtatis in domo Domini,
3 + in atriis domûs Dei noſtri:
† 4 in noctibus extollite manus veſtras in Sancta:
5 & benedicite Dominum.
† 6 Benedicat te Dominus ex Sion,
7 qui fecit caelum & terram.

XV. Canticum pro aſcenſionibus & profectionibus populi a captivitate & exilio ad patriam Jeruſalem. PROPHETA. 1 *Ecce nunc demum tandem, ſolutâ captivitate, & peregrinatione confectâ, Domino benedicite omnes ſervi Domini.* 2 *Vos qui noctu conſiſtitis in domo Domini,* 3 *& in atriis ejuſdem domus Dei noſtri;* 4 *noctibus quoque elevate manus veſtras verſùs ea ſancta Dei domûs loca, quę appellantur Sancta:* 5 *& ſic Domino benedicite & gratias agite.* 6 *O Iſrael beneficentiâ ſuâ benedicat tibi Dominus; qui in Sion colitur;* 7 *& qui cælum fecit ac terram.* XV. Gradus: Aſſidua laus Dei.

ORATIONES.

1 BEnedicentes te omnes ſervi tui, Domine, deprecamur: ut nos mundi hujus nocte contectos, inluminare digneris; quatenus, dum manus noſtras in bonis operibus elevamus, benedictionem à te largiſſimam conſequamur. Per Dominum noſtrum.

Brev. Mozarab. fol. 66. 81.130.256. 2 IN noctibus manus noſtras ad te extollimus Domine, ut nos in Eccleſia tua fixos ſtatuas; ac dum mundialibus imprimimur ſarcinis, noſtrâ laudari te actione concedas. ℞. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen.*

Apud Alcuinum col.241. 3 PRaeſta, Domine, ut cunctis gradibus perfectionis aſcenſis, in virtutum culmine te laudemus: & ſtantes in domo tua atque in atriis tuis manus noſtras ad te benedicendum diebus ac noctibus extendamus, benedictione à te perceptâ caeli ac terrae Domino & Salvatore. Per &c.

Digitized by Google

CXXXIV.

Alleluia.

BEDA.

Poſt Gradualium pulcherrimam conſtructionem, quam ad culmen uſque perpetuæ felicitatis evexit; congruè nimis ponitur Alleluia : *ut laudibus Domini ſancta perfruatur Eccleſia; ſi cui tale munus cognoſcitur eſſe præparatum.*

Per totum pſalmum Propheta loquitur. Primo ingreſſu propter nominis ejus potentiam, laudes Domino dicit eſſe ſolvendas; quia fecit quæ voluit, in Cælo, & in terra; magnalia ipſius diverſa commemorans : Laudate nomen Domini. *Secundo, quoniam veritatis perfectio laus eſt deſtruere falſitatem; idolorum cultores ſub irriſione redarguit :* Simulacra gentium, *& reliqua. Tertio, diverſos Ordines admonet, ut Dominum laudare non deſinant:* Domus Iſraël benedicite Domino.

Euſebius Cæſarienſis. *Doctrina ad inducendum.*

S. Athanaſius. *Pſalmus laudem denuncians.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Reverſis de Babylone præcipitur, ut tam pro ultione hoſtium, quàm pro defenſione ſui gratias referant Redemptori; qui illos multiplici ſolatiorum genere ſemper confoverit.* Aliter, vox Eccleſiæ operantibus, quia increpat idola.

Pſalt. Syr. *Anonymus. Spirituali ſenſu dicitur de animo ſeminante hymnos cum cognitione vigilante in unione cum Trinitate; & innuit in ea converſionem populi Chriſtiani ad fidem. verſ. 45.*

Feria V. ad Veſperum.

Pſalt. Arab. *verſ. 45.*

S. Hier. *Denis quinis cantica graduum pſalmis in benedictione concludens, ea voce propheticus nos admonens, dicens :*

PSALMUS HORTATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 LAUDATE NOMEN DOMINI,
2 laudate ſervi Dominum.
† 3 Qui ſtatis in domo Domini,
4 in atriis domus Dei noſtri,
† 5 laudate Dominum quia bonus Dñus:
6 pſallite nomini ejus quoniam ſuave:
† 7 quoniam Jacob elegit ſibi Dominus,
℣. 8. Exod. XIX. 5.
8 Iſraël in poſſeſſionem ſibi.
† 9 Quia ego cognovi quòd magnus ⟵ eſt: Dominus:
℣. 10. Pſ. XCIV. 3. XCVI. 9.
10 & Deus noſter, prae omnibus diis.
† 11 Omnia quae ⟵ cumque : voluit Dominus, fecit
12 in caelo & in terra,
13 in mari & in omnibus abyſſis.
℣. 14. &c. Jarem. X. 13.
† 14 Educens nubes ab extremo terrae:
15 fulgura in pluviam fecit.
† 16 qui producit ventos de theſauris ſuis.
℣. 17. Exod. XII. 29.
17 Qui percuſſit primogenita Aegypti,
18 ab homine uſque ad pecus.
† 19 ⟵ & : miſit ſigna & prodigia
20 in medio tui Aegypte
21 in Pharaonem & in omnes ſervos ejus:
℣. 22. 23. Joſue XII.
† 22 Qui percuſſit gentes multas:
23 & occidit reges fortes,
℣. 24. 25. Num. XXI. 24. 33.
† 24 Sehon regem Amorrhaeorum.
25 & Og regem Baſan,
℣. 26. Joſue XII. 7. &c.
26 & omnia regna Chanaan.
† 27 & dedit terram eorum, hereditatem;
28 hereditatem Iſraël populo ſuo.
† 29 Domine nomen tuum in aeternum:
℣. 30. Pſ. CI. 13.
30 Domine memoriale tuum in generationem & generationem:
℣. 31. Deuteron. XXXII. 36.
† 31 Quia judicabit Dominus populum ſuum.
32 & in ſervis ſuis deprecabitur.
℣. 33. Pſ. CXIII. 4.
† 33 Simulacra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum:
℣. 35. Sapien. XV. 15.
† 34 os habent, & non loquentur:
35 oculos habent, & non videbunt:
† 36 aures habent, & non audient:
37 neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Simi-

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate IA,
Deum. PROPHETA. 1 *Laudate nomen Domini,*
2 *laudate, inquam, Dominum vos ſervi ejus.* 3 *Qui*
conſiſtitis in ſancta domo Domini, 4 *& in atriis ejuſ-*
dem domus Dei noſtri, 5 *laudate Dominum, quia bonus*
& benignus eſt Dominus: 6 *& pſallite nomini ejus,*
quia id pulchrum eſt atque ſuave: 7 *& quia Dominus*
elegit ſibi populum ex Jacob, 8 *Iſraelem ſcilicet in pe-*
culiarem ſuam poſſeſſionem. 9 *Ad laudandum Deum*
vos omnes invito; quia ego cognovi, quòd magnus ſit
Dominus: 10 *& quòd Deus noſter magnus ſit ſuper*
omnes vanos & falſos deos Gentium. 11 *Dominus*
hic noſter omnia quæcumque voluit facere, fecit 12 *&*
in cælo & in terra, 13 *& in mari & in cunctis abyſ-*
ſis. 14 *Hic eſt enim, qui coram oculis noſtris aſcendere*
facit nubes ab extrema parte terræ, quas conſpicimus;
15 *& ut ex aqueis nubibus ignea fulgura una cum*
multo pluvia ſimul emittantur, efficit: 16 *ac de ſuis oc-*
cultis reconditoriis ventos educit, quorum veras cau-
ſas & loca, unde veniant, neſcit homo. 17 *Hic in gra-*
tiam Iſraelis percuſſit primogenita in Ægypto, omnia
pariter tam primogenita 18 *hominum, quàm primo-*
genita pecudum: 19 *& emiſit admiranda ſigna &*
portenta 20 *intra te, ô Ægypte,* 21 *contra Pharao-*
nem & contra omnes ſervos ejus. 22 *Hic eſt, qui per-*
cuſſit gentes multas; 23 *earumque reges robuſtos in-*
terfecit, 24 *ut Sehon Regem Amorrhæorum,* 25 *&*
Og Regem Baſanitidis, 26 *& omnia regna ac reges*
Chananæorum: 27 *quorum terram dedit hæreditario*
poſſidendam, 28 *hæreditario, inquam, poſſidendam*
dedit populo ſuo Iſraelitico. 29 *O Domine nomen tuum*
celebrabitur in omne ſæculum: 30 *& recordatio tui*
in omnes perpetua ſemper erit ætates ſæculi. 31
quia tu Domine jus dices populo tuo, vindicans eum
ob injuria hoſtium ſuorum; 32 *& erga ſervos tuos*
exorabilis eris atque placabilis. 33 *Non ſic ſunt dii*
Gentilium: nam idola illorum ſunt merum argentum
& aurum inanime, & opera fabricata manibus ho-
minum, 34 *quæ habent quidem os; ſed numquam*
loquentur: 35 *habent oculos; ſed numquam videbunt:*
36 *habent aures; ſed numquam audient;* 37 *ſed nec*
eſt flatus reſpirationis in ore ipſorum.

† 38 Similes illis fiant qui faciunt ea,
39 & omnes qui confidunt in eis.
† 40 Domus Iſrael benedicite Domino:
41 domus Aaron benedicite Domino:
† 42 domus Levi benedicite Domino:
43 qui timetis Dominum benedicite Dño.
† 44 Benedictus Dominus ex Sion,
45 qui habitat in Jeruſalem.

38 His ſimiles evadant qui ea faciunt, 39 & omnes, qui confidunt in eis. 40 Vos autem domus & familia Iſraelis benedicite Domino: 41 Sacerdotalis familia Aaronia benedicite Domino: 42 Levitica familia Levi benedicite Domino: 43 & quotquot timetis offendere Dominum, benedicite eidem Domino. 44 Dignus eſt benedictione ac laude Dominus, laudanduſque eſt ſemper a Sione; 45 qui peculiaribus ſua præſentia ſignis inhabitat & protegit Jeruſalem.

O R A T I O N E S.

1 SUavitatis eximiae Deus, quem omnis terra pro dulcedinis benignitate conlaudat; rogamus; ut, ablato à nobis vanae ſuperſtitionis errore, tuis voluntatibus connectamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Brev. Mozarab. fol. 43. 127. 148.
2 DOmine, qui educens nubes ab extremo terrae, orbem univerſum ſanctis replesti doctoribus; ſulgura in pluviam converte miſericors: ut praeceptis tuis, quibus famulos tuos, ut corrigas, terres; benedicendo reficias: tuaque repletos gratiâ uberiùs benedicas. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 45. 122. 351.
3 LAudamus te Domine, quia benignus ac ſuavis es: praeſta itaque, ut dum in tua laudatione inſiſtimus, vel à mundi nos illecebris advoces, vel perfectorum ſocietati adglomeres. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 46.
4 LAudamus te Domine, quia benignus & magnus es: cujus magnitudinem & bonitatem & mirabilia teſtantur, & opera. magnus es igitur Domine, te ex nihilo tam ſtupenda tamque multiplicia creare; benignus autem, cùm pereuntem mundum Chriſti tui ſanguine reparas: magnus, dum ex mortuis cadavera ſuſcitas; benignus, cùm excitatis vitam interminabilem donas. tribue omnipotens Deus nobis ſupplicibus tuis, & tantae magnitudinis intelligere poteſtatem, & benignitatis tuae ſuſcipere pacem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CXXXV.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus.

Iterum nobis Alleluia *dicendum eſt; gratiù quidem ſemper novum, ſed aſſiduâ expoſitione notiſſimum. Huic pſalmus ſubjectus eſt, qui per verſus uniſones* miſericordiam Domini *ſæpius inculcat: nec immeritò; nam clementia eſt ejus omne quod vivimus; miſericordia, quod valemus.*

Per univerſum pſalmum Propheta loquitur. Primâ parte magnificentiam Domini, & totius orbis conditionem declarat: Confitemini Domino. *Secundò, miracula refert, quæ fecerat in Ægypto, & in gente Judæorum:* Qui percuſſit Aegyptum. *Tertiò, deſcendit ad Chriſtianos, beneficia Domini conſequenter enumerans:* Et dedit terram eorum (hereditatem.)

Euſebius Cæſarienſis. *Gratiarum actio perfecta redemptorum.*

S. Athanaſius, *Pſalmus cum confeſſione.*

✱ Cardin. Thomaſ. Ut ſuprà. Vox Apoſtolorum ad Synagogas.

Pſalt. Syr. *Anonymus: dicitur de Moſe, & Iſrahel, laudantibus Dominum de his, qui liberati fuerunt: deque liberatione animorum a gehenna ex Pharaone diabolo per Chriſtum Salvatorem noſtrum Redemptorem eorum. verſ. 56.*

Feriæ V. ad Veſperum.

Pſalt. Arab. *verſ. 28.*

S. Hier. *Ipſe Pſalmus Domini miſericordias, in diverſis neceſſitatibus humano generi præſtitas, pandit, dicens:*

PSALMUS HORTATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS;
2 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
† 3 Confitemini Deo deorum;
4 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
† 5 Confitemini Domino dominorum;
6 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
† 7 Qui facit mirabilia magna ſolus;
8 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
℣. 9. Geneſ. I. 1.
† 9 Qui fecit caelos in intellectu;
10 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.

Qui-

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. *1 Fatemini Domino dignas laudes; eo quòd ſit bonus atque beneficus; 2 & eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus. 3 Fatemini debitas laudes Deo eorum qui dii appellantur, licèt non ſint; 4 eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus. 5 Fatemini laudes Domino omnium dominorum & principum terræ; 6 eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus. 7 Fatemini laudes ei, qui ſolus facit magna mirabilia. 8 eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus. 9 Fatemini laudes ei, qui ſapientiâ ſuâ fecit cælos; 10 eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus.*

Fate-

✝. 11. Pſ.XXIII. 2. † 11 Qui firmavit terram ſuper aquas;
✝. 12. &c. 12 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
Geneſ. I. 14. 16. † 13 Qui fecit luminaria magna;
14 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
15 ſolem in poteſtatem diei;
16 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
† 17 lunam & ſtellas in poteſtatem noctis;
18 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 19. Exod. XII. 29. † 19 Qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum;
20 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 21. Exo.XII. 51. † 21 Qui eduxit Iſraël de medio eorum;
22 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
✝. 23. Exod. VI. 6. † 23 in manu potenti & brachio excelſo;
24 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 25. Exod. XIV. 21. † 25 Qui diviſit mare Rubrum in diviſiones;
26 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
† 27 & eduxit Iſraël per medium ejus;
28 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 29. Exod. XIV. 28. XV. 4. † 29 & excuſſit Pharaonem & virtutem ejus in mari Rubro;
30 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 31. Exod. XII. 37. 38. XV. 22. † 31 Qui traduxit populũ ſuum per deſertũ;
32 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
✝. 33. Nu. XII. Pſ. CXXXIV. 10. † 33 Qui percuſſit reges magnos;
34 quoniam in aeternũ miſericordia ejus.
† 35 & occidit reges fortes;
36 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
✝. 37. Nu. XXI. 21. 24. † 37 Schon regem Amorrhaeorum;
38 quoniam in aeternũ miſericordia ejus:
✝. 39. Num. XXII. 33. 35. † 39 & Og regem Baſan;
40 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
✝. 41. Joſue XIII. 7. † 41 & dedit terram eorum, haereditatem;
42 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
† 43 hereditatem Iſraël ſervo ſuo;
44 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
† 45 Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri;
46 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
† 47 & redemit nos ab inimicis noſtris;
48 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
✝. 49. Pſ. CIII. 27. CXLIV. 15. CXLVI. 9. † 49 Qui dat eſcam omni carni;
50 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
† 51 Confitemini Deo caeli;
52 quoniã in aeternum miſericordia ejus.
† 53 ✠ Confitemini Domino dominorum:
54 ✠ quoniã in aeternũ miſericordia ejus:

11 Fatemini laudes ei, qui firmam ſtabilemque fecit ter-
ram ſuper fluidas aquas abyſſi; 12 eo quòd in æternum du-
ratura ſit miſericordia ejus. 13 Fatemini laudes ei, qui
ſolus fecit luminaria magna; 14 eo quòd in æternum du-
ratura ſit miſericordia ejus. 15 ſolem nimirum, quem fe-
cit, ut poteſtatem haberet præſentiâ ſuâ diem faciendi
ſuper orbem; 16 eo quòd in æternum duratura ſit mi-
ſericordia ejus, 17 & lunam ac ſtellas, quas fecit,
ut poteſtatem haberent præſentiâ ſuâ illuſtrandi, no-
ctem; 18 eo quòd in æternum duratura ſit miſericor-
dia ejus. 19 Fatemini laudes ei, qui admirandis fla-
gellis percuſſit Ægyptum, interfectis quoque omnibus
primogenitis Ægyptiorum; 20 eo quòd in æternum
duratura ſit miſericordia ejus. 21 Fatemini laudes ei,
qui & Iſraelem illinc eduxit è medio eorum; 22 eo
quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus; 23
qui, inquam, eduxit ipſos manu & vi ſua validâ, &
brachio & robore ſuo excelſo; 24 eo quòd in æter-
num duratura ſit miſericordia ejus. 25 Fatemini
laudes ei, qui diviſit mare Rubrum in partes & ſe-
ctiones hinc atque hinc; 26 eo quòd in æternum du-
ratura ſit miſericordia ejus; 27 quique traduxit Iſ-
raelem ſicco pede per medium ipſum mare Rubrum
diviſâ aquâ; 28 eo quòd in æternum duratura ſit mi-
ſericordia ejus; 29 quique in idem mare Rubrum
excuſſit & præcipitavit Pharaonem & exercitum
ejus; 30 eo quòd in æternum duratura ſit miſericor-
dia ejus. 31 Fatemini laudes ei, qui conduxit popu-
lum ſuum per deſertum; 32 eo quòd in æternum du-
ratura ſit miſericordia ejus. 33 Fatemini laudes ei,
qui magnos reges percuſſit; 34 eo quòd in æternum
duratura ſit miſericordia ejus: 35 & ei, qui reges po-
tentes occidit; 36 eo quòd in æternum duratura ſit
miſericordia ejus; 37 Sehonem nempe regem Amor-
raeorum; 38 eo quòd in æternum duratura ſit miſeri-
cordia ejus; 39 & Oggum quoque regem Baſanitidis;
40 eo quòd in æternum duratura ſit miſericordia ejus:
41 & ei, qui terram ipſorum in hæreditariam poſſeſſio-
nem dedit; 42 eo quòd in æternum duratura ſit miſe-
ricordia ejus, 43 in hæreditariam, inquam, poſſeſ-
ſionem dedit populo Iſraelitico ſervo ſuo; 44 eo quòd
in æternum duratura ſit miſericordia ejus. 45 Fate-
mini laudes Domino, quia in noſtra humiliatione atque
depreſſione memorem ſe eſſe noſtri oſtendit; 46 eo quòd
in æternum duratura ſit miſericordia ejus; 47 noſ-
que redemit & eripuit ab inimicis noſtris & a tribu-
lationibus noſtris; 48 eo quòd in æternum duratura
ſit miſericordia ejus. 49 Fatemini laudes ei, qui dat
cibum omni animanti; 50 eo quòd in æternum duratu-
ra ſit miſericordia ejus. 51 Fatemini laudes Deo crea-
tori cœli; 52 eo quòd in æternum duratura ſit miſe-
ricordia ejus. 53 Fatemini ſemper dignas, quantum
poteſtis, laudes Domino omnium dominorum ac princi-
pum terræ; 54 eo quòd in æternum duratura ſit miſe-
ricordia ejus.

ORATIONES.

1 MEmor humilitatis noſtrae, miſerere nobis, omnipotens Deus: & qui quondam patribus noſtris terram adverſariorum in hereditatem donaſti, nos à peccatis liberos cum tua hereditate conſtitue. Per &c.

Brev. Mozarab. fol. 233. 2 DOmine, qui feciſti luminaria magna ſolus; in ſapientia lunam & ſtellas in poteſtatem noctis; educ nos de jugo nequitiae ſpiritualis in manu forti & brachio extenſo: ac dilecca quaecumque curſu in noſtro opponuntur obſtacula: ut quia tu es Dominus dominantium, cuſtoſque noſtrarum manens animarum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 115. 148. 3 TIbi, Domine, confitemur, qui caelos intellectu feciſti; & eruditos ſublimas ſapientiâ: qui fundaſti terram ſuper aquam; & ſupra ſaeculum labile erexiſti Eccleſiam tuam; fac, ut nos fluida mundi delectamenta non obruant, ſed virtutes acceptae ad ſuperna ſuſtollant. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXXXVI.

✠ *Pſalmus David Jeremiae.*

BEDA.

Senſus myſticus. *Tripliciter hic pſalmus intelligi poteſt: Et de captivitate, quae populo accidit Judaeorum, quando in Babylonem tranſlati ſunt, & ibi variis modis ludificati: Et de peccatoribus, qui de Eccleſia ejecti, traduntur in diaboli poteſtatem: Et de ſuperiore captivitate, qua in primis noſtri generis parentibus, de Paradiſi gaudiis in convallem lacrymarum devoluti ſumus.*

Populus Hebraeorum primò ſeſſione calamitates ſuas, quas erat in Babylone paſſurus, enumerat; ſubjungens, inter quaſlibet ſaeculi hujus anguſtias numquam ſe Jeruſalem ullatenus oblivisci; quamvis evertendam eſſe conſtaret: Super flumina, *& reliqua. Secundò, ad Dominum verba convertit; ut memor ſit inſultantium Eccleſiae; beatos aſſerens eos, qui de corde ſuo incipientes malas cogitationes objiciunt:* Memento Domine filiorum Edom.

Euſebius Caeſarienſis. *Sanctorum voces in captivitate exiſtentium.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in narratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Captivitas Babylonica prophetatur.* Aliter, vox Eccleſiae.

Pſalt. Syr. *Davidis. Verba Sanctorum, qui captivi ducti ſunt in Babel. verſ. 16.*

Pſalt. Arab. *verſ. 15.*

Feria V. ad Veſperum. S. Hier: *Iſte Pſalmus, ex voce prophetico prolatus, docet mentes hominum a peccatis capi in exemplum illius terrenae Hieruſalem, quae a gentibus adducta in captivitatem deflebat: dicant ergo animae, quae poſt multos errores convertuntur ad Dominum:*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta.

1 SUPER FLUMINA BABYLONIS
2 illic ſedimus & flevimus,
3 cùm recordaremur Sion.
† 4 In ſalicibus in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra.
† 5 Quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos, verba cantionum;
† 6 & qui abduxerunt nos, hymnum:
7 *Cantate nobis de canticis Sion.*
† 8 Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?
† 9 Si oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea.
† 10 adhaereat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui:
† 11 ſi non propoſuero Jeruſalem in principio laetitiae meae.
† 12 Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Jeruſalem
† 13 qui dicunt: *Exinanite exinanite uſque ad fundamentum in ea.*
† 14 Filia Babylonis miſera,
15 beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.
℣. 16. Iſai. XIII. 16. † 16 beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.

Pſalmus Davidi inſpiratus, aptus & congruens temporibus Jeremiae Prophetae. PROPHETA. 1 *Juxta flumina Euphratem & Tigrim, & alia terrae Chaldaeae & Babyloniae,* 2 *ibi maeſti ob exilii noſtri diuturnitatem ſedebamus & plorabamus,* 3 *cùm recordaremur Sion patriae noſtrae.* 4 *In captivitatis tempore ad ſalices fluminum intra eamdem terram Babyloniam ſuſpendimus neglectas citharas, & reliqua muſico inſtrumenta noſtra.* 5 *Porrò, quando ibi Babylonii ipſi, qui captivos nos duxerant, a nobis petebant, ut verba canticorum caneremus;* 6 *quique nos abduxerant a Sion, petebant a nobis hymni cantum,* 7 *dicentes* Canite nobis canticum aliquod de canticis Domini, olim conſuetis in templo veſtro montis Sion; 8 *nos eis reſpondebamus:* Et quomodo cantabimus laetum Domini canticum in terra hac extranea & aliena a vero Dei cultu ac religione? 9 *Si tui oblitus fuero, ò Jeruſalem, in perpetuâ quoque oblivione mihi ſit dextera mea, ut numquam pulſet muſicum quodlibet inſtrumentum:* 10 *agglutinetur potiùs lingua mea gutturi meo, ne iſta carmina decantem, ſi amiſero memoriam tui;* 11 *& ſi non te propoſuero Jeruſalem in primo ordine, ac veluti in principali exordio omnis laetitiae meae.* 12 *Memento Domine Idumaeorum, poſterorum Edom, quomodo in die deſtructionis Jeruſalem* 13 *ipſi dicerent Babyloniis deſtructoribus:* Evacuate, evacuate civitatem iſtam, ac deſtruite, quouſque deveniatis etiam ad fundamenta ipſa omnium aedificiorum, quae in ea ſunt urbe. 14 *O infelix & miſera civitas & regio Babylonia; nunc quidem praedatrix, ſed citò diripienda a Regibus Perſarum atque Medorum!* 15 *felix, qui tibi viciſſim redditurus eſt retributionem illam condignè tibi debitam, quam conſimiliter tu nobis antè reddidiſti.* 16 *felix utique, qui parvulos tuos Babylonios apprehendet, & conquaſſando allidet ad petram; ſic juſto Dei judicio puniente peccata tua.*

ORATIONES.

MSS. 1 CAptivitatum noſtrarum potentiſſime abſolutor, Deus, concede nobis, laudes tuas ſpiritali canere concentu: ut, quos onus noxae à te facit exules, allevatio potentis dexterae * caeleſtes reſtituat cives. Per *&c.*

* al. caeli.

Pere-

Brev. Mozarab. fol. 115. 2 PEregrinantis Eccleſiae tuae, Domine, memor eſto: ac, dum ſuper flumina Babylonis deſlentes ſedemus, praetereuntis ſaeculi impetu non trahamur: ſed à praeſentis vitae liberati contagio, ad Jeruſalem ſuperoam noſtram erigatur intentio. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 151. 3 REdemptor noſter, Domine, amove captivitatem noſtram; ad quam nos adverſarius ſibi malè conſeotientes addixit: &, qui ſuper Confuſionis flumina flendo humiliati coosedimus, te à teotationibus eripiente, ſurgamus: nec nos labilis voluptas trahat io praecipitium; ſed lacrymarum humilitas deducat ad caelum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam *&c.*

CXXXVII.

✠ *Ipſi: David.*

BEDA.

Senſus myſticus.

Ipſi David, *ipſi Domino Chriſto ſignificat: ad quem pſalmi iſtius refertur univerſa confeſſio.*

Per totum pſalmum univerſalis loquitur Eccleſia. Primâ narratione beneficia Domini ſibi attributo collaudat; poſtulans in futuris patientiam; ut adverſa mundi, ejus poſſit munere ſuſtineri: Confitebor tibi Domine. *Secundâ, deprecatur, ut reges terræ Domino confiteantur excelſo; quoniam in omnibus majeſtatis ſuæ miracula dignatur oſtendere; orans, ne peccatores converſos deſpiciat, quos creare dignatus eſt:* Confiteantur tibi Domine omnes reges.

Euſebius Caeſarienſis. *Gratiarum actio cum prophetia.* (al. *Gratiarum actio redemptorum.*)

(S. Athanaſius. *Pſalmus cum confeſſione.*)

✠ Cardin. Thomaſ. *Praecedens Pſalmus querelas captivati in Babylone; hic votum redeuntis populi continet: quaſque gratulationes in terra propria Deo reddere voluerit, exponit.* Aliter, vox Chriſti ad Patrem.

Feria VI. ad Veſperum.

Pſalt. Syr. *Compoſitus a Davide: gratiarum actio cum prophetia.* *verſ.* 21.

Pſalt. Arab. *verſ.* 20.

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS.

Propheta.

1 CONFITEBOR TIBI DOMINE IN TOTO CORDE MEO;
2 ✠ quooiam audiſti verba oris mei:
† 3 in conſpectu Angelorum pſallam tibi;
4 adorabo ad templum ſanctum tuum;
5 & confitebor nomini tuo,
† 6 ſuper miſericordia tua & veritate tua:
7 quoniam magnificaſti ſuper ✠ omne nomen ſanctum tuum.
† 8 In ✠ quacumque die invocavero ✠ te: exaudi me:
9 multiplicabis in anima mea virtutem.
† 10 Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae;
11 quia audierunt ✠ omnia verba oris tui:
† 12 & cantent in viis Domini;
13 quoniam magna ✠ eſt gloria Domini:
℣. 14. Pſal. CXII. 5. 6. † 14 quooiam excelſus Dominus, & humilia reſpicit;
15 & alta à longe cognoſcit.
℣. 16. Ab hoc ℣. uſque ad finem habetur in vetuſtiſſimo Codice Vaticano. † 16 Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me:
17 ✠ & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam;
18 & ſalvum me fecit dextera tua.
† 19 Dominus retribuet pro me.
20 Domine miſericordia tua in ſaeculum;
21 opera manuum tuarum ne deſpicias.

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1
Fatebor tibi Domine debitas laudes gratiarumque
actiones ex toto animo meo: 2 eo quod exaudiveris
omnia verba precum, quæ ore meo a te fueram preca-
tus: 3 & coram Angelis tuis pſalmos tibi cantabo:
4 & incurvatus adorabo verſus templum tuum ſan-
ctum: 5 meamque laudis tuæ confeſſionem offeram no-
mini tuo, 6 propter miſericordiam tuam & fidelita-
tem tuam in implendis promiſſis: 7 nam ſic erga
omnia miſericors & fidelis, magnum & praeclarum
reddidiſti nomen ſanctum tuum. 8 In quacumque te
die invocavero, citò me exaudi: 9 multamque curam
habe de me, intus maximè in anima mea per operatio-
nem potentiæ tuæ. 10 Profiteantur tibi Domine tuas
laudes omnes reges terræ, 11 eo quòd audiverint im-
pleta eſſe verba promiſſionum, quæ ore tuo promiſeras:
12 & cantent de mirabilibus viis & conſiliis & factis
Domini, 13 quòd magna ſit gloria Domini: 14 &
quòd Dominus ſit excelſus; & tamen humilia benigno
oculo reſpiciat; 15 & elata atque ſuperba velut de
longinquo cognoſcat, tamquam a ſuo favore remota.
16 Si verſabor in medio tribulationis, tu me Domine
vivifica, & incolumem ſerva: 17 ſemper enim aliàs
contra iracundiam inimicorum meorum extendiſti ma-
num tuam, ut illos compeſceres: 18 meque ſalvavit
defenſatrix dextera tua. 19 Dominus rependet vicem
inimicis meis pro me. 20 Domine miſericordia tua in
æternum permanet: 21 nos ergo, opera manibus omni-
potentia tua condita, ne quæſo, deſpicias neque deſe-
ras in afflictione & anguſtia.

O R A T I O N E S.

MSS. 1 MUltiplica, Domine, virtutem tuam in aoimabus ſupplicum: ut, dum te in templo ſancto tuo jugiter adoramus, io conſpectu tuo cum ſanctis Angelis gloriemur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Si am-

Brev. Mozarab. fol. 311. 2 Si ambulavero in medio tribulationis noſtrae, Domine vivifica nos: & ſuper iram inimicorum meorum emitte manum tuam: & libera nos dexterâ tuâ, qui viciſti mundum per crucis tuae invictiſſimum ſignum: ut per te ab aereis hujus mundi poteſtatibus inſigniter liberati, triumphantes & ovantes petamus intima caeli. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis, in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Fol. 316. 407. 1 & 5. Confeſſore. 3 Deus, qui beatiſſimi N. confeſſionem acceptans, ita omnia verba oris ejus pleniſſimè exaudiſti, ut participem eum efficeres regni tui, qui in conſpectu Angelorum tibi placeret: accipe nunc per eum confeſſionis noſtrae votum, qui illum perduxiſti ad praemium: & qui illum per confeſſionem voluiſti eſſe beatum, nos poſt lapſus, quibus in hoc mundo decidimus, demum ad aeternam coronandos pertrahas patriam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CXXXVIII.

In finem, Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. In finem, *In Chriſtum dicit: ex cujus perſona totus eſt pſalmus iſte cantatus.*

In primâ parte Dominus de paſſione & reſurrectione ſua loquitur Patri; omnes cogitationes ſuas illi dicens eſſe notiſſimas: Domine probaſti me, *& reliqua. Secunda, potentiam Paternæ divinitatis exponit: quia in id, quod homo eſt, nulla loco, nulla longinquitate ob ejus ſe poſſit abſcondere notitiâ: addens quod ab utero matris ſuæ ipſo protegente reſervatus eſt; qui mundi vitia ſanctitate glorioſa ſuperavit*: Quò ibo? *& reliqua. Tertiâ, ſe laudaturum à parte, qua ſubjectus eſt Patri, Dominum profitetur; cujus opera in eo ſunt, & mirabilia eſſe jam cognita ſunt*: Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus. *Quartâ confirmatum offerit beatorum omnium principatum; jubens à ſe impios obſtinatoſque diſcedere; qui tamen nullo eorum pœnitudinis humilitate ſciendi*: Mihi autem nimis, *& reliqua.*

Euſebius Cæſarienſis. *Interpellatio juſti cum Theologia* (hoc eſt doctrina de Deo, al.) *cum confeſſione.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione* (al. addit, *& deprecatione*) *& gratiarum actione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *In perſona populi fidelis intelligendi* ...... *Domini potentiam: & quod nulla etiam ſecreta majeſtatem ejus fallere poſſunt, Pſalmus iſte compoſitus.* Aliter, vox Petri Apoſtoli pœnitentis.

Feria VI. ad Veſperam. Pſalt. Syr. *Davidi: cùm clamabat, & exprobrabat ei, quod rebellaſſet, cuidam, qui vocabatur Semei filius Geri, dicens: ò effundens Sanguinem. Spiritualiter verò ſenſu Theologia, & oratio cum petitione. verſ. 46.*

Pſalt. Arab. *Perfectio: Pſalmus Davidis de diſperſione. verſ. 46.*

PSALMUS AD MEDITANDUM.

Propheta. 1 DOMINE PROBASTI ME, ET COGNOVISTI ✛ ME:
2 tu cognoviſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam:
† 3 intellexiſti cogitationes meas de longe:
4 ſemitam meam & funiculum meum inveſtigaſti:
† 5 & omnes vias meas praevidiſti:
6 quia non eſt ſermo in lingua mea.
† 7 Ecce Domine ✛ tu: cognoviſti omnia noviſſima & antiqua:
8 ✛ tu: formaſti me; & poſuiſti ſuper me manum tuam.
† 9 Mirabilis facta eſt ſcientia ✛ tua: ex me:
10 confortata eſt ✛ &: non potero ad eam.
† 11 Quò ibo à ſpiritu tuo?
12 & quò a facie tua fugiam?
℣. 13. 14. Amos. IX. 2. † 13 Si aſcendero in caelum, tu illic es:
14 ſi deſcendero in infernum, ades.
† 15 Si ſumpſero pennas ✛ meas: diluculo;
16 ✛ &: habitavero in extremis maris;
† 17 etenim illuc manus tua deducet me:
18 & tenebit me dextera tua.
† 19 Et dixi, *Forſitan tenebrae conculcabunt me*:
20 & nox, illuminatio mea in deliciis meis.
℣. 21. Job XXXIV. 22. † 21 ✛ quia: tenebrae non obſcurabuntur à te; & nox

In perpetuum decantandus pſalmus, Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1 *Domine, tu me totum exploratum & cognitum habes; 2 tu noſti omnes actiones, quas ego ſuſcipio ſive ſedens ſive exſurgens & ſtans; 3 immo & cogitationes ipſas meas longè, antequàm fiant, jam tu ab æterno intellexiſti: 4 & ſemitam omnem & inceſſum meum, totamque manſionem meam intra funiculum & menſuram hæreditatis meæ, & filum & ſeriem totius vitæ meæ perveſtigata habes & explorata: 5 omneſque vias actionum mearum tu longè antè vidiſti. 6 quare bene noſti, quòd non ſit ſermo doloſus vel injuſtus in linguâ meâ. 7 Ecce Domine tu noſti omnia, tum noviſſima tum antiqua; 8 tu me formaſti; & ſuper me poſuiſti manum tuam, ut me conſervares atque protegeres. 9 Admirabilis facta eſt præ me & ſupra captum meum cognitio & notitia tui vel ex ipſo opificio formationis atque ſtructuræ mei: 10 quæ tui cognitio excelſior eſt ac fortior captu meo; nec ad eam pertingere potero, ut plenè comprehendam. 11 Quò abibo a te, qui ſpiritus es immenſus omnia replens? 12 & a præſentia tua, cùm ubique adſis, quò fugiam? 13 Si enim aſcendero in cælum, tu ibi es: 14 & ſi deſcendero in infernum, tu ibi ades. 15 Si accepero alas meas in regionibus ad orientem, ubi primùm diluciaſcit; 16 & inde celerrimè advolavero & habitavero in extremis partibus maris Oceani ad occidentem: 17 etiam illuc manus tua in eo me itinere deducet; 18 neque ibi retinebit dextera tua.* 19 *Quòd ſi dixero,* Saltem me tenebræ noctis operient & opprimen, ne a te videar: 20 *etiam ipſa nox tibi eſt lux, & lucida oſtenſio mei unà cum meis omnibus voluptatibus, quas, in tenebris licèt, mei ſenſus acciperent. 21 nam tenebræ non erunt tenebri-*

coſa

22 & nox ſicut dies illuminabitur:
23 ſicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.
† 24 quia tu poſſediſti renes meos:
✝. 25. Job. X. 11. 25 ſuſcepiſti me de utero matris meae.
† 26 Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es:
27 mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.
✝. 28. Eccl. XI. 5. † 28 Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto;
29 & ſubſtantia mea in inferioribus terrae:
† 30 imperfectum meum viderunt oculi tui.
31 Et in libro tuo omnes ſcribentur:
32 dies formabuntur, & nemo in eis.
† 33 Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus:
34 nimis confortatus eſt principatus eorum.
† 35 dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.
36 Exſurrexi, & adhuc ſum tecum:
† 37 ſi occideris Deus peccatores.
38 Viri ſanguinum declinate à me:
† 39 quia dicitis in cogitatione.
40 Accipient in vanitate civitates tuas.
† 41 Nonne qui oderunt te Domine, oderam?
42 & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?
† 43 perfecto odio oderam illos:
44 & inimici facti ſunt mihi.
✝. 45. Pſ. XXV. 2. † 45 Proba me Deus; & ſcito cor meum:
46 interroga me; & cognoſce ſemitas meas:
† 47 & vide ſi via iniquitatis in me eſt:
48 & deduc me in via aeterna.

coſa & obſcurę coram te: 22 & nox quaſi eſſet dies, erit tibi lucida: 23 ſicut tenebrę noctis, ita & lux diei nullo diſcrimine conſimiliter ſunt perſpicua tibi. 24 Tu enim in tua poteſtate & notitia habuiſti omnes intimos affectus meos & paſſiones meas: 25 meque adjuvandum excepiſti jam inde a tempore, quo eram in utero matris meę. 26 Tibi igitur confitebor, quòd terribiliter magnus & mirabilis fueris in formatione meâ 27 opera tua profectò mirabilia ſunt, hominumque ſuperant opinionem: id, quod ita eſſe, & anima ipſa mea valde cognoſcit. 28 Non eſt tibi occultatum ne unum quidem ex oſſibus meis, quę mihi feciſti in abdito ventris matris meę: 29 nec occultata eſt tibi ſubſtantia mea, cùm adhuc eſſet in maternis viſceribus tamquam in imis locis terrę ſepulta: 30 oculi enim tui viderunt corpuſculum meum, cùm adhuc informe eſſet & imperfectum in utero genitricis meę. 31 Ad hunc item modum omnes homines ſcripti erunt in libro notitię tuę: 32 qui licèt innumeri per dies ſingulos formentur; nemo tamen ex eis erit, qui non in tuo libro ſcribatur. 33 Inter quos homines a me pręcipuè honorati ſunt amici & familiares tui Deus: 34 valde enim a te roboratus eſt principatus & dignitas ipſorum: 35 quos item ſi enumerare voluero, etiam pluſquam arenę multi erunt. 36 Evigilavi a ſomno calamitatum, quibus oppreſſus jacebam penè mortuus: & ecce adhuc tecum ſum inter vivos te laudantes; inter quos ſemper tecum ero: 37 ſi tu tamen Deus interfeceris peccatores, qui mihi vitam conantur eripere. 38 Diſcedite a me viri ſanguinarii & homicidę; 39 quia in maligna cogitatione verſamini contra me. 40 Hi certè, niſi tu eos Domine exterminaveris, accepturi ſunt ſibi civitates tuas, ut vanitate inflent animos ſuos. 41 An non jure meritò odivi odientes te Domine? 42 & an non & contra inimicos tuos juſtâ indignatione tabeſcebam & conſumebar? 43 odio perfecto & maximo oderam illos, odiendo peccata, ſed diligendo naturam: 44 & ob hanc juſtam cauſam ipſi injuſtè inimici facti ſunt mihi. 45 Examina me Deus, & cognoſce animum meum: 46 ſcrutare me, greſſuſque omnes meorum actionum & cogitationum cognoſce: 47 & vide, an in me ſit via vivendi prava & iniqua: 48 & tu deduc me per viam rectam in hoc ſęculo, per quam me educas ad beata ſempiterna ſęcula.

ORATIONES.

al. terraeque aërique protector. 1 Caeli* terraeque proſpector Deus; quo moriente inluminata ſunt tartara; quo reſurgente Sanctorum eſt multitudo gaviſa; quo aſcendente Angelorum exſultavit caterva: precamur tantae gloriae excellentem virtutem; ut, directi in via aeterna, illo tueamur brachio, quo honorabiles amici tui tecum gloriantur in caelo. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

Brev. Mozarab. fol. 376. *De SS. Apoſtolis Petro & Paulo.* 2 Honorati ſunt amici tui Chriſte; dum in omnem terram exiret ſonus eorum; non quo mundiali municipatum in terrenis exercerent; ſed quo praedicandi poteſtate orbem implerent; & in faciendis virtutibus principarentur; dum & in Petro virtus oſtenſa, & in Paulo ſcientia clara tumentem mundi potentiam miti jugo tuo ſubſternendam humiliat: annue precibus noſtris; ut, beneficia, quibus principati ſunt mundo, numquam deſint à populo Chriſtiano: ſed interminabili illo affectu dulcedinis, quo ſe in hac vita poſiti invicem dilexerunt, & votis & precibus ſupplicantium adeſſe dignentur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXXXIX.

In finem: Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Finis legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti: qui nobis in hoc pſalmo quaſi praeconis voce, (Judex) terribilis, omnipotens, pius, & nimium deſiderabilis adventure praedicitur.*

Per

PSALMUS CXXXIX.*

Per totum pſalmum ſancta Eccleſia loquitur. Primo membro deprecatur, ut ab iniquo diabolo eam liberare dignetur: qui multis fraudibus devotionem populi fidelis conatur evertere: Eripe me Domine ab homine malo. *Secundo poſtulat, ne tentatori nequiſſimo tradatur: quam jam conſtat acerbis periculis, ipſo protegente, liberatam:* (Dixi Domino: Deus meus es tu,) *& reliqua. Tertio, in judicio futuro vindictam ſuper eos dicit eſſe venturam, qui pauperes ejus inſanis motibus perſequantur:* Caput circuitus eorum.

Euſebius Cæſarienſis. *Vox ejus, qui ſecundùm Deum decertat.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Exsebias contra Aſſyrios orat, ne videlicet exterorum vi vel fraude ſuperetur. Aliter, vox Chriſti eſt.*

Feria VI. ad Veſperum. — Pſalt. Syr. *Dictus a Davide, cùm jaculatus eſt in eum Saul haſtam ad eum occidendum, et ferîit parietem. Spiritualiter autem, verba ejus, qui Deo inhæret, decertatque cum Oſoribus ſuis. verſ. 26.*

Pſalt. Arab. *verſ. 37.*

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 ERIPE ME DOMINE AB HOMINE MALO;
2 à viro iniquo eripe me:
† 3 qui cogitaverunt iniquitates in corde;
4 totâ die conſtituebant praelia;
† 5 acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis:
℣. 6. Pſ. LVII. 5. Rom. III. 13 — 6 venenum aſpidum ſub labiis eorum.
DIAPSALMA.
† 7 Cuſtodi me Dñe de manu peccatoris;
8 & ab hominibus iniquis eripe me:
℣. 10. Pſ. XXXIV. 7 LVI. 7. CXL. 9. — † 9 qui cogitaverũt ſupplãtare greſſus meos
10 abſconderunt ſuperbi laqueum mihi:
† 11 & funes extenderunt in laqueum:
℣. 11. Cod. Vatican. addit. Pedibus meis. — 12 juxta iter, ſcandalum poſuerunt mihi.
DIAPSALMA.
† 13 Dixi Domino: *Deus meus es tu:*
14 *exaudi Dñe vocem deprecationis meae.*
† 15 *Domine Domine, virtus ſalutis meae,*
16 *obũbraſti ÷ ſuper: caput meũ in die belli.*
† 17 *Ne tradas me Domine à deſiderio ÷ meo: peccatori:*
℣. 18. Deuteron. XXXII. 27. — 18 *cogitaverunt contra me; ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.*
DIAPSALMA.
† 19 Caput circuitûs eorum,
20 labor labiorum ipſorum operiet eos:
† 21 cadent ſuper eos carbones:
℣. 21. Pſalm. X. 7. — 22 in ignem dejicies eos:
℣. 21. 22. Ita Codex Alexandrin. In Lat. autem. (Cadent ſuper eos carbones ignis in terra & dejicies.) *in miſeriis non ſubſiſtent.*) — 23 in miſeriis non ſubſiſtent.
†, 24 Vir linguoſus non dirigetur in terra:
25 virum injuſtum mala capient in interitu.
† 26 cognovi quia faciet Dñus judiciũ inopis,
27 ÷ &: vindictam pauperum.
† 28 Verumtamen juſti confitebuntur nomini tuo:
29 ÷ &: habitabunt recti cum vultu tuo.

In perpetuum decantandus pſalmus, Davidi
inſpiratus. PROPHETA. 1 *Exime me Domine ex
manu & vi hominis maligni; 2 & a viro injuſto &
violento libera me: 3 qui animo ſuo cogitaverunt res
injuſtas; 4 & totâ die rixarum prælia diſponebant
& inſtruebant: 5 qui linguam ſuam exacuerunt in-
ſtar ſerpentis venenati: 6 ſub quorum verbis latet
velut aſpidum venenum.* * 7 *Cuſtodi me Domine de
manu & vi hujuſmodi peccatoris: 8 & è viris inju-
ſtis exime me: 9 qui cogitaverunt veluti ſubjecto ſuo
pede intercipere & propellere ad lapſum greſſus meos.
10 iſtiuſmodi enim ſuperbi homines occultè poſuerunt
laqueum & inſidias ut me comprehendant: 11 & fu-
nes extenderunt ad illaqueandos pedes meos: 12 &
juxta ſemitam, qua iter facturus ſum, offendiculum
poſuerunt mihi, ut in illud impingam & corruam.
* Sed ego inter has inſidias, dixi tibi Domine:* Tu es
Deus meus: 14 benignis ergo auribus audi Domi-
ne vocem hujus deprecationis meæ. 15 Domine
Domine, a cujus fortitudine pendet ſalus mea; 16 tu
ſemper aliàs poſuiſti umbraculum & tegmen tuæ de-
fenſionis ſuper caput meum in die, quo erat prælium
contra me. 17 Propter hoc deſiderium meum de
obtinenda a te ſalute mea, ne quæſo me nunc tradas
Domine cupiditatibus peccatoris: 18 cogitaverunt
enim hujuſmodi impii mala adversùs me: neque me
deſeras, ne quando ſe extollant ſuperbè, ac de me
a ſe oppreſſo glorientur. * 19 *Præcipuum illud ca-
put circuitionis eorum me circumdantium & oppu-
gnantium, 20 nempe vexatio mei per eorum labia
maledica atque mendacia, id rei non me certè, ſed eos
ipſos operiet & obruet; 21 & carbones igniti cæli-
tus decident ſuper eos adhuc vivos in terra: 22 eoſ-
que tu Deus in ignem dejicies: 23 & in miſeriis &
foveis conjecti, non ampliùs ſubſiſtent, ut inde conſur-
gant. 24 Planè vir linguax & maledicus non bene di-
rigetur & proſperabitur in terra: 25 mala enim ve-
nabuntur & capient eundem virum injuſtum, ut eum ad
interitum pertrahant & exitium. 26 novi enim, quòd
Dominus facturus eſt judicium in cauſa inopis oppreſſi,
27 & vindictam in cauſa pauperum. 28 At contrà
juſti laudis confeſſionem gratiarumque actiones nomi-
ni tuo Domine deferent: 29 & viri recti habitabunt
& permanebunt cum benigno reſpectu vultûs tui.*

* Pauſatio aut immutatio muſicæ cantilenæ inter pſallendum.

* Pauſatio &c.

* Pauſatio &c.

ORATIONES.

1 VIrtus ſalutis noſtrae Deus, defende Eccleſiam tuam à diſſidentium veneno mortifero; ut à te obumbrati, numquam obligemur à laqueis inimici. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. — MSS.

2 CUſtos omnium fidelium Deus, tuere nos ab inſidiis iniquorum: ut juſtificati confiteamur nomini ſancto tuo; & habitemus recti in conſpectu tuo. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 177. *De Paſſione Domini.* — 3 ERipe me Domine ab homine malo; qui traditus es pro ſcelere alieno: ut paſſio tua à futuris nos eripiat tormentis; quae in deriſum facta eſt ab impiis. ℟. *Amen*. Per miſericor-

ſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis,& omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 187. 4 DOmine Deus virtus ſalutis noſtrae, obumbra caput noſtrum in diebus belli: ne inſidiis quatiamur inimici; nec latentia ſub invidorum labiis hauriamus venena. & quia tu facis judicium inopis,& vindictam pauperis; contemptum naſtrae abjectionis, bonitatis tuae compenſa divitiis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 201. *De Paſſione Domini.* 5 ERipe,Domine,gregem populi tui à laqueis viri iniqui: ut, paſſionis tuae circumfulti praeſidio, nec hominem inimicum ſimplicitas Chriſtiana incurrat; nec linguae doloſae in cauſis fidei, jacula pertimeſcat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 206. 6 CUſtodi nos,Domine,de manu peccatoris; & libera ab hominibus iniquis: ut, quia tu es protector, te in munere capiamus in gloriam ſempiternam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXL.

Pſalmus David.

BEDA.

Senſus myſticus. *Supplicat Propheta, ut inter eos iſtos mandatos a diverſis liberetur erroribus. Prima ſectione Dominum rogat, ut ejus audiatur oratio; ſubjungens à quibus ſe maximè liberari velit erroribus:* Domine clamavi ad te. *Secundâ, eligit ſe a juſto argui: quam à peccatore laudari; ſupplicans, ut cuſtodiatur a laqueis peccatorum; quia nullam ſe communionem cum eis habere teſtatur:* Corripiet me juſtus.

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio ejus, qui ſecundùm Deum perfectus eſt.*

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione & oratione & deprecatione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Sub perſona Ezechiæ canitur, pœnitentiam exercentis; ut contra iram Aſſyriorum reperetur in iram.* Aliter, vox Eccleſiæ contra *hæreticos, ſicut & ſupra.*

Feria VI. ad Veſperum. Pſalt. Syr. *Davidis, cùm meditaretur myſterium veſpertinum: & oratio perfecti in Deo.* *verſ.* 21.

Pſalt. Arab. *verſ.* 23.

PSALMUS VESPERTINUS AD PRECANDUM.

Propheta. 1 DOMINE CLAMAVI AD TE, EXAUDI ME:

2 intende voci meae,

3 cùm clamavero ad te.

℣. 4. Exod. XXX. 34. † 4 Dirigatur oratio mea ſicut incenſum, in conſpectu tuo:

℣. 5. Exod. XXIX. 41. 5 elevatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum.

℣. 6. 7. Pſ. XXXVIII a. Eccli. XXI. 33. † 6 Pone Domine cuſtodiam ori meo;

7 ÷ &: oſtium circumſtantiae labiis meis.

† 8 Non declines cor meum in verba malitiae,

9 ad excuſandas excuſationes in peccatis,

† 10 cum hominibus operantibus iniquitatem:

11 & non communicabo cum electis eorum.

℣. 12. Proverb. IX. 8. † 12 Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me:

13 oleum ÷ autem: peccatoris non impinguet caput meum:

† 14 quoniam adhuc ÷ &: oratio mea in beneplacitis eorum.

15 Abſorpti ſunt juncti petrae, judices eorum:

† 16 audient verba mea, quoniam potuerunt.

17 Sicut craſſitudo terrae erupta eſt ſuper terram;

† 18 diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ.

Quia

Pſalmus Davidi inſpiratus. PROPHETA. 1
Ad te Domine clamorem dedi, ut mihi ſuccurras; feſtinans exaudi me: 2 *attende ad vocem hanc deprecationis meæ,* 3 *cùm ad te vehementi affectu clamaverim.* 4
Oratio hæc mea, recta & grata ſit coram te, ſicut ſuffimentum crematorum aromatum, quòd tibi ſingulis diebus manè veſperique ſoles offerri in templo: 5 *& precatio mea, quam elevatis ad cælum manibus fundo, recta & accepta tibi ſit, ſicut ſacrificium ex farina, quod cum libamine vini, & agno veſperè tibi affertur in eodem templo quotidie.* 6 *Appone Domine cuſtodiam ori meo;* 7 *& oſtium circumſtans & munitas pone circùm labia mea, ne quid temerè imprudenterque loquantur.* 8 *Ne relinquas cor meum flecti & declinare ad proferenda verba malitioſa,* 9 *ut prætexam prætextus, & excuſationes adhibeam pro excuſandis peccatis meis*
10 *inſtar eorum hominum, qui id quod iniquum eſt faciunt cum obſtinatione:* 11 *cum quibus & nullam communionem & participationem habebo nec in iis rebus ipſis, quas ad ſuas jucunditates atque delitias ipſi ſelegerint.* 12 *Erudiat me planè, atque corripiat juſtus cum miſericordia & ſine iracundia, meque redarguat:* 13 *at, ſuave licèt & odoratum, oleum peccatoris non ſungat caput meum; neque ſuis me blanditiis demulceat ac ſeducat.* 14 *nam & oratio hæc mea ad te ſit etiam pro malitiis eorum, in quibus ſibi placent; ut vel ab eis ipſi convertantur, vel ut ego certè in illas non incidam.* 15
Juxta ſimilitudinem petræ demerſæ in profundum nullo relicto veſtigio, ſic judices & potentes eorumdem iniquorum, niſi convertantur, abſorpti erunt ab inferno: 16
& tunc malo ſuo intelligent, quòd verba precum mearum jocunda fuerint, plurimumque valuerint apud te; cùm me liberaveris oppreſſum injuſtè; & injuſtos ipſos perſecutores meos æterno ſupplicio damnaveris. 17 *Sicut craſſa glebo terra aratro agricolo diſciſſa & diſperſa eſt ſuper terræ ſuperficiem:* 18 *ſic irruentibus in nos*

per-

19 Quia ad te Domine Domine oculi mei,
20 in te ſperavi; non auferas animam meam.
✝. 21. Pſ.CXXXIX 6.
† 21 Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi,
22 & à ſcandalis operantium iniquitatem.
† 23 Cadent in retiaculo ejus peccatores:
24 ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

perſecutoribus diſperſa ſunt oſſa & robora noſtra juxta ſepulcrhum & infernum, tam vicinâ morte, ut alterum pedem habeamus in ſepulchro. 19 Quoniam autem ad te Domine Domine reſpiciunt oculi mei, 20 & in te ſperavi in vicem ne perire ſinas animam vitamque meam. 21 Cuſtodi me a laqueo, quem inſidioſè perſecutores iſti poſuerunt, ut me irretitum comprehenderent: 22 & cuſtodi me ab offendiculis paratis ab hiſce operantibus id quod eſt malignum; ne in ea ego fortè incurram & corruam 23 Cadent tandem peccatores ipſi in rete quiſque ſuum quod adverſum me tetenderant: 24 & ego interim ſeorſum ab illis ſolitarius degam; quouſque eorum inſidias, divinâ me protegente gratiâ, illæſus pertranſeam.

ORATIONES.

MSS.

1 **P**One, Domine, cuſtodiam ori noſtro, ne inania proferamus: ut, miſericordiâ tuâ correpti, ab omnibus iniquitatum ſcandalis protegamur. Per &c.

Brev. Mozarab. fol. 215. *De feſto ad Veſperum.*

2 **I**Mmolantes tibi, Domine Deus noſter, in die ſanctae ſolemnitatis veſpertinam hoſtiam laudis, oramus; ut inclines miſericordiae tuae aurem ad vota populi ſupplicantis. fiat in conſpectu tuo oratio ſupplicum, ſuavitatis incenſum; elevatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum. Proficiat haec, Domine, famulis tuis ad firmam protectionem: ut omni horâ omnique tempore nos per munus miſericordiae tuae & in diurnis actibus protegas; & in nocturno ſopore cuſtodias. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*)

fol. 52.

3 **D**Eus, cujus nomen à ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile eſt: ſicut incenſum in conſpectu tuo noſtra dirigatur oratio; tibique elevatio manuum noſtrarum, ſacrificium veſpertinum, impleat ſolemnitatem. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CXLI.

* I. Reg. XXIV.

*Intellectus, David: cùm eſſet in * ſpelunca oratio.*

BEDA.

Senſus myſticus.

David, *ob Saulis inſidias profugus*, cùm in ſpelunca *lateret*, oravit: *quod Dominum Chriſtum in corpore ante Paſſionem ſuam perficiebat eſſe facturum. Nam, cùm huic* orationi intellectus *præmittitur, ſignificatur,* intellexiſſe David *inter anguſtias & fugæ ſuæ latebras, quid Dominus eſſet a Judæis paſſurus, & quomodo Patrem rogaturus.*

Primâ parte, Dominus clamat ad Patrem; nefandos dolos Judaicæ perſecutionis exponens: Voce mea ad Dominum clamavi. *Secundâ, liberari ſe de carcere inferni deprecatur, quoniam omnium Sanctorum fides in ejus reſurrectione pendebat:* Clamavi ad te Domine; dixi, Tu es ſpes mea.

Euſebius Cæſarienſis. *Vox ejus, qui ſecundùm Deum oppugnatur* (* al. *deſertat.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in oratione.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Titulus manifeſtus eſt de David: poteſt & ab Ezechia obſeſſo dictus accipi.*

Feria VI. ad Veſperum.

Pſalt. Syr. *Davidis, de fame, quæ duravit tribus annis ob ſcelus Saulis. Spiritualiter autem, verbo evangeliſtarum. Petitio, & oratio promovens nos ad Deum. verſ. 25.*

Pſalt. Arab. *verſ.* 13.

PSALMUS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 **V**OCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI:
2 voce meâ adDominum deprecatus ſum.
† 3 effundo in conſpectu ejus orationē meā;
4 ✝ &: tribulationem meam ante ipſum pronuncio,
✝. 5. & 6. Sic diſtinguit cod. Alexandrinus & Apollinar.; ſ. cod. autem Vatic. unico ✝. conjunguntur.
† 5 in deficiendo ex me ſpiritum meum.
6 Et tu cognoviſti ſemitas meas.
† 7 In via hac quâ ambulabam, abſconderunt laqueum mihi;
8 conſiderabam ad dexteram, & videbā:
9 & non erat qui cognoſceret me.
✝. 7. Pſ.CXXXIX 6.
† 10 periit fuga à me:
11 & non eſt qui requirat animam meam.
✝. 11. Pſ. XXX. 12. 13. cxxxvii. 9. 19.
† 12 Clamavi ad te Domine:
13 & dixi; *Tu es ſpes mea,*

por-

Pſalmus, intelligentiæ & eruditionis plenus, inſpiratus Davidi, quę eſt oratio ipſius, quando latebat in ſpelunca, quo fugerat metu Saulis Regis. PROPHETA. 1 *Voce mea magno animi clamore ad Dominum modò clamavi: 2 meaque voce a Domino deprecatus ſum. 3 pergam effundere coram illo precem meam; 4 eique meam tribulationem & anguſtiam exponere, 5 cum jam per ſummum mœrorem & anxietatem penè me defecerit anima mea. 6 Et quidem Domine tu bene noſti vias, inceſſus, actuſque omnes vitę meę. 7 In hac ipſa via, qua ego modo ibam fugiens perſecutores meos, ubi ipſi occultum laqueum & inſidias poſuerunt contra me; 8 in ea, inquam, via & fugiebam & ſimul conſiderabam ad dexteram, & reſpiciebam ad ſiniſtram, num aliquis amicus me profugum exciperet: 9 ſed nullus erat, qui me agnoſceret. 10 præcluſum eſt jam mihi omne effugium: 11 & non eſt aliquis, qui exquirat ſalvare animam vitamque meam. 12 In his deſperatis rebus ad te Domine vehementè animi clamore clamavi; 13 & dixi:* Tu ſolus

es ſpe-

℣. 14. Pſ. XV. 5. LXXII. 26. CXVIII. 57. Threni III. 24. Pſ. XXVI. 13.

14 *portio mea in terra viventium.*
† 15 Intende ad deprecationem meam:
16 quia humiliatus ſum nimis.
† 17 Libera me à perſequentibus me:
18 quia confortati ſunt ſuper me.
† 19 Educ de cuſtodia animam meam,
20 ad confitendum nomini tuo:
21 me exſpectant juſti donec retribuas mihi.

℣. 20. In cod. Vat. additur, *Domine.*

es ſpes mea: in te toto ego ſpero: 14 tu es qui mihi das ſortem & partem, ut adhuc maneam in terra cum viventibus; tuque eris mihi tota veluti portio hæreditaria, quam deſiderantes cupio & exſpecto in illà supernà terrà beate viventium. 15 *Attende ergo ad deprecationem hanc meam:* 16 *quia nimium valde depreſſus ſum, viribuſque attenuatus.* 17 *Libera me ab his perſecutoribus meis;* 18 *nam corroborati ſunt, ſupra quam ſint vires meæ.* 19 *Ab iſtiuſmodi carcere & ſpelunca, ubi obſeſſus lateo, educ animam meam,* 20 *ut laudes gratiarumque actiones profiteatur divinæ majeſtatitue, Domine:* 21 *exitum enim rerum mearum in hac grandi perſecutione homines juſti ac probi ſuſpenſi exſpectant; quoadusque, versâ jam vice, poſt hæc præſentia mala tribuas bona mihi, quemadmodum in te ſpero.*

ORATIONES.

MSS. * al. majeſtatem. * al. ſpei noſtrae.

1 DEprecantes, Domine, voce humili * pietatem tuam expoſcimus; ut adjuti à te * ſpe noſtrâ, portionem cum Electis tuis in terra viventium ſortiamur. Per *&c.*

Brev. Mazarab. fol. 174.

2 EFfundentibus nobis in conſpectu tuo orationem noſtram, Domine, miſericors adjutor aſſiſte: eſto noſtra protectio, qui es noſtra redemptio. ſenſus noſtros ſub tuâ benignitate dirige; & ſemitas noſtras placidâ diſcretione cognoſce: ut inter abſconditos in hac viâ tuâ, quâ gradimur, laqueos, ita tui deſiderio percurramus, ut in placitam tibi partem fidei veſtigio occurramus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 168. *De Paſſione Domini.*

3 EDuc, Domine, de tribulatione animam noſtram: qui ſputa pro nobis perpeſſus (es) & flagella: ut, mundi hujus educti de carcere, triumphos crucis tuae debitâ poſt noſtrum obitum praecinamus cum laude. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 199. *De S. Johanne Baptiſta.*

4 EDuc, Domine, de carcere animas noſtras; qui ſputa pro nobis perpeſſus es & flagella: ut precibus juſti hujus Johannis Baptiſtae & Martyris tui, ex hoc mundo educti de carcere, triumphos crucis tuae debita poſt noſtrum obitum tibi praeconia cum Sanctis omnibus praeconemus cum laude aſſiduâ. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

5 (TE Domine) humiliter deprecamur ac petimus; ut, ſuſceptâ voce clamoris noſtri, eductos ex inferni carcere, illuc nos jubeas transferri de morte, ubi pendenti Latroni praeparaſti locum lucidum, ac quietem. Quia tibi eſt honor & gloria cum Patre & Spiritu Sancto in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

CXLII.

II. Reg. XVII

Pſalmus David. ÷ quando perſequebatur eum Abſalom filius ejus:

BEDA.

Senſus myſticus.

Hiſtoria quidem hæc, Regum lectione notiſſima eſt, David à filio perſecutum. *quæ ſimilitudo, ut quidam volunt, ad omnem porrigitur Chriſtianum: qui, peccatis ſævientibus, tamquam* à filiis *propriis in mundi iſtius acerbitate venatur: ſed contra hæc pœnitudo remedialis, quam hic pſalmus continet, opponitur.*

Quamvis Propheta multos pœnitentiæ pſalmos ſcripſerit; tamen, quantum compunctione cordis efficitur, tantum ſalubriter examinatus, divinis mundior apparet conſpectibus. Primâ itaque deprecatione rogat Dominum Chriſtum, ne cum ſervo ſuo velit inire judicium; ſed perturbationi ſuæ miſericordiam ipſius ſupplicat ſubvenire: Domine exaudi, *& reliquo. Secundâ, velociter ſe pervenire petit ad veniam: ut deductus in viam veritatis, ab inimicorum liberetur inſidiis:* Velociter exaudi me Domine.

Euſebius Cæſarienſis. *Oratio confitentis* (al. *confeſſionis.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus in interpellatione, & oratione, & deprecatione.*

★ Cardin. Thomaſ. *Titulus apertus eſt, a David contra Abſalom agi: poteſt & ab Ezechia contra Sennacherib dictum intelligi.*

Pſalt. Syr. *Davidis, de Idumæis, qui venerant adversùs eum: & oratio ejus, qui gratias refert omni horâ pro moleſtiis. verſ.* 32.

Pſalt. Arab. *verſ.* 18.

Ferio VI. ad Matutinum.

S. Hier. *Iſte Pſalmus vocem continet illius, qui pro humana redemptione ſeipſum exinanivit, accipiens formam ſervi, ut nos erueret a ſervitute.*

VII. PSALMUS POENITENTIALIS AD PRECANDUM.

Propheta.

1 DOMINE EXAUDI ORATIONEM MEAM:
2 auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua:

exau-

Pſalmus Davidi inſpiratus, quando perſequebatur eum Abſalom filius ſuus. PROPHETA. 1 *Domine exaudi orationem hanc meam:* 2 *& benignis auribus percipe deprecationem hanc meam per veritatem & fidelitatem tuam in ſervandis promiſſis:*

meque

3 exaudi me in tua juſtitia.

✠. 4. Pſ. CXXIX. 3. † 4 Et non intres in judicium cũ ſervo tuo:

5 quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

✠. 5. Job IV. 17. XV. 14. XXV. 4. Rom. III. 20. Galat. II. 16. † 6 Quia perſecutus eſt inimicus animam meam;

7 humiliavit in terra vitam meam;

† 8 collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſaeculi;

9 & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus;

10 in me turbatum eſt cor meum:

✠. 11. Pſal. LXXVI. 6. 11 memor fui dierum antiquorum;

† 12 meditatus ſum in õnibus operibus tuis;

✠. 12. Pſ. LXXVI. 13. 13 in factis manuum tuarum meditabar.

† 14 expandi manus meas ad te:

15 anima mea, ſicut terra ſine aqua, tibi.

DIAPSALMA.

† 16 Velociter exaudi me Domine:

17 defecit ſpiritus meus.

† 18 Non avertas faciem tuam à me:

✠. 19. Pſ. XXVII. 1. 19 & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

† 20 Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam:

21 quia in te ſperavi.

✠. 22. Pſalm. V. 9. XXIV. 4. LXXXV. 11. CXXXVIII. 24. † 22 Notam fac mihi viam in qua ambulem:

23 quia ad te levavi animam meam.

† 24 Eripe me de inimicis meis Domine:

25 ad te confugi.

26 Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus ✠ es: tu.

† 27 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:

28 propter nomen tuum Domine vivificabis me in aequitate tua.

† 29 Educes de tribulatione animam meam:

30 & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

† 31 & perdes omnes qui tribulant animam meam:

32 quoniam ego ſervus tuus ſum.

3 meque precantem exaudi per juſtitiam tuam; quia per ſummam juſtitiam tuam ea peccatoribus exhibes, quae per ſummam miſericordiam tuam illis promittis. 4 Sed ne, quaeſo, venias in ſummum jus cum ſervo tuo, ſummo rigore mecum agens in judicio tuo: 5 nullus enim vivens in carne mortali, coram te juſtus erit, remotâ miſericordiâ tuâ: omnes enim homines peccaverunt & peccant; & indigent gratiâ tuâ. 6 Quoniam autem inimicus hic meus perſecutus eſt animam meam, ut eam amittam; 7 & confregit ac depreſſit in terram vitam meam, ita ut jam penè extinctâ jaceat; 8 & habitare me fecit in tenebroſiſſimis latebris, inſtar jam olim mortuorum ab exordio ſeculi; 9 meuſque ſpiritus grandi taedio in me anxiatus eſt; 10 & cor meum intra me turbidis animi motibus, ac cogitationibus anxiis perturbatum eſt: 11 idcirco inter tot adverſa memoratus ſum dierum antiquorum; 12 & meditatus ſum de omnibus operibus tuis; 13 & de iis, quae a manibus tuis facta fuerant, meditabar; quomodo nimirum priſcis ſemper temporibus miſericorditer adfueris iis, qui tuam in ſuis anguſtiis miſericordiam implorabant. 14 unde & ego quoque, in ſpem bonam erectus, ecce nunc ad te Domine expandi ſupplices manus meas: 15 nam anima mea coram te eſt maeſta arida & ſitiens opem tuam, quaſi terra ſine aquâ, quae ſicca & ſquallens exſpectat humorem. 16 Citò exaudi me Domine; 17 quia ego jam animo defeci. 18 Ne, quaeſo, velut iratus benignum vultum tuum deflectas a me: 19 alioqui ſimilis ero iis, qui deſcendunt in locum ſepulchri & inferni. 20 Fac me audire & ſentire hoc mane atque citiſſimè miſericordiam erga me tuam; 21 quia in te ſperavi & confido. 22 Illuſtratione tua notam fac mihi viam bonam & tutam, per quam ire debeam; 23 quia ad te ſublevavi affectus omnes animae meae. 24 Exime me e manibus horum inimicorum meorum Domine; 25 quia ad te confugi. 26 Doce me intus illuſtrando ac delectando, ut faciam id omne, quod voluntas tua vult ut faciam; quia tu es Deus meus, cui obedire debeo ac deſervire. 27 Spiritus tuus bonus & ſanctus me deducat per viam & terram planam & rectam, rectâque ducentem ad te: 28 & ad gloriam nominis divinae majeſtatis tuae fac, ut ego vivam in ea juſtitia & probitate vitae, quam tu jubes & donas. 29 Educ ab hac, & omni alia tribulatione & anguſtia animam meam: 30 & pro tuâ erga me miſericordiâ diſſipa & extermina e finibus meis hos inimicos meos: 31 & perde omnes tribulantes me; ut peccare, & majora inde ſupplicia mereri deſinant: 32 quia ego ſervus tuus ſum cùm conditione tum voluntate: & te Domine decet ſervos tuos ab omni malo defendere.*

* *Pauſatio aut immutatio muſicae cantilenae inter pſallendũ.*

ORATIONES.

MS. 1 DEus, qui matutinam ſacrae reſurrectionis tuae auditam feciſti jocunditatem; cùm ex inferno rediens, repleſti terram gaudiis, quam reliqueras in obſcuris; rogamus potentiae tuae ineffabilem majeſtatem; ut, ſicut tunc catervam Apoſtolicam gaudere ſacrâ feciſti in anaſtaſi, ita hanc Eccleſiam, tuam miſericordiam expanſis manibus flagitantem, ſplendore caeleſtis jubaris inluſtrare digneris. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum.

Brev. Mozarab. fol. 250. 2 SPiritus Sanctus bonus, Domine, deducat nos in viam rectam: ut in nobis malitiam ſuperet; & in cunctis divinitate redundet. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXLIII.

✠ Pſalmus : David ✠ adverſùs Goliath :

BEDA.

Senſus myſticus.

Bellum iſtud Davidicum *ad deſignandum certamen eſt Domini Chriſti præmiſſum : ut, ſicut iſte gloriam* Goliath, *qui Revelatus ſive* Transmigrans *interpretatur , ſoxei teli dimicatione proſtravit ; ita per petram , quod eſt Chriſtus Dominus , fortitudo diabolica vinceretur .*

Poſt interfectionem Goliath , *in primâ parte Propheta Domino gratias agit , peracti belli diſcrimine ſe (fuiſſe) liberatum ; deprecans,ut citò Domini decloretur adventus; per quem diabolus victus eſt , & ſpiritualis Iſrael liberatus:*Benedictus Dominus Deus meus. *Secundò, & in novo & in veteri Teſtamento Propheta ſe Domino pſallere promittit,liberatus a peſſimis inimicis : qui beatitudinem ſuam in ſæculi iſtius felicitate poſuerunt ; illos ſolum beatos eſſe definiens , quorum eſt Dominus Deus eorum :* Deus canticum novum .

Notandum autem,quòd interfectione Goliath *memoratâ , quaſi terminus quidam mundanis eſt rebus oppoſitus. neque enim poſt hunc , aut aliquid de Eccleſiæ laboribus , aut de amaritudine ſæculi, aut de tribulatione pœnitentium , aut de Antichriſti abominatione narratur : ſed reliqui ſeptem (Pſalmi) in magnum myſterium divinis præconiis aptati , cœleſti gaudio videntur eſſe pleniſſimi .*

Euſebius Cæſarienſis . *Gratiarum actio ejus,qui conſecutus eſt victoriam.*

(S. Athanaſius . *Pſalmus gratiarum actionis .*)

✠ Cardin. Thomaſ. *Hunc quoque Pſalmum ipſe titulus exponit : nec minus etiam Eccleſiæ gratiarum actio præstandi- tur,de obſidione , & de infirmitate ſolvati .* Alites , vox Eccleſiæ adverſùs Diabolum , & ſatellites ejus .

Sabbato ad Veſperum.

Pſalt.Syr.*Davidis;cùm interfecit Aſaph fratrem Goliad: & gratiarum actio ejus , qui victoriam eſt conſequutus.vers.38.*

Pſalt. Arab. *verſ.* 34.

PSALMUS AD GRATIAS AGENDAS.

Propheta.

1 BENEDICTUS DOMINUSDEUS MEUS , QUI DOCET MANUS MEAS AD PRAELIUM,
2 ✠ & : digitos meos ad bellum .
† 3 Miſericordia mea & refugium meum ,
4 ſuſceptor meus & liberator meus ;
† 5 protector meus , & in ipſo ſperavi :
6 qui ſubdit populum meum ſub me .
✠. 7. Job VII. 17. Pſ. VIII. 5. Hebr. II. 6. † 7 Domine , quid eſt homo quia innotuiſti ei ?
8 ✠ aut: filius hominis,quia reputas eum?
✠. 9. Pſ.XXXVIII 6. † 9 Homo vanitati ſimilis factus eſt :
† 10 dies ejus ſicut umbra praetereunt .
✠. 10. Job. VIII. 9. XIV. 1. Pſ.CI 12. † 11 Dñe inclina caelos tuos , & deſcende :
12 tange montes , & fumigabunt .
† 13 Fulgura coruſcationē , & diſſipabis eos:
✠. 11. Pſ. XVII. 10. 14 emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.
† 15 Emitte manum tuam de alto :
✠. 12. Pſ.CIII. 30. 16 eripe me & libera me de aquis multis ,
✠. 13. Pſ. XVII. 17. 17 de manu filiorum alienorum :
† 18 quorum os locutum eſt vanitatem ;
19 & dextera eorum , dextera iniquitatis .
✠. 20. Pſ XXXII. 3. † 20 Deus canticum novum cantabo tibi :
✠. 23. & 24. Sic diſtinguitur in cod. Alexandrino & apud Apollinarium. 21 in pſalterio decachordo pſallam tibi ,
† 22 qui das ſalutem regibus ;
23 qui redemiſti David ſervum tuum de gladio maligno .
In Vat. autem (Qui redemiſti David ſervum tuum .) (De gladio maligno eripe me , & erue me de manu filiorum alienorum .) † 24 Eripe me * & erue me de manu filiorum alienorum :
25 quorum os locutum eſt vanitatem ;
26 & dextera eorum , dextera iniquitatis :
† 27 quorum filii ſicut novellae plantationes , in juventute ſua :
† 28 filiae eorum compoſitae , circumornatae ùt ſimilitudo templi.
† 29 promptuaria eorum plena , eructantia ex hoc in illud :
† 30 oves eorum foetoſae , abundantes in egreſſibus ſuis :

boves

Pſalmus Davidi inſpiratus pro pugna , quæ ab ipſo cum Goliath gigante Philiſthæo commiſſa eſt. PROPHETA. 1 *Benedictione & laude dignus eſt Dominus, fortis ille Deus meus : qui docet manus meas artem præliandi ; 2 digitoſque meos docet rationem bellandi . 3 Ipſe eſt,qui miſeretur mei : & ad quem ſemper ego confugio ; 4 qui me a re quavis adverſâ ad ſe confugientem excipit ; & qui me a malo liberat; 5 ſuoque me ſcuto protegit : & in quo ego ſperavi : 6 quique in hoc ſingulari certamine & populum ipſum meum mihi ſubjicit , dum mihi dat de hoc Philiſthæo victoriam , a cujus conſpectu reliqua gens mea expaveſcit . 7 Domine,ecquid eſt homo, quòd ei dederis tam magnam notitiam tui , ut in omnipotentiâ tuâ confiſus, contra opinionem omnium aggrediatur hoc prælium? 8 quidve eſt filius hominis , quòd tanti eum æſtimas , ut per ipſum facias hoc tam grande miraculum ? 9 Homo enim vapori & inanitati , ipſique nihilo aſſimilatus eſt, 10 & dies vitæ ejus , quaſi umbra quæ citò evaneſcit, pertranſeunt . 11 Inflecte igitur nunc Domine cælos tuos ad terram uſque ; ac deſcende in auxilium meis 12 percute fulminibus hos montes,ut deflagrantes fument: 13 fulgura fulgur tuum , & hos diſſipa Philiſthæos 14 & emitte ſagittas tuas , eoſque conturba . 15 Emitte ex alto cælo manum operationemque potentiæ tuæ ; 16 & exime me & libera me de hoc confluxu hoſtilium exercituum , qui quaſi multitudo aquæ terram hanc inundant & obruunt ; 17 & de manu & vi hominum,qui a te vero Deo alienos animos habent : 18 quorum lingua vanè locuta eſt , jactans fruſtra victoriam , quam non ſunt reportaturi : 19 & quorum dextera , dextera injuſta eſt , injuſtè belligerando nobiſcum . 20 O Deus,pro hac victoriâ, quam a te exſpecto , novum tibi canticum cantabo ; 21 & cum ſono pſalterii,decem cordis conſtantis, pſallam tibi : 22 qui es is,qui ſalutem das regibus ; 23 quique me ſervum tuum Davidem eruis de gladio peſſimo Goliath. 24 Libera me,quæſo,& exime me de manu & poteſtate hominum,a cultu tuo alienatorum : 25 quorum lingua vanè locuta eſt de victoriis ſuis : 26 & quorum dextera,dextera eſt injuſta, injuſtè nobiſcum pugnando: 27 quorum filii in ſua juventute florent , ſicut novella planta conſtabilita atque robuſtæ ; 28 quorum filiæ pulchræ eleganterque compoſitæ & circumquaque ornatæ ſunt ad ſimilitudinem alicujus templi perornati : 29 quorum cellæ penuariæ plenæ ſunt multigeneri annonâ , quam præ redundantiâ effundunt ex una cella in aliam : 30 quorum oves permultis fœtibus ſunt fœcundæ , multiplicantes partus ſuos paſſim per ipſorum*

31 boves eorum craſſae:
† 32 non eſt ruina maceriae neque tranſitus;
33 neque clamor in plateis eorum.
† 34 Beatum ✚ dixerunt: populum cui haec ſunt:
℣. 35. Pſ. XXXII. 12. 35 beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

ram vitos & tempeſta, exituſque viarum: 31 quorum boves pingaes ſunt; 32 & in quorum urbibas non eſt ruina vel ruptara marorum; neque illac hoſtium tranſitue babetur & excuſſio; 33 neque luctuoſue clamor auditur in plateis urbium & in ſuburbanis eorum. 34 Vulgò mundani homines dixerunt felicem atque beatum eſſe ejuſmodi populum, cui talia adſunt temporaria bona: 35 at falluntur, nam ille tantùm felix eſt atque beatus populus, cui Deus ſuus, quem colit, eſt Dominus totius mundi conditor atque gubernator: qui populum ſuum ſecretis malis omnibus, tumulatâ bonorum complexione veriſſimè facit eſſe in ſæcula ſempiterna beatum.

ORATIONES.

1 DOce nos, Domine, ſpiritualibus armis, noxialibus culpis reſiſtere: ne, vanitati mundanae ſubjecti, à tui juris dominatione pellamur. Per &c.

2 DUx & doctor victoriae noſtrae Deus, concede nobis tales fieri, ut valeamus reſiſtere & ſuperare omnes adverſarios noſtros: & mitte manum tuam de alto ad protegendum nos inter hujus ſaeculi tempeſtates: ut magnificemus nomen ſanctum tuum, dicentes, Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus. Per &c.

Brev. Mozarab. fol. 418. De S. Clementi PP. & M.

3 DOmine, qui beatiſſimum Clementem Martyrem tuum de malignorum conſilio liberas eruens illum de aquis multis; & victorem efficiens in paſſionibus univerſis: libera nos de manu filiorum alienorum; ut inſidiantibus inimicis vita noſtra laedenda non pateat: nec illorum proceritas ſaeva de ruinae noſtrae caſibus hilareſcat: ſed gladio verbi tui accincti, & hic adverſa ſuperemus intrepidi, & poſt ad te mereamur pervenire illaeſi & beati. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXLIV.

Laudatio ipſi David.

BEDA.

Senſus myſticus.

Quæri poteſt, quare titulus hic ſingulariter contineat Laudatio ipſi David; *cùm in omnibus pſalmis* ipſius David, *hec iſt Domini Chriſti gloria prædicetur: Sed hic ideo diſtrictior clariorque poſita eſt; quia completis omnibus, quibus humana ignorantia fuerat inſtruenda; nunc ad ſolo Domini præcipitur decere præconia. quæ* laudes *propter futuri ſæculi Sabbatum (ut reor) ſeptenario pſalmorum numero ſunt comprehenſæ:* Beati, *enim ait*, qui habitant in domo tua Domine, in ſæculum ſæculi laudabunt te. *It hic autem pſalmus Hebræi Alphabeti ordinem per verſuum capita cuſtodit. in quo tamen notandum, quia* Nun *littera in Hebræis voluminibus non habetur: ſed à* LXX. *Interpretibus addita, continet hunc verſum:* Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in univerſis operibus ſuis.

Laudatio *Chriſti, quæ à Propheta eſt, tribus narrationibus explicatur. Primò eſt laudis ejus infinita promiſſio:* Exaltabo te Deus meus rex. *Secundò dicit, laudationem Domini novem modis eſſe peragendam:* Generatio & generatio, *& reliquo. Tertia parte, quæ in ſecunda de præconio Chriſti breviter propoſuit, paulò latius atque evidentius explanat; in fine commonens ab omni carne Dominum debere laudari:* Miſerator & miſericors Dominus, *& reliqua. Prima ergo diviſio continet prædicti Alphabeti litteras tres: ſecunda, quatuor: tertia, quatuordecim.*

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus cum Theologia (ideſt, cum doctrina de Deo.)*

✱ Cardin. Thomaſ. *Ex perſona canitur populi de captivitate liberati; admirantis Dei potentiam, & agentis gratias beneficiis ejus, qui omnibus in tribulatione poſitis ſubvenire ſoleat.* Aliter; vox Eccleſiæ ad Chriſtum.

Pſalt. Syr. *Davidis laudatio cum Theologia. verſ.* 42.

Sabbato ad Veſperum.

Pſalt. Arab. *verſ.* 47.

S. Hier. *Iſte Pſalmus ex voce prophetica, Dei continet laudem, ſicut ipſe ad eum eloquens, ait:*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. *Aleph.* 1 EXALTABO TE DEUS MEUS REX:
2 & benedicam nomini tuo in ſaeculum,
Beth. † 3 & in ſaeculum ✚ ſaeculi:
4 per ſingulos dies benedicam tibi:
5 & laudabo nomen tuum in ſaeculum,
Gimel. † 6 & in ſaeculum ✚ ſaeculi:
7 Magnus Dominus & laudabilis nimis:
8 & magnitudinis ejus non eſt finis.
Daleth. † 9 Generatio & generatio laudabit opera tua:

& po-

Divina laudatio inſpirata Davidi. PROPHETA. 1 *Excelſum te eſſe prædicabo, mi Deus & mi Rex:* 2 *& laudibus benedicam majeſtati tuæ in ſæculum uſque,* 3 *& in omnia ſæcula.* 4 *In omni die benedicam tibi:* 5 *& majeſtatem tuam laudabo in ſæculum uſque,* 6 *& in omnia ſæcula.* 7 *Magnus eſt Dominus, & valde laudandus:* 8 *& imperveſtigabilis magnitudinis ejus nullus eſt terminus.* 9 *Omnia ſæcula ætateſque hominum laudent opera tua Domine;*

& po-

℣. 2. 3. Sic diſtinguitur in Codice Alexandrino & apud Apolinarium: In cod. Vatican. unico verſu conjunguntur.

℣. 5. 6. Sic diſtinguitur in cod. Alexandrino & apud Apolinarium.

10 & potentiam tuam pronunciabunt.

He. † 11 magnificentiam gloriae ſanctitatis tuae loquentur:

12 & mirabilia tua narrabunt:

Vau. † 13 & virtutem terribilium tuorum dicent:

14 & magnitudinem tuam narrabunt:

Zain. † 15 memoriam abundantiae ſuavitatis tuae eructabunt:

16 & juſtitiâ tuâ exſultabunt.

Heth. † 17 Miſerator & miſericors Dominus,

18 patiens & multùm miſericors.

Theth. † 19 ſuavis Dominus univerſis:

20 & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.

Jod. † 21 Confiteantur tibi Dñe omnia opera tua:

22 & ſancti tui benedicant tibi:

Caph. † 23 gloriam regni tui dicent:

24 & potentiam tuam loquentur;

Lamed. † 25 ut notã faciãt filiis hominũ potẽtiã tuã,

26 & gloriam magnificentiae regni tui.

Mem. † 27 Regnũ tuũ, regnum omniũ ſaeculorũ:

28 & dominatio tua, in omni generatione & generationem.

(Nun.) † 29 ÷ Fidelis Dñus in omnibus verbis ſuis:

30 ÷ & ſanctus in omnibus operibus ſuis:

Samech. † 31 Allevat Dominus omnes qui corruunt:

32 & erigit omnes eliſos.

Ain. † 33 Oculi omnium in te ſperant Domine:

34 & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.

Phe. † 35 Aperis ÷ tu: manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Sade. † 36 Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis:

37 & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Coph. † 38 Prope eſt Dñs õnibus invocantibus eũ,

39 ꞉omnibus invocantibus eum in veritate.

Res. † 40 Voluntatem timentium ſe faciet:

41 & deprecationem eorum exaudiet; & ſalvos faciet eos.

Sin. † 42 Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe:

43 & omnes peccatores diſperdet.

Thau. † 44 Laudationem Dñi loquetur os meum.

45 & benedicat omnis caro nomini ſancto ejus,

46 in ſaeculum & in ſaeculum ÷ ſaeculi:

10 & potentiam tuam annuncient: 11 de ma-
gnifica gloria & majeſtate ſanctitatis tuæ loquan-
tur; 12 & admirandas res tuas enarrent: 13
& vim fortitudinemque terribilium judiciorum
operumque tuorum crebris ſermonibus commemo-
rent; 14 & magnitudinem tuam, quantum poſ-
ſunt, enarrent: 15 multæ benignitatis & ſuavita-
tis tuæ memoriam ſermonibus ſuis eructent & ex-
promant; 16 & de juſtitia tua læti, ipſam lau-
dent exſultanter. 17 Dominus clemens eſt ac mi-
ſericors, 18 & mitis & tardus ad puniendum,
multùmque miſericors. 19 benignus eſt Dominus
erga omnes: 20 & miſerationes ejus ad omnia
ſe effundunt opera ipſius. 21 Ideo Domine, ut me-
rito debitas tibi laudes profiteantur omnia opera
tua: 22 & Sancti tui ſuis tibi laudibus benedi-
cant: 23 quàm glorioſum ſit regnum tuum, dicant:
24 & de tuâ omnipotentiâ loquantur; 25 ut &
ſcire faciant filios Adam potentiam tuam, 26 &
magnificam gloriam regni tui. 27 Regnum tuum,
Domine, regnum eſt æternum, nullis ſæculis coar-
ctatum: 28 & dominium tuum per omnes gene-
rationes, & mundi ætates & ſtatus immutabile
durat. 29 Fidelis eſt Dominus in ſervandis ver-
bis ſive promiſſionum ſive comminationum ſuarum:
30 & ſanctus & irreprehenſibilis eſt in omnibus
operibus ſuis. 31 Dominus ſublevat & ſuſfulcit
omnes, qui in miſerias corruunt; 32 erigitque cun-
ctos labefactatos & jacentes in ærumnis. 33 Om-
nium oculi in te ſperantes reſpiciunt Domine; 34
tuque das eis eſcam in ſuo tempore opportuno. 35
tu enim aperis manum tuam, & per beneficen-
tiam tuam omne animans reples refectione. 36 Ju-
ſtus eſt Dominus in omnibus viis, quas tenet in
gubernatione totius mundi; 37 & ſanctus & mi-
ſericors eſt in omnibus operibus ſuis. 38 Propè adeſt
Dominus ad auxiliandum omnibus, qui invocant
eum, 39 omnibus, inquam, qui eum invocant
cum veritate & animi ſinceritate, ſic ut verè
reſpondeat animus ori. 40 Qui efficiet quicquid
ſalutariter voluerint, qui ipſum timent: 41 &
deprecationem eorum exaudiet; eoſque ſalvabit.
42 Dominus cuſtodit omnes verè diligentes ipſum:
43 exterminabit autem peccatores. 44 Lau-
dem Domini ſemper loquatur os meum: 45
omniſque homo benedicat nomini ipſius ſan-
cto 46 in ſæculum uſque & ad omnia ſæcu-
la.

ẏ. 17. Exod. xxxiv. 6. Num. XIV. 18. Pſ. LXXXV. 15. CII. 8.

ẏ. 31. Pſ. CXLV. 8.

ẏ. 33. Pſ. CIII. 27.

ẏ. 34. Pſ. CXXXV. 25.

ORATIONES.

MSS. 1 Regnator omnium ſaeculorum Domine, qui ſpiritalem cibum omni animae opportuno miniſtras in in tempore; concede nobis, te perpetualiter benedicere, tuamque potentiam cum Electis tuis fiducialiter exaltare. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

2 Prope eſto Domine omnibus invocantibus te in veritate: imple devotionem timentium te; & deprecationem eorum exaudi: ut, ſalvi à te facti, diligamus te; & benedicamus nomen ſanctum tuum. Per *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 123. 352. 3 Prope eſto Domine invocantibus te; ac voluntatem timentium imple: erige, quique corruunt; & eliſos ſuſtenta: ut, qui praecipites in mortem cadimus; ſoſpites te erigente ſurgamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Domi-

fol. 132. 4 DOmine Jeſu Chriſte, verus Deus veruſque homo; qui non mutaris, ſed es ſanctus in omnibus operibus tuis; incredulitatem à nobis dubiae mentis averte; & cor noſtrum gratiae tuae muneribus reple: ut tu, Deus verus credaris & cog noſcaris; qui ſalvator omnium, miraculis & virtutibus approbaris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 322. *De SS. Martyribus.* 5 COnfitentes tibi Domine in omnibus operibus tuis, te benedicent in Sanctis: te quaeſumus, ut nos Martyrum tuorum N. N. interceſſione ſanctifices; & perfectione corones. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

CXLV.

Alleluia. ✠ *Aggaei & Zachariae:*

BEDA.

Memoriam Dominicæ laudis, quam praecedente titulo Latinè poſuerat, nunc ad cumulum ejuſdem laudis, Hebræi Alleluia *voluit augmentare vocabulo.*

Cupiens Propheta laudes Domini ex totocorde cantare, primo ingreſſu dicit, in hominibus minime confidendum; ne aliquid ab eo peteretur tepidè, ſi & alios crederetur poſſe præſtare: Lauda anima mea Dominum. *Secundo praenunciat, totam ſpem in omnipotente Domino reponendam: & cùm ſit iſte Dominus, ex factis ſuis pulcherrimè deſinitur; ut Gentilitas, tam frequenti ratione convicta, errores ſuos fideli devotione relinquat:* Beatus cujus Deus Jacob.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus cum Theologia (hoc eſt, cum doctrina de Deo.)*

S. Athanaſius *Pſalmus, laudem denuncians.*

✠ Cardin. Thomaſ. *Populus de Babylone ſalvatus beneficia in ſe Dei ab initio commemorat.* Aliter, vox Chriſti ad populum.

Sabbato ad Veſperum. Pſalt. Syr. *Dictus ab Aggeo, & Zacharia Prophetis, qui aſcenderunt cum captivitate ex Babele: de myſterio Sacerdotum mutatione: & precatio, atque laudatio cum Theologia. verſ.* 23.

Pſalt. Arab. *verſ.* 20.

S. Hier. *Iſte Pſalmus, ex nomine duorum Prophetarum præſcriptus, ex unius ore loquitur, dicens:*

PSALMUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. 1 LAUDA ANIMA MEA DOMINUM.

℣. 2. Pſ. CIII. 33. 2 laudabo Dominum in vita mea:

3 pſallam Deo meo quamdiu fuero.

℣. 4. Pſ. LXI. 12. CXVII. 8. 9. † 4 Nolite confidere in principibus, in filiis hominũ, in quibus non eſt ſalus:

℣. 5. 8. Eccle. XII. 7. † 5 exibit ſpiritus ejus:

6 & revertetur in terram ſuam:

7 in illa die peribunt ✠ omnes: cogitationes eorum.

† 8 Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus;

9 ſpes ejus in Domino Deo ipſius:

℣. 10. Act. XIV. 14. Apocal. XIV. 7. 10 qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eis ſunt:

† 11 qui cuſtodit veritatem in ſaeculum:

℣. 12. Pſ. CII. 6. 12 facit judicium injuriam patientibus:

13 dat eſcam eſurientibus.

℣. 14. Pſ. CXVII. 7. CVI. 14. † 14 Dominus ſolvit compeditos:

15 Dominus illnminat caecos:

† 16 Dominus erigit eliſos:

17 Dominus diligit juſtos:

℣. 18. 19. Deut. X. 18. Pſ. LXVII. 6. † 18 Dominus cuſtodit advenas:

19 pupillum & vidnam ſuſcipiet:

20 & vias Peccatorum diſperdet.

℣. 21. Exod. XV. 18. 21 Regnabit Dñs in ſaecula Deus tuus Sion,

22 in generationem & generationem.

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. Pſalmus aptus temporibus Aggæi & Zachariæ Prophetarum in reſtauratione Jeruſalem poſt captivitatem Babyloniam. PROPHETA. 1 *Anima mea lauda Dominum.* 2 *equidem Dominum laudabo in vita mea;* 3 *& cantabo in honorem Dei mei, quandiu ſum.* 4 *Nolite fiduciam certà cum ſpe collocare in principibus, & in caeteris omnibus filiis Adam; in quibus non eſt facultas atque poteſtas vos ſalvandi* 5 *ſpiritus enim & anima hominis poſt breve tempus ab ea egredietur;* 6 *& homo ipſe quantùm ad ſuum corpus revertetur & convertetur in terram, de qua ab initio formatus eſt:* 7 *& in iſto die mortis peribunt & abibunt in fumum omnes ipſius cogitationes, conſilia atque propoſita, quæ habuerat in vita ſua.* 8 *Ille autem verè felix atque beatus, cujus adjutor non fuerit homo mortalis, ſed immortalis Deus Jacobi;* 9 *& cujus ſpes fuerit non in homine fragili, ſed in Domino Deo ſuo:* 10 *qui potentià ſuà cælum terramque creavit, & mare & omnia quæ in eis ſunt:* 11 *qui fidelitatem ſervat in promiſſis in ſempiternum;* 12 *qui facit judicium ſuſtinentibus injuriam atque calumniam, eos vindicans ab oppreſſoribus:* 13 *& eſurientibus dat eſcam.* 14 *Dominus ſolvit vinctos compedibus:* 15 *Dominus dat lucem caecis oculis, & ſapientiam caecis cordibus.* 16 *Dominus erigit collapſos:* 17 *Dominus diligit juſtos:* 18 *Dominus cuſtodit advenas & peregrinos, ſuorum ſolatio deſtitutos:* 19 *ipſe pupillum & viduam vi oppreſſas ſub ſuam excipiet tuitionem:* 20 *& vias vivendi, conſilia & acta peccatorum delebit è terra.* 21 *In æternum regnabit Dominus Deus ille tuus o Sion,* 22 *in omnes, inquam, ætates & ſæcula regnabit.*

ORATIONES.

MSS. 1 GLorioſe omnipotens Deus, in quem Beatorum animae totam ſpei confidentiam ponunt; concede nobis, ut adjutorio tuo inluminati, valeamus te jugiter mente purâ diligere. Per *&c.*

Laus,

Digitized by Google

2 LAus & jubilatio noſtra, Deus, abſolve nos à vinculis peccatorum: ut, qui frequenter delinquentes cecidimus, te miſerante poenitentes erigamur. Per &c.

Brev. Mozarab. fol. 127. 3 DOmine, qui erigis eliſos, & ſolvis compeditos, atque illuminas caecos: nos quoque arige cum lapſus inclinant; & ſolve, cùm peccata circumligant; atque illumina, cùm nos ignorantiae caligo circumdat: ut anima noſtra te ſemper laudet; & vita noſtra fideli devotione ſit humilis: & quia tui muneris eſt quod ſumus, tibi ſerviat omne quod vivimus. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus &c.

fol. 150. 4 DOmine, qui ſolus verbi potentiâ compeditos; & (per) madidum humi collyrium ſacro ſputamine circumlitum illuminas caecos: ſolve rogamus noſtrorum vincula peccaminum; & oppoſitum nobis diſrumpe interitum: eliſos alleva: & caecitatem mentium noſtrarum legis tuae doctrinâ perluſtra:ac,ſicut in te juſtum dirigis; & miſerando ad veniam ſuſcipis,& pupillum viduamque pius protector intendis;ita noſmet in hac peregrinatione cuſtodias: ut ad aeternitatis dulcedinem (poſt) conceſſa crimina intromittas. ℞. *Amen*. Per &c.

CXLVI.

Alleluia.

BEDA.

Verba tituli ſui ſuſequens textus expoait: Alleluia *ſiquidem ſignificat*, Laudate Dominum. *Denique quinta Editio pſalmi hujus initium ita poſuit*, Laudate Ia, *ideſt* Dominum: *quia* Ia *unum eu decem nominibus Dei intelligitur. Quae Hieronymus, ad Marcellam ſcribens, ità commemorat. Primum nomen eſt* El, *id eſt* Fortis. *Deinde* Elohim *&* Eloue; *quod utrumque dicitur Deus: unde geminatum frequenter invenitur; ut eſt* Deus Deus meus quare me dereliquiſti? *&* Deus Deus ad te de luce vigilo; *& his ſimilia. Quartum* Sabaoth; *quod eſt* Exercituum. *Quintum* Helion; *quem nos* Excelſum *dicimus. Sextum* Eſer eheie: *quod in Exodo legitur*, QUI EST miſit me. *Septimum* Adonai, *quem nos* Dominum *generaliter appellamus. Octavum* Ia; *quod* Deo *tantùm applicatur; & in* Allelu-Ia *extrema ſyllaba ſonat. Nonum tetragrammaton; quod ineffabile nuncupatur. Decimum* Saddai; *id eſt* Robuſtum *&* ſufficientem *ad omnia perpetranda.*

Primo modo hortatur Propheta populum devotum, laudare Dominum; qui humiles erigit, & ſuperborum colla concidit; Laudate Dominum. *Secundo, alacriter Domino dicit eſſe pſallendum; qui ſupplicantibus beneficia profuturo concedit; quoniam qui de ſuis viribus praeſumunt, ei placere non poſſunt:* (Praecinite Domino in confeſſione.)

Euſebius Caeſarienſis. *Hymnus cum Theologia (hoc eſt, cum doctrina de Deo.)*

S. Atanaſius. *Pſalmus, laudem denuncians.*

☛ Cardin. Thomaſ. *Populus liberatus ad laudandum Deum hortatur. Aliter, vox Eccleſiae, & Apoſtolorum ad novellum populum.*

Pſalt. Syr. *Aggai, & Zachariae de Zorobabel, & Jeſu Sacerdote, atque Ezra, qui ſollicitabant aedificium Hieruſalem. Nobis autem laudatio cum Theologia. verſ.* 24.

Pſalt. Arab. verſ. 24.

Sabbato ad Veſperum. S. Hier. *Pſalmus iſte, ut caeleſtem civitatis laudemus aedificatorem nos admonet, dicens:*

PSALMUS HORTATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta. ✝. 1. Pſ. XCI. 1. 1 LAUDATE DOMINUM QUONIAM BONUS EST pſalmus:
2 Deo noſtro ſit jucunda: decoraque: laudatio.
† 3 Aedificans Jeruſalem Dominus:
✝. 4. Deut. XXX. 3. 4 diſperſiones Iſraëlis congregabit.
† 5 qui ſanat contritos corde:
6 & alligat contritiones eorum.
✝. 7. 8. Iſai. XL. 26. † 7 qui numerat multitudinem ſtellarum:
8 & omnibus eis nomina vocat.
† 9 Magnus Dominus noſter:
10 & magna, virtus ejus:
11 & ſapientiae ejus non eſt numerus.
† 12 Suſcipiens manſuetos Dominus:
13 humilians ÷ autem: peccatores uſque ad terram.
† 14 Praecinite Domino in confeſſione:
15 pſallite Deo noſtro in cithara:
† 16 qui operit caelum nubibus:
✝. 17. &c. Pſ. CIII. 13. 14. 17 & parat terrae pluviam:
† 18 ÷ qui: producit in montibus foenum,
19 ÷ & herbam ſervituti hominum:

ALLELU Cum jubilo & laetitia laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Laudate Dominum; quia bonum & juſtum eſt ei pſallere: 2 ſit autem Deo noſtro jucunda & pulchra, grata atque accepta, omnis noſtra laudatio. 3 Dominus hic noſter reaedificaturus eſt Jeruſalem: 4 & diſperſos & expulſos inde iſraelitas iterum eſt congregaturus in unum. 5 ipſe eſt, qui ſanat eos, qui dolore diſruptum & contuſum habent cor: 6 eorumque confractiones & plagas faſciis devincit & circumligat. 7 ipſe eſt, qui totam multitudinem ſtellarum in numerato habet; 8 eaſque nominatim vocat, illarum naturas & proprietates diſtinctè cognoſcens. 9 Magnus eſt Dominus noſter: 10 & magna eſt fortitudo ejus: 11 & eorum, quae ſuâ ipſe ſapientiâ intelligit & cognoſcit, nullus eſt finitus numerus. 12 Dominus eſt, qui ſublevat manſuetos: 13 & qui elatos peccatores deprimit uſque ad terram. 14 Inchoate igitur cantum in confeſſione laudis in honorem Domini: 15 & cum citharae ſono canite pſalmos in honorem Dei noſtri: 16 qui caelum cooperit nubibus: 17 & ex illis nubibus apperat & praebet terrae pluviam: 18 qui exoriri facit in montibus herbam, 19 & olus, ut inſerviat uſui hominum;*

✝. 20. Pſ. CIII. 27. 28. CXXXV. 25. CXLIV. 15. ✝. 21. Job. XXXVIII. 41. ✝. 22. Pſ. XXXII. 16. 17. Proverb. XXI. 31. Oſeæ I 7.

† 20 qui dat jumentis eſcam ipſorum,
21 ✠ &: pullis corvorum invocantibus eum.
22 Non in fortitudine equi voluntatem habebit:
23 nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
24 beneplacitũ eſt Dño ſuper timentes eũ;
25 ✠ & in eis: qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

20 qui & dat pecoribus eſcam ipſarum, 21 & ipſis etiam pullis corvorum, neglectis a patre & matre, & per nidum in omnes ſe partes vertentibus, eo quod non habeant cibos, atque crocitantibus, & ita quodammodo invocantibus Deum, ut nutriantur. 22 Cui Deo voluntas & oblectatio non erit in fortitudine equi: 23 neque in robuſtis viri tibiis placebitur ei. 24 placebitur autem Domino in iis, qui ipſum offendere timent, 25 & in omnibus, qui ſperant in miſericordia ipſius, expectantes miſerationes ejus.

ORATIONES.

MSS.

1 Ædificator caeleſtis Jeruſalem Deus, qui multitudinem ſtellarum & concludis numero, & nominatim ſingulas vocas; ſana, quaeſumus, contritos corde; & diſperſos congrega, atque nos innumerabili ſapientiâ tuâ locupleta. Per *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 128. 152.

2 Deus, qui ſanas contritos corde; plagae noſtrae medelam impende: & qui ſtellarum numeras multitudinem; nos ad vitam praedeſtinatis adjunge: ut beneplacitum tibi ſit in nobis; & in ſalute nos aeternâ jubeas exaltari. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CXLVII.

Alleluia.

BEDA.

Ad conſuetum quidem Alleluia *revertimur: ſed hoc nullatenus repetere faſtidimus: cujus verbi tantus honor eſt, ut cum ſit in Hebræa lingua reconditum; nullo tamen conſtat alieno ſermone translatum: ſed quicquid eſt deditum Divinitati, dignitatem hujus nominis pia devotione veneratur:*

Senſus myſticus.

Prima capite Propheta Jeruſalem, id eſt ſupernam alloquitur civitatem; ut, ſecura jam reddita in civibus ſuis, Dominum jugi debeat exſultatione laudare: Lauda Jeruſalem Dominum. *Secunda, myſticis allocutionibus iterùm enumerat, quanta populo ſuo pius miſerator indulſerit:* Qui emittis eloquium ſuum. *Pſalmi iſti laudationis David ita diſpoſiti ſunt, ut primò de præceptis divini præconii: poſt de mundi perverſitate fugienda loquantur: tertiò de congregatione Eccleſiæ dicatur: quartò, qui nunc finitus eſt, collectæ Jeruſalem præcipit laudes Domini celebrare; quæ de mundi iſtius diverſis periculis liberata, in eterna requie noſcitur eſſe conſtituta. Quapropter choro illi ſanctiſſimo, & de mundi partibus egregata, trina ſubnectit exſultatione gaudendum: ut in opere ſanctiſſimo, Trinitatis gratia ubique fulgeret.*

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus cum Theologia, (hoc eſt, cum doctrina de Deo.)*

S. Athanaſius. *Pſalmus, laudem denuncians.*

✱ Cardin. Thomaſ. *A ſpeciali gratiarum actione pro reditu ad generalem Dei laudem convertitur.* Aliter, Chriſti vox ad Eccleſiam.

Pſalt. Syr. *Aggæi, & Zachariæ, cùm urgerent complementum Templi Hieroſolymitani: Et item cum Theologia.*

Sabbato ad Veſperum.

verſ. 18.

Pſalt. Arab. *verſ. 18.*

PSALMUS HORTATORIUS AD LAUDANDUM DEUM.

Propheta.

1 LAUDA JERUSALEM DOMINUM;
2 lauda Deum tuum Sion:
† 3 quoniã confortavit ſeras portarũ tuarũ;
4 benedixit filiis tuis in te:
† 5 qui poſuit fines tuos pacem:
6 ✠ &: adipe frumenti ſatiat te:
† 7 qui emittit eloquium ſuum terrae;
8 velociter currit ſermo ejus:
† 9 qui dat nivem ſicut lanam;
10 nebulam ſicut cinerem ſpargit;
† 11 mittit cryſtallum ſuam ſicut bucellas.
12 ante faciẽ frigoris ejus quis ſuſtinebit?
† 13 emittet verbũ ſuum, & liquefaciet ea:
14 flabit ſpiritus ejus, & fluent aquae.
† 15 qui annunciat verbum ſuum Jacob;
16 juſtitias & judicia ſua, Iſrael.
† 17 non fecit taliter omni nationi:
18 & judicia ſua non manifeſtavit ✠ eis:
Alleluia.

ALLELU cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum. PROPHETA. *1 Collauda Dominum, ò Jeruſalem; 2 lauda Deum tuum, ò Sion: 3 quia ipſe roboravit vectes portarum in mœnibus tuis, ne hoſtis poſſit irrumpere: 4 & civibus tuis, qui intra te ſunt, benedixit: 5 qui ditionis tuę terminos effecit pacatos: 6 & medulla & flore optimi tritici te ſaturat: 7 qui emittit juſſum ſuum in terram; 8 & ſtatim uſque ad celeritatem currit & adimpletur juſſum ejus: 9 qui ex uno aquæ elemento modò dat nivem, quaſi lanæ flocculos decidentem; 10 modò nebulam & pruinam ſpargit quaſi diffuſum cinerem; 11 & modò projicit glaciem ſuam induratam quaſi fruſtra panis. 12 porrò autem ad præſentiam frigoris illius glaciei quis diù poſſet ſubſiſtere? 13 ipſe tamen Deus rursùm dabit juſſum ſuum; & liquefaciet ea, nivem, pruinas, & omnia congelata: 14 nam ejuſdem Dei ventus calidus ſpirabit; & fluent aquæ, quę priùs concreta erant & congelata. 15 qui ſpecialiter annunciat verbum legis ſuæ Jacobo: 16 & juſtitiæ præcepta & jura ſua eidem Iſraeli annunciat. 17 nec enim egit ad hunc modum cum ulla alia gente: 18 neque jura ſua divina Gentibus aliis voce vel ſcripturâ declaravit unquam.*

ALLELU laudate, IA Deum.

ORA-

ORATIONES.

MSS.

1 Conforta Domine portas Eccleſiae tuae; & pone terminos ejus pacem: eique adipem ſpiritalis tritici dignanter adtribue. Per *&c.*

Brev. Mozarab. fol. 152.

2 Domine, qui poſuiſti Jeruſalem terminum pacis; credenti populo pacis tuae tribue plenitudinem: ipſa nos immortalitate regat; ipſa in aeternâ vitâ poſſideat. ſatiaturus itaque nos Domine ex adipe frumenti, tribue, ut cum hoc, quod nunc cernimus in aenigmate, in omni te perfruamur perſpicuâ veritate. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Comment. hujus Pſalm. Tom. 7. S. Hieronymi. Oſee VII. 4. 6. ſec. LXX.

3 Oramus te Domine, ut noſtra duritia molleſcat, & noſtra peccata purgentur: ut efficiamur quaſi ignis; ut & frigus diaboli quodcumque eſt in cordibus noſtris, expellatur; & caleamus Spiritu Sancto: eſt quippe & malus calor: *Omnes adulterantes, quaſi clibanus corda eorum*: ſed ille calor calore Spiritûs Sancti expellitur. Cui ſit gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CXLVIII.

Alleluia.

BEDA.

Propheta per paucarum commemorationem omnes creaturas ad Domini laudes hortatur; rationales & intelligentes, per ſe; intellectu autem vel ſenſu carentes, per illas utique, quæ opera Domini ſapientiſſimâ conſideratione collaudant. Prima parte cæleſtia hortatur ad laudes: Laudate Dominum de caelis. *Secundò, allegoricis alluſionibus terrena commonet, ut Dominum devotâ mente concelebrent; unam cauſam probabilem utriſque ſubjungens; quia dignum eſt, ut creatura ſuum laudet Authorem*: Laudate Dominum de terra.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus cum Theologia, (hoc eſt, cum doctrina de Deo.)*

S. Athanaſius. *Pſalmus, laudem denuncians.*

✱ Cardin. Thomaſ. *Omnis mundi creatura ad laudandum Deum convocatur.* Aliter, vox Apoſtolorum ad populum.

Quotidie ad Matutinum.

Pſalt. Syr. *Aggæi, & Zachariæ ſermo de Deo, ut quemadmodum ſuperi, ſic laudent inferi Dominum glorioſum, Dominum Sabaoth Aſodai. verſ. 31.*

Pſalt. Arab. *verſ. 29.*

LAUDES.

Propheta.

LAUDATE DOMINUM DE CAELIS:
2 laudate eum in excelſis:
† 3 laudate eum omnes Angeli ejus;
4 laudate eum omnes virtutes ejus;
† 5 laudate eum ſol & luna;
6 laudate eũ omnes ſtellae + & : lumen;
† 7 laudate eum caeli caelorum,
8 & aquae omnes quae ſuper caelos ſunt.
9 laudent nomen Domini:
† 10 quia + ipſe dixit, & facta ſunt:
11 ipſe mandavit, & creata ſunt:
† 12 ſtatuit ea in aeternum,
13 & in ſaeculum + ſaeculi:
14 praeceptum poſuit, & non praeteribit.
† 15 Laudate Dominum de terra;
16 dracones, & omnes abyſſi;
† 17 ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum,
18 quae faciunt verbum ejus;
† 19 montes & omnes colles,
20 ligna fructifera & omnes cedri;
† 21 beſtiae & univerſa pecora,
22 ſerpentes, & volucres pennatae.
† 23 Reges terrae & omnes populi,

prin-

℣. 3. 4. Pſ. CII. 20. 21.
℣. 7. 8. Gen. I. 7. Daniel III. 59. 60.
℣. 10. Geneſ. I. 3. 6. Pſ. XXXII. 9. Judith. XVI. 17.
℣. 12. Pſ. CXVIII. 89. Jerem. XXXI. 35. 36.

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *E calo laudate Dominum ò cœlites*: 2 *laudate eum, ò ſuperi, qui eſtis in excelſis*: 3 *laudate eum omnes Angeli ejus*: 4 *laudate eum omnes exercitus cœleſtium ſpirituum ejus*: 5 *tacitis vocibus prædicate noſtris oculis ac mentibus laudem ejus ſol & luna*: 6 *prædicate nobis laudem ejus ſtellæ omnes luminoſæ, & quodvis aliud in fulgoribus ac meteoris lumen*: 7 *prædicate nobis laudem ejus, ò cœli ſupremi, qui cœlos inferiores ambitu veſtro concluditis*: 8 *& aquæ omnes, quæ ſupra orbes eſtis cæli ſtellati.* 9 *hæc omnia prædicent nobis divinum nomen majeſtatemque Domini*: 10 *nam ipſe juſſit; & ſolo ipſius juſſu facta ſunt omnia*: 11 *& ipſe mandavit; & ſolâ ipſius voluntate ſine labore externoque adminiculo creata ſunt univerſa.* 12 *qui & ea conſtituit, ut in æternum permaneant*; 13 *& in omnia ſecula*: 14 *& de ipſorum omnium naturâ motu ac ſtatu præceptum dedit: quod & nunquam præteribit, ſed ſemper implebitur.* 15 *Non cœleſtia modò, verùm etiam terreſtria, e terra prædicate nobis laudem Domini*: 16 *& ex aquis vos dracones marini, & maria omnia altiſſima ac profundiſſima*; 17 *ignis fulgurum fulminumque, & grando, & nix, & glacies, & ventus quoque procelloſus,* 18 *qui exequimini juſſum ejus*; 19 *montes & omnes colles,* 20 *arbores fructiferæ, & univerſæ cedri*; 21 *feræ, & univerſa jumenta,* 22 *animantia, quæ ſerpitis, ac pennigeræ aves, quæ volitatis.* 23 *Reges terræ, & omnes populi,*

prin-

24 principes & omnes judices terrae,
† 25 juvenes & virgines,
26 ſenes cum junioribus,
27 laudent nomen Domini:
28 quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.
† 29 Confeſſio ejus ſuper caelum & terram:
30 & exaltavit cornu populi ſui.
† 31 Hymnus omnibus Sanctis ejus,
32 filiis Iſraël, populo appropinquanti ſibi.

Alleluia.

24 principes & univerſi judices terræ, 25 juvenes cælibes ac virgines, 26 ſenes pariter & adoleſcentiores ac pueri; 27 hi omnes, quantum poſſunt, glorioſè laudent divinum nomen majeſtatemque Domini. 28 quia ipſius ſolius nomen ſuper omnia creata eſt elevatum, & cuncta ſuperat. 29 Sit & confeſſio laudum ejus in cælo & terra, in cælicolis atque terrigenis, 30 ob eam etiam cauſam, quòd & ipſe exaltaverit robur & vires populi ſui. 31 Itaque perpetuus meritò hymnus & laus Dei ſemper adſit omnibus ſervis ejus piè ſanctèque viventibus, 32 ac filiis Iſraelis, toti nempe populo, qui religioſo cultu adhæret ipſi Deo. ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum.

ORATIONES.

* al. ſedium. * al. praeceptidi cuſtodire, te adjuvante à nobis ſerventur. Brev. Mozarab. fol. 223. 341. *Ad Vesperum*

1 EXcelſarum * aedium ſupereminens & excelſa poteſtas, Deus; concede famulis tuis; ut, ſicut cuncta quae cernimus, te jubente creata ſunt; ita * quae praecipis, te cuſtode ſerventur. Per &c.

2 LAudant te, Domine, omnes Angeli tui; dum à te ſe creatos agnoſcunt: & cunctam creaturam caeleſtem atque terrenam te opifice ſubſiſtere ac diſponi non ambigunt. Dona ergo mentibus noſtris, in omnibus operibus tuis tibi gloriam dare; & te ſolem juſtitiae, perpetuo nobis fulgore clareſcere lumen: quatenus nocturnas tenebras tuâ ſemper valeamus inluminatione vitare. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℞. *Amen*.

fol. 231.

3 TE in excelſis, Domine, laudent omnes Angeli ac Virtutes: tibi de terra det laudem omne, quod à te authore ſumit originem: & qui ſupernorum conlaudaris officiis, terreſtrium ſemper delecteris obſequiis. ℞. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

4 CHriſtus Dominus nos dignetur tradere in regnum Deo Patri; & conformes efficere claritati corporis ſui: ut jam non ei locali & tranſitorio cantu, ſed perpetuo & immobili caeleſtis ſtationis hymno, jugi modulatione canamus. Quia ipſi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. *Amen*.

CXLIX.

Alleluia.

BEDA.

Senſus myſticus. * Pſal. CIV.

*Hoc nomen in uſu habere omnimodis commonemur, quando & Novo Veterique Teſtamento decenter optatur: Veteri, ubi * Ægypti miracula, & maris Rubri beneficia deſcribuntur; Novo, in præſenti pſalmo, quo canticum novum* Domino cantare *jubemur.*

Prima poſitione Propheta canticum novum Chriſto Domino diverſis modis dicit eſſe cantandum; qui de toto orbe terrarum univerſalem Jeruſalem ſuâ pietate conſtruxit: Cantate Domino canticum novum, *& reliqua. Secundâ, gaudia Sanctorum virtuteſque deſcribens, vindictam peccantium, gloriam dicit eſſe juſtorum;* Exſultabunt Sancti in gloria.

In præcedenti pſalmo ad præconia Domini omnes hortatus eſt creaturas: hic autem diſtinctiùs propriùſque ſignificavit, Iſrael novum canticum debere cantare, & de proprio Domino lætum fieri; qui cum fecit de Gentium multitudine congregari. Commemoratur & poteſtas, quæ Sanctis eſt in illo judicatione tribuenda; ut virtus Domini in eorum gloria poſſit agnoſci.

Euſebius Cæſarienſis. *Hymnus cum prophetia*, (al. *cum Theologia*.)

S. Athanaſius. *Pſalmus hortatorius cum cantico.*

Cardin. Thomaſ. *Reverſi de Babylone gratias agere jubentur, quia obſiſtentes ſibi finitimas gentes, Deo adjuvante, devicerint.* Aliter, vox Chriſti ad fideles de futuro, & de reſurrectione.

Quotidie ad Matutinum.

Pſalt. Syr. *De templo novo: & Pſalmus iſte anonymus eſt; laudatio cum Theologia. verſ.* 18.

Pſalt. Arab. *verſ.* 8.

LAUDES.

Propheta. ℣. 1. Pſ. XXXII. 3. XCV. 1. XCVII. 1.

1 CANTATE DOMINO CANTICUM NOVUM.
2 Laus ejus in eccleſia Sanctorum;
† 3 laetetur Iſraël in eo qui fecit eum;
4 ✠ &: filii Sion exſultent in rege ſuo;
† 5 laudent nomen ejus in choro;
6 in tympano & pſalterio pſallant ei:
† 7 quia beneplacitum eſt Dño in populo ſuo;
✠ &:

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. *1 Novum in honorem Domini cantate canticum. 2 Sit ejus perpetua laus in congregatione piè ſanctèque viventium: 3 lætetur iſraeliticus populus in Deo factore ſuo; 4 & filii & cives Sionis exſultent de Domino rege ſuo; 5 laudentque eum in cætu canentium ad tibiam; 6 tympano & citharâ canant ei: 7 quia complacet ſibi Dominus in populo ſuo; eique bene vult beneficentiâ ſuâ;*

& quia

8 ✠ & : exaltabit manſuetos in ſalutem.
† 9 Exſultabunt Sancti in gloria :
10 laetabuntur in cubilibus ſuis.
† 11 exaltationes Dei in gutture eorum,
12 & gladii ancipites in manibus eorum,
† 13 ad faciendam vindictam in nationibus,
14 increpationes in populis;
† 15 ad alligandos reges eorum in compedibus,
ṽ. 16. Iſai.XLV.14. 16 & nobiles eorum in manicis ferreis;
† 17 ut faciant in eis judicium conſcriptum.
18 Gloria ✠ haec: eſt omnibus Sanctis ejus.
Alleluia.

8 & quia exaltabit ac glorificabit manſuetos & humiles in aeterna ſalute. 9 Tunc exſultanter gloriabuntur Sancti in gloria aeterna: 10 & exſultabunt laetitiâ in quietis manſionibus ſuis: 11 hymni & laudes, quibus excelſum eſſe Deum praedicatur, erunt in gutture ipſorum; 12 & gladii ex utraque parte acuti erunt in manibus ipſorum, 13 ut faciant vindictam in gentibus, Dei inimicis, 14 & caſtigationes meritas in populis, illi rebellibus; 15 ut alligent compedibus reges illorum, 16 & nobiles & inclytos eorum ferreis vinculis manuum devinciant; 17 ut nimirum tanquam aſſeſſores Judicis ſupremi faciant in illis judicium a Deo praeſcriptum, & ſcriptum in divinis ſcripturis: quando ſcilicet Dominus veniet cum Sanctis millibus ſuis, ut faciat judicium adversùs omnes, & redarguat omnes impios de factis omnibus, quae impiè patrarant; deque omnibus duris, quae locuti ſunt adversùs eum impii peccatores. 18 Haec planè gloria atque decor eſt omnium Sanctorum Dei. ALLELUIA. Cum laetitia & jubilo laudate, IA Deum.

ORATIONES.

1 AUthor totius bonitatis Deus: qui omnem manſuetudinem te humiliter confitentem exaltas; praeſta, ut ſicut Sanctos exſultare facis in gloria, ita praeſentem Eccleſiam cuſtodire digneris ab hujus ſaeculi delectationibus impollutam. Per &c.

Brev. Mozarab. fol. 54. 67. 70. 2 TIbi Domine in Eccleſia Sanctorum cantamus; tibique gratiam praeconamus: tribue nobis, laudes tuas promere; in quo coaeternum nos credimus praemium obtinere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 64. Ad Matutinum. 3 DEcantet tibi Eccleſia tua, Domine, novum canticum in choro fideliter; teque crebrâ meditatione in tympanis concinat confidenter. Tu itaque clemens tribue, ut ſic tibi beneplaceat in populis, quemadmodum glorioſè jocundaris in Angelis: & quomodo te in matutinis diverſitas redemptorum concelebrat, ſic tibi in lumine placitum famulatum ſui officii repraeſentet. Da igitur populo tuo, omnipotens Deus, tibi affatim complacere; laudemque tuam plenâ ſanctitate proferre. ſicque nos facias hujus diei momenta tranſcurrere, ne greſſus ad te properantium adverſarius ſuus valeat in compede praepedire: ut quos mercatus es ſanguine, ſalvaſtique per crucem, & ſublevaſti per fidem; reſuſcites in virtute, & ad caelum provehas inenarrabili majeſtate. quique te nunc moeſto lumine ſuſpectant è terris, & gemebundis cordibus proſequuntur ab imis; dexterâ tuâ adtrahantur in ſupernis: & gloriae amicti ſtolis, te in hymno novo glorificent perenni jocunditate cum Sanctis. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.)

fol. 109. De Sanctis. 4 LAus tua, Domine, in Eccleſiis Sanctorum perſonet; & fidelium pectora in te ſemper exſultent: meritò Sanctorum laetentur in gaudio fideles populi: quique verò laudem in tuo honore depromimus, cum Sanctis tuis omnibus promiſſa gaudia impetremus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 335. De S. Sebaſtiano M. 5 EXſultationes tuae, Domine, in faucibus famuli tui Sebaſtiani martyris; dum in te gloriatur, in te quoque laetatur: ut, qui pro Domino mirificus exſtitit triumphator, pro ſervis exiſtat magnificus interceſſor. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 335. Item de S. Sebaſtiano. 6 CHaritas inclyta, ſpes certa, fides integra, Domine Deus noſter; praeſta, ut; dum tibi novum canticum decantamus, veteris malitiae à fermento purgemur: ut, dum in tua laude gloriamur, peccatorum noſtrorum onere non premamur: atque ita, ſuffragantibus ſanctis tuis Sebaſtiano & ejus comitibus martyribus, potentiam tuam pio concinamus affectu, ut clementiae tuae aſſiduum mereamur adipiſci praeſidium. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CL.

1 *Alleluia:*

BEDA

Admonetur civitas Dei, ut, de mundi ambitu congregata, Domino laudes & ore decantet & animo. Pſalmus iſte, levatus ad illam concordem Sanctorum omnium unitatem, diviſionem habere non debuit; quia finem totius operis perduxit ad virtutem inſuperabilis Trinitatis. Intentio verò ejus ipſa eſt, ut Dominus de Sanctorum congregatione laudetur: Laudate Dominum in Sanctis ejus.

Euſe-

Euſebius Cæſarienſis. *Generalis adhortatio ad hymnum.* (al. *Adhortatio ad generalem hymnum.* al. *Adhortatio ad hymnum cum Theologia.*)

S. Athanaſius. *Pſalmus, laudem denuncians.* (item, *glorationis in Domino.*)

✱ Cardin. Thomaſ. *Hortatur Propheta tam poſteros, quam præſentes, ut pſallendi inſiſtant officiis. Aliter, Chriſti vox, poſt ſeculum devictum in regno ſuo lætantis. Amen.*

Pſalt. Syr. *Anonymus: hortatio ad laudem generalem eorum, quæ per ſpiritum ſcripta ſunt atque ſignata. verſ.* 11.

Quotidie ad Matutinum. S. Hier. *Iſte Pſalmus tertii quinquagenarii continet Sacramentum, ideſt quod primus per Baptiſmum, & pænitentiam ad innocentiæ nos regeneret bonum; ſecundus poſt judicium fructum innocentiæ comprehendit; tertius, expletâ divinæ civitatis ædificatione, & conſummatâ omnium ſanctorum ſpe, ad æternam gratulationem laudationemque nos exhortatur.*

LAUDES.

Propheta.

1 LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EJUS;
2 laudate eũ in firmamento virtutis ejus;
† 3 laudate eum in virtutibus ejus:
4 laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.
† 5 Laudate eum in ſono tubae:
6 laudate eum in pſalterio & cithara:
† 7 laudate eum in tympano & choro:
8 laudate eum in chordis & organo:
† 9 laudate eum in cymbalis ✠ benè: ſonantibus:
10 laudate eum in cymbalis jubilationis.
11 Omnis ſpiritus laudet Dominum.
Alleluia.

ALLELU Cum lætitia & jubilo laudate, IA Deum. PROPHETA. 1 *Laudate Dominum vos cælites, qui eſtis in iſtis locis ſanctis ipſius:* 2 *laudate eum ò ſuperi, qui eſtis in firmamento cæli ſtellati, in quo relucet potentia ejuſdem Dei.* 3 *laudate eum ob potentias & fortiſſima facta ipſius:* 4 *laudate eum pro viribus veſtris, prout decet multitudinem illam & immenſitatem magnitudinis ejus.* 5 *Laudate eum & vos terrigenæ clangore tubæ corneæ:* 6 *laudate eum ſono nabli & cithara:* 7 *laudate eum ſono tympani & chori (tibiæ vel fiſtulæ):* 8 *laudate eum pulſatione fidium & organi:* 9 *laudate eum cymbalis benè ſonantibus:* 10 *laudate eum cymbalis reſonantibus ac jubilantibus.* 11 *Omnis denique ſpiratio ac reſpiratio, & quidquid ſpirat & reſpirat, laudet Dominum.*

ALLELU Cum jubilo & lætitia laudate, IA Deum, omnis entitatis & eſſentiæ fontem.

ORATIONES.

* al. nunc flatibus, nunc fletibus. al. nunc fidelibus præceptis jubes exerceri.

Brev. Mozarab. fol. 163.

1 HArmoniae noſtrae ſuaviſſimum melos, Deus, qui noſtri pectoris modulamina * nunc flatibus, nunc fletibus praecipis exerceri; praeſta, ut dum illa ſpiritali affectu concinimus; perpetualibus choris inſerti, te cum Sanctis omnibus conlaudemus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritûs Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

2 DEus, qui ineffabilibus Angelorum ſtudiis celebrandus, humanis etiam cultibus delectaris: non quòd noſtri in aliquo indigeas; ſed ut locum in nobis exercendae bonitatis invenias; qui uſum tuae laudis fructum vis eſſe laudationis: exaudi preces noſtras; & praeſta, ut ſit tuba tua, fidei noſtrae clara confeſſio; ſint cymbala tua, labia noſtra, & conſona interioris atque exterioris officia: ſint citharae tuae, animae noſtrae: ac miſericordiae tuae laudem largatâ modulatione permulceant. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 65.

* for. ab eis.
* for. laudatoribus noſtris conferre.

* for. ſpiritualibus.

3 QUantam tibi, Domine, creatura tua offerat laudem? numquid humanis laudibus aliquid proficis, aut eges quidpiam, ut terrenorum laudibus delecteris? qui tam laudabilis laudabiliter conlaudaris in Sanctis; tantiſque acclamaris praeconiis * legis? Sed ideo partem laudis delectaris accipere; quia plenam laudationem etiam * laudatoribus noſtris conferre. Da ergo Domine dignum in nobis, quod dignè conlauderis à nobis, te Potentatus caeleſtis militiae indeſinenter conlaudet: & magnitudinem tuam confeſſionis magnitudo concelebret. te in tubis praeconia jubilent Prophetarum: (&) pſalmorum cantica, citharaeque depromat dulcedo. te in tympanis perſonet perfectio ſanctitatis: teque virginum vaſa ſacra circumdent in thronis. te omnium corda crebrâ meditatione permulceant: & in * ſpecialibus organis dulci fragore perſtridant, ut cuncta creatura tua, in cymbalis labiorum fide tinniens, jugi motu clamitet: teque omnis ſpiritus debitâ laudatione perſultet: & in te omnis creatura redempta, beatitudine perfectâ tripudiet. (℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

BENEDICTIO.

Comment. hujus Pſalm. T. 7. S. Hieronymi.

(CHriſtus Dominus) nobis praeſtare dignetur, ut in hoc ſaeculo factores legis effecti, in hujus vitae agone probati, & fideles inventi; ſpiritualibus ditati fructibus, his mereamur adjungi concinentibus. Ipſi gloria & imperium cum aeterno Patre & Spiritu Sancto, & in cuncta ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

In

In fine ad Pſalterium Syriacum.

Completi ſunt Pſalmi centum quinquaginta, Libri verò quinque, Gradus quindecim, Laudes ſexaginta, Verſus autem quatuor millia octingenti triginta duo. Sunt nonnulli, qui addiderunt duodecim alios; nos haud egemus illis: & Deo laus in perpetuum.

Pſalt. Arab. *Finis quinque Librorum: quorum primus terminatur (pſalmo) Quadrageſimo: Secundus terminatur Septuageſimo: Tertius terminatur Octuageſimo: Quartus terminatur Centeſimo quinto: Quintus ultimo :...... Abſoluti ſunt Pſalmi, glorioſiſſimo Deo juvante, rectèque diſponente.*

Ex Pſalmis III. L. & LVI. *conjunctis in principio Matutini ritu veteri ſecundùm regulam S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis.*

A D H O R T A T I O.

Brev. Mozarab. fol. 19. VErbum, ante ſaecula ineffabiliter Patris ore prolatum, & in fine temporum hominem pro nobis ex virgine ortum, humili prece poſcamus: ut invocationem noſtram de monte ſancto ſuo placatus exaudiat; ejuſque benedictio pectora credentium repleat: at ſicut incerta ſecretorum ſapientiae manifeſtans, ad ſe agnoſcendum corda excitat noſtra; ita Catholicam plebem alarum ſuarum protectione defendat: eiſque, cùm Judex venerit, exiſtat placabilis; pro quibus redimendis in carne apparuit humilis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam ipſius Dei noſtri: qui eſt benedictus & vivit, & omnia regit in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

O R A T I O N E S.

fol. 8. 1 CLementiſſime Domine, qui es animarum perpetua ſalus, & valida debilium virtus; libera nos de viris ſanguinum; & à telis hoſtium defende clypeo tuo: mitte nobis de caelis invictum auxilium; & conculcantes nos redige in opprobrium: quatenus ad officium matutinum liberi conſurgamus; & vota noſtra tuo ſancto nomini fideliter impendamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 66. 153. 2 OMnipotens Domine, cui in caeleſtibus rite offertur ſumma ab Angelis gloria; tribue, ut in te ſit gloriatio noſtra; perveniatque ad te humilis confeſſio populorum: & de quibus te peccando offendimus, ad fructum indulgentiae te propitio redeamus: ut miſerando errata ignoſcas, & ad promerendum te inclytâ virtute ſubvenias. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 38. 254. 3 DIſcute à nobis, Unigenite ingeniti Patris, ſomnum corporis; & clemens placatus noſtris parce piaculis: ut in te redemptorum copia piis frequentetur vigiliis; tuiſque habeatur digna obtutibus ſacris: & quod nunc ſerit ignobilis carnis fragilitas, divinitatis tuae dono ſurgat in gloria. Tu igitur Domine cunctis in te confitentibus juvamen largum impende; & ad ſupernam patriam alarum tuarum obumbratione nos attrahe. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 63. 128. 202. 4 DOmine Deus, apud quem confitentes medelam ſalutis inveniunt; dele piaculorum vulnera de cordibus hominum; & oſtende ſuper nos clementiae tuae clariſſimum vultum; tuumque clamoribus ſupplicum inclina ſanctum auditum, effunde mentibus noſtris tuae gratiae donum: & concede poſtulantibus remedium quaeſitum: ac qui ad impendendum debitum noſtrae ſervitutis conſurgimus; effunde benedictionis & ſalutis abundantiam ſuper populum tuum: ac dele miſericors ſcelus contractum; & fac nos eſſe liberos à reatu facinorum: audi gemitus poenitentium; largire indulgentiae fructum; & clamoribus pulſantium fidelium concede ſingulis ſuffragium poſtulatum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 68. 5 DOmine Deus, cui ad impendendum debitum noſtrae ſervitutis conſurgimus; effunde benedictionis & ſalutis abundantiam ſuper populum tuum: dele miſericors ſcelus contractum, & fac nos eſſe liberos à reatu facinorum. audi gemitus poenitentium; & largire indulgentiae fructum: & clamoribus pulſatus fidelium, concede ſingulis remedium poſtulatum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 69. 177. 6 SUſceptor noſter Domine exalta caput noſtrum in gloria, & locupleta nos in tua miſericordia: lava intima cordis noſtri ab injuſtitiâ; & à peccati inquinamentis purifica: mitte de caelo, & erue nos à conculcantis opprobrio: ut alacres ad hoc tuum recurramus altarium; & matutinum ſacrificium tibi offeramus in templo. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 71. 372. * *al.* infirma; virtute nos dexterae tuae 7 AD te Domine clamorem noſtrae vocis emittimus; tibique, ut nos de monte ſancto tuo exaudias, ſupplicamus: & quia tu noſti ſubjectionis noſtrae * infirmam virtutem, nos dexterâ tuâ corrobora: dele mala nocentia; & ad ſequendum te corda excita noſtra: nam quia ſalvari per ſe non confidit humana fragilitas; eripiat animas noſtras emiſſa de caelo miſericordia tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 80. 8 DIſcute à nobis Unigenite ingeniti Patris ſomnum corporis; & clemens placatus noſtris parce piaculis: ut modò redemptorum copia piis frequenter vigiliis, tuiſque digna habeatur obtutibus ſacris: & quod nunc ſerit ignobilis carnis fragilitas; divinitatis tuae dono ſurgat in gloria. tu igitur Domine cunctis in te confidentibus juvamen largiùs impende; & ad ſupernam patriam alarum tuarum obum-

obumbratione nos attrahe. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 2. 105.
9 DOmine Jeſu Chriſte, qui credentes in te redimendo ſuſcipis, & exaltando glorificas; plebem tuam ab injuſtitia & à peccatorum vinculo libera: veritatis & ſapientiae tuae munere corda eorum locupleta; menteſque ſanctifica: ut, ſicut in caelo cum Sanctis regnat gloria, ſic & in nobis maneat ſalus & benedictio tua. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 255.
10 MUlti dicunt animae noſtrae, in te Domine non eſſe ſalutem: quos tuâ Deus fortitudine contere; tuâque virtute hoſtium millia ad nihilum redige: atque nos ab injuſtitiae ſordibus lavas; & à peccatorum noſtrorum facinore munda: ut paratum ſit cor noſtrum tuae reſurrectionis canere pſalmum; & inlaeſum perſolvere votum ad officium matutinum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

EXPLICIUNT PSALMI DAVID.

*Habent * verſus quinque millia.*

DEO GRATIAS.

AMEN.

* Ita Cod. Vatic. 4216. alii Codices eumdem numerum habent hac notâ V̄.

CLI.

Cod. Oratorii B. VI.

Hic Pſalmus propriè ſcriptus David, & extra numerum: cùm pugnavit cum Goliath. Hic Pſalmus in Hebræis codicibus non habetur; ſed ne à LXX. quidem Interpretibus additus eſt: & idcircò repudiandus.

Codd. Orat. B. VI. & Vatic. 84.

PUſillus eram inter fratres meos;
& adoleſcentior in domo patris mei;
paſcebam oves patris mei.
† Manus meae fecerunt organum:
& digiti mei aptaverunt pſalterium.
† Et quis adnuntiavit Domino meo?
Ipſe, Dominus ipſe omnium * exaudivit.
† Ipſe miſit Angelum ſuum;
& tulit me de ovibus patris mei:
& unxit me * in miſericordia unctionis ſuae.
† Fratres mei boni & magni:
& non fuit beneplacitum in eis Domino.
† Exivi obviam alienigenae:
& maledixit me in ſimulacris ſuis.
† Ego autem evaginato ab eo ipſius gladio,
amputavi caput ejus, & abſtuli opprobrium à filiis Iſraël.

* Codex Vat. exauditor.

* Codex Vat. unctione miſericordiae ſuae.

C A N T I C A

**QUÆ PSALLIT*

* Regula S. Benedicti cap. 13.

ECCLESIA ROMANA

SECUNDUM UTRAMQUE EDITIONEM

ET VETEREM EX LXX. INTERPRETIBUS,
ET VULGATAM EX B. HIERONYMO PRESBYTERO.

Digitized by Google

CANTICUM MOYSI
IN EXODO.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Multa quidem Cantica fieri legimus in Scripturis divinis: horum tamen omnium primum iſtud eſt Canticum; quod Ægyptiis & Pharaone ſubmerſa, populus Dei poſt victoriam cecinit. Moris quippe Sanctorum eſt, ubi adverſarius vincitur, tamquam qui ſciant non ſua virtute, ſed Dei gratiâ victoriam partam, hymnum Deo gratulationis offerre. Accipiunt tamen hymnum cantantes, etiam tympana in manibus: ſicut de Maria ſorore Moyſi & Aaron refertur. Et tu ergo ſi mare Rubrum tranſieris; ſi Ægyptios ſubmergi videris, & extingui Pharaonem, atque in abyſſi profundum præcipitari; potes hymnum cantare Deo; potes vocem gratulationis emittere & dicere: Cantemus Domino: glorioſè enim honorificatus eſt: equum & aſcenſorem projecit in mare. *Meliùs autem & dignius hæc dicis, ſi habueris tympanum in manu tua, ideſt, ſi carnem tuam crucifixeris cum vitiis & concupiſcentiis; & ſi mortificaveris membra tua, quæ ſunt ſupra terram.*

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gādavenſis.

Educto per medium maris Rubri Iſraelitico populo, Ægyptiiſque in eodem mari ſubmerſis; continuo à ſe hoc præſens carmen Moyſes *cum filiis* Iſrael; *ac ſeorſim* Maria prophetiſſa *cum* mulieribus, *Domino cecinerant; ut ſcribitur Exodi, 15. cap. In quo primùm quidem Moyſes, præmiſſâ ad canendam Deo adhortatione, & exſultatione in Deo, decantat admirabilem illam populi Iſraelitici liberationem; & ex adverſo perſequentium Ægyptiorum interitum. Deinde verò, tunc adhuc futuram, in terram promiſſionis introductionem partim orat, partim prophetat: idque nunc per verba futuri temporis, nunc per verba præteriti temporis: ſic de futuris adhuc loquens prophetico more, quaſi jam præterita forent. Cùm autem & eductio Iſraelis de Ægypto per mare Rubrum, figura fuerit, teſte Paulo, liberationis noſtræ de poteſtate diaboli per ſanguinem ac baptiſma Chriſti; & introductio ejuſdem populi in terram promiſſam, typus fuerit ejus, quem exſpectamus, in regionem cœleſtem introitûs; oportet ſecundùm allegoricum ſenſum, Canticum hoc accipere ut vocem Eccleſiæ Chriſtianæ; ſic de liberatione obtenta per ſanguinem Chriſti, & extenſionem manuum ejus in cruce, glorianti in Deo; ac & promiſſam cæleſtis regni hereditatem aſſequi confidenter tum ſibi promittat, cum oret: ſunt enim & in hoc Cantico, quæ perfectè & verè non niſi Eccleſiæ Chriſtianæ conveniunt: ut quæ dicuntur de* habitaculo Dei firmiſſimo & monte hereditatis ejus.

Feria V. ad Matutinum.

VETUS.

Propheta. Ex Pſalterio Romano.

CANTEMUS DOMINO, GLORIOSE ENIM HONORIFICATUS EST:
equum & aſcenſorem projecit in mare.
† Adjutor & protector:
factus eſt mihi in ſalutem.
† Hic Deus meus; & honorificabo eum.
Deus patris mei; & exaltabo eum.
† Dominus conterens bella:
Dominus nomen eſt ei.
† Currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare.
† electos aſcenſores ternos ſtantes, demerſit in Rubrum mare.
† pelagus cooperuit eos:
devenerunt in profundum tamquam lapis.
† Dextera tua Domine glorificata eſt in virtute:
dextera manus tua Domine confregit inimicos.
† & per multitudinem majeſtatis tuae contriviſti adverſarios.

Miſi-

VULGATA.

Propheta.

(a) *CANTEMUS* (b) *DOMINO, GLORIOSE ENIM* (c) *MAGNIFICATUS EST:*
equum & aſcenſorem dejecit in mare.
† *Fortitudo mea & laus mea Dominus:*
& factus eſt mihi in ſalutem.
† *Iſte Deus meus; & glorificabo eum:*
Deus patris mei; & exaltabo eum.
† *Dominus quaſi vir pugnator:*
Omnipotens, (d) *nomen ejus.*
Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.
† *electi principes ejus ſubmerſi ſunt in mari Rubro:*
abyſſi operuerunt eos:
deſcenderunt in profundum quaſi lapis.
† *Dextera tua Domine* (e) *magnificata eſt in fortitudine:*
dextera tua Domine percuſſit inimicum.
& in multitudine gloriae tuae (f) *depoſuiſti adverſarios tuos.*

Miſiſti

(a) CANTEMUS, ſic etiam Chald. & LXX. ut Hebr. *Cantabo*. (b) DOMINO, ideſt ad Domini laudem. (c) MAGNIFICATUS EST, ideſt magnum ſe oſtendit. Hebr. *Magnificando magnificatus eſt*, ſeu, *glorioſè glorificatus eſt*.
(d) OMNIPOTENS, Hebr. *Ihova*, quod *Dominus* ſolet verti; cùm potiùs ſignificet illum *Qui eſt*. LXX. *Domicus*.
(e) MAGNIFICATA EST IN FORTITUDINE, ideſt ex fortiter actis oſtenſa magna. (f) DEPOSUIT. Alii, *Diruiſti*. Chald. *Confregiſti*.

Vetus.

† Miſiſti iram tuam; & comedit eos tamquam ſtipulam:
& per ſpiritum iracundiae tuae diviſa eſt aqua.
† gelaverunt tamquam murus aquae:
gelaverunt fluctus in medio maris.
† Dixit inimicus: *Perſequens comprehendam;*
partibor ſpolia; replebo animam meâm:
interficiam gladio meo:
dominabitur manus mea.
† Miſiſti ſpiritum tuum; & cooperuit eos mare:
merſerunt tamquam plubum in aquam validiſſimam.
† Quis ſimilis tibi in diis Domine?
quis ſimilis tibi, glorioſus in ſanctis,
mirabilis in majeſtatibus, faciens prodigia?
† Extendiſti dexteram tuam; & devoravit eos terra.
Gubernaſti juſtitiâ tuâ populum tuum hunc quem liberaſti:
† exhortatus es in virtute tua,
& in refectione ſanctâ tuâ.
† Audierunt gentes & iratae ſunt:
dolores comprehenderunt inhabitantes Philiſthiim.
† tunc feſtinaverunt duces Edom & principes Moabitarum:
apprehendit eos timor.
† tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan.
Decidat ſuper eos timor & tremor magnitudinis brachii tui.
† fiant tamquam lapis donec tranſeat populus tuus Domine:
uſquedum pertranſeat populus tuus hic, quem acquiſiſti.
† Induc & planta eos in montes hereditatis tuae,
in praeparato habitaculo tuo, quod praeparaſti Domine,
† ſanctimonium tuum Domine, quod praeparaverunt manus tuae Domine,
qui regnas in aeternum & in ſaeculum & adhuc.
† Quia introivit equitatus Pharaonis cum quadrigis & aſcenſoribus in mare;
& induxit ſuper eos Dominus aquas maris.
† filii antem Iſraël ambulaverunt per ſiccum per medium mare.

Sum-

Vulgata.

† *Miſiſti iram tuam; quae devoravit eos ſicut ſtipulam:*
& in (a) *ſpiritu furoris tui* (b) *congregatae ſunt aquae.*
† *ſtetit* (c) *unda fluens:*
congregatae ſunt abyſſi in medio mari.
† *Dixit inimicus*: Perſequar & comprehendam:
dividam ſpolia; (d) implebitur anima mea.
† evaginabo gladium meum:
interficiet eos manus mea.
† *Flavit* (e) *ſpiritus tuus; & operuit eos mare:*
ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.
† *Quis ſimilis tui* (f) *in fortibus Domine?*
quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate,
terribilis (g) *atque laudabilis, faciens mirabilia?*
† *Extendiſti manum tuam:*
& devoravit eos (h) *terra.*
Dux fuiſti in miſericordiâ tuâ
populo quem redemiſti:
† *&* (i) *portaſti eum in fortitudine tua*
ad (k) *habitaculum ſanctum tuum.*
† *Aſcenderunt* (l) *populi &* (m) *irati ſunt:*
dolores obtinuerunt habitatores Philiſthiim.
† *tunc conturbati ſunt principes Edom:*
robuſtos Moab obtinuit tremor:
obriguerunt omnes habitatores Chanaan.
† *Irruat ſuper eos formido & pavor,*
in magnitudine brachii tui.
fiant immobiles quaſi lapis,
donec pertranſeat populus tuus Domine;
donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti.
† *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuae,*
firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine,
† *ſanctuarium tuum Domine, quod* (n) *firmaverunt manus tuae.*
Dominus regnabit (o) *in aeternum & ultra.*
† *Ingreſſus eſt enim* (p) *eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare:*
& reduxit ſuper eos Dominus aquas maris.
† *filii autem Iſraël ambulaverunt per ſiccum in medio ejus.*

Som-

(*a*) SPIRITU FURORIS, ideſt furore, vel vento à furore, ideſt irâ vehementi emiſſo. (*b*) CONGREGATAE, ſcilicet contra Ægyptios. (*c*) STETIT &c. Hebr. *Steterunt aquae, ſicut acervus*. (*d*) IMPLEBITUR, ſcilicet voluptate, quaſi dicat, capiam ex eorum nece voluptatem. (*e*) SPIRITUS TUUS, ideſt ventus à te miſſus. (*f*) IN FORTIBUS, LXX. & alii, *In diis*. (*g*) ATQUE LAUDABILIS, Hebr. *laudibus*. (*h*) TERRA, ſcilicet demerſi in profundum. Auguſtinus tamen in Exodum quaeſtione 54. *Terram*, ideſt aquam interpretatur; dividitur enim (inquit) mundus in cælum & terram: ſic & Deus dicitur cælum & terram feciſſe. (*i*) PORTASTI, pro, portabis, ideſt deduces. (*k*) HABITACULUM, ſcilicet tabernaculum, vel templum. (*l*) ASCENDERUNT &c. Præterita pro Futuris, quaſi dicat, tentabunt reſiſtere. Hebr. *Audierunt*, pro, audient. (*m*) IRATI, ideſt indignati. (*n*) FIRMAVERUNT, pro, firmabunt; Chald. & LXX. *Paraverunt*. (*o*) IN AETERNUM ET ULTRA, ideſt per totum ſæculum præſens, & per futurum. Hebr. *In ſæculum & in æternum*. (*p*) EQUES, lege. dum equus, ideſt equitatus, ſeu equi.

Vetus. * Cod. [illegible] Vaticanus olim Reginae Svetiae.

* *Sumpſit autem Maria Prophetis, ſoror Aaron tympanum in manu ſua: & exierunt poſtea omnes mulieres cum tympanis & choris. Praecedebat autem eas Maria dicens.*
Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus eſt:
equum & aſcenſorem projecit in mare.

Vulgata.

Sumpſit ergo Maria Prophetiſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua: egreſſaeque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris. Quibus praecinebat dicens:
Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt:
equum & aſcenſorem ejus dejecit(a)*in mare.*

(*a*) IN MARE; intellige cautaſſe etiam reliqua Cantici.

ORATIONES.

Sacramentarium Gelaſianum. 1 DEus, qui primis temporibus impleta miracula Novi Teſtamenti luce reſeraſti, quòd mare Rubrum, forma ſacri Fontis exſiſteret; & liberata plebs ab Aegyptiâ ſervitute, Chriſtiani populi ſacramenta praeſerret: da, ut omnes Gentes, Iſraelis privilegium merito Fidei conſecutae, Spiritus tui participatione regenerentur. Per Dominum *&c.* in unitate ejuſdem Spiritus Sancti *&c.*

Sacr. Gelaſianum. 2 DEus, cujus antiqua miracula etiam noſtris ſaeculis coruſcare ſentimus, dum quod uni populo, à perſecutione Aegyptiâ liberando, dexterae tuae potentiâ contuliſti, id in ſalutem Gentium per aquam regenerationis operaris: praeſta, ut & in Abrahae filios & in Iſraeliticam dignitatem, totius Mundi tranſeat plenitudo. Per Dominum.

Sacr. Gregorianum. 3 DEus, cujus antiqua miracula in praeſenti quoque ſaeculo coruſcare ſentimus: praeſta, quaeſumus, ut ſicut priorem populum ab Aegyptiis liberaſti, hoc ad ſalutem Gentium per aquas Baptiſmatis opereris. Per.

Brev. Ambroſianum die Dominico. 4 DEus, qui populum tuum ex Aegypto tenebrarum, diris operibus aggravatum, Moyſe famulo tuo liberare dignatus es: nos quoque famulos tuos, de hujus caligine liberatos, promiſſam Patribus Requiem introire permittas. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat unà cum Sancto Spiritu in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

MSS. 5 INeffabile robur Trinitas Deus, qui ſperantes in te ab hoſtibus tutare ſolitus es: concede propitius, ut qui ſemel in ſacro Baptiſmate crimina noſtra cum Pharaone demerſimus, ad ea ulterius non revertamur; ſed te in praeparato habitaculo Eccleſiae tuae jugiter glorificemus. Qui vivis & regnas in ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Brev. Moarab. fol. 225. 6 ADjutor & protector noſter Domine, tuam, quaeſumus, ad ſalvandos nos oppone potentiam: tu es enim Deus noſter, qui honorificaris ex debito; & exaltaris ex merito: quique, dum conteris bella, nomen quod tibi ſolum eſt, in virtutibus pandis, vel in mirabilibus innoteſcis; projice currus Pharaonis & exercitum ejus in mari: ut qui terga ſequuntur noſtra, ipſo impetu, quo nos perſequuntur, mergantur. nos quoque ne cum eis immergas (in) profundum aut pelagum patefactum. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 226. 7 REpelle à nobis Domine mortiferam perniciem impii Pharaonis: ut comminuto jugo ſervitutis Aegyptiae, ſerviamus tibi in gaudio libertatis aeternae. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 228. 8 LAetatur ecce, Domine, Jeruſalem fidelis in victoriâ crucis & potentiâ Salvatoris: fac ergo, ut & diligentes eam in ejus pace conſiſtant; & recedentes ab ea ad ejus amplexum quandoque perveniant: ut abluti luctu, de reſurrectionis aeternae gaudiis recreati, in ejus pace mereamur ſine fine conſtitui. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 233. * *leg.* ternos [illegible]. * *adde*, & operum. *Vide Origenem, hom. 6. in Exodum.* 9 GLorificetur dextera tua Domine; quae inimicos animae noſtrae vitaeque confringat; & per multitudinem majeſtatis tuae adhuc conterat: & * terrenos conſtructores cogitationum malarum ſermonumque * demergat. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 234. 10 MEmorare Domine, quemadmodum liberaſti patres noſtros, dum perſequerentur illos inimici; exaltaſti dexteram tuam in adverſarios eorum: tu enim es Deus noſter, qui & honorificaris ex debito, & exaltaris ex merito. da ergo nobis, ut nos, qui per hujus ſaeculi pelagum ambulamus, nullis undarum mundialium tunſionibus frangamur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Can-

Digitized by Google

fol. 224. 11 CAntabimus tibi Domine; & cum omni laude cantabimus: quia equum & aſcenſorem projeciſti in mare: ita diabolum cum exercitibus ſuis ſuffoces eâdem virtute. Quis ſimilis tibi in diis Domine? quis ſimilis tibi? glorioſus in ſanctis, mirabilis in majeſtatibus, faciens prodigia, cunctis gentibus & populis praedicanda. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.*

---

* Ita Codd. Vat. 2. & 84.

*CANTICUM DEUTERONOMII

Deuteron. XXXII. * Ita Codd. Vat. 98. & 5729.

*CANTICUM MOYSI

AD FILIOS ISRAEL.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Legitur in Deuteronomio, quòd Moyſes, poſtquam conſcripſit verba Legis in volumine atque complevit, locutus ſit, audiente univerſo coetu Iſraël, verba carminis hujus; & ad finem uſque compleverit. *Unde conjici datur, Carmen iſtud, quod in teſtimonium filiis Iſrael Moyſes decantavit, non ſimplicem tantummodò hiſtoriam ſonare, ſed ſpirituali intelligentiâ pleniſſimum eſſe. partim enim ſecundùm hiſtoriam, Iſraelitarum pro beneficiis opulentiſſimè ſibi a Domino collatis, exprobrat perfidiam: partim per allegoriam, de myſteriis cæleſtibus ſanctam Dei inſtruit Eccleſiam: partim autem ad honeſtatem morum unumquemque fidelium provocat per tropologiam. Unde ſobrium lectorem decet, ut in Hiſtoria ſervet Scripturæ veritatem; in Allegoria verò conſideret myſteriorum cæleſtium rationem; & in Tropologia bonarum diſciplinarum ædificet utilitatem: quatenus, tripartitâ hac diſtinctione edoctus, ad illam cæleſtem theoriam, hoc eſt, ad inſpectionem ſecretarum rerum, & ad contemplationis divinæ provehatur ſublimitatem. Necnon & illud diligenter inſpiciendum eſt, quòd dicitur* loqui Moyſes verba carminis, & ad finem uſque compleſſe: *ſi fortè hoc admoneat, ut qui ore Deum laudare ſtudet, operibus non contradicat:* * non eſt enim pulchra laudatio in ore peccatoris. *Ideo ipſe Dominus in Evangelio ait:* * Qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines; minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit, & docuerit; hic magnus vocabitur in regno caelorum. *Principium autem hujus Carminis tale eſt.*

*Eccli. XV. 9.

* Matth. V. 19.

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gādavenſis.

Morti proximus Moyſes, prævidens ex Dei revelatione futuram, poſt mortem ſuam, Iſraelis a vero Deo defectionem; & mala ob eam a Deo illis inferenda; ex ejuſdem præcepto Canticum, quod habetur Deuteronomii 32. *conſcripſit: & docuit filios Iſrael, ut eſſet illis futuris temporibus in teſtimonium propriæ iniquitatis, & juſtitiæ divinæ. In hoc itaque, primùm cælis & terrâ in teſtes advocatis, ac Dei perfectione commendatâ, ſtatim ad increpationem perverſæ generationis convertitur; in memoriam illi revocans ſingularia & varia Dei beneficia illi exhibita: poſt quæ tamen, deliciis diſſoluti filii Iſrael, derelicto Deo ſuo, ad alienos falſoſque deos defecerunt. Propter quod Deo eis irato, ſuaque protectione ipſos deſtituente; variis malis traditos eſſe canit: promittens tamen etiam ſubſequuturam Dei erga ipſos miſericordiam; & de hoſtibus eorum ſumendam vindictam: ubi, calamitatibus ſuis admoniti, ad Deum converſi fuerint. Canuntur autem hic pleraque per præteritum, quæ eo tempore, quo Canticum hoc ſcribebatur, adhuc futura erant: nam cùm Dominus, Canticum iſtud vellet Iſraelitis eſſe pro teſtimonio, quod illis reſponderet, poſtquam propter peccata inveniſſent eos mala multa & afflictiones; neceſſe erat, ea, quæ futura erant, quaſi jam peracta eſſent, deſcribere. Aptè autem divus Paulus ex hoc Cantico ad Romanos decimo capite citat:* Ego ad aemulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem: in iram vos mittam. *pro quo hic legimus:* Ego provocabo eos *&c. Quamquam enim iſtud in Judæis frequenter & ante Chriſti adventum adimpletum ſit; cùm propter idololatriæ crimen coacti ſunt ſervire & ſubeſſe diverſis Gentibus: maximè tamen in eis tunc impletum eſt, quando propter incredulitatem eorum, Gentes apud Deum prælatæ ſunt: cujus ipſi priùs ſoli reputabantur populus. In ejuſdem quoque Epiſtolæ capite* 15. *illud ex hoc Cantico ſecundùm tranſlationem Septuaginta citat:* Laetamini Gentes cum plebe ejus: *pro quo nos legimus:* Laudate Gentes populum ejus; *nimirum quod in verbis illis Cantici, quibus in fine promittitur ad litteram liberatio populi Dei a violentia hoſtium ſuorum, intelligeres in myſtico ſenſu promitti liberationem futurum per Chriſtum, Gentibus cum Iſraelitica populo communem.*

Sabbato ad Matutinum. Ex Pſalterio Roman. edit. anno 1593. & 1663. Propheta.

VETUS.

ATTENDE CAELUM, ET LOQUAR:
audiat terra verba ex ore meo:

expe-

Sabbato ad Matutinum. Propheta.

VULGATA.

(a) A*UDITE* (b) *CAELI QUAE LOQUOR*:
audiat (c) *terra verba oris mei*:

con-

(*a*) AUDITE, ſcilicet, at teſtes ſitis. (*b*) CAELI, ideſt caeli incolae. (*c*) TERRA, ideſt, homines.

Vetus.

† exſpectetur ſicut pluvia eloquium meum:
& deſcendant ſicut ros verba mea;

† ſicut imber ſuper gramen;
& ſicut nix ſuper foenum:
quia nomen Domini invocabo.

† Date magnitudinem Deo noſtro.
Deus, vera opera ejus:
& omnes viae ejus, judicia.

† Deus fidelis; & non eſt iniquitas in eo:
juſtus & ſanctus Dominus.

† Peccaverunt non ei filii, maculati.
Natio prava & perverſa, haec Domino retribuiſti?

† ſic plebs fatua, & non ſapiens?
nonnè hic ipſe tuus pater, poſſedit te;
fecit te; & creavit te?

† In mente habete dies ſaeculi:
intelligite annos nationis nationum.

† interroga patrem tuum; & annunciabit tibi:
ſeniores tuos; & dicent tibi.

† Cùm divideret Excelſus gentes,
quemadmodum diſperſit filios Adae.

† ſtatuit terminos gentium,
ſecundùm numerum Angelorum Dei.

† Et facta eſt pars Domini populus ejus Jacob:
funiculus hereditatis ejus, Iſraël.

† Sufficientem eum ſibi, fecit in eremo, in ſiti caloris,
ubi non erat aqua.

† circumduxit eum, & erudivit eum:
& cuſtodivit eum ſicut pupillam oculi:

† ſicut aquila tegit nidum ſuum;
& ſuper pullos ſuos conſidet;

† expandit alas ſuas, & accepit eos;
& ſuſcepit eos ſuper ſcapulas ſuas.

† Dominus ſolus ducebat eos:
& non erat cum eis deus alienus.

† Adduxit eos in fortitudinem terrae:
cibavit eos naſcentiis agrorum.

† Suxerunt mel de petra;
& oleum de firma petra;

† butyrum boum, & lac ovium,
cum adipe agnorum & arietum,
filiorum taurorum & hircorum,
cum adipe renum tritici, & ſanguine uvae.

† Bibit vinũ & mãducavit Jacob, & ſatiatus eſt:
& recal-

Vulgata.

† *concreſcat* (a) *ùt pluvia doctrina mea*:
fluat ùt (b) *ros eloquium meum*;

† *quaſi imber ſuper herbam*;
& quaſi ſtillae ſuper gramina:
quia nomen Domini invocabo.

† *Date* (c) *magnificentiam Deo noſtro.*
Dei perfecta ſunt opera;
& omnes viae ejus (d) *judicia.*

† *Deus* (e) *fidelis & abſque ulla iniquitate,*
juſtus & rectus.
Peccaverunt ei & (ſ) *non filii ejus* (g) *in ſordibus,*

† *generatio prava atque perverſa.*
Haeccinè reddis Domino popule ſtulte & inſipiens?

† *numquid non ipſe eſt pater tuus; qui* (h) *poſſedit te*;
& (i) *fecit &* (k) *creavit te?*

† *Memento dierum antiquorum*:
cogita generationes ſingulas.

† *interroga patrem tuum; & annunciabit tibi*:
majores tuos, & (l) *dicent tibi.*

† *Quando dividebat Altiſſimus gentes*;
quando (m) *ſeparabat filios* (n) *Adam*:

† *conſtituit terminos* (o) *populorum,*
juxta (p) *numerum* (q) *filiorum Iſraël.*

† *Pars autem Domini, populus ejus*:
Jacob (r) *funiculus hereditatis ejus.*

† *Invenit eum in terra deſertâ,*
in loco horroris & vaſtae ſolitudinis.

† *circumduxit eum, & docuit*:
& cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui:

† *ſicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos,*
& ſuper eos volitans;

† *expandit alas ſuas; & aſſumpſit* (ſ) *eum*;
atque portavit (t) *in humeris ſuis.*

† *Dominus* (u) *ſolus dux ejus fuit*:
& non erat cum eo deus alienus.

† *Conſtituit eum ſuper* (x) *excelſam terram,*
ut comederet fructus agrorum;

† *ut ſugeret mel de* (y) *petra,*
oleumque de ſaxo duriſſimo,

† *butyrum de armento, & lac de ovibus,*
cũ adipe agnorũ, & arietũ (z) *filiorũ Baſan,*

† *& hircos cum medulla tritici*;
& ſanguinem uvae biberet meraciſſimum.

† *Incraſſatus eſt* (a) *dilectus, & recalcitravit*:
incraſ-

(a) UT PLUVIA, ideſt more pluviae; quaſi dicat, corda auditorum irriget & fœcundet. Hebr. *Stillabit, ùt pluvia*. LXX. *Exſpectetur ùt pluvia*. Chald. *Suavis ſit ùt pluvia*. (b) ROS, ſcilicet, qui terram fœcundare ſolet. (c) MAGNIFICENTIAM, ideſt gloriam. (d) JUDICIA, ideſt juſtæ. (e) FIDELIS, ideſt, verax in promiſſis. (f) NON FILII, ſcilicet non ſe gerentes, ùt filios decebat. (g) IN SORDIBUS, ſcilicet ſe contaminantes. LXX. *vituperabiles*. Chald. *ſervierunt idolis*. (h) POSSEDIT, ſcilicet ùt peculium. (i) FECIT, ſcilicet corpus. (k) CREAVIT, ſcilicet animam. (l) DICENT, ſcilicet Dei opera & beneficia. (m) SEPARABAT, ſcilicet in varias regiones. (n) ADAM, id eſt hominis. Chald. *hominum*. (o) POPULORUM, ſcilicet habitantium terram promiſſionis. (p) JUXTA NUMERUM &c. quaſi dicat, quantum ſufficeret Hebræis, tantum illis dedit habitandum. (q) FILIORUM ISRAEL, LXX. *Angelorum Dei*. (r) FUNICULUS, ideſt portio; funibus enim dividebatur hæreditas. (ſ) EUM, pro, eos, ſcilicet pullos; de aquila enim loquitur. (t) IN HUMERIS. Hebr. *ſuper alas*. Chald. *in fortitudine pennarum*. (u) SOLUS DUX EJUS FUIT. Chald. *collocabit eos ſeorſum in ſæculo illo, quod ipſe renovaturus eſt*. (x) EXCELSAM, ideſt montoſam, ſeu excellentem fertilitate ſoli & amœnitate. Chald. *fortem*. (y) PETRA, ideſt ſaxoſis locis; quaſi dicat, etiam rupes abundant melle & oleo. (z) FILIORUM BASAN, ideſt pinguium, ut quos alit Baſan regio fertiliſſima. (a) DILECTUS, fortè, *directus*; nam Hebr. *rectus*. Chald. *Iſrael*.

Digitized by Google

Vetus.

& recalcitravit dilectus.
† Pinguis ſactus eſt & incraſſavit & dilatatus eſt:
& dereliquit Deum qui ſecit eum;
& receſſit a Deo ſalutari ſuo.

DEUS. † EXACERBAVERUNT ME in alienis:
in abominationibus ſuis concitaverunt me.

Propheta. † SACRIFICAVERUNT daemoniis & non Deo,
diis quos non noverunt:
novi recenteſque venerunt;
quos neſciebant patres eorum.
† Deum qui te genuit dereliquiſti:
& oblitus es Deum alentem te.
† Vidit Dominus; & zelatus eſt:
& exacerbatus eſt propter iram filiorum ſuorum & filiarum:
† & dixit: *Avertam faciem meam ab eis:*
& oſtendam quid erit eis in noviſſimo:
† *quia generatio prava & perverſa,*
filii, in quibus non eſt fides in ipſis.
† *Ipſi in zelo compulerunt me, & non in Deo,*
in iram concitaverunt me in idolis ſuis:
† *& ego in zelo expellam eos, & non in gente;*
in gente inſipiente irritabo eos.
† *Quia ignis exarſit ab ira mea:*
& ardebit uſque ad inferos deorſum.
† *comedet terram & naſcentias agrorum:*
& concremabit fundamenta montium.
† *Congeram in ipſis mala:*
& ſagittas meas conſummabo in eis.
† *tabeſcentes fame, & eſca erunt avium,*
& extenſio dorſi inſanabilis.
† *dentes beſtiarum immittam in eos,*
cum furore trahentium ſuper terram.
† *a foris ſine filiis privabit eos gladius:*
& in promptuariis timor:
† *juvenis cum virgine;*
lactens cum ſtabilito ſene.
† *Dixi, diſpergam eos:*
privabo autem ex hominibus memoriam eorum.
† *Niſi propter iram inimicorum,*
ne longo tempore ſint ſuper terram:
† *ne conſentiant adverſarii ejus;*
& dicant; Manus noſtra excelſa,
& non Deus fecit haec omnia.

Propheta. † QUIA GENS PERDITA conſilio eſt:
& non eſt in eis diſciplina.

Non

Vulgata.

incraſſatus, impinguatus, dilatatus,
† *dereliquit Deum factorem ſuum;*
& receſſit a Deo (a) *ſalutari ſuo.*
† *Provocaverunt* (b) *eum in diis alienis:*
& in (c) *abominationibus ad iracundiam concitaverunt.*
† *Immolaverunt daemoniis & non* (d) *Deo,*
diis quos ignorabant:
† *novi recenteſque* (e) *venerunt;*
quos non coluerunt patres eorum.
† *Deum qui te genuit* (f) *dereliquiſti:*
& oblitus es Domini creatoris tui.
† *Vidit Dominus; & ad iracundiam concitatus eſt:*
quia provocaverunt eum filii ſui & filiae:
† *& ait:* Abſcondam (g) faciem meam ab eis:
& conſiderabo (h) noviſſima eorum:
† generatio enim perverſa eſt,
& infideles filii.
† Ipſi me provocaverunt in eo qui non erat Deus,
& irritaverunt in vanitatibus ſuis;
† & ego (i) provocabo eos in eo qui non eſt populus:
& in gente ſtultâ irritabo illos.
† Ignis (k) ſuccenſus eſt in furore meo:
& ardebit uſque ad (l) inferni (m) noviſſima:
† devorabitque terram cum germine ſuo:
& montium fundamenta comburet.
† Congregabo ſuper eos mala;
& (n) ſagittas meas (o) complebo in eis.
† conſumentur fame:
& devorabunt eos aves (p) morſu amariſſimo.
† dentes beſtiarum immittam in eos,
cum furore (q) trahentium ſuper terram atque ſerpentium.
† foris (r) vaſtabit eos gladius, & (ſ) intus pavor,
juvenem ſimul ac virginem, lactentem cum homine ſene.
† Dixi, (t) Ubi nam ſunt?
ceſſare faciã ex hominibus memoriã eorũ.
† Sed propter iram inimicorum diſtuli:
ne forte ſuperbirent hoſtes eorum;
† & dicerent: *Manus noſtra excelſa,*
& non Dominus fecit haec omnia.
GENS ABSQUE CONSILIO EST & ſine prudentia. Propheta.

Utinam

(a) SALUTARI. LXX. *ſalvatore*. Chald. *redemptore*. (b) PROVOCAVERUNT, ſcilicet ad indignationem. (c) ABOMINATIONIBUS, ideſt idolis. (d) DEO, ſcilicet, vero; quaſi dicat, iis qui non ſunt veri Dii. (e) VENERUNT, ideſt exorti ſunt, vel reperti ad colendum. (f) DERELIQUISTI, ſic etiam LXX. at Hebr. *oblitus es*. (g) FACIEM, Chald. *majeſtatem*. (h) NOVISSIMA, quaſi dicat, quid eis tandem ſim facturus. Chald. *notum eſt coram me, quid erit in noviſſimis eorum*. (i) PROVOCABO &c. quaſi dicat, faciam, ut Gentium felicitate conſpectâ, invideant, vel indignentur. (k) SUCCENSUS EST, pro, ſuccendetur. (l) INFERNI Hyperbole, quaſi dicat, omnia conſumet. (m) NOVISSIMA, ideſt inferiora. Hebr. & Chald. *Uſque ad infernum inferiorem*. ut plane hic videatur ſignificari inferni ignis, quo damnati cruciantur. (n) SAGITTAS, Chald. *plagas*. (o) COMPLEBO, ideſt conſumam; quaſi dicat, omnes in eos mittam. (p) MORSU AMARISSIMO. LXX. *morſu immedicabili*. Chald. *vexatione ſpirituum malignorum*. (q) CUM FURORE TRAHENTIUM, Hebr. *cum veneno ſerpentium terrae*, ſeu *in terra*. (r) VASTABIT. Hebr. Chald. & LXX. *filiis orbabit*. (ſ) INTUS, ideſt intra domum. (t) UBI NAM SUNT? Hebr. *exterminabo vos*. Chald. *conſummabo eos*, ideſt perdam. LXX. *diſpergam eos*.

Vetus.

† Non ſapuerunt intelligere haec:
percipient in futuro tempore.
† Quomodo perſequetur unus mille;
& duo tranſmovebunt dena millia?
† niſi quia Dominus ſubdidit eos;
& Deus tradidit illos?
† Quia non eſt Deus noſter ſicut dii illorum:
inimici autem noſtri, inſenſati.
† Ex vineâ enim Sodomorum, vitis eorum:
& propago eorum ex Gomorrha.
† uva eorum, uva fellis:
& botrus amaritudinis ipſis.
† furor draconum, vinum eorum,
& furor aſpidum inſanabilis.

DEUS.

† NONNE HAEC OMNIA congregata ſunt apud me;
& ſignata in theſauris meis?
† In die ultionis reddam illis,
in tempore quo lapſus fuerit pes eorum:
† quia prope eſt dies perditionis eorum;
& haec ſunt parata vobis.

Propheta.

† QUIA JUDICABIT DOMINUS populum ſuum:
& in ſervis ſuis conſolabitur.
† Vidit enim eos fatigatos & defectos,
in abductione & diſſolutos:
† & dixit: *Nunc ubi ſunt dii illorum;*
in quibus confidebant in ipſis?
† *Quorum adipem ſacrificiorum edebatis;*
& bibebatis vinum libationis eorum:
† *exſurgant nunc, & adjuvent vos;*
& fiant vobis protectores.
† *Videte videte quoniam ego ſum Deus:*
& non eſt alius praeter me.
† *Ego occidam; & vivere faciam:*
percutiam; & ego ſanabo:
& non eſt qui eripiat de manibus meis.
† *Quia tollam in caelum manum meam;*
& jurabo per dexteram meam:
& dicam: Vivo ego in aeternum.
† *Quia exacuam velut fulgur gladium meum:*
& aget judicium manus mea:
† *& retribuam judicium de inimicis:*
& his, qui oderunt me, reddam.
† *Inebriabo ſagittas meas in ſanguine;*
& gladius meus manducabit carnes;
† *a ſanguine vulneratorum,*
& captivitate, a capite principum inimicorum.

Laeta-

Vulgata.

Utinam ſaperent & intelligerent;
ac noviſſima providerent.
† *Quomodo perſequatur unus* (a) *mille;*
& duo fugent (b) *decem millia?*
† *nonnè ideo, quia Deus ſuus vendidit eos;*
& Dominus concluſit illos?
† *Non enim eſt Deus noſter ùt dii eorum:*
& inimici noſtri ſunt (c) *judices.*
† *De vinea Sodomorum, vinea eorum,*
& de (d) *ſuburbanis Gomorrhae.*
† *uva eorum, uva* (e) *fellis;*
& botri amariſſimi.
† *fel draconum vinum eorum,*
& venenum aſpidum inſanabile.

DEUS.

† *NONNE HAEC* (f) *CONDITA SUNT apud me;*
& ſignata in (g) *theſauris meis?*
† *Mea eſt ultio: & ego retribuam in tempore,*
ut labatur pes eorum.
† *Juxta eſt dies perditionis:*
& adeſſe feſtinant (h) *tempora.*

Propheta.

† *JUDICABIT* (i) *DOMINUS populum ſuum:*
& in ſervis ſuis (k) *miſerebitur.*
† *Videbit quòd infirmata ſit* (l) *manus;*
& (m) *clauſi quoque defecerunt;*
reſiduique conſumpti ſunt:
† *& dicet:* Ubi ſunt dii (n) eorum;
in quibus habebant fiduciam?
† De quorum victimis comedebant adipes;
& bibebant vinum libaminum:
† ſurgant, & opitulentur vobis;
& in neceſſitate vos protegant.
† Videte quòd ego ſim (o) ſolus;
& non ſit alius Deus praeter me.
† Ego occidam; & ego vivere faciam:
percutiam; & ego ſanabo.
& non eſt qui de manu mea poſſit eruere.
† Levabo (p) ad caelum manum meam;
& dicam: Vivo ego in aeternum.
† Si acuero ùt fulgur gladium meum;
& (q) arripuerit judicium manus mea:
† reddam ultionem hoſtibus meis;
& his qui oderunt me, retribuam.
† Inebriabo ſagittas meas ſanguine;
& gladius meus devorabit carnes;
† de (r) cruore occiſorum,
& de (ſ) captivitate nudati inimicorum capitis.

Lau-

(a) MILLE, ideſt multos. (b) DECEM MILLIA, ideſt multo plures. (c) JUDICES, quaſi dicat, ſatis advertunt Deum noſtrum eſſe potentiorem ſuis diis. (d) SUBURBANIS, ſcilicet agris. (e) FELLIS, Hebr. *veneni*: ſic infrà proximè. (f) CONDITA, ideſt repoſita; quaſi dicat, parata illis mala. (g) THESAURIS, ideſt occultis diſpoſitionibus: Aug. contra Adverſ. Legis. (h) TEMPORA, ideſt perditionis eorum. (i) JUDICABIT, ideſt puniet, ſcilicet impios. (k) MISEREBITUR, LXX. *conſolabitur*. Chald. *ſervorum ſuorum ultionem ulciſcetur*; quaſi dicat, cùm ad judicandum ſteterit, tum ulciſcetur ſuorum hoſtes. (l) MANUS, ideſt potentia, ſcilicet hoſtium, vel impiorum. (m) CLAUSI, ideſt arcium vel urbium cuſtodes, aut qui ſe in tuta loca incluſerant. (n) EORUM, ſcilicet hoſtium, vel impiorum Judaeorum. (o) SOLUS, ſcilicet verus Deus. Hebr. & Chald. *quod ego, ego ſum*, ſcilicet ſolus Deus. (p) LEVABO, ſcilicet jurans. (q) ARRIPUERIT, &c. quaſi dicat, ſi cœpero facere judicium. (r) DE CRUORE, ſcilicet inebriabo. (ſ) CAPTIVITATE, ideſt captivis: quaſi dicat, ſumens de captis hoſtibus pœnas, qui nudo capite abduci ſolent, & etiam radi. Chald. *Auferam coronas de capite hoſtium.*

Vetus.	*Vulgata.*
† Laetamini caeli ſimul cum eo:	
& adorent eum omnes Angeli Dei.	† *Laudate* (a) *Gentes populum* (b) *ejus:*
† Laetamini Gentes ſimul cum populo ejus;	
& confirment eum omnes filii Dei:	*quia ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur:*
† quia ſanguis filiorum ejus defendetur;	† *& vindictam tetribuet in hoſtes eorum:*
† & defendet*&retribuet judiciũ de inimicis;	
& his qui oderunt reddet:	
† & emundabit Dominus terram populi ſui.	*& propitius erit terrae populi ſui.*

(*a*) LAUDATE, &c. LXX. *Laetamini coeli cum ipſo: & adorent eum omnes Angeli Dei. Laetamini gentes cum populo ejus* [quod citatur Rom. 15.] *& roborentur in ipſo omnes filii Dei.* (*b*) EJUS, ſcilicet Dei.

O R A T I O N E S.

Sacr. Gelaſianum.

1 DEus, celſitudo humilium, & fortitudo rectorum, qui per Sanctum Moyſen puerum tuum ita erudire populos tuos, ſacri Carminis tui decantatione voluiſti; ut illa Legis iteratio, fieret etiam noſtra directio: excita in omnem juſtificatarum Gentium plenitudinem, potentiam tuam; & da laetitiam, mitigando terrorem: ut, omnium peccatis tuâ remiſſione deletis, quod denunciatum eſt in ultionem, tranſeat in ſalutem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſaecula ſaeculorum. *Amen.*

Sacramentarium Gelaſianum. * *al.* gloriatio.

2 DEus, * glorificatio fidelium, & vita juſtorum, qui per Moyſen famulum tuum nos quoque modulatione ſacri Carminis erudiſti, in univerſis Gentibus miſericordiae tuae munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: ut quod praenunciatum eſt ad ſupplicium, in remedium transferatur aeternum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum *&c.*

Sacr. Gregorianum.

3 DEus, qui nobis per Prophetarum ora praecepiſti temporalia relinquere, atque ad aeterna feſtinare; da famulis tuis, ut quae à te juſſa cognovimus, implere caeleſti inſpiratione valeamus. Per.

Pſalt. Card. Chiſii ſcriptum ad initium ſaeculi XI.

4 NOmen tuum Domine invocantes, ſuppliciter deprecamur; ut, ſicut patres noſtros in deſerto, remigio divinae tuitionis, aquilarum more protegere dignatus es; ita nos quoque in hujus ſaeculi aerumna degentes, à malis omnibus cuſtodire non deſinas. Per.

Brev. Mozarab. fol. 39. 81. * *al.* Montes cantate nobis & terra Moyſi. **al.* inſenſibili arte. * *al.* promptamque. * *al.* miſerationem.

5 * MOntes cantent nobis, & terra audiat; ſicut Moyſi famulo tuo in confeſſionem mirabilium & praeceptorum tuorum: & deſcendat ſuper nos, Domine, gratia miſericordiae Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui, ſicut ros ſuper terram, & ſicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſupra foenum: quae nos * inſenſibiliter ab arte impietatis emundet illic, ubi peccatorum noſtrorum numeroſitas nullâ poſſit ſatisfactione penſari. Tu autem Domine, qui es caecorum lumen, errantium via, reſurrectio mortuorum, reſpectu clementiae tuae, conſcientiae noſtrae tenebras inlumina; peccantes ad poenitentiam (revoca;) poenitentibus veniam * promptâ in te ſemper * miſeratione largire. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

fol. 53.

6 DEſcendat, Domine, ùt pluvia eloquium tuum; & ſicut ros, verba tua ſuper nos effundantur: ut, ubertim tuâ miſeratione rigati, tibi magnitudinem demus; cujus opera bona eſſe cognoſcimus: omnes viae tuae, judicia; & iniquitas procul eſt à rectitudine tuâ. proinde nos, qui proclives ad malum ſumus, à tua gubernatione, etiam cùm tui obliviſcimur, non defrandemur: ut & ſi ſerviliter facinore * ſciſcitamur, lenitate paternâ à te corrigi ſentiamus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 65. **for.* pullos.

7 DEus fidelis, in quo nulla eſt iniquitas: tu juſtus & ſanctus & Dominus: qui ſi noſtris operibus providè irritaris; non tamen, ùt peccavimus, vindictam exerces; nec condignâ retributione praevaricantes corripis: admones terrore; & adloqueris pietate: ut & juſtitiam teneas; & miſericordiam non omittas. porta ergo nos alis tuis ùt * pupillos; & protege ac filios tuos: quò nos & in fortitudinem terrae deducas; & plenitudine virtutum ac frugum enutrias. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 178. * *ibi*, tui.

8 FAc nos, Domine Deus noſter, portionem eſſe funiculo hereditatis tuae: ut ſufficientiâ ignis caloris tui, in terra ſitienti corporis * noſtri, à te, qui es ſpes & ſatietas noſtra, refici mereamur. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

fol. 254.

9 TU es Domine Deus; & non eſt alius praeter te: qui percutis & ſanas; & ſanando conſolidas: fac nos in aeternum tecum ſine fine vivere: ut de manu tuâ non pereamus, cùm ad judicium veneris glorioſus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

* Cod. Vat. 82.

*CANTICUM SIVE ORATIO ANNAE.

* Cod. Vatic. 5729.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Igitur Canticum, quod in lib. Regum prophetico ſpiritu Anna *mater beati Samuelis Prophetæ proferebat; & ſub titulo* Orationis *prænotatum eſt, multa ſacramenta de Chriſto & Eccleſia ejus continet: quia ipſius munere hæc prophetizando præſagiebatur, cujus ope totius Eccleſiæ ſubſiſtit fortitudo; & amplificatur multitudo; & confirmatur ſtabilitas. Sed quæritur, cur Scriptura dicat,* Annam orando *hoc carmen proferre: cùm magis in ea prædicatio futurorum, quàm poſtulatio alicujus rei inveniatur: ſic enim ſcriptum eſt:* Et oravit Anna, & ait: Exſultavit cor meum in Domino; & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. *Non enim invenitur orare in hoc Cantico, niſi per duo verba tantùm, ut dicit:* Laetata ſum in ſalutari tuo: *& aliud eſt:* Quia non eſt Deus praeter te. *Apoſtolus autem dicit:* Orate ſine intermiſſione. *Iis enim, qui in divino verſantur officio, omnia geſta ejus dictaque pro* Oratione *reputantur: quia juſtus cùm ſine intermiſſione, quæ juſta ſunt, agit; per hoc ſine intermiſſione juſtus* orabit. *& in pſalmis dicit:* Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. *Elevat manus ille, qui elevat actus ſuos.*

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gādavenſis.

Liberata divino beneficio a ſterilitatis opprobrio, Anna *ſancti Samuelis mater, Canticum hoc gratulatorium Deo cecinit, ut ſcribitur 1. Regum, 2. capite. In quo primùm quidem de data ſibi a Deo poſt longam ſterilitatem fœcunditate gloriatur, Deo ſoli opus hoc aſcribens: tum occaſione mutationis admirandæ in ſe factæ, generatim canit Deum ſua omnipotentia omnia pro ſuo arbitrio commutare: ac poſtremum prophetico ſpiritu vaticinatur de æquitate juſtitiæ & noviſſimi judicii Dei, regnique Chriſti, ſuper omnes ſublimandi. Eſt autem Canticum iſtud multùm ſimile cantico Deiparæ Virginis: ſicut etiam ſimili occaſione utrumque decantatum eſt ab utraque. idemque huic ſanctæ mulieri accidiſſe, licet advertere, quod Elizabeth matri Baptiſtæ Joannis: ſicut enim Elizabeth poſt conceptum futuri prophetæ, propheteſſa effecta eſt; ita & ipſa, cujus hoc eſt præſens carmen. Jam dubium non eſt, quin ſicut Paulo atteſtante, in Agar & Sara uxoribus Abrahæ typus fuerit Synagogæ Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ; ita quoque in duabus uxoribus Elcanæ,* Anna *ſcilicet & hujus æmula* Phænenna. *Proinde rectè ſecundùm allegoricum ſenſum accipitur iſtud Canticum eſſe gratulatio Eccleſiæ Gentium a ſterilitatis opprobrio, & inſultatione Synagogæ veteris, jam liberatæ. præter res enim, circa* Annam *&* Phænennam *geſtas, etiam nominum etymologia typo convenit:* Anna *enim* gratiam; Phænenna *autem* Margaritam *ſignificat* rubei coloris: *cui præferuntur Sponſæ Chriſti in Threnis, cùm dicuntur* Nazaraei ejus, rubicundiores antiquo ebore. *ubi pro* ebore antiquo, *ponitur* פנינים Paninnan, *hoc eſt,* Margaritis rubeis, *his forſitan qui* rubini *dicuntur vulgò.*

Feria IV. ad Matutinum.

VETUS.

Ex Pſalterio Ambroſiano.

CONFIRMATUM EST COR MEUM IN DOMINO.
& exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.
† Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos:
laetata ſum in ſalute tua.
† Quoniam non eſt ſanctus quomodo Dñs:
& non eſt juſtus quomodo Deus noſter:
& non eſt ſanctus praeter te.
† Nolite gloriari ſuperbè; & nolite loqui excelſa:
& non exeat verbum magnũ ex ore veſtro.
† quoniam Deus ſcientiae, Dominus,
& Deus qui praeparat voluntates ſuas.
† Arcum potentium infirmavit Dominus:
& infirmos praecinxit virtute.
† pleni panibus, minorati ſunt:
& eſu-

Feria IV. ad Matutinum.

VULGATA.

EXSULTAVIT COR MEUM (a) *IN DOMINO:*
& exaltatũ eſt (b) *cornu meum in Deo meo.*
† *dilatatum* (c) *eſt os meum ſuper inimicos meos;*
quia laetata ſum in (d) *ſalutari tuo.*
† *Non eſt ſanctus, ùt eſt Dominus:*
neque enim eſt alius extra te:
& non eſt fortis ſicut Deus noſter.
† *Nolite multiplicare loqui* (e) *ſublimia, gloriantes.*
† *recedant vetera de ore veſtro:*
quia (f) *Deus ſcientiarum, Dominus eſt;*
& (g) *ipſi praeparantur cogitationes.*
† *Arcus fortium ſuperatus eſt:*
& infirmi accincti ſunt robore.
† *repleti prius, pro panibus ſe locaverunt:*
& fa-

(a) IN DOMINO, ideſt Domini beneficio. (b) CORNU, ideſt robur, ſeu gloria. (c) DILATATUM &c. quaſi dicat, habeo jam quod reſpondeam exprobrantibus ſterilitatem. (d) SALUTARI TUO, ideſt ſalute à te data. (e) SUBLIMIA, ideſt ſuperba. (f) DEUS SCIENTIARUM, atque ideo arbiter conſcientiarum, Auguſt. 17. de Civit. Chald. *Deus, qui novit omnia.* (g) IPSI PREPARANTUR, &c. quaſi dicat, quidquid cogitavit facere, exſequitur: vel, ab ipſo hominum cogitationes diriguntur. LXX. *Deus præparat adinventiones ſuas.* Hebr. *Ipſi directa ſunt opera;* quaſi dicat, cogitata ſua & opera præparat, & dirigit ſapientiſſimè.

Vetus.	Vulgata.
& eſurientes tranſierunt terram.	*& famelici ſaturati ſunt:*
† ſterilis peperit ſeptem: & foetoſa in filiis, infirmata eſt.	† *donec* (a) *ſterilis peperit* (b) *plurimos:* *& quae multos habebat filios* (c) *infirmata eſt.*
† Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit.	† *Dominus mortificat, & vivificat:* *deducit ad* (d) *inferos, & reducit.*
† Dominus pauperes & divites facit: humiliat, & exaltat.	† *Dominus pauperem facit, & ditat:* *humiliat, & ſublevat.*
† Suſcitat a terra pauperem; & de ſtercore erigit inopem:	† *Suſcitat de pulvere egenum:* *& de* (e) *ſtercore elevat* (f) *pauperem:*
† & ſedere facit eum cum potentibus plebis: & ſedem gloriae poſſidere facit eum.	† *ut ſedeat cum principibus;* *& ſolium gloriae* (g) *teneat.*
† Dans votum oranti: & benedicens annos juſti:	† *Domini enim ſunt* (h) *cardines terrae:* *& poſuit ſuper eos Orbem.*
† quia non in virtute ſuâ potens eſt vir: Dominus infirmum facit adverſarium ejus. Dominus ſanctus.	† *Pedes* (i) *Sanctorum ſuorum ſervabit:* *& impii in tenebris* (k) *conticeſcent:* *quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.*
† Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: neque glorietur potens in virtute ſua: neque glorietur dives in divitiis ſuis.	
† ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & intelligere Dominum, & facere judicium & juſtitiam ſuper terram.	
† Dominus aſcendit in caelos, & tonuit: & ipſe judicabit extrema terrae; quia juſtus eſt:	† *Dominum formidabunt adverſarii ejus:* *& ſuper ipſos* (l) *in caelis tonabit.*
† dans virtutem Regibus noſtris; & exaltabit cornu Chriſti ſui.	† *Dominus judicabit* (m) *fines terrae:* *& dabit* (n) *imperium* (o) *Regi ſuo:* *& ſublimabit cornu* (p) *Chriſti ſui.*

(a) DONEC STERILIS &c. pro, adeout ſterilis pepererit &c. (b) PLURIMOS, Hebr. ſeptem, ideſt multos. (c) INFIRMATA, ideſt liberis orbata. (d) INFEROS, ideſt ſepulcrum: repetitio praecedentis. (e) STERCORE, ideſt ſtatu ſordido. (f) PAUPEREM, ideſt Chriſtum de perſecutoribus Judaeis; Auguſt. 17. de Civit. (g) TENEAT. Hic LXX. addunt, *Et dans votum oranti*, ideſt orantem exaudiens [dato ſcilicet eo quod optat] *& benedixit* [pro benedicens] *annos juſti. Dominus ſanctus.* &c. *Non glorietur prudens in prudentia ſua* &c. & non habent illud: *Domini enim ſunt cardines* &c. (h) CARDINES, ideſt columnae ſeu ſuſtentacula, ſcilicet terra ipſa, quae eſt velut mundi fundamentum, vel ipſius terrae fundamenta, [ut vocat Scriptura] ſcilicet partes in medio ſolidiores, quibus reliquae nituntur, & fortè ſaxea. (i) PEDES SANCTORUM &c. Chald. *Corpus ſervorum ſuorum juſtorum cuſtodivit a gehenna; & impii tranſgreſſores verbi ſui in gehennam in tenebris judicabuntur, ad oſtendendum, quòd in nemine ſit fortitudo puritatis ad diem Judicii.* (k) CONTICESCENT, ſcilicet ceſſabunt à pravis hujus vitae operibus. (l) IN CAELIS, pro, de caelis, quaſi dicat, è caelo interimet. (m) FINES TERRAE, pro, etiam fines terrae: quaſi dicat, omnem terram. Auguſt. 17. de Civit. cap. 4. Unumquemque ita judicabit, ut in fine vitae inventus fuerit. (n) IMPERIUM. Hebr. Chald. & LXX. *fortitudinem*. (o) REGI, ſcilicet Meſſiae. (p) CORNU, ideſt gloriam. Chald. *regnum*. (q) CHRISTI SUI, Hebr. & Chald. *Meſſiae ſui*.

ORATIONES.

MSS.

1 DEus, cui in ſanctitate nemo comparabilis, in fortitudine nullus aequalis; qui ſolus habes poteſtatem humiliandi & exaltandi; viſibiles & inviſibiles inimicos tuâ virtute coerce: ut cor noſtrum in tua ſcientia ſatis abundet, & in te ſemper exſultet. Per.

Cod. Cardin. Chiſii ſcriptus ad initium XI. ſaeculi.

2 DEus, cujus judicio Synagogae foecunditas infirmata eſt; & Eccleſiae ſterilitas foecundata; noſtrae mentis ſterilitatem tuâ ubertate foecunda; ut tibi bonorum (operum) fructûs parere non omittamus. Per.

Brev. Mozarab. fol. 67. *for. vigore.

3 DOmine Deus ſcientiarum ac ſapientiae immenſae: tu praeparas adinventiones tuas, ut infirmes arcus potentium; & infirmos * ardore ſuccingas: dum in ſe fidentes dejicis; & in te ſperantes attollis: dum plenos attenuas panibus; & eſurientes ſufficientiâ reples: qui ſcientiâ tumentes excludis; & humiliter ſapientes nec magniloquio fidere, nec ſuperbè de tuis muneribus gloriari (jubes:) ſed ita eſſe ſtudioſos doctrinâ, ut tibi demus gloriam: nobis autem reſervemus obedientiam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 136. *De Aſcenſione Domini*.

4 CHriſte Dei filius, qui aſcendens in caelum, triumphator tonas; da nobis, ut te ſemper in veritate videntes, viſionis tuae gratiâ fruamur: & qui, devictâ morte, Paternam aſcendendo repetis ſedem; tu da virtutem regibus noſtris; (&) exalta tuae gloriae majeſtatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

CANTICUM AESAIAE.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Eſaias Propheta, poſtquam de Incarnatione Domini, & de convocatione Eccleſiæ, atque deſtructione idololatriæ myſticis diſputaret eloquiis, ita ut de flore virgæ de radice Jeſſe aſcendente, ſuper quem ſeptemplicis Spiritus gratia requieſceret, primùm narraret: poſtea de concordia & cohabitatione beſtiarum cum pecudibus; hoc eſt, divitum cum pauperibus, & ferocium atque ſuperborum cum manſuetis & humilibus concordiam in Eccleſia prædicaret; & ſignum Crucis undique Gentes convocare ad unitatem fidei teſtaretur: ad extremum deſolutionem fluminis Ægypti, hoc eſt, errorem Gentium, qui in tenebris infidelitatis habitabant, diſſolvendam eſſe manifeſtavit. ſicque Eccleſiæ plebem ſive animam fidelem ad laudandum Deum provocat: quatenus ejus gratiæ hoc deputet, quòd ab inimicis liberata, & a filiis iræ ſeparata, filia reconciliationis & miſericordiæ ſit effecta.

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gādavenſis.

Canticum, quod legitur Iſaiæ 12. capite, ut ex ſuperiori cap. 11. in quo de Chriſto aperta eſt prophetia, conſtat, ad Chriſti tempora pertinet. In hoc itaque Propheta primùm ſub perſona totius Eccleſiæ Chriſti, gratias agit de ſalute per Chriſtum in plenitudine temporis allatâ, & ira Dei ab humano genere ablatâ: ac deinde ſub ſua perſona prophetat ſpiritualium abundantiam chariſmatum tempore gratiæ futuram; mutuamque fidelium ad prædicandam per univerſum orbem Dei benignitatem exhortationem.

Feria II. ad Matutinum.

Propheta.

CONFITEBOR (*a*) TIBI DOMINE; QUONIAM IRATUS ES MIHI:
converſus (*b*) eſt furor tuus, & (*c*) conſolatus es me.
† Ecce Deus (*d*) Salvator meus:
fiducialiter (*e*) agam, & non timebo.
† quia (*f*) fortitudo mea & (*g*) laus mea Dominus;
& factus eſt mihi in ſalutem.
† Haurietis (*h*) aquas in gaudio de (*i*) fontibus (*k*) Salvatoris:
& dicetis in illa die:

Confitemini (l) Domino; & invocate nomen ejus.
† Notas facite in populis (*m*) adinventiones ejus:
mementote quoniam (*n*) excelſum eſt nomen ejus.
† Cantate (*o*) Domino quoniam (*p*) magnificè fecit:
(*q*) annunciate (*r*) hoc in univerſa terra.
† Exſulta & lauda (*ſ*) habitatio Sion:
quia magnus in medio tui (*t*) Sanctus Iſrael.

(*a*) CONFITEBOR, Ideſt benedicam ſeu laudabo. (*b*) CONVERSUS, ſcilicet in miſericordiam. Chald. & LXX. *averſus*. CONSOLATUS, ſcilicet ſuper incarnationem ſeu redemptionem. Chald. & LXX. *miſertus*. (*d*) SALVATOR, ſcilicet Jeſus. (*e*) FIDUCIALITER AGAM. Chald. & LXX. *confidam in eo*. (*f*) FORTITUDO, LXX. *gloria*. (*g*) LAUS MEA, ideſt quem laudem. (*h*) AQUAS. Chald. *doctrinam novam*. (*i*) FONTIBUS, ſcil. Apoſtolis ſeu Evangelus. (*k*) SALVATORIS, ſcil. Jeſu. (*l*) CONFITEMINI, ideſt benedicite; ſcilicet laudando, gratias agendo. (*m*) ADINVENTIONES, ideſt conſilia. Chald. *opera*, LXX. *glorioſa*, ſcilicet conſilia, ſeu opera. (*n*) EXCELSUM; Chald. *forte*. LXX. *exaltatum*. (*o*) CANTATE DOMINO, LXX. *laudate nomen Domini*. (*p*) MAGNIFICE. Chald. *magnalia*; LXX. *excelſa*. (*q*) ANNUNCIATE HOC; Chald. *manifeſtum eſt hoc*. (*r*) HOC. LXX. *hæc*. (*ſ*) HABITATIO, Chald. *congregatio*. LXX. *habitator*. (*t*) SANCTUS, ſcilicet Chriſtus, qui ſanctus ſanctorum, ſuoſque ſanctificat.

O R A T I O.

MSS.

FUrorem tuae indignationis, quem juſtè meremur, Salvator omnium Deus, propitiatus averte: & praeſta, ut, confeſſionis tibi canticum fiducialiter decantantes; caeleſtem habitantibus Sion in perpetuum nos ſociari gaudeamus. Per.

ORATIO EZECHIAE REGIS JUDAE QUANDO LANGUIT, ET SURREXIT DE INFIRMITATE SUA.

(a) SCRIPTURA EZECHIAE REGIS JUDAE CUM AEGROTASSET, ET CONVALUISSET DE INFIRMITATE SUA.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Canticum, quod ſub Ezechiae *nomine prænotatur; quod aliqui Interpretum* Scripturam, *alii* Orationem *nominant; videtur mihi melius, Gratiarum actionis vocabulo prænotari: ſic enim ſcriptum eſt in Propheta:* Scriptura Ezechiae regis Judae: cùm aegrotaſſet, & convaluiſſet de infirmitate ſua. *Septuaginta verò ita poſuerunt:* Oratio Ezechiae regis Judae: quando languit, & ſurrexit de infirmitate ſua. * *Manifeſtum eſt enim*

* Ex S. Hieronymo lib. XI. in Eſai.

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gādavenſis.

Canticum, quod Iſaiæ 38. inſcribitur regi Ezechiae, *carmen eſt gratiarum actionis: quod pro receptâ a Deo ſanitate, & vitæ prolongatione Deo Rex cecinit: quemadmodum patet ex titulo, qui ſic habet:* Scriptura Ezechiae regis Judae: cùm aegrotaſſet, & convaluiſſet de infirmitate ſua. *Itaque in hoc Carmine primùm quidem rememorat mentis ſuæ amaritudinem & triſtitiam, in qua erat, cùm premeret languor; & per*

(*a*) SCRIPTURA. LXX. *Oratio*, ſcilicet conſcripta fuit.

enim, quòd poſt redditam ſanitatem, de infirmitate conſurgens, iſta conſcripſerit: ex quo non Oratio *eſt; ſed Gratiarum actio pro beneficio, quod acceperat. Poteſt enim hoc Canticum bene convenire his, qui poſt longam ægritudinem animarum reſipiſcunt a diaboli laqueis, & de peccatorum gravitate ſanantur; & ſtudent ſe virtutibus ſacris recuperare; & laudes Dei non ſolùm voce, ſed etiam corde & actu pronunciare.*

per Iſaiam audiſſet nuncium inſtantis mortis in ætate adhuc florenti, nempè 39. annorum: morbique ſui gravitatem mirè exaggerat. Tum deinde Dei erga ſe miſericordiam prædicat; ob quam ſe omnibus vitæ ſuæ diebus Deum celebraturum profitetur. Quoniam autem corporalis infirmitas umbra quædam eſt ſpiritualis infirmitatis, quam ex peccato contrahit anima; rectiſſimè, ſecundùm allegoricum ſenſum, Carmen iſtud accommodatur ei, qui cùm priùs animæ ſuæ infirmitatem, æternæque mortis, quam horrebat, interitum deplangebat; jam ſe Dei gratiâ ſanatum, & ab æternæ mortis damnatione liberatum gaudet, perpetuam gratiarum actionem polliceat.

Feria III. ad Matutinum.

VETUS.

Propheta. Ex Codice vetuſtiſſimo Vaticano, olim Reginæ Svetiae.

EGO DIXI IN ALTITUDINE DIERUM MEORUM:
Ibo in portas inferni:
† *relinquam annos meos reliquos.*
† Dixi; *Jam non videbo ſalutare Dei ſuper terram:*
† *nec videbo ultrà hominem de cognatione mea.*
† *Dereliqui reliquum vitae meae.*
† *exiit & abiit a me, ſicut qui deſtruit tabernaculum ſtabilitum.*
† *Spiritus meus apud me factus eſt ſicut laniſica proximans demere telam.*

† In die illâ traditus ſum uſque ad manè:
tamquam leo ſic oſſa mea conteruit:
a die enim uſque ad noctem traditus ſum.
† Ut hirundo ita clamabo:
& ſicut columba ſic meditabor:
† defecerunt enim oculi mei videre altitudinem caeli, ad Dominum:
qui miſertus eſt mihi;
& abſtulit dolorem animae meae.
† Domine, de ipſo enim nunciatum eſt tibi, reſuſcitaſti ſpiritum meum; & conſolatus vixi.

liberaſti animam meam ne periret:

& projeciſti poſt me omnia peccata mea.

† Non enim qui in inferno ſunt, laudabunt te:
neque qui mortui ſunt, benedicent te:
neque

VULGATA.

Propheta.

EGO (a) *DIXI IN DIMIDIO DIERUM MEORUM:*
Vadam ad portas inferi.
† *Quaeſivi* (b) *reſiduum annorum meorum:*
dixi; Non videbo (c) Dominum Deum in terra viventium:
† non aſpiciam hominem ultra,
& habitatorem (d) quietis.
† *Generatio* (e) *mea ablata eſt;*
& (f) *convoluta eſt à me quaſi tabernaculũ paſtorum.*
† *praeciſa eſt velut à texente vita mea:*
dum adhuc (g) *ordirer*, (h) *ſuccidit me.*
De mane uſque ad veſperam finies me:
† *ſperabam uſque* (i) *ad mane:*
quaſi leo ſic (k) *contrivit omnia oſſa mea.*
† *de mane uſque ad veſperam finies me.*
Sicut pullus hirundinis ſic (l) *clamabo:*
meditabor (m) *ùt columba.*
† *Attenuati ſunt oculi mei,*
ſuſpicientes (n) *in excelſum.*
† *Domine vim patior:*
reſponde (o) *pro me.*
† *Quid dicam? aut quid reſpondebit mihi,*
cum ipſe (p) *fecerit?*
† *Recogitabo tibi omnes annos meos*
in amaritudine animae meae.
† *Domine* (q) *ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritus mei;*
corripies me, & vivificabit me:
ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
† *Tu autem eruiſti animam meam ut non periret:*
projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
† *Quia non* (r) *infernus confitebitur tibi; neque mors laudabit te.*
non

(a) DIXI, ſcilicet cùm ægrotarem. (b) QUAESIVI, ideſt optavi. LXX. *relinquam*. (c) DOMINUM, ideſt Domini templum vel opera. (d) QUIETIS, ideſt cum quiete. (e) GENERATIO, ideſt vita: ſic enim vocatur vitæ unius tempus; vel quaſi dicat, filiis careo. LXX. *defeci a cognatione mea*. (f) CONVOLUTA, ideſt ſublata. LXX. *receſſit*. (g) ORDIRER, ideſt texerer. (h) SUCCIDIT, ſcilicet textor Deus. (i) AD MANE, ideſt diutiùs, ſcilicet me victurum. (k) CONTRIVIT, ſcilicet Deus, vel morbus. (l) CLAMABO, pro clamo vel clamabam. (m) MEDITABOR, ideſt gemo vel gemebam. (n) IN EXCELSUM, ſcilicet ad Deum. (o) RESPONDE, quaſi dicat, defende me. Hebr. & Complut. *ſponde*, Chald. *fac quod oro*. (p) FECERIT, ſcilicet quæ patior. (q) SI SIC &c. quaſi dicat, Si talis eſt humanæ vitæ conditio, ut corripias ideſt caſtiges & vivifices; ecce amara eſt. (r) INFERNUS, quaſi dicat, mortui. Chald. *qui habitant in inferno*.

Vetus.

neque ſperabunt qui in inferno ſunt, miſericordiam tuam.

† qui vivunt benedicent te, quemadmodum & ego.

† Pater * filiis notam facit veritatem tuam.

Domine pſalmos noſtros contabimus, cunctis diebus vitae noſtrae, in domo Domini.

* Aliter apud LXX.

Vulgata.

non exſpectabunt qui deſcendunt(a) *in lacum, veritatem* (b) *tuam.*

† *vivens, vivens ipſe confitebitur tibi;*
ſicut & ego hodie.
Pater filiis notam faciet (c) *veritatem tuam.*

† *Domine ſalvum me fac:*
& pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitae noſtrae, in domo Domini.

(a) LACUM. Chald. *locum perditionis*. (b) VERITATEM TUAM, ideſt tuarum promiſſorum impletionem: LXX. *miſericordiam tuam*: Chald. *ſalutare tuum*. (c) VERITATEM. LXX. *juſtitiam*.

O R A T I O N E S.

MSS.

1 CORripe nos Domine, quaeſumus, in tua miſericordia; qui non mortem peccatoris, ſed vitam ſemper inquiris: ut pſalmos noſtros jugiter in domo tua canentes, ab inferi porta, te protegente, erui mereamur. Per.

Brev. Mozarab. fol. 70. 384.

2 ERipe Domine animas noſtras; ut non pereamus in interitu: noſtrorum omnium facinora peccatorum * poſt tergum projice tuum; ut non dejiciamur perditi in infernum; ſed à te vivificati, hic fateamur; & veritatem tuam exſpectantes, pſalmos noſtros in domum tuam jugiter decantemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

* *al.* pone poſt tergum tuum.

fol. 208.

3 REcordare Domine Jeſu Chriſte, quoniam paſſus es in conſpectu inimicorum tuorum; dum te innocentem inveniſſent in fictionibus eorum; ſed quia nos ab inimicis noſtris infeſtamur, praeſta, ut reſponſio noſtra apud te vera inveniatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

ORATIO * ABACUM PROPHETAE *CUM CANTICO.*

* Ita Codex Vat. 82.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Legimus in ſeptodecimo Pſalmo Oratio David, *& in LXXXIX.* Oratio Moyſi hominis Dei: *& in CI.* Oratio pauperis, cùm anxius fuerit (&) coram Domino effuderit precem ſuam; *& ſicubi alibi nomen* Orationis *infertur. Attamen nullo loco cum* Cantico *legitur: & neſcio, an decens ſit orare cum cantico: niſi fortè juxta Septuaginta, orare dicimus Prophetam pro adventu Chriſti; & hoc ipſum cum delectatione & pſalmis & Cantica prophetare: ut in eo, quod* oratio *eſt, deprecetur Patrem; & in eo, quod* Canticum, *Patris qui miſerit Filium, & Filii qui venerit, laus dicatur. Sed meliùs juxta Hebraicam veritatem legitur;* Oratio Habacuc Prophetae pro ignorationibus. *Contemplatus enim Propheta ſtatum ſeculi præſentis, viderat pacem peccatorum, & afflictiones proborum; viderat impios abundare divitiis, & innocentes quotidianis ſubjectos eſſe flagellis; viderat in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem; viderat lacrymas innocentium, & conſolatorem neminem; nec poſſe reſiſtere calumniatorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos: ſciensque, quòd hæc & innumera nequaquam abſque divinâ provifione potuiſſent accidere, turbabatur animo: & intimo ex corde graviter ſuſpirans, exclamavit ad Dominum:* * Uſquequo

* Habac. I.

ORATIO HABACUC PROPHETAE (a) *PRO IGNORANTIIS.*

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gandavenſis.

Canticum Habacuc Prophetae, *præter alia hoc maximè obſcurum facit, quòd quæ in ea recenſentur, promiſcuè per verba futuri & præteriti temporis deſcribuntur; ut dubium ſit, præterita ne, an futura recenat. Verùm, cùm pleraque manifeſtè nimis de præteritis operibus, a Deo olim pro ſalute populi ſui præſtitis, Prophetam loqui ad litteram declarant; magis conſentaneum, ut (ſicut familiare eſt linguæ Hebrææ) omnia futura, quæ a verſu 4. (hic 7.) uſque ad verſum 19. (hic 45.) occurrunt, accipiantur pro præteritis. Quanquam & ideo quis rectè dixerit promiſcuè in illis verſibus poſita verba futura & præterita; quòd ſic narret præterita, ut ſub eis & futura vaticinari velit. quæ vel pro liberatione Iſraelitici populi de captivitate Babylonica; vel pro liberatione humani generis de poteſtate diaboli, erant peragenda. Propheta, enim poſtquam primo ſuæ propheti æ capite futuram Judæorum per Chaldæos devaſtationem propbetaſſet; atque ob eam divinæ juſtitiæ rationem admiratus fuiſſet, quòd videret juſtiorem populum a pejore opprimendum; & deinde ſecundo capite intellexiſſet, ſuo aliquando tempore Dei populum ab impiorum oppreſſione liberandum; impios autem Chaldæos perdendos: tandem hoc ſuo Cantico primùm orat Deum, ut poſt irrogatam populo ſuo ultionem peccatis debitam, ſoli-*

(a) PRO IGNORANTIIS, ideſt peccatis: ſic etiam peccata vocantur Pſalm. 24. eſt enim peccatum, error quidam. vel, pro peccatis per *ignorantiam* commiſſis. Orat igitur hic pro populi Judaici peccatis; ne ſcilicet Dei promiſſa impediat, præſertim de Chriſto venturo.

quo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te, vim patiens, & non ſalvabis? *& iterum*: Mundi ſunt oculi tui ne videas malum: & reſpicere ad iniquitatem non potes. quare non reſpicis ſuper iniqua agentes? & taces devorante impio juſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris, quaſi reptile non habens principem. *Verùm inter hæc reduxit extemplò ad memoriam diſpenſationem Dominicæ Incarnationis ac Paſſionis, quæ in ſpiritu prophetiæ cognoverat: intellexitque ac ridit multo, quàm oporteret, queſtum fuiſſe de afflictionibus in hac vita Sanctorum; quibus æternum eſſet promiſſa requies in futuro: cùm nec ipſe Dei Filius in carne apparens, ſine pœna crucis eſſet exiturus de mundo: qui de Spiritu Sancto ac Virgine matre naſciturus, & abſque omni peccato erat victurus in mundo*: & pro ignorantibus *ſuis facions* orationem *Domino, ſic incipit.*

ſolitam promiſſamque miſericordiam exhibeat. Cujus miſericordiæ ut certiorem fidem faciat, recenſet priſca miracula Dei, quæ pro Iſraelis ſalute olim in mari Rubro, in monte Sinai, in terra promiſſionis ſub ducibus Moſe, Joſue, & Judicibus populi deſignavit. Deinde poſt prædictam terræ Judaicæ deſolationem, etiam ſubſequuturam reductionem Iſraelis ad terram ſuam vaticinatur. Cùm autem, & quæ in populo Iſraelitico ante tempora Habacuc facta ſunt, dum is & ex Ægypto educeretur, & in promiſſam terram induceretur & habitaret, & ſimiliter liberatio e captivitate Babylonica; omnia, inquam, hæc figura tunc fuerint eorum, quæ pro noſtra ſalute per Chriſtum patranda erant: oportet, in his omnibus ſecundum tropologicum ſenſum intelligere, Prophetam & prophetare & orare futuram per Chriſtum in prodigiis multis humani generis redemptionem, poſt diuturnam illius ſub poteſtate diaboli captivitatem: quemadmodum & illud de promiſſione adventûs Chriſti ad redimendum nos, maximè intelligendum eſſe, ex * *Paulo conſtat, quod ſecundo capite dicitur*; Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas; ut percurrat qui legerit eum: quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem; & non mentietur. ſi moram fecerit, exſpecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima ejus in ſemetipſo: juſtus autem in fide ſua vivet. *Quod autem Titulus habet*; Oratio Habacuc pro ignorantiis, *ſignificat, Prophetam pro peccatis per errorem commiſſis a ſe & populo ſuo, hanc ad Deum fudiſſe* orationem. *Hebr.X.37.

Feria VI. ad Matutinum.

Feria VI. ad Matutinum.

Ex Pſalterio Roman. edit. anno 1593. & 1663.

VETUS.

Propheta.

DOMINUS AUDIVI AUDITUM TUUM, ET TIMUI:
conſideravi opera tua, & expavi.
† In medio duorum animalium innoteſcéris:
dum appropinquaverint anni, cognoſcéris:
dum advenerit tempus, oſtendéris.
† In eo dum conturbata fuerit anima mea;
in ira, miſericordiae memor eris.
† Deus a * Libano veniet:
& Sanctus de monte umbroſo & condenſo.
DIAPSALMA.
† Operuit caelos majeſtas ejus:
& laude ejus plena eſt terra:
† Splendor ejus ſicut lumen erit.
cornua ſunt in manibus ejus:

ibi

* *ſor.* Libanoto.

VULGATA.

Propheta.

DOMINE AUDIVI (a) *AUDITIONEM TUAM,*
& (b) *timui.*
† *Domine,* (c) *opus tuum*
in (d) *medio annorum* (e) *vivifica illud.*
† *in* (f) *medio annorum* (g) *notum facies:*
cum iratus fueris, (h) *miſericordiae recordaberis.*
† *Deus ab* (i) *Auſtro veniet:*
& Sanctus de monte (k) *Pharan.*
SEMPER.
† *Operuit* (l) *caelos gloria ejus.*
& (m) *laudis ejus plena eſt terra.*
† *Splendor* (n) *ejus ut* (o) *lux erit.*
cornua (p) *in manibus ejus:*

ibi

(*a*) AUDITIONEM, ideſt nuncium, ſcilicet quod ſuprà ei de Chriſto revelatum. *auditio*, pro re audita, more Scripturæ: quaſi dicat, quod me audire feciſti, te revelante. (*b*) TIMUI, ideſt obſtupui; LXX. addunt: *Domine conſideravi opera tua, & obſtupui*, ſeu *expavi*, ſcilicet admiratione tantæ bonitatis & potentiæ (*c*) OPUS, ſcilicet redemptionis humanæ. (*d*) IN MEDIO ANNORUM, ideſt intra annos: quaſi dicat, tempore a te præſcripto. (*e*) VIVIFICA, ideſt effice, ſuſcita; LXX. *in medio duorum animalium cognoſceris*, ideſt duorum Teſtamentorum, quæ in ſe vitam continent; vel populi Gentilis & Judaici; vel aſini & bovis in præſepio. (*f*) IN MEDIO ANNORUM; LXX. *cùm appropinquaverint anni.* (*g*) NOTUM FACIES, ſcilicet te; vel demonſtrabis quod promiſiſti; LXX. *cognoſceris.* (*h*) MISERICORDIAE, ſcilicet exhibendæ: quaſi dicat, exhibebis promiſſam miſericordiam (*i*) AUSTRO, ideſt Bethlehem, quæ ad Auſtrum, vel de Idumæa: quod Deuteron. 33. dicitur *de Seir*, quaſi dicat: Ille veniet, qui olim ſe oſtendit in Seir & Pharan; vide Deuteron. 33. (*k*) PHARAN; LXX. *umbroſo*. Hic additur Hebr. *Selah*, & LXX. *Diapſalma*. (*l*) OPERUIT &c. quaſi dicat; veniet is, cujus gloria cælos implet & ſuperat. (*m*) LAUDIS, ideſt operum laude dignorum, ſeu perpetuò celebrandorum. (*n*) SPLENDOR, ſcilicet doctrinæ & miraculorum. (*o*) LUX, ſcilicet ſolis: quaſi dicat, maximus. (*p*) CORNUA, ideſt vires, vel Crux, in cujus cornibus confixus, & per quam fortiſſimè vicit.

Digitized by Google

Vetus.

† ibi confirmata eſt virtus gloriae ejus;
& poſuit charitatem firmā fortitudinis ſuae.
† Ante faciē ejus ibit verbū;& exibit in cāpis.
Pedes ejus ſteterunt; & mota eſt terra.
† Aſpexit, & defluxerunt gentes:
confracti ſunt montes vehementer:
& defluxeruut colles aeternales.
Itinera * aeternitatis ejus prae laboribus vidi.
† tabernacula * AEthiopum expaveſcent,
tabernacula terrae Madian.
† Numquid in fluminibus ira tua Domine?
aut in fluminibus furor tuus?
aut in mari impetus tuus?
† Quoniam aſcendens aſcendes ſuper equos tuos:
& aequitatus tuus ſanitas.
† tendens extendes arcum tuum
ſuper ſceptra. dicit Dominus.

DIAPSALMA.

† Fluminibus ſcindetur terra.
Videbunt te, & dolebunt populi.
† Aſpergens aquas in itineribus ſuis:
dedit abyſſus vocem ſuam ab altitudine phantaſiae ſuae:
† elevatus eſt ſol:
& luna ſtetit in ordine ſuo.
† In lumine jacula tua ibunt,
in ſplendore fulgoris armorum tuorum.
† In comminatione tua minorabis terram:
& in furore tuo detrahes gentes.
† Exiſti in ſalutem populi tui,
ut ſalvos facias Chriſtos tuos.
† Miſiſti in capita inimicorum mortem:
exci-

* Sic diſtinguitur in Cod. MS. & apud S. Auguſtinum lib. XVIII. cap. 32. de Civitate Dei.

Vulgata.

† *ibi* (a) *aſcondita eſt* (b) *fortitudo ejus.*
Ante faciem ejus (c) *ibit mors:*
† *& egredietur* (d) *diabolus ante pedes ejus.*
† *Stetit* (e); *& menſus eſt terram.*
Aſpexit; (f) *&* (g) *diſſolvit gentes:*
† *& contriti ſunt* (h) *montes ſaeculi.*
incurvati (i) *ſunt* (k) *colles mundi*
† *ab* (l) *intineribus aeternitatis ejus.*
Pro (m) *iniquitate vidi* (n) *tentoria* (o) *Aethiopiae:*
† *turbabuntur* (p) *pelles terrae* (q) *Madian.*
Numquid (r) *in fluminibus iratus es Domine?*
aut in (ſ) *fluminibus furor tuus?*
† *vel in mari indignatio tua?*
Qui (t) *aſcendes ſuper equos tuos:*
& quadrigae tuae (u) *ſalvatio.*
† *Suſcitans* (x) *ſuſcitabis* (y) *arcum tuum,*
(z) *juramenta* (aa) *tribubus quae* (bb) *locutus es.*

SEMPER.

† (cc) *Fluvios* (dd) *ſcindes terrae.*
Viderunt (ee) *te, & doluerunt* (ff) *montes:*
† *gurges* (gg) *aquarum* (hh) *tranſiit.*
† *dedit* (ii) *abyſſus* (kk) *vocem ſuam:*
(ll) *altitudo* (mm) *manus ſuas levavit.*
† *ſol* (nn) *& luna ſteterunt in habitaculo ſuo.*
In luce ſagittarum tuarum (oo) *ibunt,*
in ſplendore fulgurantis haſtae tuae.
† *In* (pp) *fremitu conculcabis* (qq) *terram:*
& in furore (rr) *obſtupeſacies gentes.*
† *Egreſſus* (ſſ) *es in ſalutem populi tui,*
in ſalutem cum Chriſto tuo;
† *Percuſſiſti* (tt) *caput de* (uu) *domo impii:*
denuda-

(*a*) IBI, ſcilicet in Cruce, ubi infirmus videbatur. (*b*) FORTITUDO; haec vocavit cornua. fortè duo, quia fortis, & Deus & homo. (*c*) IBIT, ideſt diſcedet victa, ſeu fugiet, ſcilicet mortem moriendo deſtruxit. (*d*) DIABOLUS, ſcilicet victus, juxta illud: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras* (*e*) STETIT; praeterita pro futuris: quaſi dicat, ſtabit more victorum, qui ſubactam bello terram dividunt: ſcilicet diſtribuet Apoſtolos & praedicatores per orbem. (*f*) ASPEXIT, ſcilicet miſericorditer. (*g*) DISSOLVIT, pro, ſolvit, ſcilicet a peccatis: vel quaſi dicat, liquefecit ſeu peremit; ſcilicet, interficiens peccata, ſeu veterem hominem, & renovans per gratiam. (*h*) MONTES SAECULI, ideſt qui in mundo ſimiles montibus antiquis, ſcilicet reges & principes; nam & ii etiam fidei ſe ſubdiderunt, velut veritatis vi proſtrati (*i*) INCURVATI, ideſt humiliati. (*k*) COLLES, ideſt potentes. Vide Iſaiæ 40. (*l*) AB ITINERIBUS & cæt. id eſt ob adventum æterni Dei in mundum. (*m*) PRO INIQUITATE, ideſt ob iniquitatem. (*n*) TENTORIA, ſcilicet everſa. (*o*) AETHIOPIAE, pro, Aethiopum, ideſt peccatorum, peccatis deformium; LXX. *Aethiopum.* (*p*) PELLES, ideſt tabernacula: è pellibus enim fiebant; LXX. *tabernacula.* (*q*) MADIAN, eſt Madian pars Æthiopiæ, ut patet Num. 12. & 2. Paralip. 14. eſt ergo repetitio. (*r*) IN FLUMINIBUS, pro, in flumina, ſcilicet tantùm: quaſi dicat: Numquid ſolùm oſtendes potentiam tuam in ſiccando Jordanem & mare Rubrum, veluti aſcenſa quadrigā ad ſervandum tuos? (*ſ*) AUT IN FLUMINIBUS, ſcilicet Ægypti converſis in ſanguinem olim: vel alludit ad id quod dicitur Lucæ 21. & Apoc. 8. & 16. de mari & fluviis. (*t*) QUI ASCENDES, pro, cùm aſcenderis, vel aſcenderes olim. (*u*) SALVATIO, ſcilicet populi tui. (*x*) SUSCITANS &c. pro, omnino parabis. (*y*) ARCUM, ideſt potentiam vel arcum, ſcilicet contra fidei hoſtes. (*z*) JURAMENTA, pro, & juramenta: ſcilicet ſuſcitabis, ideſt implebis promiſſa: vel quaſi dicat, ſecundùm juramenta. (*aa*) TRIBUBUS, ideſt, genti Iſraeliticæ. (*bb*) LOCUTUS ES, ideſt feciſti loquendo cum Patribus, ùt Abraham, Iſaac, Jacob, David &c. vide Geneſ. 22. Michææ ultimo, Pſalm. 88. & c. (*cc*) FLUVIOS, ideſt populos. (*dd*) SCINDES, ſcilicet ſiſtendo impetum, ùt olim in Jordane feciſti: quaſi dicat, reprimes vim hoſtium Eccleſiæ. (*ee*) TE, ideſt tuam potentiam. (*ff*) MONTES, ideſt mundi potentes. Quidam ad diem Judicii referunt, juxta ea quæ dicuntur Luc. 21. & Apocalip. 16. (*gg*) GURGES AQUARUM, ideſt ſervos Dei perſequentium impetus more aquæ inundantis. (*hh*) TRANSIIT, pro, tranſibit, ideſt ceſſabit, te ſcilicet reprimante. (*ii*) ABYSSUS, ideſt copia aquarum, ſcilicet perſecutorum. (*kk*) VOCEM, ideſt ſtrepitum, ùt ſolent aquæ furibundæ; quaſi dicat, vehementer perſequentur impii fideles. (*ll*) ALTITUDO, ideſt profunditas, ſcilicet abyſſi. (*mm*) MANUS SUAS, ideſt aquarum vim velut manus, ſcilicet perſecutores vires ſuas contra Dei ſervos. Quidam hæc referunt ad laudes Dei decantatas, per *abyſſum* ideſt homines, & *altitudinem* ideſt Angelos, celebrantes ſcilicet Chriſti victorias. (*nn*) SOL ET LUNA, ſcilicet tempore Joſuæ olim: itemque in die Judicii, cùm ſcilicet ceſſabit motus cælorum. (*oo*) IBUNT, ideſt fugient, ſcilicet hoſtes tui, ſagittis fulgentibus territi. vide Sap. 5. Apoc. 16. ſeu potiùs, in infernum detrudentur tuis percuſſionibus veluti ſagittarum ictibus & haſtæ. (*pp*) FREMITU, ideſt indignatione. (*qq*) TERRAM, ideſt terrenos homines. (*rr*) OBSTUPEFACIES, ſcilicet attonitos reddens ſuppliciis: vel alludit ad illud Luc. 21. *Areſcentibus hominibus præ timore* &c. (*ſſ*) EGRESSUS ES, præterita pro futuris. (*tt*) CAPUT, ſcilicet Antichriſtum. (*uu*) DOMO IMPII, ideſt familiâ diaboli; vel *impii*, pro, impiorum.

Vetus.	Vulgata.
excitaſti vincula uſque ad cervices.	† *denudaſti* (a) *fundamentum ejus* (b) *uſque ad collum.*
IN FINEM.	SEMPER.
† Praecidiſti in alienatione capita potentium: movebuntur in ea gentes.	† (c) *Maledixiſti* (d) *ſceptris ejus, capiti* (e) *bellatorum ejus, venietibus ùt turbo ad* (f) *diſpergendū*(g)*me.*
† adaperient lora ſua, ſicut pauper edens in occulto.	† *exſultatio* (h) *eorum ſicut ejus qui devorat pauperem in abſcondito.*
† Miſiſti in mare equos tuos, turbantes aquas multas.	† *Viam* (i) *feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.*
† Cuſtodivi; & expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum;	† *Audivi*(k)*,& conturbatus eſt*(l) *venter meus: a* (m) *voce contremuerunt labia mea.*
† & introivit tremor in oſſa mea. & ſubtus me turbata eſt virtus mea.	† *Ingrediatur* (n) *putredo in oſſibus meis; & ſubter me ſcateat:*
† Requieſcam in die tribulationis meae; ut aſcendam ad populum tranſmigrationis meae.	† *ut* (o) *requieſcam in die* (p) *tribulationis; ut aſcendam ad populum* (q) *accinctum noſtrum.*
† quoniam ficus non afferet fructum: & non erit genaratio in vineis.	† *ficus* (r) *enim non florebit: & non erit germen in vineis.*
† mentietur opus olivae: & campi non facient eſcas.	† *mentietur* (ſ) *opus olivae: & arva non afferent cibum.*
† defecerunt ab eſca oves: & non erunt in praeſepio boves.	† *abſcindetur* (t) *de ovili pecus: & non erit armentum in praeſepibus.*
† Ego autem in Domino gloriabor: gaudebo in Deo JESU meo.	† *Ego autem in Domino gaudebo: & exſultabo in Deo* (u) *JESU meo.*
† Domine Deus virtus mea, conſtitue pedes meos in conſummatione;	† *Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos* (x) *quaſi cervorum:*
& ſuper excelſa ſtatue me: nt vincam in claritate ipſius.	† *& ſuper* (y)*excelſa *meu deducet me* Victor in pſalmis canentem.*

(*a*) DENUDASTI & cætera; quaſi dicat, prorſua domum evertiſti uſque ad fundamenta. (*b*) USQUE AD COLLUM, ſcilicet avertuli; quaſi dicat, ut cùm quis mergitur aqua totus & obruitur; ſic penitus deleviſti: vel, uſque ad conculcationem colli, quod ſolent victores facere. Hic iterum Hebr. additur *Selach*; LXX. *In finem*, ideſt perpetuo. vide ſupra. (*c*) MALEDIXISTI, ſcilicet deſtruendo. Dei dicere, facere eſt. (*d*) SCEPTRIS EJUS, ideſt potentiæ, ſeu regno diaboli vel peccati. (*e*) CAPITI, pro, capitibus, ideſt ducibus. (*f*) DISPERGENDUM, ideſt perdendum. (*g*) ME: Loquitur in perſona populi Dei. (*h*) EXSULTATIO EORUM, ſcilicet tanta erat venientium. (*i*) FECISTI, pro, facies; quaſi dicat, incedes tu per medias calamitates, inde tuos aripiens. (*k*) AUDIVI, ſcilicet, Dei terribile judicium de maſia. (*l*) VENTER, ideſt interiora ſeu viſcera. (*m*) A VOCE, pro, ad vocem, ſcilicet tuam mihi revelantam hæc: vel quaſi dicat, ita ut vocem edere non poſſem præ timore. (*n*) INGREDIATUR &c. quaſi dicat, mala mihi hujus vitæ potius eveniant dum vivo, quàm illa ſupplicia patiar parata impiis. (*o*) UT REQUIESCAM, pro, modò ut requieſcam, Hieron. a. cont. Pelag. (*p*) TRIBULATIONIS, ſcilicet damnatorum, vel judicii ultimi. (*q*) ACCINCTUM, ſcilicet fortitudine: quaſi dicat, fortem & victorem, ſcilicet cum Chriſto regnantem. (*r*) FICUS ENIM &c. per hæc ſignificatur magna bonorum ſpiritualium penuria futura tempore Antichriſti. (*ſ*) MENTIETUR, ideſt fallet operantem, ſcilicet non ſecuto fructu: vel, *opus* vocat fructum, qui fallere dicitur, dum non provenit exſpectatus. (*t*) ABSCINDETUR, ideſt peribit vel deficiet. (*u*) JESU, LXX. *Salvatore*: Chald. *redemptore*. (*x*) QUASI CERVORUM, ideſt agiles. (*y*) EXCELSA, ſcilicet cælica. * MEA, ſcilicet cælum patria juſtorum. * VICTOR, ſcilicet Chriſtus, vel potius *victori*, ùt legit Hieron. quaſi dicat, Chriſti victoriam carmine ſeu cantu celebrantem, & pro victoria mihi data gratias agentam.

ORATIONES.

Cod. Cardin. Chiſii ſcriptus ad initium XI. ſeculi. Miſſale Mozar. in Paraſceve, & Beav. fol. 222.

1 DOmine Jeſu Chriſte, qui in ſubſtantia noſtrae mortalitatis oſtendi voluiſti; & pro nobis patiens, Crucis cornua ſubire non recuſaſti: praeſta, quaeſumus, ut tuae divinitatis fieri participes, & in te ſemper gloriari atque gaudere, mereamur. Qui vivis.

2 UNigenite Filius Dei Patris, de quo ante tam innumeros annos Propheta cantavit hunc verſum; *In medio duorum animalium cognoſcéris*: cognitus planè es non ſolùm inter duos latrones pendens in ligno, vel duorum Teſtamentorum in medio: verùm etiam fugâ ſolis, occaſu diei, concuſſione terrarum; Tu Chriſte deſcendiſti ad inferos; & Sanctos ſepulchra laxarunt: pietatem ergo tuam quaeſumus; ut intelligere poſſimus, quantum nobis reſurgens praeſtiteris in regno, qui nos moriens ſuſcitaſti cum gloria de inferno. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.)

* Cod. Vatic. 84.

* HYMNUS TRIUM PUERORUM.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Hymnum trium Puerorum, quem Danielis Prophetæ liber continet, in Hebræo non habetur; ſicut Interpres noſter beatus videlicet Hieronymus teſtatur: ſed ex LXX. vel aliorum Interpretum editione additus eſt. ubi & antè narratur, quòd Angelus Domini deſcenderit cum Azaria & ſociis ejus in fornacem; & excuſſerit flammam ignis de fornace; & fecerit medium fornacis quaſi ventum roris flantem; & non tetigerit eos omnino ignis; neque contriſtaverit, nec quicquam moleſtiae intulerit. *Poteſt & hic* Angelus Domini, *qui deſcendit cum tribus pueris in caminum ignis ardentis, & eos protexit ab ardore flammarum; typicè ſignificare Dominum Salvatorem: quem Propheta* magni conſilii Angelum *nominavit: eo quòd ſuæ & Paternæ* adnunciator *eſt* voluntatis. *Hic quoque deſcendit in hunc mundum: ubi Rex* Confuſionis, *id eſt Diabolus*, fornacem, *hoc eſt corda iniquorum*, igne *cupiditatis atque luxuriæ* inflammat: *ut flatu Spiritus Sancti per gratiam ſuam electos ſuos ab hoc* igne *ſervet illæſos: quatenus ejus laudibus intenti, pro ereptione ſua gratias referant liberatori ſuo. De quo ſubditur:* Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Dominum in fornace, dicentes. *Iſti ergo tres viri, qui* quaſi ex uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Dominum, *ſignificant Electos Dei: qui in ſanctæ Trinitatis fide ſolidati, unum Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum adorant, colunt, & prædicant.* laudant *quidem eum rectâ credulitate:* glorificant *verâ confeſſione*, & benedicunt *bonâ operatione. Unde etiam concorditer dicunt:* Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; & laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſaecula.

* BENEDICTIONES TRIUM PUERORUM.

* Ita Cod. Vatic. 5729.

Cornelius Janſenius Epiſcopus Gandavenſis.

Canticum, quod Danielis tertio tres pueri in ardentem fornacem miſſi, uno ore decantaſſe ſcribuntur; ſimilis omninò eſt argumenti cum Pſalmo CXLVIII. Siquidem etiam in iſto præ multa de Dei benignitate lætitia mentis, tres adoleſcentes omnem creaturam ad creatoris laudem provocant; a cæleſtibus per media, quæ in aere gignuntur, ad inferiora deſcendentes: per ſingula, quæ vel in terra vel in aquis ſunt diſcurrentes; donec tandem ad hominem deveniunt: ubi peculiariter Dei populum & Sanctos, nominatim quoque ſe ipſos ad laudem adhortantur ejus, qui ſua benignitate in eis mirabilia operatus erat. Hoc autem Canticum, etſi in Hebræo non inveniatur apud Danielem; ſicut nec hiſtoria Suſannæ, & Belis, Draconiſque; Eccleſia tamen Chriſtiana tam apud Græcos quàm apud Latinos, ex Theodotionis *tranſlatione hæc publicè in templis cantanda & legenda ſuſcepit. Neque tamen apud Græcos, neque apud Latinos eadem omninò forma decantatur, qua apud Danielem deſcriptum legitur. nam omiſſis aliquot verſibus in principio, apud utroſque incipitur ab eo verſu:* Benedicite omnia opera *&c. Deinde apud Latinos quidem pars illa*, Laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula, *quæ apud Danielem toties repetitur, quoties verbum* Benedicite; *in principio tantùm & in fine canitur, duobus ſemper verſibus in unum conjunctis; & in fine additum eſt:* Benedicamus Patrem & Filium *&c. Apud Græcos verò tis creaturis, quæ in duobus verſibus ad laudem Dei invitantur, in unum verſum conjunctis ſub verbo* Benedicite *ſemel poſito: tum deindè additur ſemper:* Laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula. *& in fine additur:* Benedicite Apoſtoli Prophetae & Martyres Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula. Benedicamus Patrem &c. Et nunc & ſemper & in ſaecula ſaeculorum. Amen. Laudemus benedicamus adoremus Dominum; laudantes & ſuperexaltantes eum in ſaecula.

Dominica ad Matutinum. Ex Pſalterio Romano.

VETUS.

Propheta.

BENEDICITE OMNIA OPERA DOMINI, DOMINUM.

† Benedicite caeli Dominum.
benedicite Angeli Domini Dominum.
† benedicite aquae quae ſuper caelos ſunt Dominum.
benedicite omnes virtutes Domini Dominum.
† benedicite ſol & luna Dominum.
benedicite ſtellae caeli Dominum.
† benedicite imber & ros Dominum.
benedicite omnes ſpiritus Dominum.
† benedicite ignis & aeſtus Dominum.
benedicite noctes & dies Dominum.

† benedicite tenebrae & lumen Dominum.
benedicite frigus & cauma Dominum.
† benedicite pruina & nives Dominum.

bene-

Dominica ad Matutinum.

VULGATA.

Propheta.

BENEDICITE OMNIA OPERA DOMINI DOMINO:
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite Angeli Domini Domino.*
benedicite caeli Domino.
† *benedieite aquae omnee quae ſuper caelos ſunt Domino.*
benedicite omnes virtutes Domini Domino.
† *benedieite ſol & luna Domino.*
benedicite ſtellae caeli Domino.
† *benedicite omnis imber & ros Domino.*
benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.
† *benedicite ignit & aeſtus Domino.*
benedieite frigus & aeſtus Domino.
† *benedicite rores & pruina Domino.*
benedicite gelu & frigus Domino.
† *benedicite glacies & nives Domino.*
benedicite noctes & dies Domino.
† *benedicite lux & tenebrae Domino.*

bene-

Digitized by Google

Vetus.

benedicite fulgura & nubes Dominum.
Benedicat terra Dominum.
† benedicite montes & colles Dominum.
benedicite omnia naſcentia terrae Dominū.
† benedicite maria & flumina Dominum.
benedicite fontes Dominum.
† benedicite cete & omnia quae moventur in aquis, Dominum.
benedicite volucres caeli Dominum.
† benedicite beſtiae & univerſa pecora Dominum.

Benedicat Iſraël Dominum.
† benedicite Sacerdotes Domini Dominum.
benedicite ſervi Domini Dominum.
† benedicite ſpiritus & animae juſtorum Dominum.
benedicite ſancti & humiles corde Dominum.
† benedicite Anania, Azaria, Miſaël, Dominum.
Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu:
laudemus & ſuperexaltemus eum in ſaecula.
† Benedictus es in firmamento caeli;
& laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſaecula.

Vulgata.

benedicite fulgura & nubes Domino.
† *Benedicat terra Dominum:*
laudet & ſuperexaltet eum in ſaecula.
† *benedicite montes & colles Domino.*
benedicite univerſa germinantia in terra Domino.
† *benedicite fontes Domino.*
benedicite maria & flumina Domino.
† *benedicite cete & omnia quae moventur in aquis, Domino.*
benedicite omnes volucres caeli Domino.
† *benedicite omnes beſtiae & pecora Domino.*
benedicite filii hominum Domino.
† *Benedicat Iſraël Dominum:*
laudet & ſuperexaltet eum in ſaecula.
† *benedicite Sacerdotes Domini Domino.*
benedicite ſervi Domini Domino.
† *benedicite ſpiritus & animae juſtorum Domino.*
benedicite ſancti & humiles corde Domino.
† *benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu:*
laudemus & ſuperexaltemus eum in ſaecula.
† *Benedictus es Domine in firmamento caeli;*
& laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſaecula.

O R A T I O N E S.

Cod. Vat. 84. 1 DEus, quem omnia opera benedicunt, quem caeli glorificant, Angelorum multitudo conlaudant; quaeſumus te; ut ſicut tres pueros de camino ignis non ſolùm inlaeſos, ſed etiam tuis laudibus conclamantes liberaſti; ita nos peccatorum nexibus obvolutos, velut de voragine ignis eripias: ut dum te Deum Patrem benedictione laudamus, criminum flammas, operumque carnalium incendia ſuperantes, hymnum tibi debitum jure meritoque reddamus. Per.

Cod. Cardin. Chiſii ſcriptus ad initium ſaeculi XI. 2 DEus, à quo cuncta creata benedici deſiderant, & ipſe nullius horum indiges benedictione; ſuſcipe propitius noſtri pectoris hymnum: & concede, ut liberati à morte perpetuâ, quandoque te in paradiſi beatitudine cum Sanctis omnibus ſine fine glorificemus. Qui trinus & unus Deus vivis & regnas per immortalia ſaecula ſaeculorum.

Brev. Mozarab. fol. 53. 3 DOmine Deus patrum noſtrorum; laudabilis enim & ſuperexaltatus in ſaecula tu es. rectè ergo tuae gloriae nomen benedicetur in aeternum; & vel in magnis vel in modicis tu creator, tu opifex ſapientiſſimus declamaris: ideo quaeſumus; (ut) qui te orando pro univerſitatis conditione Dominum benedicimus, benedictae ſanctitatis illuſtratione laetemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 64. 4 DOmine Deus, qui ſuper Cherubim ſedens, laude magnificaris creaturae ſubjectae: ut dum magna condideris, incomparabiliter tu magnificentiſſimus aeſtimeris: tibi ad nutum obtemperant cuncta, quae te auctore ſubſiſtunt; & hoc illis eſt in honore, quòd ſunt à te condita & ſunt ſubjecta. proinde ita proficere praeſta, ut dum labia in tuis benedictionibus pandimus, benedictionem caeleſtis gratiae impetremus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Cod. Pelat. 30. in Vatic.

CANTICUM S. MARIAE
MATRIS DOMINI.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus. *Eccli. III. 20

*Beatiſſima Virgo Maria, poſtquam ſe cœleſti partu gravidam cognovit, nequaquam ſe de donis cœleſtibus, quaſi a ſe hæc eſſent, extulit: ſed ut magis magiſque donis eſſet apta divinis, in cuſtodiam humilitatis mentis ſuæ greſſum fixit; memor Scripturæ præcipientis:** Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *Moxque, ut Angelus qui divinum ei partum nunciabat, ad cœleſtia rediit, ſurgit, ad montana conſcendit; geſtanſque in utero Deum, ſervorum Dei habitacula petiit, ac requirit alloquia. In cujus adventu Eliſabeth, ſalutationem Matris Domini audiens, mox de ea prophetavit; &* Matrem Domini ad ſe veniſſe *teſtata eſt: quam* benedictam inter mulieres *eſſe*, & benedictum fructum ventris ejus *pronunciavit. inſuper & ad vocem ejus narravit, infantem in utero ſuo exſultaſſe, Spiritu Sancto repletum. Hæc quoque audiens Maria, non ſe jactanter inani gloriâ extulit; ſed magis per humilitatem totâ intentione animi gratias Deo retulit, dicens:*

Quotidie ad Veſperum.

MAGNIFICAT (*a*) ANIMA MEA DOMINUM:
† & (*b*) exſultavit (*c*) ſpiritus meus in Deo (*d*) ſalutari meo:
† quia reſpexit (*e*) humilitatem ancillae ſuae. Ecce enim ex (*f*) hoc beatam me dicent omnes (*g*) generationes:
† quia fecit mihi magna qui potens eſt: & (*h*) ſanctum nomen ejus:
† & miſericordia ejus (*i*) a progenie in progenies (*k*) timentibus eum.
† Fecit (*l*) potentiam in (*m*) brachio ſuo; diſperſit (*n*) ſuperbos (*o*) mente cordis ſui.
† depoſuit potentes de (*p*) ſede: & exaltavit humiles.
† eſurientes (*q*) implevit bonis: & (*r*) divites (*ſ*) dimiſit inanes.
† (*t*) Suſcepit (*u*) Iſraël (*x*) puerum ſuum; recordatus (*y*) miſericordiae ſuae
† (ſicut locutus eſt ad patres noſtros) Abraham (*z*) & (*aa*) ſemini ejus (*bb*) in ſaecula

---

(*a*) MAGNIFICAT, ideſt laudibus effert, ſeu magnopere prædicat. (*b*) EXSULTAVIT, pro, exſultat. (*c*) SPIRITUS, ideſt anima. repetitio more Hebræo: quaſi dicat, anima mea. quanta quanta eſt. (*d*) SALUTARI, ideſt ſalvatore. (*e*) HUMILITATEM, Græcè ταπείνωσιν ideſt *parvitatem* ſeu *abjectionem*. (*f*) HOC, ſcilicet tempore. (*g*) GENERATIONES, ideſt ætates ſeu gentes, ſcilicet fideles. (*h*) SANCTUM, ſcilicet venerandum & colendum. (*i*) A PROGENIE &c. quaſi dicat, per omnes ætates ſubvenit. (*k*) TIMENTIBUS, ideſt colentibus religiosè. Debetur Dei potentiæ & ſanctitati timor & reverentia. (*l*) FECIT, præterita pro præſentibus. (*m*) BRACHIO, ideſt virtute. (*n*) DISPERSIT, ideſt perdidit: (*o*) MENTE CORDIS, quaſi dicat, elatos animo & arrogantes. (*p*) SEDE, ideſt dignitate ſeu potentia (*q*) ESURIENTES, ſcilicet juſtitiam, vel pauperes. (*r*) DIVITES, ſcilicet in oculis ſuis, ideſt ſuperbos; ut ſit repetitio. vel confidentes in divitiis. (*ſ*) DIMISIT, ſcilicet à ſe; quaſi dicat, privavit divitiis ſeu bonis, quibus gloriabantur. (*t*) SUSCEPIT, ſcilicet ſuccurrendo. (*u*) ISRAEL Accuſativus eſt. (*x*) PUERUM, ideſt ſervum, ſcilicet ſe colentem. (*y*) RECORDATUS, ideſt ſe memorem declarando. (*z*) ABRAHAM. Dativus eſt, qui regitur à *miſericordiæ* ſcilicet promiſſæ. (*aa*) SEMINI, ideſt poſteris. (*bb*) IN SAECULA, ideſt in perpetuum, conjungendum cum *miſericordiæ*, vel *ſemini*.

ORATIONES.

MS.

1 OMnipotens ſempiterne Deus, qui terrenis corporibus Unigeniti Filii tui per venerabilem ac glorioſam ſemper Virginem Mariam ineffabile myſterium conjungere voluiſti: petimus immenſam clementiam tuam, ut remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum, quam in ejus veneratione depoſcimus, te propitiante conſequi mereamur. Per eumdem Dominum.

Cod. Cardin. Cuſii ſcriptus ad initium XI. ſeculi.

2 OMnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam in Abrahae ſemine, in omnibus Gentibus hereditariam eſſe feciſti: concede propitius, ut te anima noſtra ſedulè magnificet; & ſpiritus noſter in tuo ſalutari ſemper exſultet. Per.

Brev. Mozarab. fol. 361.

3 MAgnificat ecce te, Dominè, redemptorem noſtrum beatae Genitricis voce omnis conventus Eccleſiae: quia reſpexiſti humilitatem Ancillae tuae, cùm te & Virgo ſancta concepit; & Eccleſia credendo cognovit: cùm de illa prodideris; & iſtam redimeres: cùm illam beatam dicunt omnes gentes; in iſta beatificentur populorum omnium nationes. ſuſcipe ergo Domine Iſraël populum tuum, memor miſericordiae tuae; qui locutus es patribus noſtris: ut complementum ſit divinae promiſſionis, totius mundi redemptio ſingularis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Cod. Palat. 30. in Vatic.

CANTICUM ZACHARIAE
PATRIS S. JOHANNIS.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Zacharias pater beati Johannis Baptiſtæ, licèt propter dubitatem mentis diù fuiſſet expers eloquio; munere tamen non eſt privatus divino: ſed edito puero, cujus nomen tacendo conſcripſerat, gratiâ Sancti Spiritus illuſtratus, quid futurum eſſet in Dei populo, prophetando pronunciavit, dicens:

Quotidie ad Matutinum.

BENEDICTUS (*a*) DOMINUS DEUS (*b*) ISRAEL:
quia viſitavit & (*c*) fecit redemptionem plebis (*d*) ſuae;
† & erexit (*e*) cornu ſalutis nobis
in (*f*) domo David (*g*) pueri ſui:
† ſicut (*h*) locutus eſt per os ſanctorum
qui a ſaeculo (*i*) ſunt Prophetarum ejus;
† ſalutem (*k*) ex inimicis noſtris,
& de manu omnium qui oderunt nos:
† ad faciendam miſericordiam (*l*) cum patribus noſtris,
& (*m*) memorari (*n*) teſtamenti ſui ſancti:
† juſjurandum (*o*), quod juravit ad Abraham patrem noſtrum,
daturum ſe nobis,
† ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati,
ſerviamus illi
† in ſanctitate (*p*) & juſtitiâ coram ipſo,
omnibus diebus noſtris.
† Et tu puer, *Propheta Altiſſimi* vocaberis:
praeibis enim ante faciem Domini (*q*) parare vias ejus;
† ad dandam (*r*) ſcientiam ſalutis plebi ejus,
in (*ſ*) remiſſionem peccatorum eorum,
† per viſcera (*t*) miſericordiae Dei noſtri.
in (*u*) quibus viſitavit nos (*x*) ORIENS (*y*) ex alto,
† illuminare (*z*) his qui in tenebris & in (*aa*) umbra mortis (*bb*) ſedent;
ad dirigendos (*cc*) pedes noſtros in viam (*dd*) pacis.

(*a*) BENEDICTUS, ſcilicet ſit, ideſt laudetur ſeu prædicetur. (*b*) ISRAEL, ideſt quem Iſrael colit. (*c*) FECIT REDEMPTIONEM, ideſt miſit redemptionem. (*d*) PLEBIS, ideſt populo. (*e*) CORNU, ideſt robur, quaſi dicat, fortem ſalutem dedit, vel fortem Ducem, qui ſervet. (*f*) DOMO, ideſt familiâ. (*g*) PUERI, ideſt ſervi. (*h*) LOCUTUS EST, ideſt promiſit, ſeu prædixit. (*i*) SUNT, pro, fuerunt. (*k*) SALUTEM, ſcilicet ſe daturum, nempe ſervaturum. (*l*) CUM PATRIBUS, pro, patribus, ſcilicet promiſſam. (*m*) MEMORARI, ideſt, ad declarandum ſe memorem. (*n*) TESTAMENTI, ideſt pacti. (*o*) JUSJURANDUM, pro juris jurandi. vel ſubintellige, implendum. (*p*) ET JUSTITIA, explicatio præcedentis: *juſtitia* enim ſanctitas, & *juſti* ſancti. (*q*) PARARE, ideſt, ad parandum. (*r*) SCIENTIAM, ideſt cognitionem. (*ſ*) REMISSIONEM, ſcilicet per Chriſtum obtinendam. (*t*) MISERICORDIAE, ſcilicet quâ peccata remittuntur, & ſalus ſeu juſtitia prima datur non meritis: gratia enim juſtificamur. (*u*) IN QUIBUS, ideſt per quæ. (*x*) ORIENS; nomen eſt ſubſtantivum, ſignificans Meſſiam. vide Zachar. 6. (*y*) EX ALTO, ideſt cælo, junge cum *viſitavit*. (*z*) ILLUMINARE, ideſt ad illuminandum. (*aa*) UMBRA MORTIS. Repetitio; eſt enim id epitheton tenebrarum, quod mortis imaginem referunt. (*bb*) SEDENT, ideſt manent. (*cc*) PEDES, ideſt affectus. (*dd*) PACIS, ideſt in pacem ducentem, ſeu pacificam.

ORATIONES.

MS.

1 OMnipotens ſempiterne Deus, qui beatiſſimum Praecurſorem tuum Johannem Baptiſtam ad praeparandas Unigeniti tui vias naſci juſſiſti: praeſta, quaeſumus; ut Interceſſionis ejus auxilium tribuas; & ad implenda mandata praepares voluntates. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Cod. Cardin. Chiſii ſcriptus ad Initium XI. ſaeculi.

2 UT tibi Domine in ſanctitate & juſtitiâ ſervire gaudeamus; expulſis, quaeſumus, de cordibus noſtris peccatorum tenebris & umbrâ mortis, pedes noſtros in viam pacis propitius dirige: & ab omnibus iniquitatum ſcandalis indeſinenter cuſtodi. Per.

Brev. Mozarab. fol. 374.

3 CHriſte Dei Filius, qui ſanctificatum tibi Johannem Praecurſorem tuum, prophetam tibi eligis; praeparans tibi viam in principio viarum tuarum; & per te puerum illum ante te boni nuncium deſtinas; concede nobis ſurſum ſemper corda habere: ut Verbum, quod Vox adhuc tenta praedicavit in utero, peccatores indultae pietatis munificet dono. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

CANTICUM SIMEONIS JUSTI.

HRabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus.

Narrat Euangeliſta Lucas, quòd cùm parentes Jeſu Domini noſtri ipſum puerum inducerent in Hieruſalem ad templum Domini, ut facerent ſecundùm Legem pro eo, & offerrent hoſtias ſecundùm quod ſcriptum eſt in Lege Domini: deinde quòd acceperit eum juſtus Simeon in ulnas ſuas, & benedixerit illum, prophetizans de ipſo. Magna quidem Domini potentia; ſed non minor clares humilitas, ut qui cælo terraque non capitur, grandævi hominis geſtetur totus in ulnis. Sed & tropicè accipit Simeon Chriſtum, veteranus infantem; ut doceat nos exuere veterem hominem, qui corrumpitur cum actibus ejus, & renovato ſpiritu mentis noſtræ, induere eum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate & veritate: hoc eſt, deponentes mendacium, loqui veritatem, & cætera, quæ ad novi hominis ſtatum pertinent, ore corde & opere perficere. Accipit ſenior juſtus ſecundùm legem, & timoratus puerum Jeſum in ulnas ſuas: ut ſignificet juſtitiam operum, quæ ex lege erant: quis enim neſciat opere per manus & brachia ſolere figurari? humilia quidem ſalutaris fidei Evangelicæ gratia mutanda accipit ſenior infantem Chriſtum; ut inſinuet hoc ſæculum quaſi ſenio jam & longæva ætate defeſſum, ad innocentiam & (ut ita dixerim) infantiam Chriſtianæ converſationis rediturum; & ſicut aquilæ, juventutem illius eſſe renovandam.

Quotidie ad Completoriū.

NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM, DOMINE,
ſecundùm verbum tuum, in pace:
† quia viderunt oculi mei Salutare tuum,
† quod paraſti ante faciem omnium populorum,
† lumen ad revelationem Gentium,
& gloriam plebis tuae Iſraël.

O R A T I O N E S.

1 PErfice in nobis, quaeſumus, Domine gratiam tuam; qui juſti Simeonis exſpectationem impleſti. ut ſicut ille mortem non vidit, priuſquam Chriſtum Dominum videre mereretur; ita & nos vitam obtineamus aeternam. Per eumdem.

Brev. Mozarab. fol. 38. 346.
* *al.* eorummet credentium.

2 OMnipotens Pater, & Domine Deus, largire credenti tuo populo pacem: ut in templo tuo videamus Salutare tuum; quem Simeon juſtus ulnis ſuis accepit: ut qui lumen ad revelationem Gentium exſtitit, indultor criminum * ſibimet credentium ſentiatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 36. 346.

3 BEatam Domine illam juſti tui Simeonis vocem fac in nobis pari diligentiâ perſonare: ut quia vidimus & credimus Salutare tuum; in pace, cùm juſſeris, dimittamur: non quò à te dimiſſos finis vitae accipiat; ſed, per te abſolutos à debito, in fine pax ſempiterna poſſideat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus *&c.*

fol. 37.

4 NOtum factum eſt Salutare, Domine virtutum; factum eſt, praedictum Prophetarum praeconio; viſumque populorum aſpectu; dum Simeon ulnis geſtavit ſenex, quod Vates cecinerunt priores: pro quo & promiſſa & inchoata cognoſcitur prophetia; ut requieſceret in pace, dum aſpiceret pacem: & Jeſus Dominus lumen in revelationem Gentium, & gloriam plebis tuae Iſraël, & promiſſus prodiret, & prodiens appareret: lumenque ejus proveniret in ſaeculo, quos caecitas oppreſſerat tenebrarum in mundo. praeſta proinde precibus Eccleſiae tuae, ut quos mirabilia haec feciſti agnoſcere, ad te facias in pace pervenire. (℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*)

fol. 346.

5 FAc nos, Domine, ut Salutare tuum, quem oculis fidei vidimus, placabilem in judicio ſentiamus: ut qui ad revelationem praeparatus eſt Gentium, non ad punitionem, ſed ad ſalvationem ſe judicem ingerat redemptorum. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam *&c.* Deus noſter: qui es benedictus *&c.*

fol. 346.

6 OMnipotens Deus Pater & Domine, largire credenti tuo populo pacem: ut qui Salutare tuum vidimus, viſione gratiae tuae muneremur. ut qui lumen ad revelationem exſtitit Gentium, indultor criminum ipſemet credentium ſenſiatur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

ALIA

ALIA CANTICA.

CANTICUM DEBBORAE ET BARAC

Cap. V.

in libro Judicum.

Debbora prophetiſſa & Barach adverſùs Siſaram Principem exercitùs Jabin Regis Chanaan dimicantes: terroreque divinitùs immiſſo, exercitum unà cum Siſara fugantes; quem profugum infixo clavo tempori ejus Jahel mulier occidit; hæc pro ingenti victoria Domino cecinerunt.

QUI SPONTE OBTULISTIS DE ISRAEL ANIMAS VESTRAS AD PERICULUM,
benedicite Domino.
† Audite reges, auribus percipite principes:
ego ſum, ego ſum, quae Domino canam;
pſallam Domino Deo Iſraël.
† Domine cùm exires de Seir,
& tranſires per regiones Edom;
† terra mota eſt,
caelique ac nubes (a) diſtillaverunt aquis:
† montes (b) fluxerunt a facie Domini;
& Sinai a facie Domini Dei Iſraël.
† In diebus Samgàr filii Anath,
in diebus (c) Iahel (d) quieverunt ſemitae:
& qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt per calles devios.
† (e) ceſſaverunt (f) fortes in Iſraël & quieverunt;
donec ſurgeret Debbóra, ſurgeret mater in Iſraël.
† Nova (g) bella elegit Dominus:
& portas hoſtium ipſe ſubvertit.
† clypeus & haſta (h) ſi apparuerint in quadraginta millibus Iſrael:
cor meum diligit principes Iſraël.
† Qui propriâ voluntate obtuliſtis vos diſcrimini,
benedicite Domino.
† Qui aſcenditis ſuper (i) nitentes aſinos,
& (k) ſedetis in judicio,
& (l) ambulatis in via, loquimini.
Ubi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus:
† ibi narrentur juſtitiae Domini;
& elementia (m) in fortes Iſrael.
† Tunc deſcendit populus Domini (n) ad portas:
& obtinuit principatum.
† Surge, ſurge Debbóra,
ſurge, ſurge & loquere canticum.
Surge Barac;
& apprehende captivos tuos fili Abinoem.
† Salvatae ſunt reliquiae populi:
Dominus in fortibus dimicavit.
† ex Ephraìm delevit eos (o) in Amalec:
& poſt eum (p) ex Beniamin * in populos tuos o Amalec.
† De Machìr principes deſcenderunt,
& de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.
† duces Iſſachàr fuere cum Debbóra;
& Baràc veſtigia ſunt ſecuti:
qui quaſi in praeceps ac barathrum ſe diſcrimini dedit.
† Diviſo contra ſe (q) Ruben,
magnanimorum reperta eſt contentio.
† Quare habitas inter duos (r) terminos,
ut audias (ſ) ſibilos gregum?
† Diviſo contra ſe Ruben,
magnanimorum reperta eſt contentio.
† Galaàd trans Jordanem quieſcebat:
& Dan vacabat navibus:
† Asèr habitabat in littore maris;
& in portubus morabatur.
† Zabulòn verò & Nephtali obtulerunt animas ſuas morti
in regione Merome.
† Venerunt reges, & pugnaverunt:
pugnaverunt reges Chanaan
in Thanàc juxta aquas Mageddo:
& tamen nihil tulere praedantes.
† De caelo dimicatum eſt contra eos:
† ſtellae (t) manentes in ordine & curſu ſuo,
adverſus Siſaram pugnaverunt.
† Torrens Ciſon traxit cadavera eorum,
torrens

(a) DISTILLAVERUNT, ſc. præ timore ſudantes; quaſi dicat, totus orbis tremebat. (b) FLUXERUNT, repetitio; videtur autem per montes & cælos, Principes intelligere. (c) JAHEL, de qua lib. Judic. c. 4. & inf. (d) QUIEVERUNT &c. quaſi dicat, qui iter faciebat, non audebat præ timore ire viâ regiâ. (e) CESSAVERUNT. Chald. *deſolatæ ſunt*: LXX. *defecerunt*. (f) FORTES, Hebr. Pagn. Chald. *urbes*. LXX. *habitantes*. (g) NOVA BELLA &c. quaſi dicat; inuſitata & mirabilia; Hebr. *Cùm elegit* (ſc. Iſrael) *deos novos, tunc bellum in portis* ſcil. habuit. (h) SI APPARUERINT, quaſi dicat, nemo audebat arma ſumere. (i) NITENTES, Hebr. *canditas*. (k) SEDETIS IN JUDICIO, Chald. *ſuper judicium*; LXX. *in judicio*, quaſi dicat, qui præeſtis judiciis, vel, qui equitatis commodè. (l) AMBULATIS, ideſt iter facitis. (m) IN FORTES, ideſt in exercitu fortium Iſraelitarum. (n) AD PORTAS, quaſi dicat, ad egrediendum ex urbibus intrepidè. (o) IN AMALEC, ideſt Amalecitas. (p) EX BENIAMIN. ſcilicet fuit etiam victoria. (q) RUBEN, ſcilicet dum vult ipſe etiam opem ferre, orta eſt diſcordia. (r) TERMINOS, ſcilicet inde hoſtium, hinc Iſraelitarum. Alii, *caulas*. (ſ) SIBILOS, quaſi dicat, ut inter pecora maneas, nec adjuves fratres tuos in bello? (t) STELLAE, pro, cæleſte auxilium, ſeu Angeli.

torrens (*a*) Cadumim, torrens Ciſon.
† Conculca anima mea robuſtos:
ungulae equorum ceciderunt;
fugientibus impetu,
& per praeceps ruentibus fortiſſimis hoſtiū.
† *Maledicite terrae Meroz*:
dixit (*b*) Angelus Domini:
maledicite habitatoribus ejus:
quia non venerunt ad auxilium Domini,
in adjutorium fortiſſimorum ejus.
† Benedicta inter mulieres Jahèl uxor Habèr Cinaei:
& benedicatur in tabernaculo ſuo.
† Aquam petenti lac dedit:
& in phiala (*c*) principum obtulit (*d*) butyrum.
† ſiniſtram manum miſit ad clavum;
& dexteram ad fabrorum malleos:
percuſſitque Siſaram;
quaerens in capite vulneri locum,
& tempus validè perforans.
† Inter pedes ejus ruit:
defecit & mortuus eſt.
volvebatur ante pedes ejus:
& jacebat exanimis & miſerabilis.
† Per feneſtram reſpiciens, ululabat mater ejus;
& de coenaculo loquebatur:
† *Cur moratur regredi currus ejus?*
quare tardaverunt pedes quadrigarum illius?
† Una ſapientior caeteris uxoribus ejus,
haec ſocrui verba reſpondit:
† *Forſitan nunc dividit ſpolia*:
& pulcherrima feminarum eligitur ei.
† *veſtes diverſorum colorum Siſarae traduntur in praedam*:
& ſuppellex varia ad ornanda colla congeritur.
† Sic (*e*) pereant omnes inimici tui Domine:
qui autem diligunt te,
ſicut ſol in ortu ſuo (*f*) ſplendet, ita rutilent.

(*a*) CADUMIM, quaſi dicat, antiquiſſimus. Quidam tamen putant nomen eſſe proprium alterius torrentis. (*b*) ANGELUS, ſcilicet loquens per me. (*c*) PRINCIPUM, quaſi dicat, pulchra. (*d*) BUTYRUM, pro lac. (*e*) PEREANT, ſcilicet ut Siſara. (*f*) SPLENDET, ſcilicet & ſubinde ſit lucidior.

O R A T I O.

Brev. Mozarab. fol. 177. De SS. Apoſtolis.

CHriſte Dei Filius, qui praecedentibus Prophetis, novae gratiae filios introducis; dum Apoſtolos Prophetis, quaſi filios patribus, ſuccedere facis; qui propria voluntate animas ſuas offerunt: quorum ſors utique inter Sanctos inventa; quia praedicatio Apoſtolorum, praecedentium Prophetarum eſt vaticinio roborata: te poſcimus & rogamus, ut qui utrorumque Teſtamentorum radiis diſpoſitione mirifica ordinaſti, quò in veritatis oſtenſione dignè * atque pulcherrimè veteribus nova ſuccederent; fac nos ipſis Apoſtolis tuis heredes ſemper exſiſtere: ut quia per illos ſuſcepimus fidem; cum his etiam habeamus te ſemper hereditatem. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

* *ibi*, facie atque.

Eſaiæ V. 1.

CANTICUM ESAIAE PROPHETAE

DE VINEA DOMINI.

Ex S. Hieron. in Eſaiam.

Eſaias Propheta de tribu Juda, cantat dilecto populo ſuo carmen lamentabile atque lugubre; quod Chriſtus Patruelis ſuus, hoc eſt ex eadem ſecum tribu generatus, vineæ ſuæ Iſrael compoſuit. Itaque Jeruſalem plangitur: & ſermone Prophetico illius ruina cantatur. Quæ omnia poſſunt & ad animæ humanæ referri ſtatum: quæ à Deo plantata in bonum, non uvas attulerit, ſed labruſcas.

Ex Antiphonario Romano MS. & Brev. Mozarab. fol. 131. DEUS.

V E T U S.

Cantabo nunc dilecto canticum Dilecti vineae meae.

VINEA FACTA EST DILECTO IN CORNU ET IN LOCO UBERI.
Et macerià circumdedi,
& cir-

V U L G A T A.

Cantabo dilecto meo (a) canticum Patruelis (b) mei (c) vineae ſuae.

VINEA FACTA EST dilecto meo, *in* (d) *cornu* (e) *filio olei*. Propheta.
† *& ſepivit eam*: *& lapides* (f) *elegit ex illa*:
& plan-

(*a*) CANTICUM, ſcilicet mœſtum. (*b*) PATRUELIS; Chaldæus, & LXX. *dilecti*, quaſi dicat, canticum ipſius, ſeu de ipſo, nempe de vinea ſua, ùt ſtatim additur. (*c*) VINEAE SUAE, pro, de vinea ſua. (*d*) CORNU, ideſt colle excelſo; Chald. *monti excelſo*. (*e*) FILIO OLEI, ideſt pingui, Chald. *in terrâ pingui*; LXX. *in loco pingui*. (*f*) ELEGIT, pro, ejecit: quaſi dicat, purgavit eam lapidibus, vel *lapidum materiâ clauſit*, ùt LXX. interpretantur.

Vetus.

& circumfodi & plantavi vineam ſorec,
† & aedificavi turrim in medio ejus:
& torcular fodi in ea.
& ſuſtinui ut faceret uvas; fecit autem ſpinas.
† Et nunc homo Juda & qui habitatis (in Jeruſalem,)
judicate inter me & vineam meam.
† Quid faciam vineae meae, quod adhuc ei non fecerim?
quam ſuſtinui ut faceret uvas, fecit autem ſpinas.
† Et nunc ecce ego annuncio vobis quae facturus ſum vineae meae.
Auferam maceriam ejus; & erit in direptionem.
& deſtruam parietes ejus, & erit in conculcationem.
† & derelinquam vineam meam:
& non putabitur neque fodietur:
& aſcēdēt in eā ſicut in agrū incultū ſpinae:
& nubibus mandabo ne pluant ſuper eam pluviam.
† Vinea enim Domini Sabaoth, domus eſt Iſraël:
& homo Juda, novellum dilectum.
† Suſtinui ut faceret judicium:
fecit autem iniquitatem,
& non juſtitiam, ſed clamorem.

Vulgata. DEUS.

& plantavit eam (a) *electam.*
† *Et aedificavit* (b) *turrim in medio ejus:*
& (c) *torcular extruxit in ea.*
† *& exſpectavit ut faceret* (d) *uvas;*
& fecit (e) *labruſcas.*
† *NUNC ERGO habitatores Jeruſalem & viri Juda,*
judicate inter me & vineam meam.
† *Quid eſt quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei?*
† *an* (f) *quod exſpectavi ut faceret uvas; & fecit labruſcas?*
† *Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineae meae.*
Auferam (g) *ſepem ejus; & erit in direptionem:*
diruam (h) *maceriam ejus; & erit in conculcationem*
† *& ponam eam deſertam:*
non putabitur & non fodietur:
& aſcendent vepres & ſpinae:
& (i) *nubibus mandabo ne* (k) *pluant ſuper eam imbrem.*
† *Vinea enim Domini exercituum, domus Iſraël eſt:*
& vir Juda, (l) *germen ejus delectabile.*
& expectavi ut faceret (m) *judicium;*
& ecce iniquitas:
& juſtitiam;
& ecce (n) *clamor.*

(*a*) ELECTAM, ideſt electis vitibus. (*b*) TURRIM; Chald. *ſanctuarium.* (*c*) TORCULAR; Chald. *altare.* (*d*) UVAS; Chald. *opera bona.* (*e*) LABRUSCAS; Chald. *opera iniqua.* (*f*) AN QUOD; Hebr. *cur?* quaſi dicat, Dignum ne fuit? (*g*) SEPEM EJUS; Chald. *majeſtatem meam.* (*h*) MACERIAM; Chald. *domum ſanctuarii.* (*i*) NUBIBUS; Chald. *Prophetis.* (*k*) PLUANT SUPER EAM IMBREM; Chald. *propheti*z*ent ſuper eos prophetiam.* (*l*) GERMEN EJUS DELECTABILE; Chald. *plantatio lætitiæ ejus*, ideſt ei jucunda; LXX. *novella plantatio dilecta.* (*m*) JUDICIUM, ideſt quod juſtum eſt. (*n*) CLAMOR, ſcilicet oppreſſorum; vel quaſi dicat, clamant ad me injuſtitiæ; Chald. *multiplicant peccata.*

ORATIONES.

Sacram. Gelaſianum in Paſchate.

1 DEus, qui in omnibus Eccleſiae tuae filiis, ſanctorum prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis tuae ſatorem te bonorum ſeminum, & electorum palmitum eſſe cultorem: tribue populis tuis, qui & vinearum apud te nomine cenſentur & ſegetum; ut ſpinarum & tribulorum ſqualore reſecato, dignâ efficiantur fruge foecundi. Per.

Idem in Pentecoſte.

2 OMnipotens, ſempiterne Deus, qui per unicum Filium tuum, Eccleſiae tuae demonſtraſti te eſſe cultorem, omnem palmitem, fructum in eodem Chriſto tuo (qui vera vitis eſt) efferentem, clementer excolens, ut fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Aegypto per fontem Baptiſmi* pertuliſti, nullae peccatorum ſpinae praevaleant: ut, Spiritûs tui ſanctificatione muniti, perpetuâ fruge ditentur. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejuſdem Spiritus Sancti, per omnia ſaecula ſaeculorum.

* *al.* tranſtuliſti.

Brev. Mozarab. fol. 131.

3 DOmine, qui Iſraëliticam vineam pro fructibus repuliſti ſpinarum; amplia Eccleſiam tuam inlatione virtutum: ut maceriâ, quâ illi detecti ſunt, praeceptorum nos ambias: & turrim regni, torcularque altaris, quod illis imminuis, nobis impertias: ut, imbre nubium in pluviam ruptâ, flammarum debitas vepres non exhibeamus; ſed fruges caeleſtes benignus & in nobis nutrias, & ex nobis accipias. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen.*

Eſaiæ XXVI. 1.

ALIUD CANTICUM ESAIAE PROPHETAE.

Canticum iſtud, quod in terra confeſſionis & laudis Sancti canunt, de Domino Salvatore loquitur; cujus adventu cæleſtis Urbis apertæ ſunt portæ; vetus eſt idololatriæ error ablatus, pax ſervata, ſuperbi humiliati; atque pedibus pauperis, greſſibusque egenorum, Chriſti videlicet & Apoſtolorum, ſunt conculcati.

VETUS.

Propheta. Ex Brev. Mozarab. fol. 12

ECCE CIVITAS VIRTUS ET SALVATIO NOSTRA.
ponc murum, & circa murum munitionem muri.
† * Poſt ſceptrum viri *, aperite portas:
intret plebs cuſtodiens juſtitiam,
participes qui ſunt veritatis, cuſtodientes pacem.
† Quoniam in te ſperaverunt Domine uſque in aeternum.
Deus magnus & aeternus.
† Quomodo humiliaſti & deduxiſti eos,
qui commorabantur in altiſſimis!
† Civitates firmiſſimas dejicies;
& deduces eas uſque ad humum:
& conculcabunt eas pedes manſuetorum & humilium.
† Directa facta eſt via piorum:
& praeparatum eſt iter ſanctorum:
† viae enim Domini, judicium.

Speravimus in nomine ejus, & in memoria quam concupivit anima mea.

* Hæc tria verba non exſtant apud LXX.

VULGATA.

Propheta.

URBS FORTITUDINIS NOSTRAE SION, (a) SALVATOR.
ponetur (b) in ea murus, & antemurale.
† *Aperite (c) portas:*
& ingrediatur gens juſta, cuſtodiens (d) veritatem.
† *Vetus error abiit:*
ſervabis pacem pacem;
quia in te ſperavimus.
† *Speraſtis in Domino (e) in ſaeculis aeternis,*
in Domino Deo forti in perpetuum.
† *Quia incurvabit (f) habitantes in excelſo:*
civitatem (g) ſublimem humiliabit.
† *humiliabit eam uſque ad terram:*
detrahet eam uſque ad pulverem.
† *Conculcabit (h) eam pes,*
pedes (i) pauperis greſſus egenorum.
† *Semita juſti recta eſt:*
rectus callis juſti ad ambulandum.
† *Et (k) in ſemita judiciorum tuorum, Domine, (l) ſuſtinuimus te:*
nomen tuum & (m) memoriale tuum (n) in deſiderio animae.
Anima mea (o) deſideravit te in nocte.

(a) SALVATOR; ſcilicet eſt: quaſi dicat, Chriſtus eſt fortitudo noſtra; Chald. & LXX. *ſalus*. (b) PONETUR &c. quaſi dicat, erunt tutiſſimi fideles in Eccleſia. (c) PORTAS, ſcilicet Eccleſiæ vel cœli. (d) VERITATEM, ſcilicet Evangelium. (e) IN SAECULIS &c. pro, in ſæcula æterna, ideſt in perpetuum. poteſt autem conjungi cum *ſperaſtis*, vel cum *Domino*. (f) HABITANTES &c. ideſt, ſuperbos, vel Jeroſolymitanos. (g) CIVITATEM, ſcilicet Jeruſalem, vel Romam, vel mundum. (h) CONCULCABIT, ideſt ſubjiciet, vel contemnet. (i) PAUPERIS, ſcilicet Chriſti & Apoſtolorum. (k) IN SEMITA &c. quaſi dicat, dum nos punis, vel in rectitudine, ſeu juſtitia. (l) SUSTINUIMUS, ideſt exſpectavimus, ſcilicet ut opem ferres, ſeu liberares. (m) MEMORIALE TUUM, ideſt tui memoria, vel tuam noſtri memoriam. (n) IN DESIDERIO ANIMAE pro, deſideravimus. (o) DESIDERAVIT; LXX. *conſurgit ad*. (p) TE; Chald. *orare te*.

ORATIO.

Brev. Mozarab. fol. 135.

URbs fortitudinis noſtrae, ſalvationes tuae muro nos protege; noſque & intrinſecus ab hoſte defende: ut, intra extraque tuâ protectione muniti, in tua pace atque quiete mereamur jugiter permanere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

Eſaiæ XXVI. 9.

ALIUD CANTICUM ESAIAE PROPHETAE.

Canticum iſtud petit, ut percutiantur impii, & pax poſt cuncta donetur: & facto, dicens propter timorem Domini parturire & parere ſpiritum ſalutis, habitatoreſque terræ corruere, quia ſalutes non fecerunt in terra; mortuorum reſurrectionem apertè prænunciat.

VETUS.

Propheta. Ex Pſalterio Ambroſiano ſub S. Carolo.

DE NOCTE VIGILAT SPIRITUS MEUS AD TE DEUS:
† quia lux eſt praecepta tua ſuper terram.
† Juſtitiam diſcite qui habitatis terram:

ceſſa-

VULGATA.

Propheta.

* *DE MANE VIGILABO AD TE.*
Cum (a) feceris judicia tua in terra;
juſtitiam diſcent habitatores orbis.

Miſe-

* Hinc incipit hoc Canticum in Cod. vetuſtiſſimo Vatic. olim Reginæ Svetiæ.

(a) CUM FECERIS &c. ideſt cùm punieris peccatores. LXX. *quia lux praecepta tua ſuper terram*.

Vetus.

ceſſavit enim impius.
† Omnis, qui non didicerit juſtitiam ſuper terram, veritatem non faciet.
† Tollatur impius,
ne videat majeſtatem Domini.
† DñeDeus excelsũ eſt brachiũ tuũ,&neſcierũt: dũ autẽ adveneris, ſcientes confundentur.
† Zelus apprehendet populum ineruditum: & nunc ignis adverſarios conſumit.
† Domine Deus noſter pacem da nobis: omnia enim reddidiſti nobis.
† Domine Deus noſter poſſide nos:
Domine praeter te alium neſcimus:
nomen tuum nominamus.
† Mortui autem vitam non videbunt:
neque medici ſuſcitabunt.
† Ideo ſuperinduxiſti & perdidiſti & ſuſtuliſti omnem maſculum eorum.
† Adde illis mala Domine:
adde mala omnibus glorioſis terrae.
† Domine in tribulatione memor fui tui:
in tribulatione modicâ, eruditio tua eſt nobis.
† & ſicut parturiens proxima ut pareret, in dolore ſuo exclamavit:
ita facti ſumus in dilecto tuo.
† propter timorem tuum Domine
in utero accepimus & doluimus & peperimus ſpiritum ſalutis tuae;
quem* feciſti ſuper terram.
† Nõ cadẽus,ſed cadẽt qui ĩhabitãt ſuper terrã: exſurgent mortui; & reſurgent qui in monumentis ſunt:
& laetabuntur qui ſunt ſuper terram.
† ros enim qui abs te eſt, ſanitas eſt illis:
terra verò impiorum peribit.
† Ambula populus meus; & intra in receſſus tuos:
† elande oſtium tuum; & abſconde te poſt illud aliquantulum,
donec tranſeat ira Domini.

*al. facimus.

Vulgata.

† *Miſereamur* (a) *impio:*
Et non diſcet juſtitiam.
† *In* (b) *terra ſanctorum iniqua geſſit:*
& non videbit gloriam Domini.
† *Dñe*(c)*exaltetur manus tua,&*(d)*non videat videant,& confundantur* (e)*zelantes populi:*
& ignis hoſtes tuos devoret.
† *Domine dabis pacem nobis:*
omnia enim opera noſtra operatus es nobis.
† *Domine Deus noſter,* (f) *poſſederunt nos* (g) *domini abſque te:*
tantùm (h) *in te recordemur nominis tui.*
† *Morientes* (i) *non* (k) *vivant:*
gigantes (l) *non* (m) *reſurgant.*
† *Propterea viſitaſti & contriviſti eos:*
& perdidiſti omnem memoriam eorum.
† *indulſiſti genti* (n) *Domine, indulſiſti genti:*
numquid (o) *glorificatus es?*
elongaſti (p) *omnes terminos terræ.*
† *Domine, in anguſtia requiſierunt te:*
in tribulatione (q) *murmuris, doctrina tua* (r) *eis.*
† *Sicut quae concipit cùm appropinquaverit ad partum.*
dolens clamat in doloribus ſuis;
ſic facti ſumus (ſ) *à facie tua Domine.*
† *Concepimus & quaſi parturivimus & peperimus ſpiritum.*
ſalutes (t) *non fecimus in terra:*
† *ideo non* (u)*ceciderunt habitatores terrae.*
Vivẽt mortui(x)*tui,ĩterfecti*(y)*mei reſurgent.*
† *Expergiſcimini & laudate qui habitatis in* (z)*pulvere.*
Quia ros (aa) *lucis,* (bb) *ros tuus;*
Et terram(cc)*gigantum detrahes in ruinam.*
† *Vade populus meus, intra* (dd) *in cubicula tua:*
claude oſtia tua ſuper te.
† *abſcondere modicum ad momentum,*
donec pertranſeat (ee) *indignatio.*
† *Ecce enim Dñus* (ff)*egredietur de loco ſuo,*
ut viſitet iniquitatẽ habitatoris terrae cõtra eũ.
Et(gg) *revelabit terra* (hh) *ſanguinem ſuum:*
Et non operiet ultra interfectos ſuos.

(*a*) MISEREAMUR, ſcilicet expectando ad poenitentiam. Vox Dei. (*b*) IN TERRA SANCTORUM &c. quaſi dicat, habitans inter juſtos; LXX. *tollatur impius, ne videat gloriam Domini.* (*c*) EXALTETUR &c. quaſi dicat, oſtes de tuam potentiam, vel puni. (*d*) NON VIDEANT, ſcilicet ad ſalutem, ſed confuſionem. (*e*) ZELANTES, ideſt invidentes, ſcil. Judaei ſaluti Gentium; vel, zelantes non ſecundùm ſcientiam. (*f*) POSSEDERUNT &c. LXX. *poſſide nos Domine: extra te alium non ſcimus: invocamus nomen tuum.* (*g*) DOMINI, ſcilicet Daemon Mundus & Caro. (*h*) IN TE, ſcilicet confidimus. (*i*) MORIENTES, ſcilicet in peccatis. (*k*) VIVANT, pro, vivent, ſcilicet cum juſtis. (*l*) GIGANTES, ideſt tyranni, ſeu oppreſſores aliorum. (*m*) RESURGANT, pro, reſurgent, ſcilicet ad vitam aeternam. vide Pſalm. I. (*n*) INDULSISTI, ſcilicet remittendo peccata, vel non puniendo. (*o*) GLORIFICATUS ES? ſcilicet ab Ingratis. (*p*) ELONGASTI, ideſt produxiſti; quaſi dicat, dilataſti Eccleſiam. (*q*) MURMURIS, ideſt ingemiſcentes; Chald. tacitè; LXX. *parva.* (*r*) EIS, ſcilicet adhibetur; vel, prodeſt. (*ſ*) A FACIE TUA; Chald. *quia peccavimus coram te;* LXX. *propter timorem tuum.* (*t*) SALUTES, ideſt opera ſalutis. (*u*) CECIDERUNT, ideſt Deo ſe humiliaverunt; vel ideo a nobis ſuperari non potuerunt. (*x*) TUI, ideſt propter te, vel in gratia tua. (*y*) MEI. Vox Dei. (*z*) PULVERE, ideſt humilitate, vel quaſi dicat, ſepulti. (*aa*) LUCIS, ideſt matutinus; LXX. *ſanitatis ipſis eſt.* (*bb*) ROS TUUS ideſt gratia vel auxilium. (*cc*) GIGANTUM, ideſt improborum, ſeu violentorum. (*dd*) IN CUBICULA, ideſt ſepulchra, Hieron. epiſtola 61. & Tertullianus lib. de reſurrectione carnis. (*ee*) INDIGNATIO, ſcilicet Dei. vide locum ſimilem Job 14. (*ff*) EGREDIETUR, ſcilicet ad puniendum: quaſi dicat, manifeſtabit ſuam potentiam. (*gg*) REVELABIT, ideſt manifeſtabit. (*hh*) SANGUINEM &c. Chald. *ſanguinem innocentem ſuper ſe effuſum,* quaſi dicat, apparebunt peccatores, & punientur a Deo.

ORATIONES.

Brev. Mozarab. fol. 71. 106.

1 DE nocte vigilantem ad te ſpiritum noſtrum, luce Deus decorâ praeceptorum tuorum illuſtra: & in tempeſtate requirentium te, vigil tu lux adeſto meridiana. nullae nos tenebrae te ſequentes impediant; nec injuſtitiae amor noſtra à te veſtigia retrahat: ſed valeamus juſtitiam diſcere, te auctorem juſtitiae proficienti poſtulamus aviditate: ac dum te viſu perpeti amplecti concupiſcimus, tuae quoque ſapienitiae amplexibus perenniter haereamus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 149.

2 POne Domine Spiritum tuum in nos; ut parturiamus ſpiritum ſalutis, quem feciſti ſuper terram: ut, ipſo nobiſcum in aeternum manente, nullis poenis cruciemur in futuro examine. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

CANTICUM JONAE PROPHETAE.

Jonae II. 3.

Jonas miſſus in mare, & à ceto magno deglutitus, poſtquam in ejus utero ſoſpitem eſſe ſe ſentiit, non deſperans de Domini miſericordia, ad Dominum Deum ſuum orat: deſideranſque, in profundo maris poſitus, videre templum Domini; ſpiritu Prophetali ubi eſt, & alibi contemplatur. Porrò, ſicut Jonæ in mare demerſio, paſſionem indicat Salvatoris; ita & oratio illius typus eſt Dominicæ orationis.

VETUS.

Propheta. Ex Pſalterio Ambroſiano.

CLAMAVI AD DOMINUM DEUM MEUM in tribulatione mea:
† & exaudivit de vẽtre inferni clamorẽ meũ.

Et exaudiſti vocem meam.
† Projeciſti me in altitudinem cordis maris:
& flumina me circumdederunt.
† omnes altitudines tuae & fluctus tui ſuper me tranſierunt.
† & ego dixi: *Expulſus ſum ab oculis tuis:*
forſitan adjiciam, ut reſpiciam ad templum ſanctum tuum.
† *Circumfuſa eſt mihi aqua uſque ad animam meam:*
abyſſus circuivit me * *poſtremo.*
† *ingreſſum eſt caput meum in ſciſſuris montium:*
deſcendi in terram, cujus veſtes ſunt continentes aeterni.
† *Et aſcendat de corruptione vita mea ad te Domine Deus meus.*
† In hoc quod defecit anima mea a me, Domini memoratus ſum:
† & veniat oratio mea ad templum ſanctum tuum.

* poſtrema. *ideſt*, noviſſima; *ut apud S. Ambroſii in Pſalmo* XLIII.

Obſer-

VULGATA.

Propheta.

CLAMAVI (a) *DE TRIBULATIONE MEA AD DOMINUM:*
† *& exaudivit me.*
De ventre (b) *inferi clamavi;*
& (c) *exaudiſti vocem meam.*
† *Et projeciſti me in profundum in* (d) *corde maris:*
& (e) *flumen circumdedit me.*
omnes (f) *gurgites tui & fluctus tui ſuper me tranſierunt.*
† *&* (g) *ego dixi*: Abjectus ſum à conſpectu oculorum tuorum:
verumtamen rurſus (h) videbo templum ſanctum tuum.
† Circumdederunt me aquae uſque ad (i) animam:
abyſſus vallavit me; pelagus operuit caput meum:
† ad (k) extrema montium deſcendi:
terrae (l) vectes concluſerunt me (m) in aeternum.
& (n) ſublevabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus.
† *Cum anguſtiaretur in me anima mea,*
Domini recordatus ſum;
ut (o) *veniat ad te oratio mea ad* (p) *templum ſanctum tuum.*

Qui

(*a*) CLAMAVI, ſcilicet cum projicerer in mare. (*b*) Inferi, ideſt ceti: qui velut ſepulchrum erat, vel ut infernus: ſcilicet profundum quiddam & tenebroſum atque horribile; Chald. *de infima abyſſo*. (*c*) EXAUDISTI, ſcilicet ſentiebat ſe nihil lædi; & ſperabat ſe inde liberandum. (*d*) CORDE, ideſt medio. (*e*) FLUMEN, ideſt aquæ copia, ſeu fluctus; LXX. *flumina*. (*f*) GURGITES, ideſt aquarum copia; Chald. *tempeſtates*; LXX. *elevationes*: vide Pſalm. 41. ubi eadem prorſus verba, quæ hic & in Hebr. & in LXX. (*g*) EGO DIXI &c. quaſi dicat, putabam me a te derelictum. (*h*) VIDEBO, ideſt ſpero me viſurum. (*i*) ANIMAM, ideſt animæ ſeu vitæ periculum; Chald. *mortem*. vide ſimilem phraſim Pſalm. 68. (*k*) EXTREMA; Chald. *radices*; LXX. *ſciſſuras*, ſcilicet cavernas, quæ ſunt ad montium radices prope mare. (*l*) VECTES, pro, velut vectes; quaſi dicat, ita eram concluſus, ut qui vectibus clauditur. (*m*) IN AETERNUM; quaſi dicat, niſi Dei potentiâ numquam inde exire poſſem, ſcilicet ex illis ſcopulorum cavernis; LXX. *æterni*; quaſi dicat, fortiſſimi. (*n*) ET, pro, tamen. (*o*) UT VENIAT; pro, ne veniret; LXX. *& veniat*; Chald. *& venit*. (*p*) TEMPLUM, ſcilicet cœlum, vel templum Jeroſolymitanum, ubi Deus ſolebat exaudire; quòque ſe Jonas animo videtur convertiſſe, dum oraret.

Vetus.

Obſervantes vana & falſa, miſericordiam ſuam dereliquerunt:
† ego autem cum voce confeſſionis & ſupplicationis immolabo tibi:
† quaecumque vovi, reddam tibi ſalvatori meo Domino.

Vulgata.

† *Qui* (a) *cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam* (b) *ſuam derelinquunt.*
† *ego autem* (c) *in voce laudis* (d) *immolabo tibi:*
quaecumque vovi, reddam pro ſalute Domino.

(*a*) CUSTODIUNT VANITATES, ideſt colunt idola. (*b*) MISERICORDIAM SUAM, ſcilicet Deum, a quo miſericordia cuique exſpectanda eſt. (*c*) IN VOCE LAUDIS, ideſt laudando te. (*d*) IMMOLABO, ſcilicet hoſtias.

ORATIO.

Brev. Mozarab. fol. 191.

SAlvator noſter & Domine, fac nos votum tibi ex corde puro vovere: ut infatigabili curſu tua ſervantes praecepta, patienter adverſa cuncta toleremus praeſentia. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

*CANTICUM HIEREMIAE. ORATIO HIEREMIAE PROPHETAE. Thren. IV.

*Ita cod. vetuſtiſſimus Vat. olim Reginae Svetiae.

Propheta vaſtationem urbis Jeruſalem, & caſum populi Judaeorum hiſtorialiter deplorat: & ſpiritualiter ruinam animarum fidelium, & vaſtationem, quam paſſae ſunt à nequitiis ſpiritualibus, flebiliter commemorat. Ad extremum verò ipſius Domini opem & miſericordiam ſubvenire afflictis, humiliter deprecatur.

VETUS.

Propheta. Ex eodem cod. & Brev. Mozarab. fol. 123.

MEMENTO DOMINE QUID FACTUM SIT NOBIS:
aſpice & vide opprobrium noſtrum.
† Hereditas noſtra converſa eſt alienis;
domus noſtrae peregrinis.
† Orphani facti ſumus, velut non habentes patres:
matres noſtrae ſicut viduae.
† Aquas noſtras in pecunia bibimus:
& ligna noſtra in cõmutatione accepimus.
† In cervices noſtras curvati ſumus:
laboravimus, requiem non accepimus.
† Aegyptus dedit manus Aſſiriis,
in ſatietate ipſis.
† Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt:
nos autem iniquitates eorum exſolvimus.
† Servi dominati ſunt nobis:
& non eſt qui redimat de manibus eorum.
† In animabus noſtris adquiſivimus panem noſtrum,
a facie gladii & ſolitudinis.
† Pellis noſtra ut elibanus livida facta eſt
a facie plagarum famis.
† Mulieres in Sion humiliatae ſunt:
& virgines in civitatibus Juda.
† Principes in manibus eorum ſuſpenſi ſunt: & fa-

VULGATA.

Propheta.

RECORDARE DOMINE QUID ACCIDERIT NOBIS:
intuere & reſpice (a) *opprobrium noſtrum.*
† *Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos;*
domus noſtrae ad extraneos.
† *Pupilli* (b) *facti ſumus abſque patre:*
matres noſtrae quaſi viduae.
† *Aquam* (c) *noſtram pecuniâ bibimus:*
ligna noſtra pretio comparavimus.
† *Cervicibus noſtris* (d) *minabamur:*
laſſis non dabatur requies.
† *AEgypto* (e) *dedimus manum & Aſſyriis,*
ut ſaturaremur pane.
† *Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt:*
& nos (f) *iniquitates eorum portavimus.*
† *Servi dominati ſunt noſtri:*
non fuit qui redimeret de manu eorum.
† *In* (h) *animabus noſtris afferebamus panem nobis*
à (i) *facie gladii in deſerto.*
† *Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt*
à (k) *facie tempeſtatum famis.*
† *Mulieres in Sion* (l) *humiliaverunt;*
& virgines (ſ) *in civitatibus Juda.*
† *Principes* (m) *manu ſuſpenſi ſunt:*
facies

(*a*) OPPROBRIUM; ſcilicet quo afficimur à Gentibus. (*b*) PUPILLI; pro veluti pupilli. (*c*) NOSTRAM, ideſt nobis neceſſariam, vel alias noſtram, ſed captam ab hoſtibus. (*d*) MINABAMUR, pro trahebamur. (*e*) DEDIMUS MANUM, ſcilicet ſupplicantes, vel fœdus facientes. (*f*) INIQUITATES, ideſt iniquitatum pœnam. (*g*) SERVI, ſcilicet olim noſtri, ut Idumaei, Moabitae &c. (*h*) IN ANIMABUS NOSTRIS, ideſt cum vitae noſtrae periculo. (*i*) A FACIE GLADII, ideſt propter hoſtes gladiis inſequentes. (*k*) A FACIE &c. ideſt ob calamitoſam famem. (*l*) HUMILIAVERUNT, ſcilicet violantes. (*m*) MANU, ſcilicet hoſtium.

Vetus.

& faciem ſeniorum non glorificaverunt.
† Potentes molis molebant:
& juvenes ligno confixi ſunt.
† Senes ad portas defecerunt:
& electi a pſalmis ſuis ceſſaverunt.
† Diſſolutum eſt gaudium cordis noſtri:
converſus eſt in luctum chorus noſter.
† Cecidit corona capitis noſtri.
Vae nunc nobis quoniam peccavimus.
† Propter hoc factũ eſt in dolore cor noſtrũ:
propter hoc excaecati ſunt oculi noſtri ſuper montem Sion;
† quia exterminatus eſt;
vulpes tranſierunt per eum.
† Tu autem Domine in aeternum habitas:
ſedes tua, in ſaeculum ſaeculi.
† Ut quid in contemtu obliviſcéris noſtri?
derelinques nos in longitudine dierum?
† Converte nos Deus ad te, & convertemur:
innova dies noſtros ſicut antea:
† quia repellens repuliſti nos a te;
& iratus es nobis nimis valdè.

Vulgata.

facies ſenum non erubuerunt.
† *Adoleſcentibus* (a) *impudicè abuſi ſunt:*
& pueri (b) *in ligno corruerunt.*
† *Senes defecerunt de* (c) *portis:*
juvenes, de choro pſallentium.
† *Defecit gaudium cordis noſtri:*
verſus eſt in luctum (d) *chorus noſter.*
† *Cecidit* (e) *corona capitis noſtri.*
Vae nobis quia peccavimus.
† *Propterea moeſtum factum eſt cor noſtrum;*
ideo (f) *contenebrati ſunt oculi noſtri,*
† *propter* (g) *montem Sion quia diſperiit;*
vulpes ambulaverunt in eo.
† *Tu autem Domine in aeternum permanebis:*
ſoliũ tuũ, in generationem & generationem.
† *Quare in perpetuum obliviſcéris noſtri?*
derelinques nos in longitudine dierum?
† *Converte* (h) *nos Dñe ad te, & convertemur:*
innova dies noſtros (i) *ſicut à principio.*
† *Sed projiciens repuliſti nos;*
iratus es contra nos (k) *vehementer.*

(a) IMPUDICE ABUSI SUNT; Hebr. & Chald. *me'ere fecerunt*, ſcilicet in piſtrino. (b) IN LIGNO, ideſt ſub ligno-rum pondere, quæ ferre cogebantur, aut volvendo molam manualem: Chald. *in patibulo*. (c) PORTIS, ideſt judiciis, quæ in portis urbium fiebant. (d) CHORUS, ſcilicet pſallentium. (e) Corona, ideſt Diadema, ſcilicet regnum. (f) CONTENEBRATI, ſcilicet præ fletu. (g) MONTEM, ſcilicet ubi templum, quaſi dicat, ob dirutum templum. (h) CONVERTE NOS. Neceſſitas gratiæ Dei. (i) SICUT A PRINCIPIO, ideſt ut olim felices erant. (k) VEHEMENTER; quaſi dicat, ſufficere poſſet jam tanta punitio peccatorum noſtrorum.

Cap. III. 26.

CANTICUM AZARIAE
IN DANIELE PROPHETA.

Azarias in captivitate Babylonis, ligatus miſſus in fornacem, ſtans in medio flammæ, hæc orat. Quæ Fideles, quando diverſis premuntur anguſtiis, ex toto cordis loquuntur affectu, quidquid eis acciderit, juſtè ſe ſuſtinere.

VETUS.

BENEDICTUS DOMINE DEUS PATRUM NOSTRORUM:
& laudabile eſt & glorioſum nomen tuum in ſaecula.
† quoniam juſtus es in omnibus quae feciſti nobis:
& omnia opera tua (vera:)
& rectae, viae tuae: & omnia judicia tua, veritas.
† & judicia veritatis feciſti;
ſecundùm omnia quae induxiſti nobis,
& ſuper civitatem ſanctam patrum noſtrorum Jeruſalem:
† quoniam in veritate & judicio induxiſti haec omnia propter peccata noſtra.
Quo-

VULGATA.

BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PATRUM NOSTRORUM:
& laudabile & glorioſum nomen tuum in ſaecula.
† *quia juſtus es in omnibus quae feciſti nobis:*
& univerſa opera tua, vera:
& viae tuae, rectae; & omnia judicia tua, (a) *vera.*
† *judicia enim* (b) *vera feciſti,*
juxta (c) *omnia quae induxiſti ſuper nos,*
& ſuper civitatem ſanctam patrum noſtrorum Jeruſalem.
† *Quia* (d) *in veritate & in judicio,*
induxiſti omnia haec propter peccata noſtra.
pecca-

(a) VERA, ideſt perfecta. (b) VERA, ideſt juſta. (c) JUXTA OMNIA, ideſt in omnibus. (d) IN VERITATE ET IN JUDICIO, ideſt juſto judicio.

Vetus.

† Quoniam peccavimus,
& iniquè egimus diſcedere a te.
† & multùm peccavimus in omnibus:
& mandatis tuis non obedivimus:
neque conſervavimus neque fecimus ſicut praecepiſti nobis ut benè nobis eſſet.
† & omnia quaecumque nobis feciſti,
& omnia quae induxiſti nobis, in vero judicio feciſti:
& tradidiſti nos in manus inimicorum iniquorum,
inimiciſſimorum, apoſtatarum,
† & regno iniquo & nequiſſimo prae omni terra.
Et nunc non eſt nobis aperire os:
† confuſio & exprobatio facta eſt ſervis tuis, & colentibus te.
† Et ne tradas nos in finem,
propter nomen tuum.

& ne avertas miſericordiam tuam a nobis,
† propter Abraham dilectum tuum,
& Iſaac ſervum tuum,
& Iſraël ſanctum tuum:
† quibus locutus es adimplere ſemen eorum ſicut ſtellas caeli,
& ſicut arenam, quae eſt ad oram maris.
† Quoniam Domine minorati ſumus prae omnibus gentibus:
& ſumus humiles in omnem terram hodie propter peccata noſtra:
† & non eſt in hoc tempore princeps
& propheta & dux,
† neque holocauſtomata neque ſacrificium,
neque incenſum,
† neque locus ad ſacrificandum in conſpectu tuo, & invenire miſericordiam.
† Sed in animâ contribulatâ
& ſpiritu humiliationis accipiamur.
† Quaſi in holocauſtis arietum & taurorum,
& multitudine agnorum pinguium:
† ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ ĩ cõſpectu tuo hodie
& perficere ſubſequentes te:
† quoniam non eſt confuſio his qui confidunt in te.
Et nunc exſequimur in toto corde
& timemus te; & inquirimus faciem tuam.
Ne confundas nos:
† & fac nobiſcum ſecundùm majeſtatem tuam,
& ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum.

& li-

Vulgata.

† *peccavimus* (a) *enim & iniquè egimus recedentes à te:*
† *& deliquimus in omnibus:*
& praecepta tua non audivimus nec obſervavimus:
nec fecimus ſicut praeceperas nobis ut bene nobis eſſet.
† *Omnia ergo quae induxiſti ſuper nos,*
& univerſa quae feciſti nobis, in vero judicio feciſti:
& tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum,
& peſſimorum praevaricatorumque,
& regi injuſto & peſſimo (b) *ultra omnem terram.*
† *Et nunc non poſſumus aperire os:*
confuſio (c) *&* (d) *opprobrium facti ſumus ſervis tuis & his qui colunt te.*
† *Ne quaeſumus* (e) *tradas nos* (f) *in perpetuũ,*
propter nomen tuum.
& ne diſſipes (g) *teſtamentum tuum,*
neque auferas miſericordiam tuam à nobis,
† *propter Abraham dilectum tuum,*
& Iſaac ſervum tuum,
& Iſraël ſanctum tuum:
quibus locutus es, pollicens
qd multiplicares ſemẽ eorũ ſicut ſtellas caeli,
& ſicut arenam quae eſt in littore maris.
† *Quia Domine imminuti ſumus pluſquam omnes gentes:*
ſumuſque (h) *humiles in univerſa terra hodie propter peccata noſtra.*
† *& non eſt in tempore hoc princeps,*
& dux & propheta,
† *neque holocauſtum neque ſacrificium,*
neque oblatio neque incenſum.
† *neque locus* (i) *primitiarum coram te;*
ut poſſimus invenire miſericordiam tuam.
Sed in animo contrito,
& ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.
† *Sicut in holocauſto arietum & taurorum,*
& ſicut in millibus agnorum pinguium:
† *ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie ut placeat tibi:*
† *quoniam non eſt confuſio confidentibus in te.*
† *Et nunc ſequimur te in toto corde:*
& timemus te; & quaerimus faciem tuam.
Ne confundas nos.
† *ſed fac nobiſcum juxta manſuetudinem tuam,*
& ſecundùm multitudinem miſericordiae tuae.

& eruc

(a) PECCAVIMUS. Loquitur in perſona populi ſecundùm Hieron. (b) ULTRA OMNEM TERRAM, ideſt omnium regum terrae; vel in omni terra. (c) CONFUSIO; ſcilicet pudet illos noſtri. (d) OPPROBRIUM, ſcilicet exprobantur eis noſtra peccata. (e) TRADAS ſcil. gentibus, vel calamitati. (f) IN PERPETUUM, Graecè, *in finem*, quod Hebraicâ phraſi idem ſignificat. (g) TESTAMENTUM, ideſt pactum. (h) HUMILES, ideſt abjecti. (i) PRIMITIARUM, ſcilicet offerendarum.

Vetus.

† & libera nos ſecundùm mirabilia tua:
& da gloriam nomini tuo Domine.
† Confundantur omnes qui oſtendunt ſervis tuis mala:
& confundantur ab omnipotentia tua:
& virtus eorum conteratur:
& cognoſcant quoniam tu es Dñe Deus ſolus in omni orbe terrarum.

Vulgata.

† *& erue nos in mirabilibus tuis:*
& da gloriam nomini tuo Domine.
† *Et confundantur omnes qui* (a) *oſtendunt ſervis tuis mala:*
confundantur (b) *in omni potentia tua:*
& robur eorum conteratur:
& ſciant quia tu es Dominus Deus ſolus,
& glorioſus ſuper orbem terrarum.

(a) OSTENDUNT &c. ideſt affligunt ſervos tuos. (b) IN OMNI POTENTIA, ideſt per omnipotentiam.

Ex cod. vetuſtiſſimo Vatic. olim Reginae Sveciae.

INCIPIUNT BENEDICTIONES *TRIUM PUERORUM.*

Angelus autem Domini ſimul deſcendit cum eis, qui erant cum Azaria, in fornacem: & fecit medium fornacis, ut ſpiritum roris ſibilantem. & non tetigit eos omnino ignis neque contriſtavit, neque moleſtus fuit eis.
Tunc ibi tres pueri, ſicut ex uno ore laudabant & benedicebant Dominum in fornace, dicentes:

BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PATRUM NOSTRORUM:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† Benedictum nomen gloriae tuae quod eſt ſanctum:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† Benedictus es in templo ſancto gloriae tuae:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† Benedictus es qui vides abyſſos; ſedes ſuper Cherubim:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† Benedictus es ſuper ſedem regni tui:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† Benedictus es in firmamento caeli:
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
BEnedicite omnia opera Domini Dño: hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† Benedicite caeli Domino:
hymnũ dieite& ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite Angeli Domini Domino:
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite aquae omnes quae ſuper caelos ſunt Domino:
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite omnes virtutes Domini Dño:
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite ſol & luna Dominum:
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
Bene-

HYMNUS TRIUM PUERORUM.

Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſociis ejus in fornacem:
& excuſſit flammam ignis de fornace:
& feeit medium fornacis quaſi ventum * roris flantem.
& non tetigit eos omnino ignis neque contriſtavit;
nec quidquam moleſtiae intulit.
Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant,
& glorificabant & benedicebant Deum in fornace, dicentes:

* pro, roſcidum.

BENEDICTUS ES DOMINE DEUS PATRUM noſtrorum:
& laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſaecula.
† *Et benedictum nomen * gloriae tuae ſanctum:*
& laudabile & ſuperexaltatum in omnibus ſaeculis.
† *Benedictus es in templo ſancto gloriae tuae:*
& ſuperlaudabilis & ſupergloriosſus in ſaecula.
† *Benedictus es in throno regni tui:*
& ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† *Benedictus es qui intueris abyſſos; & ſedes ſuper Cherubim:*
& laudabilis & ſuperexaltatus in ſaecula.
† *Benedictus es in firmamento caeli;*
& laudabilis & glorioſus in ſaecula.
BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite Angeli Domini Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite caeli Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite aquae omnes quae ſuper caelos ſunt Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite omnes virtutes Domini Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite ſol & luna Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
Bene-

* ideſt, glorioſum.

y Google

Vetus.

† Benedicite ſtellae caeli Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite imber & ros Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite omnes ſpiritus Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite ignis & aeſtus Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite noctes & dies Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite tenebrae & lumen Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite frigus & aeſtus Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite pruina & nives Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite fulgura & nubes Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicat terra Domino :
hymnũ dicat & ſuperexaltet eũ in ſaecula .
† Benedicite montes & colles Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite omnia naſcentia in terra, Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite maria & flumina Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite fontes Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite caeti & omnia quae moventur in aquis Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite volucres caeli Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite beſtiae & jumenta Dominum :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite filii hominum Dominum :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicat Iſrael Domino :
hymnũ dicat & ſuperexaltet eũ in ſaecula .
† Benedicite Sacerdotes Domini Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite ſervi Domini Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite ſpiritus & animae juſtorum Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite humiles corde Domino :
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicite Ananias, Azarias, Miſahel Dño:
hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in ſaecula.
† Benedicimus Patrem & Filium & Sanctum Spiritum :
hymnum dicimus & ſuperexaltamus eum in ſaecula .

Finiunt Benedictiones trium Puerorum.

Vulgata.

† *Benedicite ſtellae caeli Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite omnis imber & ros Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite omnes ſpiritus Dei Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite ignis & aeſtus Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite frigus & aeſtus Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula.
† *Benedicite rores & pruina Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite gelu & frigus Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite glacies & nives Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite noctes & dies Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite lux & tenebrae Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite fulgura & nubes Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicat terra Dominum :*
laudet & ſuperexaltet eum in ſaecula .
† *Benedicite montes & colles Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite univerſa germinantia in terra Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite fontes Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite maria & flumina Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite cete & omnia quae moventur in aquis Domino .*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite omnes volucres caeli Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite omnes beſtiae & pecora Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite filii hominum Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicat Iſraël Dominum :*
laudet & ſuperexaltet eum in ſaecula .
† *Benedicite Sacerdotes Domini Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite ſervi Domini Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite ſpiritus & animae juſtorum Domino :*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite ſancti & humiles corde Domino:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicite Anania , Azaria , Miſaël Dño:*
laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula .
† *Benedicimus Patrem & Filium & Sanctum Spiritum :*
laudamus & ſuperexaltamus eum in ſaecula .

ORATIONES.

Sacramentarium Gelaſianum in jejunio menſis IV.

1 DEus, cujus adorandae potentiâ majeſtatis, flammae ſaevientis incendium ſanctis tribus Pueris in ſplendorem demutatum eſt animarum; Eccleſiae tuae ſimilibus adeſto remediis: ut de gravioribus mundi hujus adverſitatibus propitiatione caeleſti populus tuus erectus exſultet. Per.

Sacrament. Gregorianũ. Brev. Ambroſianum ad Matutin. Dominicae.

2 DEus, qui tribus Pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

3 DEus, qui tribus Pueris in camino ignis poſitis, quartus adeſſe dignatus es; cui facillimum eſt ignium temperare naturas, & extinguere flammarum impetus: eamdem Domine ad protegendas & liberandas animas noſtras extende virtutem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat unà cum Sancto Spiritu in ſaecula ſaeculorum.

Breviar. Ambroſianum. In *Nativitate Domini*.

4 INſonuit, Domine, benedictio Trinitatis de camino ignis pſallentibus de nativitate tua; & ideo petimus miſericordiam tuam: ut, ſicut illos eripuiſti de camino ignis ardentis, ita & nos eripere digneris ab incendio peccatorum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre unà cum Sancto Spiritu in ſaecula ſaeculorum.

Apud Alcuinum columna 193.

5 DEus, per quem fides ignem non ſentit, & infidelitas ſine igne exuritur: qui beatiſſimos tres Pueros fide armatos, conjectos in camino ignis, laeto vultu omni ex parte inlaeſos hymnum tibi canere feciſti: obſecramus, ut pari dignatione, fide & devotione nos armare, & timoris tui vigore implere digneris, ut, à camino vitiorum liberati, hymnum dicere, & exaltare nomen tuum in perpetuum mereamur. Per.

Brev. Mozarab. fol. 352.

6 DEus, qui miniſterio deſcendentis è caelo Angeli tui, trium puerorum flammas mirificè diſperſiſti: ut vim naturae ſuae in illis urens ignis amitteret, qui tuis obtutibus placuiſſent: redde nos à concrematione vitiorum extraneos: à diaboli laqueis facito eſſe nos liberos: & tuis nos Martyribus poſt tranſitum adſocia coronandos. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter: qui es benedictus & vivis, & omnia regis in ſaecula ſaeculorum. ℟. *Amen*.

fol. 405. *De SS. Martyribus*.

7 ANania, Azaria, & Miſael, tres illi pueri Babylonico igne probati, magnam ſpem iſtis Domine Martyribus praebuerunt; quibus exemplum praebuit eorum veneranda victoria. (ex) illis quidem ignis auſugit ne morerentur; in iſtis admiſſus eſt ut coronarentur: dum & in illis, necdum tempore paſſionis apto, poenalis ignis non potuit corpora ſacrata contingere; & in iſtis tempore accepto, quo Chriſto moriente via paradiſi aperta conſiſteret, adplicita igni tunc corpora extingueret; quando jam beatis aperta paradiſi janua eſſet. Benedicimus ergo Deum, qui & illos liberaſti à flammis: qui & pro liberandis illis ignes ſpargis; & pro adſumendis iſtis ignes admittis. da ergo nobis utrorumque exemplis atque ſuffragiis, ut ſic liberemur à vitiorum carnalium igne; ut ignis eloquiorum tuorum concremati dulcedine, ad te mereamur pervenire in pace. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus &c.

Cap. XVI.

CANTICUM JUDITH.

Judith ob victoriam, de Nabuchdonoſor Rege Aſſyriorum obtentam, poſt quam ebrii Holofernis principis militiæ caput abſcidit, Bethuliæque muro ſuſpendit, hoc Canticum laudis Domino cantavit.

VETUS.	VULGATA
INCIPITE DOMINO IN TYMPANIS: cantate & in cymbalis imponite ei pſalmum novum:	*INCIPITE* (a) *DOMINO in tympanis: cantate Domino in cymbalis:*
exſultate & invocate nomen ejus.	*modulamini illi pſalmum* (b) *novum; exaltate & invocate nomen ejus.*
† Deus qui conteret bella; Dominus nomen eſt illi.	† *Dominus conterens bella: Dominus nomen eſt illi.*
† Qui ponit caſtra ſua in medio populi ſui, ut eripiat nos de manibus perſequentium nos.	† *Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui; ut eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.*
Aſſyr	*Venit*

(*a*) INCIPITE, ſcilicet cantare. (*b*) NOVUM, ſcilicet pro novo inſignique beneficio.

Vetus.

Aſſyr de montibus ab Aquilone venit cum milibus exercitûs ſui:
† cujus multitudo occupavit torrentes;
& equi eorum operuerunt valles.
† dixit enim ſe incenſurum fines meos;
& juvenes meos occiſurum gladio;
† infantes meos adducere in praedam;
& virgines in captivitate.
† Dominus autem nocuit eum:
& tradidit eum in manus feminae: confundit eum.
† non enim cecidit potens eorum a juvenibus:
nec filii tela percuſſerunt eum;
† nec excelſi gigantes impoſuerunt ſe illi,
ſed Judith filia Meraris
ſpecie faciei ſuae diſſolvit illum.
† Exuit enim ſe veſte viduitatis ſuae,
in exſultatione doloris Iſraël.
† unxit faciem ſuam unguento:
& conligavit cincinnos ſuos mitrâ.
† accepit ſtolam novam ad decipiendum illum:
pulchritudo ejus captivam fecit animã ejus.
† Horruerunt Perſae conſtantiam ejus;
& Medi audaciam ejus.
† Tunc turbata ſunt omnia caſtra Aſſur;
& ululaverunt humiles mei:
† & exaltaverũt aegrotãtes in ſiti, vocẽ ſuam:
& exclamaverunt, & converſa eſt aqua.
† filii puellarum compunxerunt eum:
& ſicut pueros fugientes occiderunt eos.
perierunt in praelio a facie Domini.
† Hymnum dicamus Domino:
hymnum novum cantemus Domino.
† Adonaì Domine magnus es tu:
& praeclarus in virtute tua:
† quem ſuperare nemo poteſt.
Tibi ſervit omnis creatura tua:
† quia dixiſti, & facta ſunt:
miſiſti ſpiritum tuum, & renovata ſunt:
& non eſt qui reſiſtat voci tuae.
† Montes a fundamento movebuntur cum aquis:
petrae autem ſicut cera liqueſcunt a facie tua.
† Quia minimum eſt omne ſacrificium in odorem ſuavitatis:
† & minimus omnis aries ad holocauſtum.
qui autem timet Dominum, magnus erit apud illum per omnia.
† Vae genti inſurgenti ſuper genus meum:
Domi-

Vulgata.

† *Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuae:*
cujus multitudo obturavit torrentes:
& equi eorum cooperuerunt (a) *valles.*
† *dixit ſe incenſurum fines meos,*
& juvenes meos occiſurum gladio;
infantes meos dare in praedam,
& virgines, in captivitatem.
† *Dominus autem omnipotens* (b) *nocuit eum,*
& tradidit eũ in manus feminae; & (c) *cõfodit eum.*
† *non enim cecidit potens eorum* (d) *a juvenibus:*
nec filii (e) *Titan percuſſerunt eum:*
nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi.
ſed Judith filia Merari,
in ſpecie faciei ſuae (f) *diſſolvit eum.*
† *Exuit enim ſe veſtimento viduitatis:*
& induit ſe veſtimento laetitiae,
in (g) *exſultatione filiorum Iſraël.*
† *unxit faciem ſuam unguento:*
& colligavit cincinnos ſuos mitrâ.
accepit ſtolam (h) *novam ad decipiendum illum.*
† *ſandalia ejus rapuerunt oculos ejus:*
pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus.
Amputavit pugione cervicem ejus.
† *Horruerunt Perſae conſtantiam ejus:*
& Medi, audaciam ejus.
† *Tunc ululaverunt caſtra Aſſyriorum, quando* (i) *apparuerunt humiles mei,*
areſcentes in ſiti.
† *filii puellarum compunxerunt eos:*
& ſicut pueros fugientes occiderunt eos.
perierunt in praelio a facie Domini Dei mei.
† *Hymnum cantemus Domino:*
hymnum novum cantemus Deo noſtro.
† *Adonai Domine,*
magnus es tu & praeclarus in virtute tua:
& quem ſuperare nemo poteſt.
† *Tibi ſerviat omnis creatura tua:*
quia dixiſti, & facta ſunt:
miſiſti ſpiritum tuum, (k) *& creata ſunt:*
& non eſt qui reſiſtat voci tuae.
† *Montes a fundamentis movebuntur cum aquis:*
petrae ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.
† *Qui autem timent te,*
magni erunt apud te per omnia.
† *Vae genti inſurgenti* (l) *ſuper genus meum:*
Domi-

(a) VALLES, Græcè *colles*. (b) NOCUIT, pro, percuſſit, ſeu ultus eſt. (c) CONFODIT, Complut. *confudit*. (d) A JUVENIBUS, ideſt juvenum operâ ſeu viribus. (e) TITAN, Græcè, *Titanum*. (f) DISSOLVIT, ideſt diſſipavit. (g) IN EXSULTATIONE, Græcè *in exultationem*. (h) NOVAM, Græcè *lineam*. (i) APPARUERUNT, ſcilicet perſequentes ipſos. (k) ET CREATA SUNT, Græcè, *&* *aedificavit*. (l) SUPER, ideſt contra.

Vetus.	*Vulgata.*
Dominus autem omnipotens vindicavit in illis :	*Dominus enim omnipotens vindicabit in eis ;*
† in die judicii vindicabit illos,	*in die judicii viſitabit illos.*
† dare ignem & vermes in carnes eorum : & urentur ut ſentiant in ſempiternum.	† *dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, ut* (a) *urantur & ſentiant uſque in ſempiternum.*

(a) URANTUR ET SENTIANT, Græcè, *fleant ſentientes.*

ORATIO MANASSAE REGIS JUDA,

cùm captus teneretur in Babilone.

DOMINE OMNIPOTENS, DEUS PATRUM NOSTRORUM, ABRAHAM ET ISAAC ET JACOB, ET SEMINIS EORUM JUSTI :

qui feciſti caelum & terram cum omni ornatu eorum : qui ligaſti mare verbo praecepti tui :

qui concluſiſti abyſſum ; & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo :

quem omnia pavent & tremunt a vultu virtutis tuae.

quia importabilis eſt magnificentia gloriae tuae ; & inſuſtentabilis ira comminationis tuae ſuper peccatores : immenſa verò & inveſtigabilis miſericordia promiſſionis tuae.

quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus, longanimis, & multùm miſericors, & poeniteus ſuper malitias hominum.

Tu Domine ſecundùm multitudinem bonitatis tuae promiſiſti poenitentiam & remiſſionem iis, qui peccaverunt tibi : & multitudine miſerationum tuarum decreviſti poenitentiam peccatoribus, in ſalutem.

Tu igitur Domine Deus juſtorum, non poſuiſti poenitentiam juſtis Abraham & Iſaac & Jacob, iis qui tibi non peccaverunt :

ſed poſuiſti poenitentiam propter me peccatorem : quoniam peccavi ſuper numerum arenae maris.

Multiplicatae ſunt iniquitates meae Domine; multiplicatae ſunt iniquitates meae : & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem caeli, prae multitudine iniquitatum mearum.

incurvatus ſum multo vinculo ferreo, ut non poſſim attollere caput meum ; & non eſt reſpiratio mihi :

quia excitavi iracundiam tuam ; & malum coram te feci : non feci voluntatem tuam; & mandata tua non cuſtodivi: ſtatui abominationes ; & multiplicavi offenſiones.

Et nunc flecto genu cordis mei, precans a te bonitatem.

Peccavi Domine, peccavi : & iniquitates meas agnoſco.

Quare peto rogans te : remitte mihi Domine, remitte mihi : & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis : neque in aeternum iratus reſerves mala mihi : neque damnes me in infima terrae loca :

quia tu es Deus, Deus, inquam, poenitentium ; & in me oſtendes omnem bonitatem tuam : quia indignum ſalvabis me ſecundùm magnam miſericordiam tuam : & laudabo te ſemper omnibus diebus vitae meae :

quoniam te laudat omnis virtus caelorum ; & tibi eſt gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.

* Hæc Oratio Manaſſe non eſt in Canone Divinarum Scripturarum: exſtat autem Græcè in cod. Bibliorum Alexandrino in Anglia inter XIV. Odas ſive Cantica poſt Pſalmos, & in Pſalmorum codd. Græcis Vatic. 341. & 342. & in Horologio Græcorum in officio Apodipni ſive Completorii.

ORATIONES DE ALIIS CANTICIS,

uſitatis in ritu Mozarabo.

Cap. XII. fol. 82.

1 *Canticum Geneſis.* Egredere de terra tua & de cognatione tua *&c.*

TE Domine inſpirante atque vocante, terrenum converſationis deferentes abjiciamus : ut, ſpretis carnalibus vitiis, mundaniſque affectibus ac voluptatibus abdicatis, ad promiſſa caeleſtia feſtinemus ; & politicam hereditatem à te ſupernae patriae capiamus. ℟. *Amen.* Per miſericordiam tuam Deus noſter *&c.*

Can-

Cap.XXVII. 2 *Canticum Geneſis*. Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni. *uſque*. Et incurventur ante te filii matris tuae. *tum ſubditur ex cap.* xxviii. 3. Deus autem omnipotens. *uſque*. Ut poſſideas terram peregrinationis tuae.

fol. 94. TUam Deus omnipotens clementiam deprecamur: ut membris Chriſti tui Domini noſtri dono tui muneris copulati, ejuſque bonus odor effecti, tuis benedictionibus ditemur ùt filii; in ejus ſemper maneamus regno à Domino ſubjugati. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap.XXXII. 9. 3 *Canticum Geneſis*. Deus patris mei Abraham. *uſque*. Quae prae multitudine numerari non poteſt.

fol. 241. DOmûs tuae dignitas ac ſublimitas, tuâ nobis gratiâ revelante, pateſcat; quatenus eam verè, ùt caeli portam elevatam ſurſum, humili intuitu contemplantes, cum omni reverentia veneremur; ac votorum meorum in ea tibi ex donis tuis munera offeramus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XLIX. 4 *Canticum Geneſis*. Vocavit Jacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, ut annunciem, quae ventura ſunt vobis. *uſque*. Beniamin, lupus rapax, mane comedet praedam; & nocte dividet ſpolia.

fol. 28. TE Chriſte Domine catulum leonis domni Juda affuiſſe cognovimus: quem totis praecordiis poſtulamus; ut qui apparuiſti in carne, de manu fortis capiens praedam; ad judicium veniens, miſericordiam praeroges fidelibus repromiſſam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 122. APpareat, quaeſumus, Domine mentibus noſtris agnitio tuae divinitatis; quae benedictionis habere gratiam praebeat nobis: ut proficiamus & creſcamus jugiter in bonis, multiplicibus incrementis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XXIV 5. 5 *Canticum Numerorum*. De Aran adduxit me Balac rex Moabitarum de montibus Orientis. *uſque*. Fiant noviſſima mea horum ſimilia. *mox ſequitur*. Sta Balac, & auſculta: audi fili Sephor. *uſque*. Non accubabit, donec devoret praedam & occiſorum ſanguinem.

fol. 43. TU es Domine Stella veritatis oriens ex Jacob, homoque conſurgens ex Iſraël; & novo ſydere oſtenderis Deus; & praeſepio poſitus, Deus & homo, unus crederis Chriſtus. propter magnam ergo miſericordiam tuam, viſionis tuae horum proroga gratiam: ut appareat in nos lucis tuae radiabile ſignum, quod expellat omnes tenebras vitiorum; & qui viſionis tuae deſiderio anhelamus, viſionis tuae proemio conſolemur. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. IX. 6 *Canticum Deuteronomii*. Domine Domine rex deorum caelorum, ne diſperdas populum tuum. Et in brachio tuo extento.

fol. 102.238. UNiverſae carnis ſpiritûs fortiſſime ac miſericors Deus, propitiare, quaeſumus, univerſitati Eccleſiae tuae; & dimitte peccata omnium: aufer, quaeſumus, à nobis iniquitates & ſcelera noſtra; tuaeque nos benedictionis & pacis infuſione locupleta. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. xxxiii 7 *Canticum Deuteronomii*. Dominus de Sina venit; & de Seir ortus eſt nobis. *uſque*. Negabunt te inimici tui: & tu eorum colla calcabis.

fol. 321. VEniſſe te Dominum cum Sanctorum millibus (&) venturum, Prophetarum vaticiniis audientes, expoſcimus: ut qui te ad redemptionem mundi veniſſe jam credimus, venturum quoque ad judicium purgatis cordibus praeſtolemur: ut, quia in manu tua Sanctorum multitudo conſiſtit, in remedio pietatis tuae reditus à te peccantium cumuletur: qualiter adpropinquantes pedibus tuis, ſatiemur ſemper doctrinâ intimae viſionis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Lib.I.XXIX. 10. 8 *Canticum Paralipomenon*. Benedictus es Domine Deus Iſraël patris noſtri ab aeterno in aeternum. *uſque*. Et ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.

fol. 126. TE ampliſſimae largitatis Dominum deprecamur: ut donorum caeleſtium copiam de manu tua accipiamus; quam tibi ob conſtituendam domum tuam in noſtris cordibus praeparemus: tibique votis ſimplicibus, quae tua ſunt, offeramus; ac nomen tuum inclytum multimodâ confeſſione laudemus. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. III. 9 *Canticum Job*. Pereat dies, in qua natus ſum. *uſque*. Nonne quievi? & venit ſuper me indignatio.

fol. 116. QUamdiu ſumus Domine in hujus vitae exſilio, nec aut maliciae nequitia vigeat, nec noſtrae virtutis robur enervet, aut praecipitatae irae turbulenta commotio tranquillitatem noſtrae mentis obſcuret, aut candorem munditiae carnalium voluptatum delectatio caenoſa commaculet; ſed futuri judicii praeſtolatio ab omnibus inquinamentis ac ſordibus nos emundet. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. VI. 3. 10 *Canticum Job*. Verba mea dolore ſunt plena; quia ſagittae Domini in me ſunt. *uſque*. Et neceſſarii quoque mei receſſerunt à me.

fol. 161. QUia det, ut veniat petitio Eccleſiae tuae Chriſte; niſi tu, qui optimus liberator es? ut qui pro ea egenus & pauper effectus es, donis caeleſtibus eam in futuro munifices. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XVI. 8. 11 *Canticum Job*. Nunc ecce oppreſſit me dolor meus. *uſque*. Conſcius meus in excelſis.

fol. 171. JEſu Domine, qui dolorem Eccleſiae tuae, quòd ad nihilum redacta ſunt oſſa ejus, pius gubernator intelligis; dum alios extra eam tentationum foeditas necat: concede nobis; ut, quia tu ſolus pro nobis tentatus es, paſſus es; tu nos à tentationibus & à paſſionibus noſtris ſolus ipſe eripias: quò teſtimonium noſtrum intra tuam Eccleſiam ita ſit utile, ut mereamur tibi ſine fine placere. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XIX. 7. 12 *Canticum Job*. Ecce clamo vim patiens; & nemo audit. *uſque*. Repoſita eſt haec ſpes mea in ſinu meo; & hereditas mea in Deo meo.

fol. 188. CRedimus Domine, in carne iſta, quâ tegimur, te videre; & oculis noſtris te conſpicere in gloria, quâ judicaturus es ſaeculum: fac ergo, nos oculos interiores habere apertos: ut cognoſcamus te in gloria ſempiterna. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Can-

Cap. XV. 15. 13 *Canticum Jeremiae*. Tu ſcis Domine: recordare mei. *uſque*. Et redimam te de manu fortium.

fol. 195. Recordare noſtri Domine; & tuere nos ab his, qui perſequuntur nos; qui pro nobis ſuſtinuiſti opprobrium crucis: ut in quo tu (paſſus es) pro nobis, in eo nos & hic & in aeternum gratulemur felices. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XVII. 14. 14 *Canticum Jeremiae*. Sana me Domine, & ſanabor. *uſque*. Et duplici contritione contere eos.

fol. 157. Confundantur omnes Domine, qui perſequuntur in nos ſanctum nomen tuum; & non confundamur nos, qui veneramur & credimus & paſſionis tuae injuriam, & reſurrectionis tuae potentiam. praevaleat ergo virtus gloriae tuae, quae & perſequentes à pravitate deterreat, & credentes in aeternum tibi laetabundos conjungat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 164. Adeſto nobis Domine quaſi bellator fortis: ut, te in nobis pugnante, omnis vigor nos impugnantis adverſae corruat fortitudinis: & in ſopore ſuae confeſſionis noſtris jacentibus inimicis, ereptos nos ſibi vendicet tuae ut * potentiae majeſtatis. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 180. Sana nos Domine, & ſanabimur: confundantur omnes, qui perſequuntur in nos nomen ſanctum tuum; & non confundamur nos, qui veneramur & credimus paſſionis tuae potentiam. praevaleat ergo virtus gloriae tuae; ut credentes in aeternum tibi laetabundos conjugat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. XX. 7. 15 *Canticum Jeremiae*. Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum. *uſque*. Tibi enim revelavi cauſam meam.

fol. 167. Deus, cujus animam leonum voracitas nequivit abſumere; in eo, quod juſtitia in te inventa, eorum videbatur rabiem effugere * eunte Angelo tuo, qui os Leonis illius, qui per mundum rugiens currit, quaerens quem devoret, concludat; atque animas noſtras ejus perſuaſione atque dominatu dirigat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 184. Fac nos, Domine Deus noſter, ut nec in deriſu inimicorum noſtrorum, nec ſubſannatione adverſantium nos fatigemur: ſed tu, qui es defenſio noſtra, à contradictione improborum nos libera. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 232. Redemptor humani generis, Domine Deus bellator & fortis; qui torcular, in quo calcator es, conculcare dignoſceris; dum & à morte ſurgis; & eos, qui te perſecuti ſunt, corruentes, infirmantes oſtendis: praebe nobis in tuis paſſionibus & hilariter amareſcere, & opulentiùs conſetari: ut, dum infideles perfidia cruciat, fideles converſio ab iniquitate abſolvat. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 225. Deus probator juſte, qui revelatam tibi cauſam Filii tui, paſſionis utique ſuae injuriam, in infidelibus puniturus agnoſcis; videamus, quaeſumus, ultionem de inimicis ejus: ita ut aut reſipiſcentes ab infidelitate ipſi ſe poenitendo ulciſcantur; aut perdurantes in perfidia, per ejus puniantur juſtitiam, cujus contemnunt miſericordiam manifeſtam. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

Cap. LI. 16 *Canticum Eccleſiaſtici*. Confitebor tibi Domine rex. *uſque*. Dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo.

fol. 287. De S. Anna. Domine Jeſu Chriſte laudabilis nimis & magne, te implorantes exquirimus: te quaerentes expoſcimus, interventu glorioſae beatae Annae matris Mariae Virginis genitricis tuae: fac nobiſcum miſericordiam propter nomen tuum: & in quibus à te peccando receſſimus, confeſſione humili maneamus: & pietate, quâ redemiſti captivos, & miſericordiâ (quâ) adjuvaſti oppreſſos; ipsâ nunc, quae geſſimus, dilue; atque in parte dexterae tuae, quos redemiſti ſtatue. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

fol. 384. De S. M. Magdalena. Ineffabilis bonitatis auctor & Domine, qui beatiſſimae Mariae Magdalenae linguam imples confeſſione, & cordis remuneras charitatem: dona nobis ejus meritis, ut tuum confitentes nomen in terris, pacem habeamus in diebus noſtris. ℟. *Amen*. Per miſericordiam tuam Deus noſter &c.

---

* LAUS ANGELORUM

(*ſive Hymnus Matutinus.*)

* Ex Breviar. Ambroſ. anno 1539. & 1557. ubi poſt Cantica ponitur pro Matutino quotidie.

Gloria in excelſis Deo: & in terra pax, hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te, hymnum dicimus tibi, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus Rex caeleſtis, Deus Pater omnipotens,
Jeſu Chriſte, Sancte Spiritus.
Domine Deus Filius Patris.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram.
Qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis: miſerere nobis: ſubveni nobis: dirige nos: conſerva nos: munda nos: pacifica nos: libera nos ab inimicis, a tentationibus,

---

Exſtat huic aſſimilis hymnus Matutinus in libro VII. Conſtit. Apoſtolicarum cap. 48. & in cod. Bibliorum vetuſtiſſimo Alexandrino, & paſſim in libris divinorum officiorum Graeci ritus. qui hymnus, ut in Matutino officio diceretur, praeſcripſerunt S. Athanaſius, vel alius quiſpiam antiquus Pater lib. *de Virginitate*, & S. Aurelianus Epiſc. Arelatenſis in regula ad Virgines.

Arriani.

bus, ab haereticis, ab Arrianis, a ſchiſmaticis, a barbaris.

Quia tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus,

Jeſu Chriſte, in gloria Dei Patris, cum Sancto Spiritu, in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Per ſingulos dies benedicimus te: laudamus nomen tuum in aeternum & in ſaeculum ſaeculi.

Dignare Domine die iſto ſine peccatis nos cuſtodire. benedictus es Domine; doce me juſtificationes tuas.

Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Eructabunt labia mea hymnum, hymnum Deo noſtro.

Vivet anima mea & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.

Erravi ſicut ovis quae perierat: require ſervum tuum; quia mandata tua non ſum oblitus.

Citò anticipet nos miſericordia tua Domine: quia pauperes facti ſumus nimis. adjuva nos Deus ſalutaris noſter.

Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis & glorioſus in ſaecula ſaeculorum. Amen.

ſequitur.

Gloria & honor Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto: ſicut erat in principio nunc & ſemper & per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

ORATIO.

Sacram. Gallicanum Mabillonii pag. 282.

Deus, cui merito & in excelſis & in terra (ab) utriuſque loci incolis gloria decantatur; qui pacem tuam, non in malevolis, ſed in hominibus bonae voluntatis eſſe teſtaris: te orantes laudamus; tibique agentes gratias, ſupplicamus: ut qui in te ſuſcipiens mundi peccata, purgata deleſti; ſuſcipias ex dono tuo tibi placita; & amputes prava deſideria noſtra: ſimulque praeſta, ut praeſentem diem te protegente ſine peccato tranſigere mereamur. (Quis vivis & regnas cum Deo Patre.)

BEATITUDINES.

Matth. V. In Pſalterio Græco vetuſtiſſimo majoribus litteris ſcripto Bibl. Vatic. n. 341. Cantica & Hymnum Matutinum hæ Beatitudines immediatè ſequuntur.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum caelorum.

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.

Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.

Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum caelorum.

Beati eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint; & dixerint omne malum adversùm vos mentientes, propter me:

gaudete & exſultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in caelis.

* Cod. Vatic. 52. 83.

*HYMNUS IN HONOREM

Sanctae Trinitatis.

Ex Pſalterio Romano.

Te Deum laudamus;
te Dominum confitemur;
te aeternum Patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi caeli & univerſae Poteſtates,
Tibi Cherubim & Seraphim inceſſabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt caeli & terra majeſtatis gloriae tuae.
Te glorioſus Apoſtolorum chorus;
te Prophetarum laudabilis numerus;
te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia,

Patrem

Cod. vetuſtiſſimus Vatic. olim Reginæ Svetiæ, in quo alii genuini hymni S. Ambroſii, licèt ſine illius nomine continentur: *Incipit hymnus ad Matutina dicendus die Dominico*. Cod. Vatic. 5329. Bibliorum S. Hieronymi: *Hymnus ad Matutinum diebus Dominicis*. Vatic. 84. *Hymnus SS. Ambroſii & Auguſtini*. Vatic. 98. *Hymnus ad Matutinum diebus Dominicis: quem S. Ambroſius & S. Auguſtinus condiderunt*. Palat. 39. *quem S. Auguſtinus & S. Ambroſius invicem condiderunt*. Breviar. Monaſticum Vatic. 4928. ſcriptum circa annum 1166. *Ym. S. Abundii*. for. leg. Ambroſii. Cod. Baſilicæ Vatic. n. xi. *Ymnum S. Siſebuti*. Cod. Palat. 30. In Vatic. *Hymnus ſanctorum Patrum*.

Patrem immenſae majeſtatis,
venerandum tuum verum & unicum Filium,
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriae Chriſte:
tu Patris ſempiternus es filius:
tu ad liberandum * ſuſcepturus hominem,
non horruiſti Virginis uterum:
tu devicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna caelorum:
tu ad dexteram Dei ſedes in gloria Patris:
judex crederis eſſe venturus.
Te ergo quaeſumus; famulis tuis ſubveni,
quos pretioſo ſanguine redemiſti:
aeternâ fac cũ Sanctis tuis * gloriâ munerari.
Salvum fac populum tuum Domine; & benedic hereditati tuae:
* & rege eos: & extolle illos uſque in aeternũ.
Per ſingulos dies benedicimus te:
& laudamus nomen tuum in aeternum & in ſaeculum ſaeculi.
Dignare Domine, die iſto ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri Domine; miſerere noſtri.
Fiat, Domine, miſericordia tua ſuper nos; ſicut ſperavimus in te.
In te Domine ſperavi, non confundar in aeternum.

TE decet laus,
te decet hymnus;
tibi gloria Deo
Patri & Filio
cum Sancto Spiritu
in ſaecula ſaeculorum.
Amen.

* Cod. Reginae Svetiae, ſuſcepiſti.

* Idem, gloriâ munerare. et. in gloria numerari.

Sic diſtinguitur in codice Diaconiae S. Mariae in via Lata, & in cod. Caſinano ad initium ſeculi XI.

ORATIO.

Cod. Vatic. 84. & exſtat in Sacramen. Gelaſiano Sabbato heb. 1. Quadrageſimae.

DEus, qui nos glorioſis remediis, in terris adhuc poſitos, jam caeleſtium rerum facis eſſe conſortes. tu, quaeſumus, in iſta, quâ vivimus, nos vitâ guberna: ut ad illam, in qua ipſe es, lucem perducas. Per.

* Cod. vetuſtiſſ. Vatic. olim Reginae Svetiae. *Et rege illos, & extolle illos in ſeculum ſeculi. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum: & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula. Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire. Miſerere nobis Domine, miſerere nobis.* Explicit.

*HYMNUS ANGELORUM.

Sic diſtinguitur hic hymnus in codice Alexandrin.

GLoria in excelſis Deo:
& in terra pax,
hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te,
benedicimus te,
adoramus te,
glorificamus te,
gratias agimus tibi,
propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus Rex caeleſtis
Deus Pater omnipotens,
Domine Fili unigenite
Jeſu Chriſte.
Domine Deus,
agnus Dei,
filius Patris,
qui tollis peccata mundi,
miſerere nobis.
Qui tollis peccata mundi,
ſuſcipe deprecationem noſtram.
Qui ſedes ad dexteram Patris,
miſerere nobis.
Quoniam tu ſolus ſanctus,
tu ſolus Dominus,
tu ſolus altiſſimus,
Jeſu Chriſte,
cum Sancto Spiritu,
in gloria Dei Patris. Amen.

ORATIO.

Sacramenta. Gallicanum Mabillonis pag. 282.

DEus, quem meritò & Angeli in caelis, & homines in terra, debito famulatu conlaudant: cujus ſanctum nomen ſuper omne nomen exaltatum fideles exſultatione concelebrant: praeſta nobis famulis tuis, effectu tibi bonorum operum propinquare; teque vitâ ſimul & voce laudare; tuamque miſericordiam rectis actibus impetrare: ut univerſus hic populus, qui Angelos tuos aequiparare confitendo, ſectari quoque ſtudeat imitando. (Per.)

* Cod. Vatic. 5729. Bibliorum S. Hieronym. *Hymnus S. Ylari ad Miſſam*. Fortè hic primus hymnum hunc Latinum fecit, primuſque ex Oriente in Occidentem invexit.

*HYMNUS SERAPHICUS.

SAnctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt caeli & terra gloriâ tuâ.
Hoſannâ in excelſis.
Benedictus Qui venit in nomine Domini.
Hoſannâ in excelſis.

* Amalarius de ordine Antiphonarii cap. 1.

*HYMNUS GLORIFICATIONIS.

GLoria Patri & Filio & Spiritui Sancto, ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſaecula ſaeculorum. Amen.

HYMNUS TRISAGIUS.

HAgios ho Theos,
Sanctus Deus:
Hagios iſchyros,
Sanctus fortis;
Agios athanatos eleiſon himâs.
Sanctus immortalis miſerere nobis.

INCIPIT ORATIO DOMINICA

ſecundùm Matthaeum. Cap. VI.

PAter noſter qui es in caelis,
ſanctificetur nomen tuum:
abveniat regnum tuum:
fiat voluntas tua ſicut in caelo & in terra.
Panem noſtrum * quotidianum da nobis hodie. * ſuperſubſtantialem.
& dimitte nobis debita noſtra; ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *
& ne nos inducas in tentationem:
ſed libera nos à malo. Amen.

Secundùm Lucam. Cap. XI.

PAter, ſanctificetur nomen tuum:
adveniat regnum tuum.
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.
& dimitte nobis peccata noſtra: ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis.
& ne nos inducas in tentationem.

INCIPIT SYMBOLUM APOSTOLORUM.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli & terrae. Et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum: qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine; paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus; deſcendit ad inferos; tertiâ die reſurrexit a mortuis; aſcendit ad caelos; ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam aeternam. Amen.

SYMBOLUM APUD NICAEAM

trecentorum decem & octo Patrum.

Ex Concilio Lateranenſi S. Martini Papae ſecretario IV.

CRedimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem viſibilium & inviſibilium. Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantiâ Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, unius ſubſtantiae cum Patre (quod Graeci dicunt Homouſion: *) per quem omnia facta ſunt, ſive quae in caelo, ſive quae in terra: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus eſt: paſſus eſt: & reſurrexit tertiâ die: aſcendit in caelos, ſedet ad dexteram Patris; iterùm venturus cum gloria judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt*: Erat aliquando, quando non erat: *&*, Priuſquam naſceretur, non erat: *& quia* ex non exſtantibus factus eſt: *aut* ex alia ſubſtantia, *vel* eſſentia *dicunt eſſe*; *aut* convertibilem *aut* mutabilem *Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia*.

SYMBOLUM APUD CONSTANTINOPOLIM

centum quinquagintà Patrum.

Ex eodem Concilio.

CRedimus in unum Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, natum ex Patre ante omnia ſaecula, Deum verum de Deo vero, natum non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt, ſivè quae in caelo, ſivè quae in terra: qui propter nos homines & ſa-

 lutem

lutem noſtram deſcendit e caelo; & incarnatus eſt de Spiritu Sancto & Maria Virgine, & humanatus eſt: & crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato: & paſſus eſt: ſepultus eſt: & reſurrexit tertiâ die: aſcendit in caelos: & ſedet ad dexteram Patris; iterùm venturus cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum: qui locutus eſt per ſanctos Prophetas. In unam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſaeculi. Amen.

SYMBOLUM

quod ad Miſſarum ſolemnia cantatur.

CRedo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſaecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de caelis; & incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt: & reſurrexit tertiâ die ſecundùm Scripturas: & aſcendit in caelum; ſedet ad dexteram Patris: & iterùm venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. & exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſaeculi. Amen.

INCIPIT FIDES CATHOLICA
S. Athanaſii Epiſcopi. *

Ex Pſalterio Rom. anno 1591.
* *Aliqui cod. addunt*, Alexandri i. vel, Alexandrinae. *cod. baſilicae Vaticanae n.* x. Ab Athanaſio edita.

QUicumque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat Catholicam Fidem:
quam niſi quiſque integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in aeternum peribit.
Fides autem Catholica haec eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur:
neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes.
alia eſt enim perſona Patris, alia Filii, alia Spiritûs Sancti:
ſed Patris & Filii & Spiritûs Sancti una eſt Divinitas, aequalis gloria, coaeterna majeſtas.
Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.
increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus:
immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus Sanctus:
aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus.
& tamen non tres aeterni, ſed unus aeternus.
ſicut non tres increati, nec tres immenſi, ſed unus increatus, & unus immenſus.
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus:
& tamen non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens.
Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus:
& tamen non tres Dii, ſed unus eſt Deus.
Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus.
& tamen non tres Domini, ſed unus eſt Dominus.
quia ſicut ſingillatim unamquamque perſonam

Omiſſis nonnullorum conjecturis ac divinationibus de auctore hujus Symboli; ex longa praeſcriptione multorum ſeculorum, & inſcriptionibus veterum codd. diligentiùs viderdum, num haec plenior explicatio Nicaenae fidei ſit velut Hypomneſticon quoddam ſive commonitorium, ad Catholicorum inſtructionem contra varias haereſes, & Graecè & Latinè primò confectum, de iis quae de Trinitate & Incarnatione, tum voce diſputata, tum ſcripto decreta ſunt in Concilio Alexandrino ſub Juliano Auguſto, praeſidente S. Athanaſio, praeſentibuſque ex Latinis S. Euſebio Epiſcopo Vercellenſi, ac duobus Diaconis Luciferi Epiſc. inſulae Sardiniae. Certè quae Rufinus Libro X. Hiſtoriae Eccleſ. cap. 29. & epiſtola ipſa ejuſdem Concilii apud S. Athanaſium *epiſt. ad Antiochenos* ſcribunt, ſi conſiderentur attentiùs, verbatimque expendantur; penè totum Symbolum hocce ſummatim repraeſentare videntur.

nam, Deum ac Dominum confiteri Chriſtianâ veritate compellimur: ita tres Deos aut tres Dominos dicere, Catholicâ religione prohibemur.
Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus.
Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus.
Spiritus Sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.
Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.
& in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil majus aut minus: ſed totae tres perſonae coaeternae ſibi ſunt & coaequales.
ita ut per omnia (ſicut jam ſuprà dictum eſt) & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda ſit.
Qui vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.
Sed neceſſarium eſt ad aeternam ſalutem, ut Incarnationem quoque Domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat.
Eſt ergo Fides recta, ut credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei Filius, Deus & homo eſt.
Deus eſt, ex ſubſtantia Patris ante ſaecula genitus: & homo eſt, ex ſubſtantia matris in ſaeculo natus:
perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens;
aequalis Patri ſecundùm Divinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem.
Qui licèt Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.
unus autem non converſione Divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum;
unus omninò non confuſione ſubſtantiae, ſed unitate perſonae:
nam ſicut anima rationalis & caro, unus eſt homo: ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus.
Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra: deſcendit ad inferos: tertiâ die reſurrexit à mortuis.
aſcendit ad caelos: ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.
Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis; & reddituri ſunt de factis propriis rationem.
& qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: qui verò mala, in ignem aeternum.
Haec eſt Fides Catholica; quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.

ORATIO.

Cod. Vatic. 84.

OMnipotens ſempiterne Deus, fac orthodoxam Fidem intemeratâ ſemper cordis credulitate, oriſque profeſſione ſervare; ac congruâ eidem nitidos actione, tuae perenniter claritatis viſione laetari. Per Dominum noſtrum.

ORATIO.

Ex antiquis Pſalteriis, teſte Ratherio Epiſc. Veron. in Itinerario.

SAlva nos omnipotens Deus: & per merita & interceſſionem ſanctae Dei Genitricis Mariae omniumque Sanctorum, eſto nobis propitius & clemens: conceſſâque veniâ peccatorum, da nobis deinceps velle poſſe & perficere quae tibi placent, & nobis expediunt. Da nobis in tribulatione ſolatium, in perſecutione auxilium, in omni tentatione virtutem. Da nobis de praeteritis veniam, de praeſentibus quoque malis emendationem, atque de futuris largiri nobis dignare cuſtodiam. Per.

DEO GRATIAS.

INDEX.

Septem Pſalmi Poenitentiales.

I. P*Salmus* vi. Domine ne in furore tuo arguas me. *pag.* 165

II. *Pſalmus* xxxi. Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates. 207

III. *Pſalmus* xxxvii. Domine ne in furore tuo arguas me. 220

IV. *Pſalmus* l. Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. 240

V. *Pſalmus* ci. Domine exaudi orationem meam. 326

VI. *Pſalmus* cxxix. De profundis clamavi ad te Domine. 380

VII. *Pſalmus* cxlii. Domine exaudi orationem meam. 395

Quindecim Pſalmi Graduales.

A *Pſalmo* cxix. Ad Dominum cùm tribularer clamavi, & exaudivit me. *pag.* 371 *uſque ad Pſalmum ipſum* cxxxiii. Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſervi Domini. 384

Vinginti Pſalmi Alleluiatici.

I. P*Salmus* civ. Confitemini Domino; & invocate nomen ejus. *pag.* 332

II. *Pſalmus* cv. Confitemini Domino quoniam bonus. 335

III. *Pſalmus* cvi. Confitemini Domino quoniam bonus. 338

IV. *Pſalmus* cx. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 345

V. *Pſalmus* cxi. Beatus vir qui timet Dominum. 346

VI. *Pſalmus* cxii. Laudate pueri Dominum. 348

VII. *Pſalmus* cxiii. In exitu Iſrael de Aegypto. 349

VIII. *Pſalmus* cxiv. Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae. 351

IX. *Pſalmus* cxv. Credidi propter quod locutus ſum. 351

X. *Pſalmus* cxvi. Laudate Dominum omnes gentes. 353

XI. *Pſalmus* cxvii. Confitemini Domino quoniam bonus. 353

XII. *Pſalmus* cxviii. Beati immaculati in via. 355

XIII. *Pſalmus* cxxxiv. Laudate nomen Domini. 385

XIV. *Pſalmus* cxxxv. Confitemini Domino quoniam bonus. 386

XV. *Pſalmus* cxlv. Lauda anima mea Dominum. 400

XVI. *Pſalmus* cxlvi. Laudate Dominum quoniam bonus eſt pſalmus. 401

XVII. *Pſalmus* cxlvii. Lauda Jeruſalem Dominum. 402

XVIII. *Pſalmus* cxlviii Laudate Dominum de caelis. 403

XIX. *Pſalmus* cxlix. Cantate Domino canticum novum. 404

XX. *Pſalmus* cl. Laudate Dominum in ſanctis ejus. 406

* *Pſalmus Matutinus* lxii. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. 260

* *Pſalmus Veſpertinus* cxl. Domine clamavi ad te, exaudi me. 393

Oratio de Pſalmis III. L. LVI. conjunctis. 407

† *Pſalmus extra numerum* cli. 408

Canticum Moyſi in Exodo. 410

Canticum Moyſi in Deuteronomio. 413

Canticum Debborae & Barac in libro Judicum. 431

Canticum Annae matris S Samuelis. 418

Canticum Eſaiae Prophetae de Vinea Domini. 432

Canticum Eſaiae Prophetae. Confitebor tibi Domine. 420

Item Canticum Eſaiae Prophetae. Ecce civitas. *ſive*, Urbs fortitudinis. 434

Aliud Canticum Eſaiae Prophetae: De nocte vigilat. *ſive*, De mane vigilabo. 434

Oratio ſive Scriptura Ezechiae Regis Judae. 421

Canticum Jonae Prophetae. 436

Oratio Habacuc Prophetae. 422

Canticum Judith. 442

† *Oratio Manaſſae Regis Juda.* 444

Oratio Hieremiae Prophetae. 437

Canticum Azariae in Daniele Propheta. 43

Benedictiones trium puerorum. 426. & 44

Canticum ſanctae Mariae Matris Domini. 428

Canticum S. Zachariae patris S. Johannis. 429

Canticum S. Simeonis. 430

Orationes de aliis XVI. Canticis. 444

Hymnus Matutinus. 445

Beatitudines. 447

Hymnus in honorem S. Trinitatis. Te Deum laudamus. *ibid.*

Hymnus Angelorum. 448

Hymnus Seraphicus. 449

Hymnus glorificationis. *ibid.*

Hymnus triſagius. *ibid.*

Oratio Dominica. *ibid.*

Symbolum Apoſtolorum. *ibid.*

Symbolum Nicaenum. *ibid.*

Symbolum Conſtantinopolitanum. *ibid.*

Symbolum Miſſae. 450

Fides Catholica ſancti Athanaſi Epiſcopi. *ibid.*

Oratio ex antiquis Pſalteriis. 451

Inci-

INCIPIUNT EXORDIA PSALMORUM.

A

AD Dominum cùm tribularer, clamavi. *Pſalmus* CXIX. *pagina* 371
Ad te Domine clamabo. XXVII. 200
Ad te Domine levavi animam meam. XXIV. 195
Ad te levavi oculos. CXXII. 373
Afferte Domino filii. XXVIII. 201
Attendite popule meus. LXXVII. 287
Audite haec omnes gentes. XLVIII. 237

B

BEati immaculati. CXVIII. 355
Beati omnes qui timent Dominum. CXXVII. 378
Beati quorum remiſſae. XXXI. 207
Beatus qui intelligit. XL. 225
Beatus vir qui non abiit. I. 157
Beatus vir, qui timet Dominum. CXI. 346
Benedicam Dominum. XXXIII. 211
Benedic anima mea. *primus*. CII. 328
Benedic anima mea. *ſecundus*. CIII. 330
Benedictus Dominus Deus meus. CXLIII. 397
Benedixiſti Domine. LXXXIV. 301
Bonum eſt confiteri. XCI. 314

C

CAeli enarrant. XVIII. 186
Cantate Domino. *primus*. XCV. 319
Cantate Domino. *ſecundus*. XCVII. 322
Cantate Domino. *tertius*. CXLIX. 404
Confitebimur tibi. LXXIV. 283
Confitebor tibi. *primus*. IX. 170
Confitebor tibi. *ſecundus*. CX. 345
Confitebor tibi. *tertius*. CXXXVII. 389
Confitemini Domino & invocate. *primus*. CIV. 332
Confitemini. *ſecundus*. CV. 335
Confitemini. *tertius*. CVI. 338
Confitemini. *quartus*. CXVII. 353
Confitemini. *quintus*. CXXXV. 386
Conſerva me. XV. 178
Credidi, propter quod. CXV. 351
Cùm invocarem. IV. 162

D

DE profundis. CXXIX. 380
Deus auribus noſtris. XLIII. 229
Deus deorum Dominus. XLIX. 239
Deus Deus meus ad te. LXII. 260
Deus Deus meus reſpice in me. XXI. 190
Deus in adjutorium. LXIX. 273
Deus in nomine tuo. LIII. 247
Deus judicium tuum. LXXI. 277
Deus laudem meam. CVIII. 342
Deus miſereatur. LXVI. 266
Deus noſter refugium. XLV. 233
Deus quis ſimilis erit. LXXXII. 298
Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti. LIX. 256
Deus ſtetit in ſynagoga. LXXXI. 297
Deus venerunt gentes. LXXVIII. 292
Deus ultionum Dominus. XCIII. 316
Dilexi quoniam exaudiet. CXIV. 351
Diligam te Domine. XVII. 182
Dixi: cuſtodiam. XXXVIII. 222
Dixit Dominus. CIX. 344
Dixit injuſtus. XXXV. 216
Dixit inſipiens. *primus*. XIII. 176
Dixit inſipiens. *ſecundus*. LII. 246
Domine clamavi. CXL. 393
Domine Deus meus in te ſperavi. VII. 167
Domine Deus ſalutis meae. LXXXVII. 306
Domine Dominus noſter. VIII. 168
Domine exaudi orationem. *primus*. CI. 326
Domine exaudi orationem. *ſecundus*. CXLII. 395
Domine in virtute tua. XX. 188
Domine ne in furore. *primus*. VI. 165
Domine ne in furore. *ſecundus*. XXXVII. 220
Domine non eſt exaltatum. CXXX. 381
Domine probaſti. CXXXVIII. 390
Domine quid multiplicati. III. 160
Domine quis habitabit. XVI. 177
Domine refugium factus es nobis. LXXXIX. 311
Domini eſt terra & plenitudo ejus. XXIII. 194
Dominus illuminatio. XXVI. 198
Dominus regit me. XXII. 193
Dominus regnavit, decorem. XCII. 315
Dominus regnavit, exultet. XCVI. 320
Dominus regnavit, iraſcatur. XCVIII. 323

E

ECce nunc benedicite. CXXXIII. 384
Ecce quàm bonum. CXXXII. 383
Eripe me de inimicis. LVIII. 254
Eripe me Domine. CXXXIX. 392
Eructavit cor meum. XLIV. 231
Exaltabo te Deus. CXLIV. 398
Exaltabo te Domine. XXIX. 203
Exaudiat te Dominus. XIX. 187
Exaudi Deus deprecationem. LX. 257

Exaudi Deus orationem. *primus*. LIV. 248
Exaudi Deus orationem. *ſecundus*. LXIII. 261
Exaudi Domine juſtitiam. XVI. 180
Exſpectans exſpectavi Dominum. XXXIX. 223
Exultate Deo adjutori. LXXX. 295
Exultate juſti in Domino. XXXII. 209
Exſurgat Deus, & diſſipentur. LXVII. 267

F

Fundamenta ejus in montibus. LXXXVI. 305

I

Inclina Domine aurem tuam. LXXXV. 303
In convertendo Dominus. CXXV. 376
In Domino confido. X. 173
In exitu Iſraël. CXIII. 349
In te Domine ſperavi. *primus*. XXX. 205
In te Domine ſperavi. *ſecundus*. LXX. 274
Jubilate Deo. *primus*. LXV. 264
Jubilate Deo. *ſecundus*. XCIX. 324
Judica Domine nocentes. XXXIV. 213
Judica me Deus & diſcerne cauſam. XLII. 228
Judica me Domine quoniam ego. XXV. 197

L

Lætatus ſum. CXXI. 372
Lauda anima mea. CXLV. 400
Lauda Jeruſalem. CXLVII. 402
Laudate Dominum de cælis. CXLVIII. 403
Laudate Dominum in ſanctis ejus. CL. 406
Laudate Dominum omnes gentes. CXVI. 353
Laudate Dominum, quoniam bonus. CXLVI. 401
Laudate nomen Domini. CXXXIV. 385
Laudate pueri Dominum. CXII. 348
Levavi oculos meos. CXX. 372

M

Magnus Dominus. XLVII. 235
Memento Domine David. CXXXI. 382
Miſerere mei Deus, miſerere mei. LVI. 251
Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit. LV. 250
Miſerere mei Deus ſecundùm magnam. L. 240
Miſericordiam & judicium cantabo. C. 325
Miſericordias Domini. LXXXVIII. 308

N

Niſi Dominus ædificaverit. CXXVI. 377
Niſi quia Dominus. CXXIII. 374
Noli æmulari. XXXVI. 217
Nonne Deo ſubjecta. LXI. 258
Notus in Judea. LXXV. 284

O

Omnes gentes plaudite manibus. XLVI. 234

P

Paratum cor meum. CVII. 340
† Puſillus eram. *extra ordinem*. 408

Q

Quàm bonus Iſrël. LXXII. 279
Quàm dilecta tabernacula. LXXXIII. 300
Quare fremuerunt. II. 158
Quemadmodum deſiderat cervus. XLI. 227
Qui confidunt in Domino. CXXIV. 375
Quid gloriaris in malitia. LI. 244
Qui habitat in adjutorio. XC. 312
Qui regis Iſraël. LXXIX. 293

S

Sæpe expugnaverunt. CXXVIII. 379
Salvum me fac Deus. LXVIII. 270
Salvum me fac Domine. XI. 174
Si verè utique. LVII. 253
Super flumina Babylonis. CXXXVI. 388

T

Te decet hymnus. LXIV. 262

V

Venite exultemus Domino. XCIV. 318
Verba mea auribus. V. 163
Voce mea ad Dominum clamavi. LXXVI. 285
Voce mea ad Dominum. CXLI. 394
Uſquequò Domine obliviſceris. XII. 175
Ut quid Deus repuliſti in finem. LXXIII. 281

EXOR-

EXORDIA CANTICORUM.

A

ATtende caelum. *pag.* 413.
Audite caeli. *ibid.*

B

BEnedicite omnia. 426. 440
Benedictus Domine. 438
Benedictus es Domine. *ibid.*
Benedictus es Domine. 440
Benedictus es Domine. *ibid.*

C

CAntemus Domino. 410
Clamavi ad Dominum. 436
Clamavi de tribulatione. *ibid.*
Confirmatum eſt cor meum. 418
Confitebor tibi Domine. 420

D

DE mane vigilabo. 434
De nocte vigilat. *ibid.*
Domine audivi. *ibi* : DOMINUS. *mendum*. 423
Domine omnipotens. 444

E

ECce civitas. 434
Ego dixi in altitudine. 421
Ego dixi in dimidio. 421
Exultavit cor meum. 418

I

INcipite Domino. 442

M

MAgnificat anima mea. 418
Memento Domine. 437

N

NUnc dimittis. 430

Q

QUi ſponte obtuliſtis. 431

R

REcordare Domine. 437

V

VInea facta eſt Dilecto. 432
Urbs fortitudinis. 434

Explicit Pſalterium Ven. Cardinalis Tomaſii.

PRU-

Digitized by Google

Inſignis Epiſtola Emi, ac Rmi Principis Dominici Sanct. Rom. Eccl. Presbyteri Cardinalis Paſſionei, quam dedit ad Abbates, & Viſitatores Congregationis Helveto-Benedictinæ, cùm ipſe Præſul, & Ahrchiepiſcopus Epheſinus apud Helvetios Nuntium Apoſtolicum ageret. Præit rariſſimæ Editioni ſecundæ Pſálterii Thomaſiani ad uſum Monachorum ejusdem Congregationis adornatæ Typis Monaſterii Einſidlenſis, Anno Domini MDCCXXVII.

Dominicus Archiepiſcopus Epheſinus Chariſſimis in Chriſto Filiis Abbatibus & Viſitatoribus Congregationis Helveto-Benedictinæ Salutem æternam.

ETSI ubicumque nobis, licèt immeritis, in gerendis S. Apoſtolicæ Sedis negotiis verſari contigit, omnibus planè teſtatam fecerimus egregiam noſtram de præclariſſimæ Familiæ veſtræ commodis, atque rationibus benemerendi voluntatem, neque ullum unquam erga vos amoris ac benevolentiæ indicium à nobis deſiderari paſſi ſimus; attamen ut nullo non officiorum genere, ne dum vos complecti, verùm etiam res veſtras augere & confirmare videamur, nonnulla vobis ſignificare decrevimus, quæ maximè conducere putamus Congregationis veſtræ incremento; cujus Inſtitutum à Majoribus veſtris, poſt illam temporum acerbitatem, quæ tot Helvetiæ partes à ſinu Catholicæ communionis avulſit, fortiter ſuſceptum, & auctoritate Apoſtolicâ confirmatum, veſtris diuturnis curis & laboribus in magnum Religionis præſidium mirificè in dies propagatur; & cùm nulla ſanè res ſit, quæ majoribus egeat conſiliis, jure poſtulare videtur fautorem & ſocium cogitationum veſtrarum Apoſtolicæ Sedis Legatum; ſui enim muneris eſſe quis ambiget, ea præcipuè loca ſummâ quâ pollet Auctoritate, fovere, in quibus, tamquam in munitiſſimis Chriſtianæ militiæ caſtris, homines fidei loricam induti bellum gerunt adversùs Satanæ, mundi, atque carnis inſidias & incitamenta?

Hæc diù multumque animo revolventes eò nos curas omnes intendere debere arbitrati ſumus, ut qui monaſticam vitam amplectuntur, & in Regulæ tirocinio ſeſe exercent, habeant unde ritè inſtituantur in obeundo opere Dei, & rectam præcipuè pſallendi doctrinam addiſcant, cum divinum hoc munus præ cæteris, quibus in arctiſſimæ vitæ curriculo diu noctuque vacare tenentur intimo cordis affectu ac jugi debeat meditatione perſolvi. Hinc Magiſtri Regula nihil eorum prætermittens, quæ ad altiſſimum perfectionis gradum aſſequendum conducere poſſunt, jure & merito illos adhortatur: *Ita ad pſallendum ſtare, ut mens voci concordet*: Cujus Regulæ *Cap. XIX.* graviſſima verba veteris novique Teſtamenti oraculis comprobata, adeò majorum veſtrorum animos inflammarunt, ut nihil in hac vita reliquum ſibi facerent, quam hymnis & canticis Dei potentiam & gloriam extollere; ac divinarum laudum modulatione humanum iſtud & longè miſerrimum mulcebant exilium, & poſiti extra hominum lucem in ſylvis, & latebris quò tamquam ad aras, è ſæculi fluctibus erepti confugiebant, mirum quantis perfundebantur deliciis, Creatoris enim majeſtatem laudando, timore corripiebantur, maxima ejus beneficia recenſendo, amore deflagrabant; animæ vulneribus medebantur miſericordiam expoſcendo, & hoſtium inſidiis occurrebant annuntiando juſtitiam; orientem ſolem pſalmis excipiebant, recedentem proſequebantur; æternæ illius lucis, quæ interitum neſcit, ortum ſollicite deprecantes & alternantibus choris vices cæleſtis Jeruſalem, in qua perpetuum eſt canticum, referebant in terris. Nihil hic dicimus, quod non illuſtria omnium ſæculorum monumenta nos antea docuerint, at inſtar omnium apud vos erunt quæ in celeberrimo Luxovienſi Cænobio de laude perenni à Beato Columbano profecta referuntur, qui è Britannicis finibus Chriſto duce, cum ſociis egreſſus, primus in has horas monaſticam vivendi formam invexit, eaſque Evangelicæ veritatis luce undequaque perfudit.

Sicut verò ratio reddenda eſſet, undenam tantum antiquorum ſtudium erga Pſálterium, unde tot vigiliæ in hac ſtatione excubantium, unde talis tantuſque labor, ut illud totum mente perciperent & memoriâ cuſtodirent? Hoc nimirum ex eo peti debet, quod pſallebant ſapienter, id eſt, *intelligenter & eruditè*, ut legunt S. Auguſtinus, & S. Hieronymus: optimè ſiquidem noverant in libro pſalmorum velut in locupletiſſimo ſacrarum Scripturarum theſauro, contineri ſummum & excellentiſſimum Religionis noſtræ opus, nempè Dei laudem, orationem, Chriſti Myſteria, gratiæ divitias, Eccleſiæ natalia, iniquorum pœnas, & omnibus bonis affluentes, æternumque manſuras Sanctorum delicias. Etenim quis noſtrum, tam Deo vacuus, uſque adeo res divinas faſtidiret, & terrenas amaret, ut pſalmorum ſuavitate curarum æſtus non ſedaret & cordis duritiem non deliniret? Quis tam ferreus, tot tantiſque Spiritus Sancti gemitibus invitatus ad veniam, compunctionis lacrymas cohiberet?

Vobis ergo nihil omninò mirum videbitur *antiquos Patres ſtrenuè una die hoc munus impleviſſe, quod modo per hebdomadam, & utinam non oſcitanter, perſolvimus*. Quæ Regulæ verba de totius *Cap. XVIII.* Pſalterii recitatione non tam vobis, quam nobis ac Clericis omnibus animo penitus inſigi vehementiſſimè optaremus; facili enim negotio tunc in divinis laudibus perſolvendis incenderemur

In Epiſt. ad Epheſos c.5. v.19.
In Pſalm. XVIII.
In Proemio enarrationis Pſalm. CXVIII.
In Pſalm. XVIII.
In Pſalm. XXX.
In Serm. de quadam pſallendi conſuetudine in die Epiphaniæ.

amore, ſi (monente Apoſtolo) loquentes nobiſmet ipſis in pſalmis, hymnis, & canticis pſalleremus Domino Spiritu & mente: ſed veremur maximè, *ne plerique noſtrum cantent veluti merulæ, pſittaci, corvi, picæ, & hujuſmodi volucres*; ut non minus feſtivè, quam verè, & pro more ſapienter, plebem ſuam Hipponenſem Auguſtinus arguebat; cujus ſaluti & rectæ inſtitutioni ſollicitus excubans amantiſſimus Pater totus deſudabat in pſalmorum explanatione, *ne Conventus* (inquit) *Eccleſiaſtici, in quibus recitabantur, eorum intelligentia fraudarentur*: illud addens: *ſcienter cantare naturæ hominum divina voluntate conceſſum eſſe*; unde ut canentium mentes permoveret, & in ipſorum animis pios erga Deum excitaret affectus, qui pſalmorum verbis reſponderent, & intimam eorum vim aſſequerentur, ita paternè eos admonebat: *Si orat pſalmus, orate; ſi gemit, gemite; & ſi gratulatur, gaudete; & ſi ſperat, ſperate; & ſi timet, timete: qui enim non attendit, quid in ipſis verbis intelligi debeat, aures ejus accipiunt tranſitorium cibum, ſed ad animam ejus non pervenit verbum Dei*; quam affectuum veritatem, virtutes pſalmorum appellabat; neque aptius potuiſſe eorum naturam definiri, ii omnes uno ore conſentient, qui ejus Sanctiſſimi Patris enarrationes ad populum habitas perluſtrabunt, in quibus banc ipſi rationem propoſitam fuiſſe animadvertent, ut omnia ibi referret, quæ in alendo Chriſti grege, & ad vitam ſanctè pièque formandam opportuniora videbantur, nunc temporum vitia exagitando, modò diſciplinam morum ad æternam ſcripturæ regulam retrahendo.

Minimè tamen ignoramus, recentioribus nonnullis uni litteræ ſemper addictis, minus probari ſenſus morales & allegoricos, eoſque tamquam piorum hominum excogitationes in concionis argumeotum effictas ab iis repudiari; ſed hujuſmodi interpretandi modum minus fortaſsè inſectarentur, ſi diligentius attenderent, veteres Eccleſiæ Patres, & quidem illos Epiſcopali præditos dignitate, quibus ſcilicet erudiendæ plebis onus incumbebat, omnem curam & operam maximè contuliſſe ad explicandam morum doctrinam pſalmis comprehenſam; & eo ſæpius illos in boc argumento verſatos fuiſſe, quo frequentior erat pſalmorum uſus, ſivè publicus, ſivè privatus; nemo enim neſcit, qui antiquos Eccleſiæ ritus callet, plebem Chriſtianam in ſolemni divini Sacrificii celebratione, præeunte in Ambone Lectore, totos olim pſalmos recitaſſe, qui cum inde facilius præ cæteris Scripturæ libris memoriæ mandarentur, ne nuda tantùm verba, quæ ad medenda animæ vulnera parum profuiſſent, pſallentium mentibus inhærerent, modo ſenſus morales, modo allegorici ab Eccleſiaſticis tractatoribus expromebantur, ut Chriſtifideles ea recolendo, quæ ſub veteri Lege in nube contigerant, aperte collegerent in nova, omnia jam pridem ſumma Dei bonitate ad ſuam ipſorum doctrinam ſcripta fuiſſe.

Quantam verò vim haberent in pſalmis enucleandis hujuſmodi ad populum enarrationes, cujus ſaluti unicè conſulebatur, etſi innumera, dum vobis hæc ſcribimus, occurrant exempla, minimè prætereundum eſt illud S. Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi adeò rei noſtræ conſonum, qui (teſte Ferrando Diacono in ejus vita) B. Auguſtini exponentis triceſimum ſextum Pſalmum lectione commonitus, edere ſuum ſtatuit votum, & monaſticum Inſtitutum amplexus, ſæculo renuntiavit.

Hæc tamen non ita accipi volumus, ut illa explanandi ratione rejecta, quam veteres Theologi hiſtoricam appellabant, & nos vulgò litteralem vocamus, moralem alteram & allegoricam medendis animarum vulneribus maximè accomodatam, tantum adhibeamus: immò verò illud intelligendi genus prius aſſequi debemus, quod ab apertiore orationis argumento non recedit, & ſimplicem ac uſitatam verborum ſignificationem & vim nobis exibet; nam qui fieri poſſet, ut ad abditam in verbis ſapientiam penetraremus, niſi nobis vulgaris intelligendi ratio pateret? Ob hanc maximè cauſſam, ut rudioribus facilis aperiretur via ad pſalmos intelligendos, eoſque piè ſanctèque recitandos, breviſſimam explanationem, & quodammodo grammaticam exaravit immortalis memoriæ vir Joſephus Maria Thomaſius, doctrinæ præſtantiâ, morum ſanctimoniâ, & auſteriſſimâ vivendi normâ clariſſimus & ſpectatiſſimus, qui ſummo genere natus, adoleſcens adhuc jure prioris ætatis abdicato, humaniſque rebus valere juſſis, Clericorum Regularium Inſtitutum amplexus eſt, & totum ſe in veteres chartas, ſacraſque litteras abdens ex uberrimis Patrum fontibus, & ex venerandæ Antiquitatis manuſcriptis codicibus, ſtudia, vigilias, elucubrationeſque ſuas in proximi utilitatem, & in Eccleſiæ præſidium derivavit, donec tandem ob profundam chriſtianamque animi demiſſionem, ſibi uni inviſus, omnibus verò propter admirabilem incredibilium virtutum famam, undequaque probatus, ſecundi Ordinis poſt Pontificem in Romana Eccleſia à Clemente XI. Presbyter renuntiatus, dignitatem, quam nonniſi indictâ contumaciæ pœnâ, invitus ſuſcepit, brevi menſium ſpatio in perniciem ſæculi noſtri cum beatiſſima morte commutavit, quam nos mortem omnibus bonis acerbam, & univerſæ Eccleſiæ luctuoſiſſimam, quoties conſideramus, (id autem fit ferè quotidiè) toties iram in nos Dei optimi maximi perhorreſcimus.

Hæc breviter perſtrinximus, ne cui veſtrum mirum videatur poſt tot egregios ſummorum virorum in pſalterium labores, hanc nos vobis explanationem de meliori nota commendare: Thomaſius quippe in ſcientia Sanctorum optimè verſatus, idemque græcè & hebraicè doctiſſimus, ne pſallentium mentibus, quas Spiritu Sancto impleri vehementer optabat, negotium faceſſerent tropi atque figuræ tum orationis tum verborum, in eo totus incubuit, ut Idiotiſmi, ſivè proprietates peculiares linguæ grecæ, vel hebraicæ apertis uſitatiſque vocabulis & locutionibus latinis redderentur, & vis ſub ſchemate, vel Idiotiſmo latens, remotis involucris ac integumentis illicò conſpiceretur; in quo ſanè cum nullus ipſi brevis explanator occurreret, qui votis ſuis reſponderet, hoc ſolus abundè præſtitit ſtylo ſimplici & vel hebetioribus

ribus ingeniis accommodato, additis, ubi opus erat, hiſtorici veteris Teſtamenti narrationibus, ad quas ſæpe refertur intentio Pſalmiſtæ.

Hanc igitur vobis editionem tamquam pignus amoris noſtri mittere decrevimus, non aliâ planè ratione, quàm quòd nobis vix quidquam magis conducere videatur optimæ Monachorum Inſtitutioni, qui nullo labore pſallendi intelligentiam ex hoc opere ſibi comparabunt, & præſtò illis erit, undè difficultates, quibus impediri poſſunt, facilè expediant, quò demum flagrantius orent, & in opere Dei alacrius perſeverent. Hæc litteralis explanatio attentè percepta & memoriæ diligenter commendata, inanes ſonos & vacuas voces præterfluere non ſinet, ſed ipſorum cordibus illabens Spiritus, qui habet omnem vocis ſcientiam, mira ſuavitate eo efficiet, ampliſſimus variorum ſenſuum ſinus aperiet, & abditos miſteriorum fontes reſerabit; nam parum prodeſſet, Filii chariſſimi, extorris populi ſuſt flumina Babylonis duriſſimas vices deflere, & antiquas Sedes repetentis lætitiam hymnis excipere, niſi tunc nobis imago ſuccurreret vitæ hujus longè amariſſimæ, in qua à Patria cœleſti exulamus, & animo non perciperemus ingens illud æternumque gaudium nobis propoſitum, cum ad ejus feliciſſimos fines perveniemus. Parum Davidis patientiam, calamitates, pericula, gemitus, angores & metus commemorare, ſi minus vulnera noſtra ſanare poſſent quæ ille adhibuit remedia, & ſi, quud ipſe lacrymis, jejuniis, & precibus iter ad Deum tam latè nobis aperuit, aliò converteremus. Fruſtra ejus Regnum, licet hoſtium multitudine ac potentiâ oppugnatum perpetuum fore profiteremur, niſi hanc Imperii æternitatem extenderemus ad Chriſtum, contraquem Reges terræ irrito fremuerunt conatu, nec in illos dominaretur; & ſi excidium Templi, divinæ legis violatio, bonorum calamitates, & impiorum pax ac proſperitas terrent, & (quod maxime debent) nos commovent, quo tandem animo hæc tam occultiſſima Dei judicia excipiemus? Hærebimuſne tantùm Prophetæ dictis, qui pupulares ſuos inſolentiâ inimicorum laſſatos ac metu fractos ad præſidium divinæ Providentiæ, quæ vindictam retribuit in tempore, nutantes erexit, nec oculos convertemus ad omnium ætatum peccatores & impios, quorum ſuperbia licèt ſemper aſcendat, ſemper etiam mortis æternæ pœna mulctabitur? Cum ergo tot tantiſque doctrinis Liber Pſalmorum redundet, danda opera eſt, ut qui aſſidui in diurnis laudibus verſantur, habeant unde tantam affectuum ubertatem affluentius hauriant, quod ipſis benè feliciterque eveniet, ſi communibus Congregationis veſtræ ſumptibus, & maximâ, quâ poterit diligentia, iterum typis hæc nunquam ſatis laudata Editio & Pontificiis oraculis comprobata committatur, caveatiſque impoſterum auctoritate veſtra, ut hujus exemplar ſingulis, qui militiæ veſtræ dant nomen, ſuppeditetur, nec facilè ab eorum manibus illud excidere patiamini. Pluribus rem agere ſupervacaneum eſt, cum ad procurandam eorum utilitatem ardentes erectoſque minimè hortatione noſtrâ vos indigere cognoſcamus, & ſponte veſtrâ alacrius effectum iri brevi confidimus, quod modo, ne ut muneris noſtri Apoſtolici minus memores aliquando apud Deum poſtulemur, paternè vobis ſuademus.

Cæterum, ut egregiæ venerabilis Thomaſii voluntati, nobis pro benevolo, quo ſemper fuit in nos animo, jampridem benè perſpectæ, morem geramus, in lucem iterum producendam extimavimus inſignem commentationem, & inventu difficillimam, quam de rectè inſtituendis Theologicis ſtudiis publico bono conſcripſit, & qua vir doctiſſimus jam penè intermortuam in quorundam animis, & ab antiquorum ſemitis inclinatam veram hujuſmodi ſtudiorum rationem excitare curavit graviſſimo Joſephi veſtri Cardinalis de Aguirre teſtimonio confirmatus quem cùm manibus pedibuſque in eandem ire ſententiam lætus non ſemel audiſſet, & alio ſe prorſus modo, ſi repueraſceret, ſtudia inſtituturum, in animum induxit ſuum litteris mandare, quæ in evolvendis diurnâ nocturnâque manu veterum Patrum ſcriptis diu animo agitaverat, & aſſidua meditatione complexus erat, & quâ erat præditus humilitate, cum ipſe præ cæteris tanto operi, quod deſignaverat, planè ſufficeret, alterum Ordinis veſtri lumen Joannem Mabillonium, qui cum arcta ipſi intercedebat morum atque ſtudiorum conjunctiò, obſecravit ut illud abſolveret, quod tamen Mabillonius, in conſcribendis Annalibus tunc temporis occupatiſſimus, præſtare non potuit, quamquam nos (Pariſiis per eam tempeſtatem agentes) magnos ipſi ſtimulos addere non prætermiſimus; Thomaſius tamen animum non abjecit, ſed dies nocteſque Eccleſiæ commodis excubans, manum ipſe operi admovit; at vix tertio volumine vulgato cum dignitatis, ad quam fuerat evectus, publica munera illud intermittere coegerunt; cujus quidem nullum inde fructum capere potuiſſemus, niſi (edito prius hoc ſpecimine, quod vobis dooo mittimus) ad aſſequendum totius operis propoſitum facilem nobis viam patefeciſſet: immò ne hoc loco reticeamus, quæ ipſi in hujuſmodi ſtudiis rectè inchoandis mens erat, Cardinalis Hadriani opuſculum de vera Philoſophia ex quatuor Eccleſiæ Doctoribus conſcriptum impensè laudabat, quod ſi à pulvere, ſituque multo, ubi temporum iniquitate modo jacet, aliquando (quod maximè optabat) in lucem revocaretur, ſperabat fore, ut eſſet tutus quidam veluti aditus ad Theologiæ ſacrarium, fonteſque cæteros divinarum litterarum penitiſſimos recludendos, id quod omnes facilè intelligent, qui Thomaſii conſilio adducti, hunc libellum planè egregium ad uſus ſuos adjungent; in eo quippe Auctor ex puriſſimis illis ſummorum virorum commentariis mira quadam ſolertia depromptis & connexis inter ſe, aptatiſque ſententiis nobis perſpicuè conſtituit, quænam ſit vera & princeps Philoſophia, quinam humanæ rationis fines, quæ leges, & qui tandem Chriſtianorum diſcendi & ſtudendi modus; quod utinam iter aggrederentur ii omnes, qui efflictis ad ingenii libidinem quæſtionibus, *Eccleſiaſticam ſimplicitatem* (ut S. Hieronymi verbis utamur) *inter Philoſophorum ſpineta concludunt*.

Date interim operam, Filii Cariſſimi, ut qui ſæculo abdicato, curæ veſtræ informandos ſe tradunt, optimis inſtituantur diſciplinis, quarum ſummam fruſtra alibi quærent, quàm in addiſcenda divinæ legis ſcientia, ad quam toti ſe debent referre: tunc obſerventur ora loquentium iniqua, & palam traducentium eos, quos per ſummam injuriam, ideò putant mundo valedixiſſe, ut ab eo omnium oculis remoti, & in monaſteriorum angulis deliteſcentes, facilius indulgeant otio & tempori. Satis exemplorum vobis præbuerunt præclariſſima à Majoribus veſtris rerum geſtarum monumenta, quorum memoria tunc nobis repetenda foret, cùm laudatiſſimi mores veſtri eorum ſanctimoniam minus exprimerent; ſed de veſtra pietate confidimus, ut quidquid magnum, quidquid amplum ad Monaſticæ diſciplinæ incrementum conferre poterit, id à vobis pari animi magnitudine repræſentabitur. Scitis, Eccleſiam Dei ſibi ſemper viros fortes, & metu vacuos popoſciſſe, quorum ope magis indigere in hoc indulgentiſſimo ſæculo nemo non videt; cùm univerſum terrarum orbem adeo publica iniquitas pervaſerit, ut Chriſti oraculis moniti multorum charitate refrigeſcente ex omnibus mundi plagis jam ſpectare poſſimus adventantem diem iræ, quem nimium diu patiens Deus in ſinu miſericordiæ continuit. Levate ergo capita veſtra, intendite oculos in legem digito Dei vobis perſcriptam: & liceat nobis, dum Epiſtolam abſolvimus, commemorare noviſſima verba Sanctiſſimi Patris veſtri, qui in antiquorum exemplis tota mente defixus, aliquid de veteris diſciplinæ rigore ſibi remiſiſſe videbatur, quum ſuis, poſteriſque
In Prolog. Regulæ. eorum *nihil aſperum, & nihil grave* conſtituebat; nam Patrum collationes, vitam, & Inſti-
Regul. cap. ulti. tuta animo repetens, ita conſcribendæ Regulæ finem faciens teſtatus eſt — *nobis deſidioſis & male viventibus atque negligentibus rubor confuſionis eſt.*

Hæc ſi pro pietate veſtra, quam dignis laudibus nunquam ſatis commendabimus, accuratius conſideraveritis, id evincetis, ut quemadmodum ſapientiſſimum Legiſlatorem ad convellendam diſcipulorum deſidiam, & acuendos inflammandoſque eorum animos impulit admirabilis Antiquorum auſteritas, ſic vos moveat ad aſſerenda Regulæ jura nimia Recentiorum quorumdam indulgentia; quod facilius, etiam præſtabitis ſi in eam ſtatim cogitationem vos adduxeritis, mirum nempè & incredibile videri, deſidiæ notam illis eo tempore inuſtam fuiſſe, qui ne à recto tramite deflecterent pro virili contendebant, cum ætate noſtra tot ſimulationum involucris humanæ naturæ imbecillitatem prætexendo, id unum fortaſſe à multis efficitur (quod dictu horrendum eſt) ut, Majorum exemplis æterna nocte ſepultis, *hæc minima inchoationis Regula* abſque ullo confuſionis rubore negligatur.

Opto vos, filii chariſſimi, ſemper in Domino proficere, bene valere, & noſtri meminiſſe in orationibus veſtris. Datum Altorffii Helvetiorum, Idibus Auguſti MDCCXXVII.

VENERABILIS VIRI

JOSEPHI MARIÆ CARD. THOMASII

De privato Eccleſiaſticorum Officiorum Breviario extra Chorum.

ETSI Chriſtiani omnes juxta Chriſti Domini mandata orare ſemper debeant ſine
Mar. XIII. 33. Lu. XVIII. 1. XXI. 36. intermiſſione; Sacerdotes tamen, & Clerici tanto id crebrius ac ſtudioſius præ cæteris facere debent, quanto peculiarius ex reliquo Chriſtiano populo vocati ſunt in ſortem Domini, ut illi in Sanctuario deſerviant, ac pro uni-
Vid. S. Cyprianum in ep. 1. ad 66. verſo populo Chriſtiano jugiter orent, inſtar Levitarum veteris Teſtamenti, de quibus Dominus per Moyſen dixit: *Tuli Levitas præ cunctis primogenitis filio-*
Num. VIII. 18. *rum Iſrael, tradidique eos dono Aaron, & filiis ejus de medio populi, ut SERVIANT MIHI in Tabernaculo Fœderis, ET ORENT PRO EIS.* Hinc Apoſtolus Timotheum, quem Epheſiorum ordinaverat Epiſcopum, de Sacerdotali, & Eccleſiaſtica inſtruens diſciplina, *Obſecro,* inquit, *primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus*
I. Timoth. II. 1. *hominibus.* Et meritò ſane, ut qui peccata populi comedunt, hoc eſt, fructus & dona à fidelibus oblata pro remiſſione peccatorum ſuorum; & ipſi viciſſim pro eis orent, eoſque in lege Domini inſtruant, docentes eos ſervare quæcumque Dominus mandavit nobis; quia non omnis, qui Chriſtianus eſt, & Chriſto dicet: *Domine Domine*, intrabit in Regnum cœlorum;
Matth. VII. 21. ſed qui fecerit voluntatem Patris ejus, ipſe intrabit in Regnum cœlorum. Quæ Dei voluntas cum in Legalibus, Propheticis, Evangelicis, & Apoſtolicis Scripturis innoteſcat, earum lectioni incumbere Clericis neceſſe eſt, ut cognoſcant quæ Deus jubet & prohibet, & quæ ſit via quæ ducit ad vitam, & quæ ducit ad perditionem. Unde Apoſtolus Paulus Timotheo Epiſcopo hoc maximè munus inculcat, ſcribens = *Attende LECTIONI, EXHORTATIONI,*
I. Tim. IIII. 13. *& DOCTRINÆ.... Hæc meditare; in his eſto: ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus: Attende TIBI, & DOCTRINÆ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.*

Ex duplici hoc Clericorum munere orandi ſcilicet omni tempore non tantùm pro ſe, ſed & pro aliis, ac docendi ſemetipſos & alios, Eccleſiaſticum nocturnum ac diurnum, certiſque

que noctis & diei horis aſſignatum fluxit officium ; quo ſaltem utrique muneri utcumque ſatisfieret. Conſtat namque Canonicum Officium ex obſecrationibus, orationibus, poſtulationibus, gratiarum actionibus, ac lectionibus divinæ Scripturæ, ex quibus Pſalmi fermè omnes ad quatuor illa Capita, *Obſecrationes* nempe, *Orationes*, *Poſtulationes*, *& gratiarum Actiones* revocantur, ut teſtantur Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus *in pſalm.24.*, & S. Athanaſius in Ep. ad Marcellinum. Ob quam cauſſam tam frequens fuit olim Pſalmus in ore Chriſtianorum, ut *vox Eccleſiæ* ſit appellatus à Beato Ambroſio. Ab exordiis Chriſtianæ fidei ab Apoſtolis id didicit Eccleſia, Paulo teſte cum ſcribit = *Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobis metipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus ; cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino*, & rurſum = *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia, docentes & commonentes voſmetipſos Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo*. Eſt profecto Pſalterium commune promptuarium & veluti formularium quoddam orandi, quod explicatius atque diffuſius varias pro varietate cauſſarum expromit formas Orationum, quarum poſtea Chriſtus Dominus compendium tradidit in ſua Oratione, quam idcirco *Dominicam* nuncupamus: ut veriſſimè propterea ſcripſerit Innocentius Papa III. *Inter omnes Orationum ſpecies, poſt Orationem Dominicam præeminet Pſalmodia. Si quis ſpeciales Pſalmos ſubtiliter inveſtiget, perfectam in eis orandi formam inveniet ad Divinæ propitiationis gratiam obtinendam*.

Præfat. in Pſalm. num.9.
Epheſ.V. 18.
Coloſſ.III. 16.
In Proemio Comment. in VII. Pſal. Pœnitentiales.

S. Ambroſius *lib.VI. de Sacramentis cap.5. num.25.* = *Pſalmorum David, licet unus libellus, habens eas virtutes orationis quas, ſupra diximus*, (ideſt orationes, obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones) *tamen plerumque & in uno Pſalmo omnes iſtæ orationis partes inveniuntur*.

Hoc Eccleſiaſticum Officium à principio naſcentis Eccleſiæ convenientibus omnibus fidelibus in unum antelucano maximè, ac veſpertino tempore publice, perſolvebatur, additis quibuſdam ſpecialibus precationibus pro diverſis ſtatibus hominum atque neceſſitatibus, & pro energumenis, Cathecumenis, pœnitentibus &c. quæ monente Diacono, populoque reſpondente *Kyrie eleiſon*, moxque orante Antiſtite, peragebantur ; ut latè habemus in Conſtitutionibus, quæ dicuntur Apoſtolicæ, & nobis diſciplinam exhibent trium priorum ſæculorum Eccleſiæ Chriſtianæ. Ejuſmodi Eccleſiaſtico Officio paulatim alia quoque adjecta ſunt Sæculo IV., & V., hymni videlicet à Scriptoribus Eccleſiaſticis confecti, antiphonæ, ac reſponſoria ; quin èt ipſamet Pſalmodia, quæ primis Sæculis *Reſponſorio cantu*, ut dicebant, hoc eſt cantore præcinente verſiculos, & populo eoſdem repetente in uſu fuerat, variè uſurpari cœpit, vel alternantibus pſallentium choris, vel cunctis una voce cantantibus, vel uno ſolo Pſalmum totum canente ; quæ omnia ad minuendum populi laborem, tædiumque vitandum, & ad excitandam hac varietate attentionem animi, ac repellendas evagationes mentis piè ſanctèque introducta ſunt, ut indicat S. Auguſtinus, & apertè docet S. Baſilius Magnus = *Utilis etiam*, ait ipſe, *meo quidem judicio hæc in orationibus & pſalmorum decantationibus, quæ certis temporibus fiunt, diverſitas eſt, atque varietas, ob eam cauſſam, quòd in perpetua ſimilitudine, animo neſcio quomodo ſatietas plerumque oboritur atque faſtidium, eaque re aliud agens ad futiles cogitationes aberrat: in viciſſitudine autem varietateque cum Pſalmodiæ, tum ſingularum horarum rationis, & ſtudium ipſum renovatur, & attentio inſtauratur*.

Conſtitut. lib.VIII. c.35. & 36.
Euſebius hiſtor. Eccleſ. lib.II. c.17.
S. Baſilius in Ep. ad Cleric. Neocæſarienſes.
Lib.VIIII. Confeſſ. cap.7.
In regulis fuſius diſput. cap.37.

Cæterum, cum Eccleſiaſticum Officium aliqua de cauſa non dicebatur publicè, ſed privatim, tunc ex ſolis conſtabat Pſalmis, Lectionibus, & Orationibus, precationibus ſcilicet brevibus cum genuflexione, quales ſunt ; quas *jaculatorias* ſolemus nuncupare, & Oratione Dominica præcipuè. De primis tribus Sæculis res in aperto eſt ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ; inquiunt enim de Chriſtianis = *Quod ſi neque in Domo, neque in Eccleſia congregari poſſunt* (*propter infideles ſcilicet*) *UNUSQUISQUE APUD SE PSALLAT, LEGAT, ORET, vel duo, aut tres ſimul*.

Lib.VIII. cap.34.

De proximis ſubſecutis Sæculis idem oſtenditur ex Libro S. Athanaſii, vel ſaltem vetuſti Patris *de Virginitate*, & ex pluribus Epiſtolis S. Hieronymi, quibus ad Pſalmos, & Sacræ Scripturæ lectionem hortatur, ut ſtatutis Canonicis horis perſolvantur.

Sæculo VII. vel VIII. *in cap.5.* quæ ipſis &c. *diſt.38.* quod Correctores Romani dicunt reperiri apud Bedam, licet S. Auguſtino illud adſcribat Gratianus, inter Libros Sacerdotum nulla fit mentio pro Eccleſiaſtico Officio privato, niſi Pſalterii tantummodo ; cum reliqui Libri, ad Miſſam, & publicum potius pertineant Officium. Ad Sæculum uſque VIIII. Reſponſurialia, & Antiphonaria, cum Miſſæ, tum publici Officii ſeparatim in propriis Codicibus ſcripta circumferebantur, non permixta cum Pſalmis, & Lectionibus, quemadmodum hodiè continentur in Breviariis ; ut colligitur ex illius ætatis Scriptoribus Eccleſiaſticis: quinimmo tam rara tunc erant hujuſmodi Antiphonaria, ut Gregorius Papa IIII. nec unum habuerit Antiphonarium, quod mitteret Ludovico Imperatori, illud ab Urbe petenti, Amalario teſte in Prologo Libri *de ordine Antiphonarii*. Qui igitur fieri poterat ut ſinguli Sacerdotes & Clerici tunc temporis haberent Antiphonaria, ac Reſponſorialia nocturna atque diurna, quæ, uti diximus, ſeparatis Codicibus eo tempore ſcribebantur ; cum nec Romanus ipſe Pontifex Antiphonarium ſuperfluum habuerit, quod daret Imperatori ? Baſilicæ igitur, & Eccleſiæ ſingulæ ſuum habebant Antiphonarium ad uſum Chori, non quiſque Clericorum domi retinebat ad privatum Officium ; cum ad hoc ipſum ſatis eſſet habere Pſalterium, ſi forte Scripturam Sanctam non haberet,

Amalarius in Prologo Libri de ordine Antiphonarii.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt, apparet Eccleſiaſticum Officium privatum, diverſum olim fuiſſe à publico, quod in Eccleſiæ conventu, & Choro cantabatur. Hinc, ſi videretur

Sum-

Summo Poutifici, ipſum privatum Officium revocari poſſet ad priſtinam normam, conſtantem ex Pſalmis & Lectionibus Sacræ Scripturæ, remotis Antiphonis, & Reſponſoriis, quæ ut eorundem nomina demonſtrant, cœtum canentium requirunt. Eſt eoim Antiphona, ut ſcribit S. Iſidorus, quæ *duobus Choris alternatim concinentibus cantatur*; Reſponſorium verò hoc nomine vocatur, quod *uno canente, chorus conſonando reſpondeat*. Porrò, ſi Officium hoc privatum à Summo Pontifice reduceretur ad priſtinum, commendabile eſſet non ab antiquitate ſolùm Eccleſiaſtica, ut ſupra eſt dictum, & à facilitate, & minimo labore ordinandi Officia quotidiana, verum & à maximis commodis, quæ inde reſultarent, quorum hic aliqua indicabuntur.

Lib. 1. de Eccl. Officiis c. 7. & 8.

Contuli cum Exem. autogr.

I. Quia in hoc novo, imò veteri renovato Breviario dicetur ſemel in hebdomada totum Pſalterium, diſpoſitum per ferias hebdomadæ; prout antiquitus diſpoſitum eſt à Romana Eccleſia, & eodem fermè modo nunc habetur in noſtris Breviariis. Cum enim legamus SS. Patres unoquoque die hoc ſtrenuè impleſſe, quid mirum, ſi nos tepidi Septimana ſaltem integra illud perſolvamus? Legimus Gennadium Patriarcham Conſtantinopolitanum Sæculo V. neminem ordinaſſe in Clero, qui Pſalterium non ſciret memoriter, & Sæculo VI. nullus ad Epiſcopatum admittebatur, qui antea non fuiſſet aſſiduus in publici Officii choro, quod *Opus Dei* appellabant, Pſalmoſque memoria non teneret, ut ex S. Gregorio Magno diſcimus: id quod diù poſtea ipſemet ſervavit S. Gregorius PP. III. qui Pſalmos omnes memoria retinebat.

S. Benedictus in regula cap. 18.

Theodorus Lector in Eclogis ex lib. 1.

Regiſt. Lib. IIII. Ep. 45. Lib. VIII. Ep. 14. Lib. XII. Ep. 6.

Hoc illorum temporum diſciplinæ caput pro magno momento erat ob eam cauſſam, ut nimirum Clerici *omni tempore*, ut Chriſtus jubet, *& in omni loco*, ut vult Apoſtolus, orarent etiam ſine libro, ſola recordatione, & memoria Pſalmorum, ſicque illud implerent, quod ſcriptum eſt in Deuteronomio: *Meditaberis in eis ſedens in Domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens*. Ut igitur quantum fieri poteſt Pſalmus ſit in ore Clericorum omni tempore, & loco, ſi non memoriter addiſcitur Pſalterium, frequentius ſaltem, ideſt ſemel in hebdomada eſt repetendum, ut de frequentiori uſu creſcat expeditior promptiorque orationis affectus.

Luc. XXI, 36. I. Tim. th. II. 8. Cap. VI. 7.

** NOTA.*

Inſtitutio hujus privati Eccleſiaſticorum Officiorum Breviarii extra Chorum licèt pia videatur, nunc temporis tamen non expedire.

* II. Utilitas huiuſmodi Breviarii privati ex cognitione majori proveniet Sanctarum Scripturarum, quam Sacerdotes, & Clerici inertes, velint nolint, ex obligatione recitandi Officii conſequentur: in eo namque legentur Sancta quatuor Evangelia, immo totum novum Teſtamentum, Libri Sapientiales integri, & ex reliquo Teſtamento Veteri præcipuæ hiſtoriæ, creationis Mundi, Diluvii, vocationis Abraham, Moyſis, plagarum Ægypti, & exitus inde Iſraelis, Joſue, Davidis, Templi, & Captivitatis Babilonicæ; & ex Prophetis partes præcipuæ ad mores informandos pertinentes = *Abſurdum ſiquidem eſt* (ſunt verba Concilii Toletani VIII. an. 653.) *eos qui cæteros ſimpliciores, & Laicos habent docere, quibus & diſciplinæ, & vitæ debent eſſe veluti quoddam ſpeculum, ad alicujus ordinis, vel dignitatis promoveri ſtatum, qui legem Dei ignorant, nec literarum ſaltem mediocritate ſunt inſigniti*. Certè non tam laudabile eſt Clericos peritos eſſe in Divinis Scripturis, quàm turpe eas ignorare, illudque negligere, quod Dominus præcepit Joſue: *Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, ut cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam*. Infiniti laboris eſſet hac afferre cuncta quæ SS. Patres dixerunt, ſummo cum ſtudio urgentes hanc Sanctam Lectionem Chriſtianis omnibus & viris & mulieribus, nedum Clericis. Recentioris temporis doctiſſimus Author hanc materiam concludat Æneas Sylvius, poſtea Pius Papa II. qui ita ſcribit = *Pudeat Italiæ Sacerdotes, quos ne ſemel quidem novam legem conſtat legiſſe: apud Taboritas vix mulierculam invenias, quæ de novo Teſtamento, & veteri reſpondere neſciat*.

Comment. de dictis & factis Alphonſi Regis lib. II. n. 17.

III. Utilitas eſſet, quòd hoc privatum Breviarium poſſet etiam deſervire Oratoriis Confraternitatum Laicorum, & Eccleſiis ruralibus, quæ inopes & vacuæ à Clericis, qui cantare poſſint Antiphonas, & Reſponſoria, hac via Divinas laudes haberent ſaltem diebus feſtis, Parocho, & Scholaribus pueris cantantibus Pſalmos. Id quod B. Joannes Cryſoſtomus urgebat, nimirum ut matutina, & veſpertina officia in Eccleſiis ruralibus quotidie celebrarentur à Presbytero, & Laicis, qui commorabantur in Villis.

Homil. XVIII. in Acta Apoſtol. in parte morali &c.

De Officiis publicè celebrandis a Scholaribus in Eccleſia (Rurali) vide Cap. Presbyter. I. de celebr. Miſſar.

Reſtat ut aliquid hic breviter ſummatimque dicatur de diſpoſitione ejuſmodi Breviarii.

Pſalmi cum Canticis ſemper iidem dicentur, prout diſpoſiti ſunt per ferias Hebdomadæ, tantummodo celeberrimis diebus Natalis, Epiphaniæ, Paſchæ &c. exceptis, in quibus ex antiquo more proprii Pſalmi recitabuntur.

De Veſpertinis hymnis & orationibus in Oratorio Rurali ſolitis cantari à mulieribus S. Angelin. Lib. XXII. de Civit. Dei cap. 8. num. 7.

Oratio Dominica in ſingulis horis dicetur, omiſſis cæteris collectis; id, quod ex antiquiſſimo Eccleſiæ ritu Lateranenſis Baſilica ſervabat. *In Eccleſia Lateranenſi*, (*inquit Durandus*), *in omnibus horis LOCO ORATIONIS alta voce pronunciatur Oratio Dominica, quæ in novo Teſtamento prima Oratio fuit. Nam & in primitiva Eccleſia ſic fiebat*. Et revera orationes illæ, quas *Collectas* appellamus, primis Sæculis in uſu tantùm erant pluribus ſimul fidelibus congregatis, quibus tacitè orantibus, mox Sacerdos veluti colligens ſingulorum orationes, brevem alta voce precem fundebat, quam adſtantes confirmabant dicendo, *Amen*. Quæ Orationes, ſive Collectæ adeo ſolis Sacerdotibus reſervatæ erant, ut nec Diaconis eas dicere liceret.

Ration. divin. offic. Lib. IIII. cap. 14. num. 17.

Ex ant ejuſmodi exempla in actis ſolim Martyrum præſertim Romanorum.

Auct. quaſt. vet. &

Lectiones tres tantum quotidie dicentur ad nocturnum, deſumptæ ex Sacra Scriptura, quarum III. ſemper erit de S. Evangelio hoc modo.

A prima Dominica Adventus, uſque ad Septuageſimam in primis duabus Lectionibus lege-

legetur ex Iſaia, & aliis Prophetis, in tertiis Lectionibus Evangelium S. Lucæ, itaut totum legatur. Ita tamen, ut ſi tempus congruum fuerit, uſque ad Septuageſimam repetantur ex eodem Evangelio Lectiones illæ, quæ doctrinam, & inſtructiones Domini continent. At diebus Natalis, & Epiphaniæ propriæ Lectiones aſſignabuntur.

nov. Teſtam. qu. xx. in Tomo I. l. S. Auguſtini.
Caſſianus de Inſtitutis Cœnobiorum lib. 2. cap. 6.
Amalarius de ordine Antiphonarii c. 3.

A Septuageſima uſque ad Dominicam Palmarum, legetur de Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, Joſue, & Judicibus. In tertiis Lectionibus legetur totum Evangelium S. Marci.

In majori hebdomada, legentur Lamentationes Jeremiæ Prophetæ, & in ultimo Quatriduo Paſsio Domini ſecundum quatuor Evangeliſtas.

In Paſchate, inchoabuntur ex antiquiſsimo ritu Eccleſiæ Actus Apoſtolorum, & Evangelium S. Joannis, & in tertiis Lectionibus per illam hebdomadam legetur de Reſurrectione Domini ſecundum quatuor Evangeliſtas; itaut per hanc hebdomadam legantur duæ Lectiones Evangelicæ.

De Actibus Apoſtolorum ſic loquitur S. Auguſtinus *Serm. 315. num. 1.* = *Actus Apoſtolorum, liber eſt de Canone Scripturarum Ipſe liber incipit legi a Dominico Paſchæ, ſicut ſe conſuetudo habet Eccleſiæ*. In vetuſto Ordine Romano MS. Monaſterii S. Galli, de nocte Sancta Paſchatis ſic habetur = *Prima lectio de Actibus Apoſtolorum*.

De Evangelio S. Johannis, quod incipiebat legi in Paſchate, videndus S. Auguſtinus in *Serm. 119. 120. & 121. Tomo V.* item Typicum, & libri Liturgici Græcorum. De Evangeliis item de Reſurrectione Domini in hebdomada Paſchali agit S. Auguſtinus in pluribus Sermonibus per eos dies habitis.

Ab octavis Paſchæ, uſque ad octavas Pentecoſtes, de Actibus Apoſtolorum, Epiſtolis Catholicis, & Apocalypſi, & in tertiis Lectionibus Evangelium S. Johannis, quod totum legetur, ſicuti & ſuperiores Libri novi Teſtamenti.

Ab octavis Pentecoſtes, per tres aut quatuor hebdomadas legetur de Libris Regum, vel Paralipomenon, deinde, uſque ad Dominicam XX. vel XXIII. poſt Pentecoſten, prima Lectio erit ex Libris Sapientialibus, de Parabolis ſcilicet Eccleſiaſte, Sapientia, & Eccleſiaſtico; ſecunda Lectio de Epiſtolis S. Pauli, ac tertia de Evangelio Sancti Matthæi: itaut Libri Sapientiales, Epiſtolæ S. Pauli, & Evangelium Sancti Matthæi plenè legantur.

A Dominica XXI. vel XXIII. poſt Pentecoſten, uſque ad Adventum, quia incertus eſt numerus Hebdomadarum, in primis duabus Lectionibus legetur de Job, Tobia, Judith, & in tertiis Lectionibus repetentur Lectiones ex Evangelio S. Matthæi, maximè de Sermone Domini in monte, in quo Sermone continetur ſumma perfectionis Chriſtianæ.

Præter Lectiones nocturni Officii, erit & ſua Lectio brevior in Veſperis, in quibus, per ſeptem Hebdomadæ dies, ſeptem illæ Epiſtolæ ex Apocalypſi legentur, quæ ſcriptæ ſunt jubente Domino Angelis Eccleſiarum Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Tyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiciæ, celebrioribus tamen feſtis habentibus ſuas proprias Lectiones Veſpertinas.

Hæc ſummatim prælibata ſunt, quæ clariora evadent, cum particulatim Lectiones diſtributæ fuerint per ſingulos dies.

Hoc eſt Votum Congregationi Rituum a V. Thomaſio oblatum.

APPENDIX EDITORIS.

*(1) G*Regorius Præſul, meritis & nomine dignus,*
Unde genus ducit ſummum conſcendit honorem.
*Tradidit hic * tantum Populis, normamque canendi;*
Quod Domino laudes referant noctuque dieque.
Hic vitam ſcribens hominum moreſque bonorum,
Iſdem geſtorum mala non tacuit manifeſta.
Omnia ſed poſt hæc, ſenior plenuſque dierum
Tranſiit ad Dominum felix, feliciter ipſe.
*Et quid te per plura morer * faſtigia lector?*
Quod docuit fieri, fecit & ipſe prior.
** Erfridus ovans Domino, Petroque dicavit,*
Exiguum quod cernis opus, ſpectator amate.

(1) Ex Cod. Regio/a in ana ſig. ato num. 1709. qui ſcriptus videtur Sac. VIII.

* lege, cantum.

* *Fortè legendum, faſtidia.*

* *En Scriptor, qui ſe prodit.*

*(2) GRegorius Papa in generali Synodo reſidens dixit: in die Reſurrectionis, uſq; in Sabbatum in Albis, & in die Pentecoſtes, uſque in Sabbatum ejuſdem *hebdomada* tres Pſalmos tantùm ad Nocturnos, treſque Lectiones antico more canimus ac legimus. Omnibus diebus aliis, per totum annum, ſi feſtivitas eſt, novem Pſalmos, & novem lectiones dicimus. Aliis autem diebus, duodecim Pſalmos, & tres lectiones recitamus. In diebus Dominicis, decem & octo Pſalmos, excepto die Paſchæ, & Pentecoſtes, & novem lectiones celebramus. Illi autem, qui in diebus cotidianis tres Pſalmos, & tres lectiones videntur agere, non ex regula Sanctorum Patrum, ſed ex faſtidio comprobantur facere. Romani autem diverſo modo agere cœperunt, maxi-

* (2) *Ex Codice Vatic. 5776. A. Saculi pag. 57.*

maximè à tempore quo Teutonicis regimen noſtræ Eccleſiæ conceſſum eſt. Nos autem, & Ordinem Romanum inveſtigantes, & anticum morem noſtræ Eccleſiæ * conceſſum eſt, ſtatuimus fieri, ſicut ſuperius prænotavimus, auticos imitantes Patres.

* *Hic Prologus in Flores Pſalmorum prodit ex Codice Vatic. ſign. num. 84. cujus pag. 465. & ſequentibus varian tes lectiones damus.*

* *Incipit Prologus Prudentii Epiſcopi de Flores Pſalmorum.* (a)

CUM quædam nobilis Matrona in Civitatibus, vel Oppidis à pluribus fuiſſet oppreſſa, atque ex accidentibus variis tribulationibus (ut plerique noverunt) adeſſet anguſtiata, nimiiſque tædiis afflicta; direxit ad me, rogans obnixè, ut aliquid ex laude Pſalmorum ad conſolationem compaſſionis ſuæ breviſſimis ſcriptitarem verſiculis. Quod ego, non ſolùm illius condolens petitioni, verùm etiam ad omnes, qui per diverſas peragrantur Provincias, monteſque, ac valles, necnon & qui per flumina diſcurrunt Maris, timentes periclitari, ut ait Scriptura: *periculis in flumine, periculis in mari, periculis in civitate, periculis latronum, periculis in ſolitudine*, &c. cupientes eripi, & à Deo gubernatore ſalvari, hoc * Opuſculo parvitatis meæ, veluti ex immaniſſimo prato, ſummatim breviatimque ſtudui *Pſalmorum* carpere *Flores*. Et licèt ſint plures, imitantes Sanctorum Patrum exempla, (quod experimento didicimus) qui omni videlicet die in divinis laudibus totum complent Pſalterium; tamen hi, qui hoc petunt Opus, & qui in diverſis ſunt periculis conſtituti, nec totum queunt explere Pſalterium, etiam nec Horis valent pſallere Canonicis, hos non pigeat in corde & ore revolvi verſiculos, remotis cunctis, in quibus ex parte Judæorum, vel cæterorum perfidorum, apertiſſimè lucideque patuli manent verſiculi, ut Pſalmus continet Secundus, vel Tertius, Quintus, Tertius decimus, Vigeſimuſprimus, necnon & Triceſimuſ-quartus, Triceſimuſ-quintus, & Triceſimuſ-ſextus, vel, *Quid gloriaris*, ſeu Sexageſimuſ-ſeptimus, Sexageſimuſ-octavus, & Sexageſimuſ-nonus, atque, *Deus laudem meam*, vel cæteri, qui licèt in ſuis ſunt congrui ſenſibus, tamen in his non pertinent flagitari anxietatibus. Sed, ne quis totum (quod abſit) perdat in rebus præoccupatus activis, hos, dum vacat, & poteſt, non tardet orando recitare Pſalmorum verſiculos. In his, ut ſcriptum eſt, totum pro parte, & partem pro toto, poteſt, juvante Domino Chriſto, centumquinquaginta perficere Pſalmos; &, ne immemor ſit, ternis, quaterniſque Horarum temporibus ſepties in die Deo omnipotenti perſolvens efficiat laudes; ut idem Beatus David ait: *Septies in die laudem dixi tibi Deus*, & cætera. Sed jam cœptum adgrediar Opus, inſerens primum cum ultimo ita: *Beatus Vir, qui in lege Domini meditatur die ac nocte*, & cujus ſpiritus in excelſis laudat Dominum de cœlis; nam *omnis ſpiritus laudat Dominum*. Tu autem, hujus negotii utilitatis receptor, receptrixque, incboa primum, & ora cum David, ita dicendo: *Deus in adjutorium meum intende* tribus vicibus, cum *Gloria Patri*: atque deinceps, ut permixtum inſertumque repereris, ora, recitando; & Flores cum jubilo fidenter carpe, Davidica Pſalmata canendo, à primo incipiens Pſalmo, ita:

*Codex, opuſculum.

ORATIO.

SUſcipere digneris Domine Deus omnipotens hos verſiculos conſecratos, quos ſupplex decantare ego cupio in honorem nominis tui, pro me miſero indigno peccatore, & pro omnibus facinoribus meis, ſive actis, ſive tactis, dictis, cogitationibus, iniquis concupiſcentiis, ſive omnibus negligentiis meis magnis, ac minimis; ut hi verſiculi proficiant mihi ad vitam æternam, & ad remiſſionem omnium peccatorum, & ad ſpatium benè vivendi, & ad veram & condignam pœnitentiam agendam. Amen.

(a) *Primus Codex Regio-Vaticanus 314. decimi Sæculi, ex quo hi Flores Pſalmorum Prudentii nunc eduntur in lucem, privat nos omni generis, & dignitatis ejus teſtimonio: Alter verò Codex melioris notæ, qui ſcriptus item videtur eodem Sæculo decimo, quiquod nobis ſummâ fide collatus eſt ad oram pag. 465. & ſequentium, hanc exhibet Præfationem, ex qua Prudentium Epiſcopum tenes; quamvis ipſa Epiſcopalem Sedem ſuo non exprimat nomine. Scriptor neſcio quis, ſed admodum recens, in fronte prioris Codicis ſententiam attulit commentitiam; putavitque, vel Aurelium Prudentium, vel alium S. Hieronymi æqualem Flores contexuiſſe. Sed hæc opinio nullo modo probari poteſt; & Verſio ipſa contrarium probat maximè. Ego Prudentium illuſtrabo. Eſt autem Galindo Epiſcopus Tricaſſinus, natione Hiſpanus ut habetur in Annalibus Bertinianis. Intimus fuit Hincmaro, à quo etiam conſultus in abſtruſis Sacræ Scripturæ locis explicandis, tanquam perſpicax Divinæ ſcientiæ interpres. Invenire mihi datum eſt etiam in Codice Vaticano numerali nota 191. aliud Opus anecdotum ejuſdem Prudentii, quod indolem hominis prodit. Ea ſunt ejus hic eſt* — Hæc Prudentius Epiſcopus Tricaſenſis tam de Veteri, quam de Novo collegit Teſtamento, & ad Sacros Ordines properantes memoriæ commendare præcepit, quæ & Præcepta dicuntur. *In Geneſi*: dixit Dominus ad Noe &c. *Eſt Florilegium locorum Veteris ac Novi Teſtamenti, ad imbuendos in fide & moribus eos, qui ordinandi ſunt homines accommodatum, ad inſtar* Florum Pſalmorum. *Hos habet in fine verſiculos, qui ætatem Cod. ſtatuunt, ac figunt:*

Hludovicus Cæſar factus coronante Stephano.
Hac in Sede Papa magno tunc Eſebo Pontifex
Fundamenta renovavit cuncta loci iſtius,
Urbis jura ſibi ſubdens Præſul auxit omnia.

FLO-

FLORES PSALMORUM *PRUDENTII.

*Epiſc.Threcenſis. Ex Codice Regio-Vaticano 334. X. ſeculi.

I. DOmine (*a*) Rex altiſſime, fili Dei vivi, fac me ſociare inter viros beatos, qui in lege tua meditantur die ac nocte.

II. Et dignum eſſe cum omnibus, qui confidunt in te.

III. Tu es (*b*) enim gloria mea, tu ſuſceptor meus, tu exalta caput meum, & exaudi me de Monte ſancto tuo; ne timeam inſidias malignantium, ac circumdantium me. Exurge, ſalvum me fac, quia tu es ſalus & benedictio Populorum tuorum.

IV. Te invoco, exaudi me;& in tribulatione mea dilata me; (*c*) Miſerere mihi Domine, & da laetitiam in corde meo, ut in pace valeam quieſcere conſtitutus.

V. Tu es enim Rex meus & Deus meus; intellige clamorem meum, & auribus percipe verba mea. Ad te oro mane & ſemper, exaudi vocem meam, quia in multitudine miſericordiae tuae ſpero. Deduc me (*d*) in juſtitia tua, & dirige in conſpectu tuo viam meam. Laeter cum eis qui ſperant in te: & glorier cum omnibus qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedicis & coronas juſtum.

VI. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. (*e*) Miſerere mihi, quia infirmus ſum, & anima mea turbata eſt valdè. (*ſ*) Eripe illam, & ſalvam eam fac propter miſericordiam tuam.

VII. Ne, quod abſit, leo rugiens rapiat illam, dum non eſt (*g*) qui eam redimat, nec ſalvet, niſi tu, qui ſalvos facis rectos corde. Tu juſtus Judex, tu fortis, tu patiens, tu mitis & miſericors.

VIII. Tu mirabilis, & in univerſa Terra mirabile eſt nomen tuum, Domine Deus noſter.

IX. Te confiteor, te laudo, teque magnifico, qui ſedes ſuper thronum; qui judicas orbem terrae in aequitate, & populos in juſtitia. Tu (*h*) es refugium pauperum, tu virtus debilium, tu tribulantium ac maerentium conſolator. Tu ſolus laborem & dolorem conſideras, nec derelinquis quaerentes te. Vide humilitatem meam (*i*) Domine, & erue me (*k*) de inimicorum meorum, ut annuntiem in Jeruſalem laudationes tuas, (*l*) in portis Syon miſerationes tuas; & (*m*) tu regnas in aeternum & in ſaeculum ſaeculi; tu deſiderium exaudis pauperum, & deprecationes eorum audit auris tua.

X. In te enim confido, (*n*) quia tu es virtus, qui juſtificas, diligis; aequitatemque videt vultus tuus, & oculi tui (*o*) ſuper filios hominum.

XI. Sed tu Domine ſalva me, & a generatione prava, quae in circuitu (*p*) ambulant, ſerva me, & cuſtodi in perpetuum.

XII. Ne obliviſcaris me in finem, & ne exaltentur inimici mei ſuper me. Reſpice, & exaudi me (*q*) Deus meus: inlumina oculos meos, ne obdormiam in morte: non praevaleant ſuper me inimici mei, quia in miſericordia tua ſemper ſperabo, atque in ſalutari tuo (*r*) exaltans cantabo; & qui bona tribuis mihi, pſallam altiſſimo nomini tuo.

XIII. In te exultem, & laeter (*ſ*) Domine, in quo exultat Jacob, & Iſrahel laetatur.

XIV. Domine fac me * ingredere ſine macula; ut loquendo veritatem, & operando juſtitiam, merear habitare (*t*) in habitaculo tuo, & requieſcere in monte ſancto tuo, ita ut non movear in aeternum.

XV. Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te. Tu es Deus meus, & pars hereditatis meae: tribue mihi intellectum: (*u*) non derelinquas animam meam in inferno; ne, quod abſit, videam corruptionem; ſed mihi notas fac vias vitae, & vias juſtitiae. (*x*) Adimplebis me laetitia & exul-

Variantes lectiones Codicis Vaticani ſignati num. 84. qui ſcriptum videtur circa X. ſaeculum.

(*a*) Domine Jeſu Chriſte Rex altiſſime, filius benedicti Patris, fac me ſociari. (*b*) Tu enim es. (*c*) Miſerere mei, & da laetitiam cordi meo. (*d*) In tuam juſtitiam. (*e*) Miſerere mei. (*ſ*) Eripe illam; ſalvam. (*g*) Qui redimat eam, nec ſalvet. (*h*) Es, *deeſt in Cod.* (*i*) *Deeſt*, Domine. (*k*) De manu inimicorum. (*l*) Et in portis. (*m*) *Deeſt*, et. (*n*) Quia tu es juſtus, & juſtitias diligis. (*o*) Super filios reſpiciunt hominum. (*p*) Ambulat. (*q*) Domine Deus meus. (*r*) Exultans. (*ſ*) *Deeſt*: Domine. (*t*) In tabernaculo tuo. (*u*) Nec derelinquas. (*x*) Adimple.

& exultatione ſpirituali in dextera tua uſque in finem.

xvi. Exaudi me (*a*) Domine in tua juſtitia, intende (*b*) deprecationem meam, & auribus percipe orationem meam. Inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea: (*c*) & qui facis ſperantes in te, mirifica miſericordias tuas in me: cuſtodi me (*d*) Domine ùt pupillam oculi, ita ut ſub umbra alarum tuarum ſim protectus, tuoque munimine ſeptus, ſanctorumque Angelorum cuſtodiâ circumdatus. Ut cùm apparuerit gloria tua, protegat me dextera tua.

xvii. Tu fortitudo mea & firmamentum meum: Tu refugium meum & liberator meus; te diligo, (*e*) & in te ſpero, qui es cornu ſalutis meae, & ſuſceptor meus (*f*) Domine: laudans invoco te, (*g*) & ab inimicis meis ſalva me. Tu enim humiles ſalvas, & oculos ſuperborum humilias. Tu accende lucernam meam Domine, (*h*) & illumina tenebras meas Deus meus. A temptatione (*i*) enim meâ per te merear eripi; quia tu es liberator meus, & ſuſceptor meus Domine, & protector omnium ſperantium in te. (*k*) Diſciplinâ tuâ doce me: perfice greſſus meos, ut non infirmentur. praecinge me virtute; (*l*) ſupplanta in me gentes in me ſubtus me, & odientes me diſperde; atque ùt lutum platearum dele illos. Tu es benedictus Deus meus, & virtus ſalutis meae. Te confiteor, te magnifico, & nomini tuo (*m*) pſallo, qui facis miſericordiam David Chriſto tuo, & ſemini ejus uſque in ſaeculum.

xviii. Timor tuus Domine ſanctus permanet ſemper; judicia enim tua vera, ſuper aurum deſiderabiliora, & ſuper mel dulciora: cuſtodientibus illa, retributio multa. Servus namque tuus coſtodiet (*n*) illam, Deus. Ab occultis meis munda me, (*o*) Domine; & ab alienis parce ſervo tuo, quia tu es adjutor meus, (*p*) Deus & Redemptor meus.

xix. Exaudi me, & in die tribulationis protege me. Mitte mihi auxilium de Sancto, & de Syon tuere me. Tribue mihi ſecundùm (*q*) cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet. Laeter in ſalutari tuo, & in nomine tuo magnificer. Tu enim Rex altiſſime Chriſte ſalvum fac regem, & exaudi me, & populum tuum (*r*) in die, quando invocaverimus te.

xx. In virtute namque tua laetatur Rex, & in miſericordia tua ſperat. (*ſ*) Nec moveatur ab inimicis ſuis; ſed dextera tua inveniat & conterat omnes, qui oderunt eum, & reſiſtunt illi. (*t*) Tu autem exaltare in virtute tua.

xxi. Deus meus & laus Iſrahel, in te ſperaverunt patres noſtri, (*u*) & liberaſti eos: ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt. (*x*) Sed ego ſpero in te, ſalva me; quia tu es Deus meus & (*y*) ſpes mea. Ad deſenſionem meam conſpice, & ex ore leonis libera animam meam. Vota mea reddam in conſpectu timentium te, & in medio Eccleſiae laudem te Domine.

xxii. Tu me rege, & anima mea tibi vivat; quòd ſi ambulavero in medio tribulationis, mecum ſis, & miſericordia tua (z) me praeveniat modò, & ſubſequatur omnibus diebus vitae meae.

xxiii. Tuum eſt regnum; & tu dominator Gentium. (*aa*) Tua eſt terra & plenitudo ejus, tu virtutum & Rex gloriae, Deus Iſrahel.

xxiv. In te confido, & ad te Dñe animam meam levo. Tu qui (*bb*) diligis manſuetos in judicio, dirige me in veritate tua, & evelle de laqueo pedes meos. Reſpice in me, & miſerere mei; cuſtodi animam meam, & erue me, quoniam ſemper ſpero in te.

xxv. Redime me, & miſerere mei, ut in eccleſiis benedicam te Domine rex Iſrahel.

xxvi. Tu illuminatio mea, tu ſalus mea, tu protector meus, Domine. Ne tradas me in manus inſurgentium vel tribulantium me; ſed exalta caput meum ſuper inimicos meos.

xxvii. Salva (*cc*) me, qui ſalvas gentium nationes:

xxviii. Et benedicis populo tuo in pace.

xxix. Suſcipe me: ne dilates inimicos meos ſuper me; a deſcendentibus in lacum ſalva me, & de inferno erue animam meam, quia in aeternum confitebor tibi.

xxx. In te ſpero, & ad te clamo: inclina aurem tuam, & libera me; quoniam tu es protector meus; in manus etenim tuas commendo ſpiritum meum Deus: a perſequentibus me ſalvum me fac. Viriliter agam, & confortetur cor meum cum omni-

(*a*) *Deeſt*: Domine. (*b*) Deprecationi meae. (*c*) Et qui ſalvos facis. (*d*) *Deeſt*: Domine. (*e*) In te ſpero. (*f*) *Deeſt*: Domine. (*g*) Ab inimicis: *omiſſo*, et. (*h*) Et tu illumina. (*i*) Etenim. (*k*) Diſcipli a tua doceat me. (*l*) Supplanta inſurgantes in me ſubtus me. (*m*) Pſallam. (*n*) Illa. (*o*) *Deeſt*: Domine. (*p*) *Deeſt*: Deus. (*q*) Cor meum, & omne conſilium meum in bono confirma. (*r*) In die, qua. (*ſ*) Ne moveatur. (*t*) Tu autem Rex exaltare. (*u*) Et tu liberaſti eos. (*x*) Sed & ego. (*y*) Et ſpes mea a juventute mea. Ad defenſionem meam aſpice. (*z*) Me nunc praeveniat. (*aa*) Et tua eſt terra. (*bb*) Dirigis. (*cc*) Ne tradas me, Domine, cum peccatoribus; & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Salva me.

omnibus, qui ſperant in te Domine.

XXXI. Sed beatus ille, cujus remiſſae ſunt iniquitates, & cujus tecta ſunt peccata, & in cujus (a) ſpiritus non eſt dolus; delicta mea tibi agnita ſunt, & injuſtitiae meae (b) te latere non poſſunt. Idcirco obſecro, ut eruas me a circumdantibus me; quoniam tu es (c) exaltatio mea. Laeter in te & glorier cum omnibus, quos miſericordia tua circumdat, & (d) cum omnibus his, qui recto ſunt corde.

XXXII. Te (e) decet laudatio Domine, & in te gaudent omnes juſti; quia (f) rectum verbum tuum, & omnia opera tua miſericordia & veritas & judicium. Verbo tuo caeli firmati ſunt, & miſericordiâ tuâ plena eſt terra: conſilium tuum manet in aeternum; & de praeparato habitaculo tuo reſpicis (g) ſuper omnes filios hominum ſperantium in te. (h) Fiat miſericordia tua Domine ſuper me, & ſuper omnes, qui confidunt, & qui ſperant in te.

XXXIII. Benedicam te Domine in omni tempore, laus tua in ore meo ſit ſemper. Laudet te anima mea & magnificet: exquiram te; de omnibus tribulationibus meis eripe me: accedam ad te & illuminer. Inmitte (i) Angelos ſanctos in circuitu mihi, & erue me. Tu (k) ſuabis & mitis his, qui invocant te. Inquirentes te non deficient omni bono, nec eſt inopia timentibus te. Oculi tui ſuper juſtos, & aures tuae ad preces eorum: his, qui tribulato ſunt corde. Tu humiles (l) ſpiritum ſalvas; nec derelinquis omnes qui ſperant in te.

XXXIV. Tu (m) judica nocentes me, tu expugna (n) inpugnantes, & exurge in adjutorium mihi. Dic animae meae: ſalus tua ego ſum. (o) Anima autem mea exultet in te, (p) & delectetur ſuper ſalutari tuo (q). Confitebor te in Eccleſia magna, & in populo gravi laudem te. (r) Tu Deus meus & Dominus meus in cauſa mea.

XXXV. Tu fons vitae, inebrier ab ubertate domûs tuae, & a lumine tuo illuminer. Non veniat mihi pes ſuperbiae;* nec manus peccatorum (ſ) non moveat me. Sed pietas tua mihi ſuccurrat & cuſtodiat; miſericordia tua me praeveniat modò, & ſubſequatur omnibus diebus vitae meae.

XXXVI. Non (t) poſſunt ſtare, qui operantur iniquitatem, ſed (u) areſcunt ùt foenum, (x) & ùt olera herbarum citò (y) decidunt. Ego autem delecter in te, & ſim ſubditus tibi in multitudine pacis. Declinem a malo, & faciam bonum. Os nanque meum meditetur ſapientiam; & lingua mea rectum loquatur (z) judicium. Cuſtodi innocentiam meam Domine, qui es ſalus juſtorum, & tribulantium protector. Adjuva me, & libera me; (aa) a peccatoribus ſcerne me, & ſalva me cum omnibus, qui ſperant in te.

XXXVII. Domine, ſit ſanitas in carne mea & in anima mea; & ſit pax oſſibus meis. Ante te eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus. Obſecro, ut non me derelinquas Deus, nec diſcedas à me; ſed in adjutorium meum intende ſemper.

XXXVIII. Cuſtodi vias meas, (bb) nec derelinquam in lingua mea. Pone cuſtodiam ori meo; & auribus percipe lacrimas meas. Advena enim ſum, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.

XXXIX. Tu es expectatio mea, & te ſuſtineo. Educ me (cc) de laqueo miſeriae & de luto fecis. Dirige greſſus meos; & ne * elongeris à me miſerationes tuas. Suſcipiat me pietas tua: & ſollicitus eſto mei, (dd) Deus meus.

XL. In die malâ libera me, (ee) vivifica me, & conſerva me. Infirmus ſum, ſana me. Peccavi in te, miſerere mei, & reſuſcita me. Suſcipe me, & confirma me in conſpectu tuo in aeternum, qui es benedictus Deus a ſaeculo & in ſaeculum: (ff) fiat fiat: Gloria Patri.

XLI. Nam ſicut cervus deſiderat aquas, ita anima mea deſiderat te (gg) Deum meum. Quare oblitus es mei, (hh) & quare incedo; affligit me inimicus meus. Sed ego ſpero in te, quoniam adhuc confitebor tibi, ſalutare vultus mei Deus meus,

XLII. Judica me (ii) Domine, ab homine iniquo & doloſo eripe me. Lux tua & veritas tua me deducant in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua, & ad Altare tuum Domine Deus meus.

XLIII. Patres noſtri nobis annuntiaverunt, & auribus noſtris audivimus opus, quod operatus es in diebus antiquis. Tu es ipſe Rex meus & Deus meus, & qui man-

 das

(a) Spiritu. (b) Tibi latere. (c) Exultatio mea. (d) Cum omnibus, qui. (e) Tibi decet laudatio, &, (f) Rectum eſt verbum. (g) Super filios: *omiſſo*, omnea. (h) Fiat ergo miſericordia. (i) Angelos tuos in. (k) Suavis. (l) Spiritu. (m) Tu judica Domine nocentes. (n) Impugnantes me. (o) Anima mea. (p) Et delectet (q) Confitear. (r) Tu es Deus. (ſ) Moveat: *omiſſo*, non. (t) Non poſſint. (u) Areſcant. (x) Et velut olera. (y) Decidant. (z) Judicium tuum. (aa) Et a peccatoribus (bb) Ne delinquam. (cc) De lacu. (dd) Deus: *omiſſo*, meus. (ee) Et vivifica me. (ff) Fiat, fiat, fiat: *omiſſo*, Gloria Patri. (gg) Te: *omiſſo*, Deum meum. (hh) Et quare triſtis incedo: dum affligit. (ii) *Deeſt*: Domine.

das ſalutem Jacob. Salva me ex affligentibus me. Te laudo tota die, & (*a*) nomine tuo confiteor in ſaeculum, & ſemper. Humiliata eſt in pulvere anima mea, venter meus adhaeſit in terra. Sed tu, Domine, exurge, adjuva me, redime me, & libera me propter nomen tuum.

xliv. Eructet cor meum verbum bonum. Tu ſpecioſus prae filiis hominum, & benedictus in aeternum. Sedes tua in ſaeculum; & virga aequitatis, virga regni tui. Diligis juſtitiam, & odis iniquitatem: propterea populi confitebuntur tibi in aeternum & in ſaeculum ſaeculi, Domine Deus noſter.

xlv. Tu refugium & virtus, adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis. Tu Dominus virtutum, ſuſceptor noſter, Deus Jacob, fortis Iſrahel; (*b*) miſerere mei.

xlvi. Tibi omnes gentes * plaudent manibus, & exultant in voce jubilationis. Tu terribilis & glorioſus ſuper omnem terram.

xlvii. Magnus & excelſus & landabilis valdè. tu Deus noſter hic & in aeternum rege nos in ſaecula.

xlviii. Audi me Rex altiſſime Pater, & miſerere mei. Os meum loquatur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.

xlix. Tu Deus deorum, Rex regum, & Dominus (*c*) dominantium, manifeſtus venies iu judicio, miſerere mei. Tibi * immolem ſacrificium laudis, & tibi reddam altiſſimo vota mea.

l. Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam; & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Peccavi, & malum coram te feci, miſerere mei. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in me. Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me, & ſpiritu (*d*) principalis confirma me. Tu Deus ſalutis meae, tu labia mea (*e*) aperi, ut os meum annuntiet laudem tuam.

li. Tibi ſicut oliva in Domo tuâ fructificem, Dñe; (*f*) quia in miſericordia tua ſemper ſpero, (*g*) & expecto nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

lii. Tu de Caelo proſpicis ſuper filios hominum; & vide, ſi eſt intelligens, aut requirens te Dominum Deum noſtrum. Tu Deus, in quo exultat Jacob, & laetatur Iſrahel; (*h*) miſerere mei.

liii. In nomine tuo ſalvum me fac Deus, & in virtute tua libera me. Exaudi orationem meam, & auribus percipe verba oris mei. Adjùva me, quoniam ſuſceptor es animae meae.

liv. Exaudi (*i*) orationem meam, & ne deſpicies deprecationem meam. Intende in me, & (*k*) miſerere mei. (*l*) Veſpere, mane, & meridie narrem & annuntiem laudem tuam. Audi orationem meam Domine, (*m*) quoniam in te ſpero ſemper.

lv. Miſerere mei, (*n*) quia conculcant me inimici mei; (*o*) quoniam tota die bellant adversùm me, & calcaneum meum obſervant. Sed tu Deus, vita mea, pone lacrimas meas in conſpectu tuo. In quacunque die (*p*) invoco te, exaudi me; quoniam Deus meus es. Eripe animam meam de morte, & pedes meos (*q*) à lapſu. Reddam laudationes tibi, & placeam coram te in lumine viventium.

lvi. In te confidit anima mea Deus, & in umbra alarum tuarum ſpero. Miſerere mei; te invoco altiſſimum (*r*) Dominum, qui benefacis mihi. Libera me, & da in opprobrium conculcantes me. Paratum cor meum Deus, cantabo & pſallam tibi in gentibus. Magnificata eſt uſque ad caelos miſericordia tua, (*s*) veritas tua uſque ad Caelos, & ſuper omnem terram gloria tua.

lvii. Sed tu, qui juſtus es, fac me rectam (*t*) loquere in omnibus juſtitiam; & laetari cum his, qui eam juſtè diligunt in te.

lviii. De inimicis meis eripe me; & ab inſurgentibus in me libera me; atque de viris ſanguinum ſalva me. Exurge in occurſum meum Deus, & miſericordia tua praeveniat me; quia tu es ſuſceptor meus & protector meus in die tribulationis meae.

lix. Da mihi auxilium de tribulatione, & miſertus eſto mei (*u*) Deus meus. In te faciam virtutem, & tu ad nichilum redige tribulantes me.

lx. Exaudi oratinnem meam, & intende voci deprecationis meae. Sis mihi (*x*) turris fortitudo mea a facie inimici, & fac me habitare in tabernaculo tuo. Timeam nomen tuum Domine; & tibi reddam vota mea de die in diem.

lxi. Tibi ſit ſubjecta anima mea; tu es enim Deus

(*a*) Et nomini tuo confitear. (*b*) *Deeſt*; miſerere mei. (*c*) Dominantium; a ſolis ortu & occaſu laudabile nomen tuum. manifeſtus. (*d*) Principali. (*e*) Aperies. (*f*) Quoniam. (*g*) Et exſpectabo. (*h*) *Deeſt*: miſerere mei. (*i*) Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpicias. (*k*) Miſerere mei Domine. (*l*) Veſpere & mane. (*m*) Quia. (*n*) Quoniam. (*o*) Tota die: *omiſſo*, quoniam. (*p*) Invocavero. (*q*) De lapſu, ut reddam. (*r*) Altiſſimum Deum. (*s*) Et uſque ad nubes tua veritas &. (*t*) Loqui. (*u*) Deus, *omiſſo*, meus. (*x*) Turris fortitudinis a facie.

Deus meus, ſalvator meus, adjutor meus, ſpes mea, & patientia mea in aeternum; Et tu reddes unicuique ſecundùm opera ſua

LXII. Ad te de luce vigilo Deus, (a) & te ſitit anima mea. (b) Labia mea laudant te, (c) in noimine tuo levo manus meas; in matutinis meditor, & meditabor in te. Et in velamento alarum tuarum exultabo, & exulto ſemper, quia factus es adjutor meus.

LXIII. Exaudi me (d) Deus, cùm deprecor te; protege me a conventu malignantium; & a timore inimici (e) eripe animam meam.

LXIV. Tibi laus, tibi honor, te decet hymnus in Syon, & tibi (f) reddam votum Jeruſalem. Tu es ſpes (g) omnium finium terrae, & ad te omnis veniet caro. Clamabuntque juſti, & hymnum dicent tibi in ſaecula.

LXV. Tibi (h) jubilat omnis terra, tibi (i) pſallit, te adorat, & in te gloriatur. Te adoro, te magnifico, te benedico, qui non * amovis orationem meam & miſericordiam tuam à me.

LXVI. Benedic me Deus: illumina vultum tuum ſuper me, & miſerere mei. Te confiteor, quem (k) omnis confitentur (l) tribus populi, & quem omnes fines metuunt terrae.

LXVII. In te epulantur juſti, & delectantur in laetitia; (m) & tu eos habitare facis unanimiter in Domo tua. Tu fac proſperum iter meum Deus ſalutaris meus; (n) & tu cor firma in me bonum, hoc, quod pro tua miſericordia operaris in omnes; & da mihi virtutem, qui das fortitudinem (o) plebis tuae, benedictus Deus.

LXVIII. Salva me Deus, & de limo profundi erue me. Tu enim ſcis inſipientiam meam, & delicta mea a te non ſunt abſcondita. In multitudine miſericordiae tuae exaudi me, quoniam tribulor, valdè pauper ſum, inops, & dolens: ſalus tua Deus ſuſcipiat me. Te laudo & magnifico, quem caeli & terra laudant, & glorificant ſemper. (p) Tu ſalvam fac Syon: & qui diligunt nomen ſanctum tuum, habitant in ea.

LXIX. In adjutorium meum intende, (q) & adjuvandum me feſtina. Egens ſum: Deus adjuva me, ne moreris.

LXX. In te ſpero, non confundar in aeternum. Libera me & eripe me. Inclina aurem tuam, & ſalva me. Firmamentum meum, & refugium meum tu es Domine Deus meus; & ſpes mea à juventute mea. Mirabilia tua pronuntiem ſemper; & uſque (r) in ſenecta non me derelinquas piiſſime Pater. Exultent labia mea, cùm cantabero tibi; & anima mea, quam redemiſti (ſ) Domine. Sed & lingua mea gaudeat, dum tota die meditatur juſtitiam tuam Deus.

LXXI. Judicium enim tuum (t) rectum, & miſericordia tua magna nimis. Tu judicas populos cum juſtitia, & pauperes tuos in judicio; & tu humilias (u) calumniatorem. A mari uſque ad mare dominatio tua, & te (x) adorant reges, omneſque gentes ſerviunt tibi, & magnificant ſemper. Sit nomen tuum benedictum in ſaecula Deus Iſrahel, qui facis mirabilia ſolus. Omniſque terra (y) adorat majeſtatem tuam.

LXXII Quàm bonus tu Deus his, qui recto ſunt corde, & qui inter innocentes manus ſuas lavant. Tu tene manum (z) dextera mea. In voluntate tua deduc me, & cum gloria ſuſcipe me, Rex altiſſime Deus. In te pono ſpem meam, & tibi adhaereo; quia tu es pars mea Deus in aeternum.

LXXIII. Quòd ſi iraſcitur furor tuus, memor eſto ſuper oves paſcuae tuae, & ſuper congregationem, quam poſſediſti ab initio. Tu Rex noſter ante ſaecula, (aa) & ante ſaecula nomen tuum permanet in ſaeculum. Tuus eſt dies, & tua eſt nox, (bb) ſol, aurora; & tu operaris ſalutem in medio terrae. Non tradas, obſecro, beſtiis animam meam, & non me obliviſcaris in finem.

LXXIV. Te confiteor Deus, tuumque (cc) ſanctiſſimum nomen invoco, & annuntio ſemper. Tu confringis cornua peccatorum, & exaltas caput juſtorum.

LXXV. Tu in Judea notus, in Iſrahel (dd) & in omnem terram magnum nomen tuum, & in Syon habitatio tua. Tu terribilis (ee) es mitis, & tu ſalvas omnes manſuetos terrae. Quis reſiſtet tibi, dum omnis cogitatio hominis confitebitur tibi? Tu (ff) auferes ſpiritum principum & regum terrae. Miſerere mei.

LXXVI. Vocem meam audi. Ad te clamo: intende mihi, & exaudi me. (gg) Scio enim, quia non

---

(a) Et in te ſitit. (b) Et labia. (c) Et in nomine. (d) *Deeſt*: Deus. (e) Deus eripe. (f) Redditur. (g) Omnium terrae: *omiſſo*, finium. (h) Jubilet. (i) Pſallat. (k) Omnes. (l) *Deeſt*: Tribus. (m) Et tu es, qui habitare facis unanimes. (n) Et tu confirma. (o) Plebi. (p) Tu ſalvam facis. (q) Et ad adjuvandum. (r) In ſenectam. (ſ) *Deeſt*: Domine. (t) Rectum eſt, & miſericordiae tuae magnae. (u) Calumniatores. (x) Adorant omnes reges, omneſque. (y) Terra repleatur majeſtate tua. Amen. fiat, fiat. (z) Dexteram meam. (aa) Et ante ſolem nomen tuum. (bb) Sol & aurora. (cc) Sanctum nomen. (dd) Et in omni terra. (ee) Es, & mitis. (ff) Aufers. (gg) Scio quia: *omiſſo*, enim.

non ero deceptus exquirendo te. Quis Deus magnus, ſicut tu, qui facis mirabilia? Anticipent oculi mei, ut mediter in nocte vigilias, & (*a*) in adinventionibus tuis exerceam ſemper.

LXXVII. Attendat omnis populus (*b*) legem meam; & tu inclina aurem tuam ad preces & ad verba oris eorum. Ego autem aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones (*c*) ab initio ſaeculi. Tu percuſſiſti petram in heremo, & fluxerunt tanquam flumina (*d*) aquae, torrenteſque inundaverunt. Adaquaſti populum tuum velut ex gurgitis abyſſi, & nec ſic in lege tua ambulare voluerunt. Panem caeli dediſti eis, & teſtimonia tua non coſtodierunt. (*e*) Converſi ſunt in arcum pravum, & in rem amariſſimam. Sed tu, qui elegiſti David ſervum tuum, & (*f*) ſubſtuliſti eum de gregibus ovium, elige me in miſericordia tua: paſce me (*g*) in innocentiam cordis mei, & deduc me in intellectûs (*h*) manuum tuarum Domine Deus, ductor Iſrahel.

LXXVIII. Ne memineris iniquitatum (*i*) mearum: ſed anticipent me multae miſericordiae tuae, quia pauper factus ſum nimis. Adjuva me, & propter gloriam nominis tui libera me, & ſalva (*k*) me Deus. Eſto propitius peccatis meis Deus. Populus tuus, (*l*) & oves gregis tuae confitebimur tibi (*m*) in ſaeculum; & * annuntiavimus laudem tuam in generatione & generatione.

LXXIX. Sed tu, qui ſedes ſuper Cherubim, & regis Iſrahel, excita potentiam tuam, & ſalva nos. Reſpice (*n*) de Caelo, & ſalva & viſita nos; quia nomen tuum (*o*) invocabimus. Oſtende faciem tuam, & miſerere noſtri Deus.

LXXX. In te (*p*) exultent juſti, & tibi * jubilant Sancti, cujus praeceptum in Iſrahel eſt, & judicium in Jacob. In tribulatione invoco te: exaudi me, & libera me. (*q*) Dilatà os tuum, & imple illud miſericordiâ conſolationis tuae.

LXXXI. Tu ſuccurris egeno, & pupillo: humilem juſtificas, & pauperem de manu (*r*) peccatorum liberas; & tu in omnibus gentibus (*ſ*) hereditaberis Deus.

LXXXII. Sed quis ſimilis tibi? Scio quia nomen tibi Dominus: & tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.

LXXXIII. Quàm dilecta & quàm amabilia ſunt (*t*) tabernacula tua, & Altaria tua Rex Iſrahel. Concupiſcit & deficit anima mea delectans intrare (*u*) in illa. Cor meum & caro mea exultant (*x*) in Deum vivum & verum. Nam beati, qui habitant in Domo tua Domine: in ſaecula ſaeculorum laudabunt te. Etenim (*y*) elegiſti magis habitare in ea, quàm in tabernaculis peccatorum. (*z*) Sed tu Deus Jacob exaudi orationem meam, & miſerere mei. Tu enim diligis veritatem, & das gratiam his, qui in innocentiam ambulant, & qui ſperant in te Deus Iſrahel.

LXXXIV. Tu benedicis terram: tu remittis iniquitatem (*aa*) plebis tuae: & tu mitigas omnem iram indignationis tuae. Averte etiam & mitiga iram tuam a me, atque converſus (*bb*) vivifica me Deus.

LXXXV. Inclina aurem tuam, & exaudi me: cuſtodi animam meam, (*cc*) ſalvum me fac; quoniam ad te clamo, & te invoco tota die. Tu ſuavis (*dd*) & mitis, & multae miſericordiae. Nullus ſimilis tui, & non eſt ſecundùm opera tua. Tu es enim Deus ſolus, miſericors, patiens, & verax. Reſpice in me, & miſerere mei. Fac mecum ſignum (*ee*) in bonum. Adjuva me, (*ff*) & conſola me Deus meus.

LXXXVI. Fundamenta etenim tua in montibus ſanctis: & tu diligis portas Syon ſuper omnia tabernacula Jacob. Tu glorioſus, & civitas tua magna Jeruſalem, atque Syon. Tu verus homo natus in ea, & tu Altiſſimus fundator aeternus deducens me in ea; miſerere mei.

LXXXVII. Tu (*gg*) ſolus, & Deus ſalutis meae, nocte & die clamo coram te. Inclina aurem tuam ad precem meam, ut intret in (*hh*) conſpectu tuo orationem meam. Pauper ſum, inops a juventute mea, (*ii*) & humiliatus ſum nimis. Elongatus ſum ab amicis & proximis, conſolator pius; & oratio mea praeveniat te.

LXXXVIII. Nam (*kk*) miſericordias tuas in aeternum (*ll*) ſemper cantabo. Veritatem tuam in ore meo pronuntiabo: caeli confitebuntur mirabilia tua, & in Eccleſiis (*mm*) Sanctorum veritatem tuam. Tu potens Dominus, & nullus ſimilis tui. Tui ſunt caeli, & tua eſt terra; & tu dominator maris & fluctuum

---

(*a*) Et adinventionibus tuis exerceas ſemper. (*b*) Legem tuam Domine; &. (*c*) Ab initio: *omiſſo*, ſaeculi. (*d*) Aquas. (*e*) Et converſi ſunt. (*f*) Suſtuliſti. (*g*) In innocentia. (*h*) Manuum mearum. (*i*) Mearum, Deus, ſed. (*k*) Salva me: *omiſſo*, Deus. (*l*) Et oves paſcuae tuae. (*m*) In ſaecula, & annuntiamus. (*n*) De caelo, & viſita nos. (*o*) Invocavimus. (*p*) Exultant. (*q*) Dilata os meum. (*r*) Peccatoris. (*ſ*) Hereditas Deus. (*t*) Tabernacula: *omiſſo*, tua. (*u*) In ea. (*x*) In te Deum vivum & verum. Quàm beati. (*y*) Elegi. (*z*) Sed tu Deus Deus Jacob. (*aa*) Plebi tuae. (*bb*) Vivifica me, Deus meus. (*cc*) Et ſalvum. (*dd*) Et mitis, & miſericordiae tuae. nullus ſimilis tibi. (*ee*) In bono. (*ff*) Et conſolare. (*gg*) Tu ſalus, & Deus. (*hh*) In conſpectum tuum oratio mea. (*ii*) Et humiliatus nimis, elongatus ab amicis proximis; conſolare me, conſolator prius. (*kk*) Nam & miſericordias. (*ll*) *Deeſt*, ſemper. (*mm*) Sanctorum tuorum.

(*a*) fluctuum. Brachium tuum fortiſſimum nimis: juſtitia & judicium praeparatio ſedis tuae. Manus etenim tua auxilietur mihi, & brachium tuum (*b*) conſortetur me. Nihil (*c*) proficiat inimicus, & filius iniquitatis non poſſit nocere mihi. De manu namque (*d*) inferni erue animam meam; quoniam non eſt homo, qui vivat, & non guſtet mortem. Tu conſtituiſti filios hominum, & omnes terminos terrae; & tu benedictus Deus in aeternum. (*e*) Fiat, fiat. Gloria Patri.

LXXXIX. Tu refugium ſemper factus es nobis, & virtus a generatione (*f*) & generationem: a ſaeculo & in ſaeculum tu es Deus. Convertere aliquantulum, & placabilis eſto ſuper ſervos tuos. Sit (*g*) ſpendor tuus Domine ſuper nos; & opera manuum noſtrarum dirige atque confirma, (*h*) Pater piiſſime.

XC. Tu es enim ſuſceptor meus & refugium meum, Deus meus. Spero in te, protege me; & de laqueis venantium libera me. In tribulatione clamo ad te, erue me. Reple me in miſericordia tua, & oſtende mihi Salutare tuum, Chriſte.

XCI. Etenim bonum eſt confiteri te, & pſallere nomini tuo, Altiſſime. In miſericordia tua exulto, & opera manuum tuarum magnifico. Veritatem tuam annuntio ſemper, (*i*) quia tu Altiſſimus in aeternum Domine.

XCII. Tu rectus Dominus, & tu regnas in aeternum. Tu indutus fortitudine, & praecinctus virtute: & tu mirabilis in excelſis. Domui tuae, (*k*) Domine, decet ſanctitudo. Teſtimonia tua magna, & credibilia nimis (*l*) in longitudinem dierum. Altiſſime Rex (*m*) miſerere mei.

XCIII. Exaltare qui judicas (*n*) terra Deus, & qui ultor es, & liberator Iſrahel. Redde retributionem ſuperbis, & da gratiam humilibus. Erudi me, (*o*) & de lege tua miſerere mei. Non me repellas nec derelinquas. Sed ſecundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuae laetificent animam meam.

XCIV. Tu es enim Dominus ſalutaris noſter, & Rex magnus ſuper omnes Deos. In manu etenim tua ſunt omnes fines terrae. Tu Deus noſter, nos populus tuus & oves paſcuae tuae. Confiteor tibi in ſaeculum, miſerere mei; & fac me introire in requiem tuam, glorioſiſſime Deus.

XCV. Magnus (*p*) enim es tu, & laudabilis nimis, (*q*) Chriſte: (*r*) terribilis ſuper omnes deos. In te omnis terra exultat, & tibi cantat canticum novum, teque benedicit, (*ſ*) nomini tuo pſallit, Altiſſime.

XCVI. Gaudent campi, (*t*) exſultat terra, laetantur inſulae multae; quoniam tu (*u*) Deus altiſſimus es ſuper omnem terram, nimiſque exaltatus ſuper omnes gentes. Qui cuſtodis animas Sanctorum tuorum, cuſtodi me, & de manu peccatoris libera me.

XCVII. Salva me, (*x*) dexteram meam & brachium meum conforta. Tibi jubilat omnis terra, cantat, exultat, & pſallit. (*y*) Tu ergo, qui judicas orbem terrae in juſtitia, & populos in aequitate, (*z*) miſerere mei.

XCVIII. Confiteor (*aa*) nomini tuo magno, terribili, & ſancto. Invoco te, exaudi me Deus meus, & propitius eſto mihi; quoniam ſanctus es tu (*bb*) Domine Deus noſter.

XCIX. Introm in conſpectu tuo (*cc*) Domine in exultatione, & ſerviam tibi in laetitia. Laudem te, quoniam ſuavis es, & in aeternum miſericordia tua magna.

C. Miſericordiam & judicium (*dd*) cantabo tibi Domine; pſallam & intelligam, & (*ee*) in innocentia cordis ambulem: facientes praevaricationes odiam: non adhaereat mihi cor pravum, (*ff*) nec lingua doloſa.

CI. Domine miſerere mei. (*gg*) Exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perveniat. (*hh*) Ne avertas faciem tuam a me; ſed in quacumque die tribulans, (*ii*) invocabero te, velociter exaudi me. (*kk*) Dies enim velut umbra declinant, & ego ſicut foenum areſco. Tu orationes humilium reſpicis, & audis gemitum pauperum. (*ll*) Laus tua in Syon, & laus nomen tuum in Jeruſalem. Opera manuum tuarum ſunt caeli; & terram tu fundaſti: tu autem in aeternum ipſe es, (*mm*) Domine Deus meus.

CII. Te benedicit anima mea; & omnia, quae intra me ſunt, nomen tuum glorificant (*nn*) ſanctiſſimum. Propitiare iniquitatibus meis, & ſana omnes infirmitates meas, Reple

(*a*) Ac fluctuum. (*b*) Confortet me. (*c*) Nihil in me proficiat. (*d*) Inferi. (*e*) Fiat fiat fiat: *omiſſo*, Gloria Patri. (*f*) Et generatione. (*g*) Splendor tuus Deus. (*h*) Pater: *omiſſo*, piiſſime. (*i*) Quoniam tu. (*k*) Decet: *omiſſo*, Domine. (*l*) In longitudine. (*m*) *Deeſt*, miſerere mei. (*n*) Terram. (*o*) Et de lege tua doce me, non. (*p*) Etenim. (*q*) *Deeſt*, Chriſte. (*r*) Tu terribilis. (*ſ*) Ac nomini tuo pſallit altiſſimo. (*t*) Et exultat. (*u*) Dominus altiſſimus: *omiſſo*, es. (*x*) Dextera tua, &. (*y*) Tu judicas orbem terrae. (*z*) *Deeſt*, miſerere mei. (*aa*) Confiteor nomini tuo magno, quoniam terribile eſt, & ſanctum. (*bb*) Dominus Deus noſter. (*cc*) *Deeſt*, Domine. (*dd*) Cantem, pſallam: *omiſſo*, tibi Domine. (*ee*) In innocentiam: *omiſſo* ante, & (*ff*) Nec lingua maligna. (*gg*) Et exaudi. (*hh*) Faciem tuam non avertas a me. (*ii*) Invocavero. (*kk*) Dies mei velut. (*ll*) Laudem tuam in Syon, & nomen tuum annunciem in Hieruſalem. Opera. (*mm*) Domine: *omiſſo*, Deus meus. (*nn*) Sanctum.

Reple in bonis deſiderium meum, & corona me in miſericordia & pietate tua. Tu longanimis, & multùm miſericors. Non iraſcis in perpetuum, nec in aeternum minas; ſed (*a*) corroboras ſuper timentes te miſerationes tuas. Miſericordia tua ab aeterno ſuper his, qui ſervant teſtamentum tuum, & qui memores ſunt mandatorum tuorum ad faciendum ſemper. (*b*) In omni etenim benedictiones tuae; miſerere mei.

CIII. Domine Deus meus magnificatus es vehementer, & benedictum nomen tuum. (*c*) Rigans montes, & educis panem de terra. Magnificata etenim ſunt opera tua nimis, repleta eſt terra poſſeſſione tuâ. Ego autem cantabo tibi in vita mea, & pſallam ſemper. Sit gloria tua Domine in ſaeculum. Jocundum ſit eloquium meum ad laudandum nomen tuum, & laeter in operibus tuis, altiſſime Deus.

CIV. Laeretur cor confitentium te, & quaerentium faciem tuam. Ego verò ſemper annuntiem opera tua. Tu es enim (*d*) omnium, & in univerſa terra judicia tua. Fac me cuſtodire juſtificationes tuas, & legem tuam exquirere ſemper.

CV. Te confiteor, te laudo; quoniam bonus es, & in ſaeculum miſericordia tua. Viſita me in ſalutari tuo, (*e*) ut laudem te cum electis tuis, & laeter cum hereditate tua. Sana me propter nomen tuum, & redime me de manu inimici. Salvos nos fac Deus, & mecum omnes quaerentes te ſalva. Congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini tuo ſancto, & gloriemur in laude tua Deus. Benedictus tu a ſaeculo & uſque in ſaeculum; & dicit omnis populus: (*f*) fiat, fiat. Gloria Patri.

CVI. Tu ſemper bonus, (*g*) ſemper pius, qui ſublevas animam inanem, & animam eſurientem ſatias bonis; qui audis clamantes ad te, cùm tribulantur; atque de neceſſitatibus eorum liberas eos. Sed tu Deus mitte verbum tuum, (*h*) & ſana me; atque de interitu erue animam meam. (*i*) In Eccleſia plebis annuntiem te, & ſacrificium (*k*) laude ſacrificem tibi. Eripe me de inopia, & inter oves patrisfamilias conſtitue me.

CVII. Paratum ſit cor meum Deus: (*l*) ad cantandum nomini tuo exurgam diluculò. Confitear te in populis, & pſallam tibi in nationibus. Scio enim, quia ſuper caelos eſt miſericordia tua, & ſuper omnem terram gloria tua. Exaudi me, & da mihi auxilium de tribulatione. In te faciam virtutem, & tu ad nichilum deduc inimicos meos Deus meus.

CVIII. Fac mecum miſericordiam: libera me, (*m*) quoniam egens ſum & pauper, & cor meum conturbatum eſt intra me. Adjuva me, & a perſequentibus libera animam meam, piiſſime Deus.

CIX. Tu principium, & ante luciferum genitus: Tu ſplendor Sanctorum: Tu ſacerdos ſummus, & Pontifex in aeternum, Chriſte, (*n*) miſerere mei.

CX. Te toto confiteor corde (*o*) Deum meum, quia (*p*) miſerator es, & das eſcam timentibus te. Sanctum & terribile nomen tuum: & laudatio tua manet in ſaeculum ſaeculi.

CXI. Beatus, (*q*) qui timet in te: in aeternum non commovebitur, & * ob auditione mala non timebit.

CXII. Sit nomen tuum, Deus, benedictum in ſaecula. A ſolis ortu & occaſu laudabile nomen tuum. Excelſus ſuper omnes gentes & ſuper caelos gloria tua. Tu in altis habitas. Te laudant pueri, & mundi corde. (*r*) Tu reſpicis in terra. Tu ſuſpicator inopum, & rector es pauperum. Tu me fac habitare in aula ſancta tua, (*ſ*) & in domo matris Iſrahel.

CXIII. Tu (*t*) in exitu Iſrahel ex Egypto multa feciſti ſigna & mirabilia. A facie etenim tuâ mota eſt terra. Mare vidit, & fugit: (*u*) Jordanis converſus eſt retrorſum. Tu liberaſti populum tuum. Tu domum Iſrahel, tu domum Aaron & Levi: & tu memor omnium noſtrorum. Tu benedicis omnes timentes te, (*x*) puſillos cum majoribus: & tu ex hoc nunc & uſque in ſaeculum benedictus Dominus Deus in aeternum: (*y*) miſerere mei.

CXIV. Inclina aurem tuam michi, & exaudi orationem meam. Libera animam meam de periculo mortis, Deus meus, & de inferno erue me; placeamque tibi in regione vivorum, Chriſte.

CXV. Servus tuus ſum, & filius ancillae tuae. Vota mea tibi reddam, & in atriis tuis habitem, Domine.

CXVI. Te (*z*) laudo, & te benedico, quem omnes gentes

(*a*) Corrobora. (*b*) In omni etenim loco dominationes tuae: *omiſſo*, miſerere mei. (*c*) Rigas. (*d*) Omnium Dominus, &. (*e*) Ut laudem eum. (*f*) Fiat, fiat, fiat: *omiſſo*, Gloria patri. (*g*) Semper pius, ac miſericors, qui. (*h*) Et ſana me, & de inferni faucibus erue animam meam, quia. (*i*) In Eccleſia plebis tuae. (*k*) Laudis. (*l*) Et ad cantandum. (*m*) Quia egenus ſum. (*n*) *Deeſt*, Miſerere mei. (*o*) *Deeſt*, Deum meum. (*p*) Qui miſericors es, & miſerator. (*q*) Beatus enim qui timet te. (*r*) Tu reſpicis in caelo & in terra. tu ſuſcitator inopum, & erector pauperum. (*ſ*) In Domo matris filiorum laetantis. (*t*) In exitu: *omiſſo*, tu (*u*) Jordanes. (*x*) Puſillis. (*y*) *Deeſt*, Miſerere mei. (*z*) Te collaudo.

gentes confitentur, tribus, & linguae adorant. Veritas tua manet in aeternum, & in ſaeculum ſaeculi miſericordia tua.

CXVII. In tribulatione mea invoco te, exaudi me in latitudine; fortitudo mea & laudatio mea, tu factus es mihi in ſalutem. Caſtiga me, & morti non tradas me in perpetuum. (*a*) Domine Deus meus es tu, & confiteor; quoniam exaudiſti me, & (*b*) conſolatus es me.

CXVIII. Utinam (*c*) dirigantur viae meae ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. Confitebor tibi in directione cordis, ne repellas me a mandatis tuis. Domine doce me juſtificationes tuas. Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra, non abſcondas a me mandata tua; Sed doce me juſtificationes tuas, & confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miſerere mei. Da michi intellectum, & ſectabor legem tuam. Deduc me in ſemitam mandatorum.

Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam. Averte oculos meos, ne videant vanitatem; in via tua vivifica me. Statue ſervo tuo eloquium tuum in timore tuo; & in veritate tua vivifica me.

Et veniat ſuper me miſericordia tua, Domine; ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſque quaque, quia in judiciis tuis ſemper ſperavi.

Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo michi ſpem dediſti; quia eloquium tuum vivificavit me. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, miſerere mei ſecundùm eloquium tuum. Miſericordia tua, Domine, plena eſt terra, juſtificationes tuas doce me.

Bonitatem, * & diſciplina, & * ſcientia doce me, quia mandatis tuis credidi. Bonus es tu Domine, & in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.

Manus tuae Domine fecerunt me, & plaſmaverunt me, da michi intellectum, ut diſcam mandata tua.

Fiat miſericordia tua, ut conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo. Veniant mihi miſerationes tuae, & vivam. Fiat cor immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar.

Omnia mandata tua, veritas; iniqui perſecuti ſunt me, adjuva me. Secundùm miſericordiam tuam vivifica me, ut cuſtodiam teſtimonia oris tui. Tuus ſum ego, ſalvum me fac; vivifica me ſecundùm verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & judicia tua doce me.

Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam: & ne confundas me ab expectatione mea.

Confige timore tuo carnes meas Domine; a judiciis enim tuis timui. Non tradas calumniantibus me. Suſcipe ſervum tuum in bonum, ut non calumnientur michi ſuperbi. Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam; & juſtificationes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego; da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. Aſpice in me, & tu miſerere mei ſecundùm judicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, ut non * dominentur mei omnis injuſtitia. Redime me a calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum, & doce me juſtificationes tuas. Tribulatio & anguſtiae invenerunt me; intellectum da michi, & vivam.

Clamavi ad te, & ſalvum me fac, ut cuſtodiam mandata tua. Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine, & ſecundùm judicium tuum vivifica me. Multi, qui perſecuntur me & tribulant me.

Vide humilitatem meam, & eripe me. Judica judicium meum, & redime me: propter eloquium tuum vivifica me.

Miſericordiae tuae, multae Domine: ſecundùm judicium tuum vivifica me, Domine. In miſericordia tua vivifica me, quia omnes viae meae in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo, Domine: juxta eloquium tuum da michi intellectum. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me. Fiat manus tua, ut ſalvet me, quoniam mandata tua elegi. Vivat anima mea, ut laudet te; & judicia tua adjuvabunt me. Erravi ſicut ovis, quae perierat; quaere ſervum tuum Domine, quia mandata tua non ſum oblitus.

Ooo Ad

(*a*) Deus meus es tu: *omiſſo*, Domine; & te confiteor. (*b*) Et conſolatus es me miſericorditer.

(*c*) Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: beati qui ſcrutantur. — Iſte pſalmus & in proſperis & in adverſis ab omnibus ſemper totus eſt canendus; nec eſt clauſula vel verſus, in quo non contineatur via, vel lex, aut teſtimonia Domini, atque praecepta; ſive juſtificationum eloquia, judicia, ac ſemita, miſericordis, vel timor, necnon & mandata Dei, ſive diſciplina, (ut quid dicam) ſuper aurum & argentum concupiſcibilis, pretioſior lapide, dulcior melle; & omnibus, digna petentibus, reperitur eſſe congruus.

cxix. Ad te Domine, cùm tribulor, clamo; exaudi me, & libera me. (*a*) Eripe me a labiis iniquis & a lingua doloſa: cum his, qui oderunt pacem, ſim pacificus; & quos diligo, dignè diligar ab eis.

cxx. Auxilium (*b*) a te peto, qui non dormis neque dormitas, cuſtos Iſrahel. Cuſtodi me ab omni malo: cuſtodi animam meam in eſitu ſuo; quia tu es protectio & conſolatio mea, Domine Deus.

cxxi. Laetatus ſum in his, quae dicta ſunt mihi de te, & audio, vel ſentio per te: in virtute tua ſemper pax, & in turribus tuis habundantia, (*c*) & plenitudo in Deo: exquiro bona tua.

cxxii. Ad te (*d*) levo oculos meos, qui habitas in caelis: (*e*) miſerere mihi Domine, miſerere mihi: ad te reſpiciunt & intendunt ſemper.

cxxiii. Ne me, obſecro, des in captionem inimicis meis. (*f*) Qui feciſti caelum & terram, ſis adjutor (*g*) meus, ubicumque ſim; vel in omnibus, (*h*) ad quae iero, locis.

cxxiv. Qui (*i*) confidunt in te, Domine, non moventur in aeternum. Tu benefacis bonis & rectis corde. Da ſemper laetitiam & pacem tuam ſuper Iſrahel; & omnes, qui diligunt te, pax multa (*k*) praecedet.

cxxv. Os meum repleatur gaudio, & lingua mea exultatione; ſimque conſolatus, convertendo ad te: (*l*) in lacrimis ſeminem, in exultatione (*m*) metam.

cxxvi. Ante lucem (*n*) ſurgam; & mane & ſemper in praeceptis tuis (*o*) vigilem, Domine.

cxxvii. Beati ſunt omnes, qui timent te (*p*) Chriſte; & qui ambulant in viis tuis, bene ſit illis. (*q*) Pax ergo tua ſit ſuper nos, & ſuper omnes quaerentes miſericordiam tuam.

cxxviii. A juventute mea me expugnant inimici mei; prolongetur iniquitas eorum, ne poſſint inſidiando nocere mihi. Benedictio, ſalus, & defenſio tua (*r*) ſit ſuper me, & ſuper omnes, qui diligunt te, Deus noſter.

cxxix. De (*ſ*) profundis clamo ad te Domine; Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in orationem ſervi tui. Quia miſericordia tua magna eſt; & redemptio copioſa nimis.

cxxx. Domine, non exaltetur cor meum in ſuperbia vel elatione; ſed humiliter ſentiam, quaerendo & inveniendo miſericordiam tuam, clementiſſime Pater. In te ſpero, in quo ſperat Iſrahel, & cunctus catholicus Ordo. (*t*) Pax ergo tua ſit ſuper nos, Deus.

cxxxi. Sacerdotes (*u*) tui induantur juſtitiâ, & Sancti tui exultent. Super me quoque ſervum tuum (*x*) effloreat pietas & ſanctificatio tua, Chriſte.

cxxxii. Sicut (*y*) unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; atque in ora veſtimenti ejus: vel ſicut ros Hermon, (*z*) quod deſcendit in Syon, ſic deſcendat ſuper me & ſuper cunctam plebem catholicam ſalus & benedictio tua, (*aa*) Chriſte.

cxxxiii. Diebus & noctibus tibi ſerviam; & ad benedicendum tibi manus valeam extendere meas, Deus Iſrahel. Tu es ſemper benedictus, qui feciſti caelum & terram.

cxxxiv. Tu ſemper pius, ſemper bonus, (*bb*) & laudabilis, ac magnus prae omnibus diis; nomen tuum in aeternum, & memoriale tuum (*cc*) in generatione.

cxxxv. Te confiteor, & in te confido; & te confiteutur omnes nationes terrae, quoniam bonus es tu, & in aeternum miſericordia tua magna nimis. Qui feciſti mirabiles res, Solem, Lunam, Stellas, Caelum, Terram, Mareque, (*dd*) Domine, miſerere mei. Et qui das eſcam omni carni, memor eſto humilitatis meae. (*ee*) Confitear te Deum Caeli, & Dominum dominorum; quoniam bonus, quoniam in aeternum miſericordia tua.

cxxxvi. Tibi reſonent organa noſtra, tibi cantemus hymnum novum, & in te jubilemus omnes voces cantionum.

cxxxvii. Confiteor te in toto corde meo, quoniam audiſti verba oris mei. In conſpectu Angelorum pſallam tibi, & (*ff*) confiteor nomini tuo (*gg*) altiſſimo. In quacumque die invocavero te, exaudi me, & multiplica in anima mea virtutem. Extende manum tuam, & ſalvum me (*hh*) faciet dextera tua. Opera manuum tuarum ne deſpicias, Deus.

cxxxviii. Tu probas renes & corda; (*ii*) & tu intelligis omnes cogitationes à longe, noviſſima & antiqua. Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper

---

(*a*) Erue me. (*b*) Auxilium a te peto; cuſtodi me, quia tu es protectio mea, & conſolatio mea, Domine Deus meus. (*c*) Et plenitudo, ideo exquiro. (*d*) Et ad te levo. (*e*) Miſerere mei Domine, miſerere mei; quia oculi mei ad te reſpiciunt. (*f*) Meis, ſed qui feciſti. (*g*) Meus adjutor, ubicumque ſum. (*h*) In quibus iero. (*i*) Nam qui confidunt in te, non. (*k*) Praecedat. (*l*) Et in lacrimis. (*m*) Metam. Sis mihi adjutor ubi ſum, & ſemper in omnibus locis. (*n*) Surgam mane, & praeceptis. (*o*) Vigilem ſemper: *omiſſo*, Domine. (*p*) *Deeſt*, Chriſte. (*q*) Pax ſemper ſuper Iſrahel, &. (*r*) Super me ſit ſemper, & in omnes qui diligunt te Rex Iſrahel. (*ſ*) De profundis clamo ad te, exaudi me, & intende voci deprecationis meae: Miſericordia tua magna, &. (*t*) Pax ſemper ſuper Iſrahel, Deus. (*u*) Sed & ſacerdotes tui. (*x*) Refloreat. (*y*) Et ſicut. (*z*) Qui deſcendit in montem Syon. (*aa*) *Deeſt*, Chriſte. (*bb*) Et ſuavis, & tu laudabilis. (*cc*) In generatione, & generatione. (*dd*) *Deeſt*, Domine. (*ee*) Confitemur. (*ff*) Confitear. (*gg*) Altiſſime. (*hh*) Faciat. (*ii*) Et intelligis cogitationes: *omiſſo*, omnes.

ſuper me manum tuam. Proba me, & ſcito cor meum. Tu enim ſcis vias meas: & tu intelligis cogitationes meas à longe.

cxxxix. Tu me eripe (*a*) ab omnibus malis Deus, & a viris iniquis libera me (*b*) Deus. Deus meus es tu, exaudi vocem deprecationis meae.

cxl. Intende voci meae, dum clamavero ad te; exaudi me, & miſerere mei. Pone ori meo cuſtodiam, & oſtium circumſtantiae labiis meis. Non declines cor meum in verba malitiae; nec oleum peccatoris impinguet caput meum. Cuſtodi me a laqueis, & a ſcandalis operantium iniquitatem.

cxli. Ad te vox mea clamat; in conſpectu tuo effundo orationem meam; (*c*) tibi pronuntio: Tu es Deus meus, ſpes mea, & portio mea in terrâ viventium. Intende (*d*) ad deprecationem meam; & a perſequentibus me libera me. Educ de carcere animam meam, ut confitear nomini tuo magno.

cxlii. Exaudi orationem meam: (*e*) auribus percipe obſecrationem meam; (*f*) ut non intres in judicio cum ſervo tuo Domine, (*g*) atque animam pauperis tui ne oblíviſcaris in finem. Anxiatus eſt ſpiritus meus: turbatum eſt cor meum: ad te expando manus meas; exaudi me, & non avertas faciem tuam a me. Demonſtra mihi viam, in qua ambulem; & doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Domine, (*h*) ſpiritus tuus deducat me in viam rectam: vivifica me, & de tribulatione erue animam meam, quoniam ego ſervus tuus ſum.

cxliii. Miſericordia mea, & refugium meum, & ſuſceptor meus. Liberator meus, & protector meus. Tu es Deus meus. Emitte manum tuam, & de perſequentibus libera animam meam.

cxliv. Tu (*i*) es Deus meus Rex. Te benedico, & per ſingulos dies (*k*) laudo nomen tuum in ſaeculum ſaeculi: magnus es tu, & magnitudinis tuae non eſt finis. Miſerator, & miſericors (*l*) Dominus; ſuavis univerſis, & (*m*) mirabilis nimis. Confiteantur te omnia opera tua: & Sancti tui benedicent tibi; gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur; quoniam regnum tuum, regnum omnium ſaeculorum; & dominatio tua in omni generatione (*n*) & generationem. Oculi omnium in te ſperant; & tu das illis eſcam; atque omne animal reples * benedictionem; prope es tu omnibus invocantibus te in veritate; & tu cuſtodis omnes diligentes te. Laudationem tuam Domine, loquor, laudo, adoro, magnifico, & confiteor ſemper, & benedico nomen tuum ſanctum in aeternum, & in ſaeculum ſaeculi.

cxlv. Tu cuſtodis (*o*) veritatem; facis judicium injuriam patientibus; & eſurientibus das eſcam; illuminas caecos, erigis eliſos, diligis juſtos, advenas cuſtodis, & viduas ſuſcipis; viaſque peccatorum diſperdis. Te magnifico, & te in vita mea laudabo, quamdiu fuero: (*p*) quia tu regnas in ſaeculum, & regnum tuum in generatione (*q*) & generationem.

cxlvi. Qui (*r*) ſanas contritos corde, & alligas contritiones eorum; magna (*ſ*) eſt virtus tua; & ſapientiae tuae non eſt numerus; (*t*) quia ſuſcipis manſuetos, & humilias peccatores uſque ad terram. Beneplacitum (*u*) ſis mihi cum omnibus timentibus te, & cum eis, qui ſperant in miſericordia tua Deus.

cxlvii. Laudat te Jeruſalem, & benedicit Syon; (*x*) qui dans nivem ut lanam, & nebulam ſpargis ut cinerem. Qui (*y*) confortas ſeras portarum Jeruſalem atque Syon: (*z*) benedic omnes qui ſperant in miſericordia tua (*aa*) Domine.

cxlviii. Laudant (*bb*) Dominum Deum, & caeli caelorum regem in excelſis. Te laudant Angeli, & omnes virtutes, Sol, & Luna, Stellae caeli lucidae, Reges terrae, & omnes populi, juvenes & virgines, ſeniores & juniores, (*cc*) montes, colles, & ligna, beſtiae, ac ſerpentes, & volucres pennatae; dracones, & omnes abyſſi laudant nomen tuum Deus.

cxlix. Laus etenim tua in Eccleſia Sanctorum: in te exultant Sancti, & laetantur in gloria. Beneplacitum eſt tibi in Sanctis tuis, & in omni creatura tua, fortis Iſrahel.

cl. In omni etenim loco dominationis tuae te benedico, te glorifico, te adoro, & cum omnibus, qui in lege tua meditantur

Ooo 2

(*a*) Ab hominibus. (*b*) Domine. (*c*) Orationem meam; & tribulationem meam tibi pronuntio. (*d*) Deprecationi meae. (*e*) Et auribus. (*f*) Ne intres in judicium. (*g*) Et animam. (*h*) Spiritus tuus bonus. (*i*) Tu es Deus meus, Rex meus. (*k*) Laudabo. (*l*) *Deeſt*, Dominus. (*m*) Miſerabilis. (*n*) *Deeſt*, & generationem. (*o*) Veritatem in ſaeculum, facis. (*p*) *Deeſt*, quia. (*q*) Et generatione. (*r*) Tu ſanas. (*ſ*) Eſt [illegible]. (*t*) *Deeſt*, quia. (*u*) Sit. (*x*) Das; *omiſſo*, qui. (*y*) Confortas: *omiſſo*, qui. (*z*) Et benedicis. (*aa*) Deus. (*bb*) Laudant te Dominum Deum caeli. (*cc*) Montes & colles cedri & ligna.

tur die ac nocte, adhaerere & (a) ſociare deſidero: & te laudo, quem omnis ſpiritus in excelſis laudat Dominum de caelis.

Tibi laus, tibi honor, tibi gloria, Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, qui ſine fine regnas in ſaecula ſaeculorum. Amen.

(a) Et ſociari delector atque deſidero: & te laudo in terris, quem &c. Amen. — Incipiunt orationes ad adorandam Crucem, ſive ad depoſcenda ſuffragia omnium Sanctorum.

INCIPIT LETANIA.

Chriſte, audi nos. III.
Sancta Maria, or.
Sancta Dei Genitrix, or.
Sancta Mater Domini, or.
Sancta Regina Caelorum, or.
Sancte Michahel, or.
Sancte Gabrihel, or.
Sancte Raphahel, or.
Sancte Johannes Baptiſta, or.
Omnes Sancti Patriarchae & Prophetae, or.
Sancte Petre, or.
Sancte Paule, or.
Sancte Andrea, or.
Sancte Jacobe, or.
Sancte Johannes, or.
Sancte Thoma, or.
Sancte Jacobe, or.
Sancte Philippe, or.
Sancte Bartholomaee, or.
Sancte Mathaee, or.
Sancte Symon, or.
Sancte Taddaee, or.
Sancte Mathia, or.
Sancte Barnaba, or.
Sancte Marce, or.
Sancte Lucan, or.
Omnes Sancti Apoſtoli & Euangeliſtae, or.
Omnes Sancti Innocentes, or.
Omnes Sancti Continentes, or.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini, or.
Sancte Stephane, or.
Sancte Line, or.
Sancte Clete, or.
Sancte Clemens, or.
Sancte Xiſte, or.
Sancte Corneli, or.
Sancte Cypriane, or.
Sancte Laurenti, or.
Sancte Vincenti, or.
Sancte Griſogone, or.
Sancti Johannes & Paule, or.
Sancti Coſmas & Damiane, or.
Sancti ſeptem Fratres, or.
Sancti XII. Fratres, or.
Sancti XL. Martyres, or.
Omnes Sancti Martyres, or.
Sancte Silveſter, or.
Sancte Ylarie, or.
Sancte Heraſme, or.
Sancte Martine, or.
Sancte Hieronyme, or.
Sancte Ambroſi, or.
Sancte Auguſtine, or.
Sancte Gregori, or.
Sancte Yſidore, or.
Sancte Leo, or.
Sancte Germane, or.
Sancte Nicolae, or.
Sancte Blaſſie, or.
Omnes Sancti Pontifices & Confeſſores, or.
Sancte Benedicte, or.
Sancte Maure, or.
Sancte Placide, or.
Sancte Romane, or
Sancte Paule, or.
Sancte Antoni, or.
Sancte * Dominice, or.
Omnes Sancti Monachi & Heremitae, or.
Sancta Felicitas, or.
Sancta Perpetua, or.
Sancta Agatha, or.
Sancta Lucia, or.
Sancta Agnes, or.
Sancta Caecilia, or.
Sancta Anaſtaſia, or.
Sancta Eugenia, or.
Sancta Eulalia, or.
Sancta Innocentia, or.
Sancta Eufroſina, or.
Sancta Reſti...., or.
Sancta Scolaſtica, or.
Omnes Sancti Dei, or.
Filius Dei, Te rogamus audi nos.
Redemptor mundi, Te.
Salvator mundi, Te.
Per Genitricem, & Nativitatem tuam, Te.
Per Crucem & paſſionem tuam, Te.
Per mortem & reſurrectionem tuam, Te.
Per aſcenſionem, & Sanctos tuos, Te.
Per adventum Spiritûs Sancti, Te.
Ut veniam nobis dones, Te.
Ut miſericordiam nobis dones, Te.
Ut locum refrigerii nobis dones, Te.
Ut conſortium Sanctorum nobis dones, Te.
Ut vitam aeternam nobis dones, Te.
Ut fru-

* S. Dominici Calciatenſis meminit Martyrologium Hiſpan.

Ut fructum dones, Te.
Ut populo Chriſtianorum victoriam dones, Te.
Ut gentem paganam humilies, Te.
Ut ubique Chriſtianos protegas, & ſuper infideles exaltes, Te.
Ut congruam ſalutem Chriſtianorum victdones, Te.
Ut Congregationem noſtram in Sancta religione conſervare digneris, Te rogamus.
Ut Eccleſiam tuam regere & defenſare digneris, Te.
Ut locum iſtum exaltare & defenſare digneris, Te.
Ut omnes inimicos Sanctae Eccleſiae tuae humiliare & comprimere digneris, Te.
Ut ab hoſtibus viſibilibus & inviſibilibus nos defendas, Te.
Ut pluviam dones, Te.
Ut caeli ſerenitatem dones, Te.
Ut nobis parcas, Te.
Ut nobis indulgeas, Te.
Ut nos exaudire digneris, Te.
Nos peccatores, Te.
Propitius eſto; Parce nobis, Domine.
Propitius eſto: libera nos, Domine.
Ab ira tua: libera nos, Domine.
A furore tuo: libera nos, Domine.
A fame & peſte: libera nos, Domine.
A mala gente: libera nos, Domine.
Ab aquis multis: libera nos, Domine.
Ab inimicis noſtris: libera nos, Domine.
A poenis inferni: libera nos, Domine.
A poteſtate diaboli: libera nos, Domine.
Ab inſidiis ejus: libera nos, Domine.
A dampnatione aeterna: libera nos, Domine.
A poena ſempiterna: libera nos, Domine.
A mala morte: libera nos, Domine.
A peccatis noſtris: libera nos, Domine.
A tribulatione & anguſtia: libera nos, Dñe.
Ab omni malo: libera nos, Domine.
Ab omni peccato: libera nos, Domine.
In die Judicii: libera nos, Domine.
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Chriſte, audi nos. III. vicibus.
Kyrie eleyſon. Chriſte Leyſon.
Kyrie eleyſon. Pater noſter.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens, pius & miſericors, te adoro, te deprecor, exaudi me peccatorem, & miſerere mei. Suſcipe orationem meam, omnem poſtulationem; & ſenſus ſpirituales, quos habent iſti, quos ego decantavi Pſalmos, ſint tibi acceptabiles; intercedant coram te pro peccatis & delictis meis, pro ſalute animae meae, pro remiſſione omnium peccatorum meorum; ut veniam & indulgentiam merear invenire in conſpectu tuo de omnibus peccatis meis, quibuſcumque cogitavi, loquutus fui contra tua praecepta, de operibus malis, ſciens, & neſciens. Miſerere mihi, Deus, & exaudi me. Scio Deus Jeſu Chriſte, quia tu exaudiſti ſanctos & electos tuos ab initio Mundi. Exaudi me peccatorem, & miſerere mei. Repelle a me omnes cogitationes peſſimas, & malas concupiſcentias. Repelle a me omnes invidias, omnes detractiones, omne verbum otioſum, & vanam converſationem. Da mihi cuſtodiam de ſanitate animae meae, & remiſſionem omnium peccatorum meorum, ut tua praecepta cuſtodiam, & amplius non revertar ad peccata mea, Per.

ORATIO.

Omnipotens & miſericors Deus, clementiam tuam ſuppliciter deprecor, ut me famulum tuum tibi fideliter ſervire concedas: & perſeverantiam in bonis operibus, & felicem conſummationem mihi largire digneris; & hunc Pſalterium, quod in conſpectu tuo cantavi, ad ſalutem & ad remedium animae meae proficiat ſempiternum, Per.

Dominator Domine Deus omnipotens, qui mirabiliter cuncta condidiſti, & tuâ diſpoſitione creaſti omnia; per quam juſſiſti, condicione propagaudae ſobolis, ex viro & feminam eſſe: & praecepiſti dilectionem & honorem circa patrem & matrem exhibere; exaudi me, miſericors, clamantem ad te pro genitore meo ill. quem utrumque ex tua providentia mihi humillimo praeparare dignatus es: ſeu & fratribus meis, atque ſororibus meis, omniumque parentelâ, qui mihi peccatori ex carnis conſanguinitate conjuncti ſunt, tam vivis, quàm & defunctis, quorum nomina & merita tibi Domino Deo univerſorum cognita ſunt; ut protegas eos, atque ab omni malo defendas, & in via ſalutis eos diſponas; & ne dies eorum ante finiri ſinas, quàm per veram confeſſionem, veramque emendationem, ſuorum, & omnium delictorum peccata dimittas: ut carne exutos caeleſti participatione dignos efficias. Exaudi me etiam miſerrimum, clementiſſime Deus, ſupplicantem ad te pro animabus famulorum famularumque tuarum ill. qui nobis ſuas largiti ſunt eleemoſynas, & quorum nomina apud nos ſcripta ſunt, & qui ſe in noſtris commendaverunt orationibus: ut eis tuâ miſericordiâ beneficia impendas; & in loco tibi placentium collocare digneris, Salvator Mundi.

CON-

CONFESSIO SOLI DEO.

CONfiteor tibi, Domine, omnia peccata mea, quaecumque feci omnibus diebus vitae meae. Deus creaſti omnia; tu noſti omnia peccata mea. Indulge, & miſerere mei; & quia nimis peccavi, Domine, miſerere mei. Per interceſſionem omnium Angelorum, atque Archangelorum miſerere mei. Per interceſſionem Patriarcharum & Prophetarum miſerere mei. Per interceſſionem Apoſtolorum Martyrum, & Confeſſorum, ac Virginum, te deprecor Domine, miſerere mei. Domine, etſi in te peccavi, tamen non te dereliqui; deos alienos non adoravi: miſerere mei, Domine. Veniam peto a te pro omnibus culpis meis, pius Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miſericors Deus, clementiſſime Pater.

Adjuva me humilem & peccatorém famulum tuum. Da mihi cor, quod te timeat: ſenſum, qui te intellegat: oculos, qui te videant: aures, quae te audiant: nares, quae odorem tuum ſentiant. Domine, mollifica cor meum durum & lapideum, qui ſum cinis mortuus. Salva me. Domine vigilantem, cuſtodi me dormientem, ut dormiam in pace, & vigilem in Chriſto. Amen. Te deprecor, Domine, ut omnes, qui bona mihi volunt aut faciunt, reddas illis in aeternum; & ſi qui mihi mala volunt aut faciunt, Domine, da illis indulgentiam. Miſericors Deus, da mihi famulo tuo remiſſionem omnium peccatorum meorum, & finem perfectum; & perduc me in viam ſalutis tuae perhennem. Amen.

ORATIO.

DEus, juſtorum gloria, & miſericordia peccatorum; qui dixiſti: *Nolo mortem peccatoris; ſed ut convertatur & vivat:* ſuſcipe me, piiſſime Pater, poenitentem famulum tuum, quia tibi confiteor omnia delicta mea; quaecumque peccavi coram te, & coram ſanctis Angelis tuis in cogitatione, in verbo, in opere, in omnibus ſimul vitiis & peccatis, ſive in ſuperbia & elatione, unde me graviſſimè reor eſſe pollutum; & in omnibus peccatis, quae naſcuntur ex ea.

In inobedientia, in praeſumptione iniqua, atque in pertinacia, & contentione; vel etiam in arrogantia, & obſtinatiore.

Sive in gula, in qua me ſuper menſuram occupatum aeſtimo, & in univerſis vitiis, quae generantur ex ea. In inhoneſta laetitia, in ſcurrilitate & riſu, in vaniloquio, in inmunditia cordis ſimul & corporis, in inſtabilitate mentis, in libidine & ebrietate; in comeſſatione non modica; in fornicatione quoque multis modis me pollutum eſſe ſentio, & in cunctis ſceleribus, quae * pululantur ex ea; in cecitate mentis; in viſu malo & noxio, in auditu malo ac turpiloquio, in guſtu inmoderato, in odoratu ſceleſto, in tactu nequiſſimo, in conſenſu delectationis malignae, in inmenſo amore propriae voluntatis, in periculo vitae, in laſcivia & petulantia, in incontinentia mali deſiderii, in odio mandatorum tuorum, in conſilio iniquitatis, in negligentia atque in inconſideratione vitae futurae; in avaritia quoque ſuperhabundanter * ſpero me eſſe demerſum, & in tota ſerie criminum, quae procedunt ex ea: in invidia & dolo & in furtu & rapina, in perjurio atque mendacio, in inquietudine mentis, in injuſto judicio vel fraudę, in veritatis contemptu, in oblivione beatitudinis ſempiternae, in obduratione mentis.

Deinde in ira & iracundia nimium me eſſe arbitror depravatum, & in omnibus delictis, ex ejus radice ſurgentibus; in tumore mentis, in rixa & diſſentione, in contumelia, in jurgandi & ulciſcendi amore, in odio, in inpatientia, in maledictionibus & blaſphemiis, in indignatione iniqua, in recordatione injuriae meae; in accidia etiam * ſpero me nimium obnoxium eſſe, & in omnium labe facinorum ex ejus ſomite prorumpentium; in ſomnolentia & boni operis pigritia, in inconſtantia, in pravatione mentis, in trepidatione laborandi, in tedio cordis, in murmuratione atque detractione, in triſtitia injuſta, ab antiquo in me hoſte inmiſſa, & in ejus ſemine valdè ſum obvolutus; in malignitate animi, in aſperitate linguae, in amaritudine verborum, in rancore animi, in puſillanimitate; in cenodoxiae namque vitio, & in omnibus malis, quae prodeunt ex ea, valde me depravatum eſſe arbitror; in jactantia, in arrogantia, in indignatione proximorum, in diſcordia, & hypocreſi, & innumeris peccatis: Inſuper etiam multis, in afflictione & anguſtia conſtitutis, per gratiam tuam ſubvenire potui, multoſque de tribulatione & anguſtia liberare;

Sed, meis peccatis tardantibus, minus hoc egi, quàm debui; & ſaepe ſciens malum, perſilui: & bonum loqui neglexi. Unde me nunc reum eſſe graviſſimè ſentio, meque reum eſſe confiteor. Sed tu, Domine, qui omnia noſti, etiam ante quam fiant, tibi patefacio omnia facinora cordis mei;

tuam

tuam miſericordiam humiliter invoco; & omnia quaecumque peccavi coram te, & de quibuſcumque me accuſat conſcientia, ſeu quae confeſſus ſum, atque per neglegentiam vel oblivionem detegi in cogitatu, in verbo, & opere, vel neglegentia mea; haec omnia oblivioni imperpetuum tradas tu Deus infinitae miſericordiae; qui omnibus invocantibus te in veritate ſubvenire ſoles. Te ſupplici mente depoſco, ut ex his omnibus mihi in hujus vitae ſpatio locum poenitentiae, compunctionemque per omnia dignam, uberem etiam lacrymarum fontem, quò defleam peccata multa, quae commiſeram, largire digneris. Nam ſi qua ſunt de ſupra nominatis, quibus non ſum pollutus, tuae eſt, Domine, pietatis defenſio: malum verò ſemper a me factum ſcio, ſive ab incautione mea, vel etiam ignorantia. Tuum tamen Domine plaſma ſum; tuoque ſacratiſſimo ſanguine redemiſti me. Miſerere mihi, & gemitum fructiſerum tribue, ne iterum lugenda committam. Tu, Domine piiſſime, omnium bonorum largitor, tribue mihi Contra ſpiritum ſuperbiae, humilitatem veram, per quam univerſa mala ſuperbiae valeam evincere: Contra gulam & concupiſcentiam malam, continentiam dignam: Contra inmunditiam fornicationis cordis & corporis, caſtitatem, & totius pravae delectationis mortificationem, jejuniis vel orationi inſtantiam, atque vigiliarum conſuetudinem ſanctam; ita ut omnia valeam temptamenta diaboli per miſericordiam gratiae tuae ſuperare: Contra avaritiam, tibi placitam largitatem; vires & ſcientiam ſuperandi omnia, quae naſcuntur ex ea: Contra irae impetum, patientiam ac temperantiam animi; ita ut omnia, quae procedunt ex ea, extinguantur in me: Contra accidiam, boni operis perſeverantiam, & ſtudium ſancti certaminis ad implendum in omnibus voluntatem tuam, quantum tuae ſit donum pietatis in me: Contra triſtitiam, gaudium mihi Domine tribue ſpiritualem, per quod omnia vitiorum mala penitùs evellantur: Contra vanam gloriam, pleniſſimam fidem, ſpem firmam, & caritatem perfectam; ut te toto corde, tota mente, tota etiam merear virtute diligere.

Hic quoque omnium peccatorum remiſſionem pleniter percipere, & in futuro vitam aeternam, atque laetitiam poſſidere; quod ipſe praeſtare digneris, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in ſaecula ſaeculorum. Amen.

CONFESSIO SANCTI HIERONYMI.

Ego te, Domine Jeſu Chriſte, verè credo, verè confiteor, quia verè redemiſti me: verè, quia vivificaſti me; verum, quia ſalvaſti me. Tu fortior forti, Tu victor in praelio, Tu praeparator vitae, Tu reſurrectio mortuorum. Tuum ſum vas; tu meus es figulus. Rogo te, Domine, ut vacua, Spiritu Sancto impleas: plena, conſerves. Te in Patre credimus, Patrem in te ſimiliter confiteor; non in perſonarum unione, ſed in ſubſtantiae deitate. Munda me, Domine, vas tuum, & ſanctifica quod feciſti: de malitia evacua, & imple de gratia. Praeſta mihi, Domine, ut fraternam ſemper teneam caritatem, mali obliviſcar, aliena non requiram. Te creaturarum omnium, qui ſolus & verus es, ſemper fatear Creatorem; qui mortificas & vivificas, deducis ad inferos & reducis, in Trinitate ſempiterna permanens in ſaecula ſaeculorum. Amen.

ORATIO.

Deprecor miſericordiam & pietatem tuam, Domine Jeſu Chriſte, Filius Dei vivi. Scio, quia pius & miſericors es, clemens & benignus, & multae miſerationis. Te adoro, Te invoco, Te precor; quia tu exaudiſti Sanctos tuos, & electos ab initio mundi uſque in finem. Tu etiam exaudi me indignum peccatorem, ad te orantem & deprecantem. Suſcipe igitur orationem, & omnem poſtulationem meam, omnemque ſenſum ſpiritualem, & has preces & obſecrationes, quas coram te ſuppliciter exoro; ut ſint acceptabiles ante conſpectum tuum, & intercedant coram te pro peccatis meis maximis, & minimis, & pro ſalute animae meae, et pro remiſſione peccatorum meorum; ut veniam merear coram te de omnibus peccatis meis, quaecumque feci contra tua praecepta, & contra animam meam. Da mihi per tuam magnam miſericordiam in hac vita, antequam moriar, veram agere poenitentiam, veramque indulgentiam.

Ve mihi peccatori, quia nimis peccavi graviter contra tua praecepta, & contra animam meam.

Peccavi in cogitationibus peſſimis; nec non peccavi in malis concupiſcentiis. Peccavi in multis operibus malis, in ſacrilegiis, in furtis, in perjuriis, in luxuriis multis et malis, et falſis teſtimoniis. Ego miſer peccavi in maledictionibus, & detractionibus, atque pollutionibus, et in mul-

tis

tis ebrietatibus , in vomitu , et otioſis verbis : peccavi in mendacio, in invidia in odio, in iracundia, et in murmurio : peccavi in cibo et potu, in ſomno, in loquutione, in ſuperbia, et inani gloria, in homicidio, et avaritia, atque indignatione. Ego miſer et iufelix, ſemper inobediens ſui, et deſidioſus, et fragilis nimis, ac negligens de operibus Dei, et de mea promiſſione. Ve mihi, quia multos detraxi, multos deſpexi, multos odivi, & omnem viam bonam; & multa mala commiſi, multa ſcandala feci, multa mala loquutus ſui, & multa verba otioſa contra praecepta tua, Domine, & contra animam meam loquutus ſum : multa ſunt peccata mea, quae non poſſunt enumerari; multa crimina mea ;& multa ſcelera; & multae negligentiae meae: & ideo anxio, gemo, conſilium quaero; plenumque invenio in te, Deus meus, quia dixiſti : *In quacumque die conversus fuerit peccator ab impietate ſua, vitâ vivet, & non morietur*. Et ideo, Deus, propitius eſto mihi peccatori: Domine Deus meus, tibi confiteor peccata mea inmenſa : Tu miſerere mei Pater de caelis: parce peccatis meis: da mihi veniam & indulgentiam perpetuam propter magnam miſericordiam tuam.

Concede etiam omnibus, qui mihi mala volunt aut faciunt, veram poenitentiam & veram indulgentiam de illorum peccatis. Domine, adjuva me, & libera me de poteſtate diaboli, & de poenis inferni. Domine, tu me creaſti, tu me redemiſti, tua creatura ſum, in manibus tuis ſum, & quomodo tu vis, fiat de me; non mea voluntas fiat, ſed tua.

Succurre mihi, pius Pater & miſericors, cuſtodi me ab omni opere malo; & amplius non revertar ad peccata mea mala, & maxima atque peſſima. Repelle a me omne mendacium, omnem iracundiam & omnem invidiam, & omnes cogitationes peſſimas, et malas concupiſcentias, omnes detractiones, omne verbum odioſum, omnem indignationem & iram, & blaſphemiam,& omnem pigritiam, & omnem tepiditatem, & omnem concupiſcentiam gulae; & da mihi veram devotionem, veram humilitatem, & veram patientiam. Da etiam mihi compunctionem cordis, & ſontem lacrimarum; et da certamen bonum, ut vincam diabolum pugnantem et dimicantem contra me; ut poſſim accipere ſalutem animae meae. In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum & animam & corpus meum,& omnem vitam meam, et omnes actus meos: quomodo tu vis, ſic fiat de me.

Non derelinquas me Domine Deus meus; ne diſcedas a me, ſed indulge, & miſerere mei. Delicta juventutis meae, & ignorantias meas ne memineris, Domine. Domine adjutor meus,& Redemptor meus. In adjutorium meum, Domine Deus ſalutis meae. Amen.

CONFESSIO AD SACERDOTEM.

EGo confiteor tibi, Domine Pater caeli & terrae, coram hoc Altario tuo ſancto, & iſtius loci Reliquiis, & coram hoc Sacerdote tuo, omnia peccata mea, quaecumque feci a juventute mea uſque hodie, ſive in cogitationibus, ſive mala voluntate, ſeu opere : de omnibus peccatis meis, quaecumque feci contra voluntatem & legem chriſtianam, & contra ſanctam regulam, & contra omnia praecepta divina : & omnia, quicquid mihi pietas divina ad memoriam reducit, de cogitationibus ſive ſermonibus turpibus vel otioſis ſive inmundis, quae ego contra praecepta divina feci. Confiteor tibi, Domine Jeſu Chriſte, & tibi Pater ill. omnia vitia cordis, & corporis mei, quae ego peccator peccavi coram te, & coram Angelis tuis. Peccavi per ſuperbiam & elationem : peccavi per odium & detractionem : peccavi, quia falsè loquutus ſum : peccavi per jurgia & mendacia : peccavi, quia loquutus ſum nimis, & per verba ad riſum moventia : peccavi per rixas, et diſcordias : peccavi per vanam et inanem gloriam : peccavi per furtum & rapinam : peccavi per ſtultiloquium & ſcurrilitatem : peccavi per murmurationes & diſſimulationes : peccavi per ſacrilegium et homicidium : peccavi per adulterium et fornicationes : peccavi per luxuriam et libidinem et inceſtum : peccavi per omnes actus turpiſſimos, et ſordidas cogitationes, et pollutiones, vigilando atque dormiendo, ſicut equus et mulus, in quibus non eſt intellectus. Miſer, ego peccavi per concupiſcentias mulierum, et maechatus ſum in corde et corpore meo cum ſororibus et * cumſanguineis meis; cum velatis, et ancillis Dei. Paccavi per illuſiones nocturnas; et peccavi cum manu mea, et ſuſcitavi ſemen meum, et pollutus ſum volens, et ſordidè introivi in ſanctam Eccleſiam. Miſer & inſelix, ego non timui judicium Dei, ſed praeſumpſi ad Altare, cùm dignus non eſſem, quia cum ſordidis cogitationibus & operibus pollutus adſiſtebam ibi, et diſcordiam cum fratribus meis habebam. Peccavi per gulam et crapulam, et ebrietatem uſque ad vomitum : peccavi per accidiam & otioſitatem et ſomnolentiam et pigritiam et jactantiam cordis et corporis mei; et inobediens ſui fratribus meis: per

blaſ-

blaſphemias; et murmurationes peccavi: ſine cauſa iratus ſui adversùs fratres meos, et deformavi et deſpexi eos; et dixi, racha, et fatue; et ſcandalizavi unum de puſillis.

Fraudavi res Eccleſiae vel Monaſterii: invaſi res proximi mei.

Peccavi per concupiſcentiam hujus mundi: plus quaeſivi, ut placerem hominibus, quàm Deo, ſicut ypocrita egi; et quod nolui mihi fieri, alteri feci; malum pro malo reddidi; pacem falſam fratribus dedi, & in corde dolo tenebam. Dilectionem Dei & proximi, & caritatem cum fratribus meis non habui, ſicut debui. Peccavi, quia ſimulavi me eſſe juſtum propter cupiditatem & vanam gloriam, ut hominibus placerem. Infelix ego, quia gaudium de interitu inimici habui, & adversùs filium Matris meae poſui ſcandalum; peccavi per votum promiſſum & non ſolutum; peccavi per ſuavitatem mentis meae, & per deſiderium carnis meae; peccavi per crimina confeſſa, & iterum multiplicata; peccavi, quia paravi fratribus meis foveam, & ſeminavi diſcordiam & rixas inter fratres meos; peccavi per contentiones et emulationes & animoſitates; peccavi per diſſentiones et ſuſurrationes et ſeditiones & amaritudines, et iram, et indignationes, et clamorem; peccavi, quia injuſtè judicavi, et accuſavi etiam homines, * condempnavi per accuſationibus meis, et flagellavi ſine cauſa, et per iram, et vanam gloriam; peccavi, quia propter cupiditatem bujus ſaeculi juravi, et honorem Sacerdotalem praeſumpſi recipere, cùm dignus non eſſem. Miſer ego, perjuravi, quia non implevi, ſicut promiſi. Peccavi nimis in conſpectu Domini, quia diſſipavi ſubſtantiam meam cum meretricibus, vivendo luxuriosè; peccavi, quia invidiam et odium habui adversùs fratres meos; et accuſavi eos, et dixi ſuper eos falſum teſtimonium: peccavi, quia loquutus ſum cum proximo meo pacem, et mala erant in corde meo; peccavi, quia opus Dei neglegenter feci, et circa Altaria tua vel ſacrificia, multam neglegentiam habui; peccavi per ſomnia vana, et auguria, et divinationes; peccavi, quia corpus et ſanguinem Domini indignè accepi, et per ebrietatem rejeci. Miſer ego, peccavi per vanam gloriam, et per turpiloquium, per dilectionem peſſimam, vigiliis Deo diſplicitis, et nimium inutilibus: peccavi ego, et alios peccare feci, quia malis meis exemplis vel ſuaſionibus multae animae perierunt. Miſer ego, peccavi per quinque ſenſus corporis mei, in viſu, auditu, guſtu, odoratu, et tactu; in cogitatione, in locutione, in actione. In iſtis cauſis, et multis aliis peccavi. Peccavi, quia quae non debui cogitare, cogitavi; et quae non debui loqui, loquutus ſum; et quae debui loqui, non ſum loquutus. Peccavi, quia quae non debui facere, feci; et quae facere debui, non feci. Meâ culpâ haec omnia commiſi, et alias plures, quae cogitare, nec memorare, nec numerare poſſum. Quod volens aut nolens, aut ſciens aut neſciens, contra voluntatem Dei feci aut neglexi, Deo facio confeſſionem, et tibi Pater ill. et veniam inde peto, et culpabilem me recognoſco: et ſupplico tibi, Dei Sacerdos, ut de his omnibus ſis mihi teſtis in diem judicii; ne gaudeat de me inimicus meus: et dignè pro me Dei miſericordiam deprecare, ut donet mihi veniam et indulgentiam (&) omnium peccatorum meorum remiſſionem.

RESPONDEAT SACERDOS.

Fili mi, Teſtis ſit tibi Chriſtus filius Dei vivi, qui totum mundum redemit, qui dignatus eſt dicere: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis eſt*: * Miſereatur ſit tibi omnipotens Deus: donet tibi Dominus veram humilitatem, veram ſapientiam, ſobrietatem, & tolerantiam, bonam fidem, & bonam perſeverantiam. Indulgeat tibi Dominus omnia peccata tua, praeterita, praeſentia & futura; liberet te ab omni malo; conſervet te in omni opere bono; perducat te Dominus pariter nobiſcum in vitam aeternam, & ad conſortium electorum ſuorum. Amen.

Suppliciter vos, & devotè precamur, ò glorioſiſſima mundi Domina ſemper Virgo Maria: Princepſque Angelici ordinis emmentiſſime Michaël, ſimulque Cherubim, Throni quoque, & Seraphim, & cuncta beatorum Spirituum agmina: & te Prophetarum maximè Johannes Baptiſta, ſed & cuncti admirabiles Patriarchae, & venerabiles Prophetae:

Sancti etiam Apoſtoli, & glorioſi Martyres, beati Confeſſores, & ſacrae Virgines, univerſi Ordines & Chori Sanctorum, ferte nobis, & cunctis parentibus noſtris, nec non & omnibus fidelibus chriſtianis vivis, ſive de hac luce ſubtractis, precatu veſtro auxilium, ut viventes hìc valeamus per veſtra incedere ſine errore veſtigia, & defuncti refrigerium mereantur delictorum; & in perpetuum omnes pariter veſtro mereamur aggregari collegio.

ORATIO GENERALIS.

LArgire digneris, Domine, per tuam ſanctam clementiam ac miſericordiam, concordiam Sacerdotibus, Regibus terrae tranquillitatem. Oro, Domine, pro univerſa Eccleſia tua catholica, pro viris & foeminis, ac omnibus Rectoribus, qui pro tuo ſancto Nomine laborant; ut perſeverantiam * bonis operibus obtineant. Praeſta, Domine, Virginibus caſtitatem; Deo dedicatis ſive devotis continentiam; Conjugatis ſanctimoniam; Poenitentibus indulgentiam; Viduis vel Orphanis ſuſtentationem; Pauperibus protectionem; Peregrinantibus reditum; Litigantibus pacem; Lugentibus conſolationem; Defunctis veniam; Navigantibus portum: optimis, ut in bonitate conſiſtant; bonis & mediocribus, ut meliores fiant; pravè agentibus & delinquentibus ſeu negligentibus, ut citò ſe corrigant. Et quia inter omnes & per tua omnia me nimium peccatorem conſidero, Tu clementiſſime qui omnibus miſereris, non me patiaris a tua miſericordia fieri alienum; ſed qui * indutiam vivendi praeſtas, corrigendi devotionem concedas. Excita in me mentem, quae te requirat, te deſideret, te, qui es ſuper omnes, prae omnibus amet, te timeat, te illuminante illuminetur, tuam faciat voluntatem. Praecipuè deprecor, ut hos, qui mei memoriam in eorum orationibus agunt, & qui ſe indignis meis precibus commendaverunt, et qui mihi aliquod caritatis officium vel pietatis impenderunt, ſeu et illos, qui conſanguinitatis ac pietatis affectu mihi propinqui ſunt, tam eos, qui nunc conſiſtunt in corpore, quàm illos qui exuti ſunt, in finem miſericorditer gubernare digneris, ne pereant: et illos viſitare jubeas, et abſolvas; nec non, et illud magnopere ſupplico, ut, cùm mortis meae dies advenerit, tu ipſe, qui judicas, contra accuſatorem fias meus defenſor. qui vivis.

CONFESSIO.

COnfiteor tibi Domine, Pater caeli et terrae, tibique bone et benigniſſime Jeſu, unà cum Spiritu Sancto, coram Sanctis Angelis, et omnibus Electis tuis, quia ab ipſa penè hora qua natus ſum ſuper terram, deditus ſum in omnibus malis; et peccavi graviter in conſpectu divinae Majeſtatis tuae omnibus horis & momentis, omnibus ingeniis, quibus excogitare potui; in ſuperbia matre omnium vitiorum, in perjuriis, in ſacrilegiis, in furtis, in maledictione, in falſitate, in gulà et crapula, in commeſſationibus et ebrietatibus, in libidine et pollutionibus, in immunditia et fornicatione, in luxuria multa, in * cogitationis pravis et iniquis, in ſpiritu blaſphemiae. Sanctam regulam, quam me ſervaturum ſpopondi, momentis ſingulis violo; praecepta ſeniorum meorum in omnibus poſtpono. Saepè rebellis et contradictor, ſaepè murmuroſus exiſto; ſacras laudes tuas tibi neglegenter reddidi: has etiam propter pigritiam et deſidiam meam ſaepiùs ex toto dimiſi: ſaepè fratribus ſine cauſa iratus ſum. Plura ſunt et alia mea peccata, quae propter caecitatem cordis mei recordari non valeo. Hoc autem unum ſcio et confiteor, quia plus peccavi, quàm Sodoma; plus deliqui, quàm Gomorra. Plus etiam ſunt Domine ſcelera mea, quàm totius Mundi. Sed ultimum, & ſuper omne malum eſt, Domine Deus, de tua pietate diffidere, de tua incomprehenſibili miſericordia deſperare; de qua, te adjuvante, numquam deſperavi, nec deſperabo in aeternum. Sed per ipſam me ſpero ſalvari, & liberari de manu diaboli, & a morte perpetua. Nam miſericordia tua, Deus, major eſt quàm mea poſſit iniquitas; quantacumque enim ſint peccata & ſcelera mea, citiùs per miſericordiam tuam deleta fieri poſſunt. Tua namque miſericordia nullum habet terminum; & ideo te Domine deprecor in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus a me ſceleſtiſſimo, cane inpudico, omni malitiâ & nequitiâ pleno. Deprecor te etiam, plaſmator meus Domine, ut non antea me de hoc ſaeculo exire praecipias, quàm me facias ad veram poenitentiam & emendationem pervenire de omnibus peccatis & vitiis meis; & facias me tuam pleniter gratiam invenire propter ſanctiſſimum nomen tuum. Obſecro te etiam, clementiſſime Domine, ut me liberare digneris ab his tribus plagis, ideſt ab ictu fulminis, ab invaſione inmundi ſpiritûs, & a morte ſubitanea. Confiteor, Domine, quia non ſolùm haec pati dignus ſum; ſed majora horum, propter infinita ſcelera mea perpeti mereor. Attamen, ne iſta eveniant, ideo ſpecialiter rogo, ut ſecundùm Pſalmiſtae vocem: *Ne quando rapiat ut leo* ille ſaeviſſimus *animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat*. Scio enim, Domine, quia jam poſt mortem non eſt poenitentiae locus, & ideo his tribus praedictis interimi plagis timeo; ne me inparatum aliquando mors inveniat, & tradat poenis perpetuis. Tu enim, Domine, neminem vis perire; ſed omnes miſericordia tua expectat, † ut ſalvet me Dominus & Magi-

† Hic aliqua deſiderantur, ad complementum hujus Orationis, & initium alterius, quae erat ad Sanctum Petrum: utràque in unam confuſa ab amanuenſi.

Magiſter tuus, ſicut reſpexit te; & eruat me de profundo vitiorum, qui te liberavit de profundo aquarum: depellat a me omne, quod odit in me; & inferat in me, unde ſemper placeam illi. qui vivit &c.

ORATIO AD SANCTUM PAULUM.

Beate Paule, vas electionis, quem Dominus Chriſtus de caelo vocare dignatus eſt; obſecro te per illius miſericordiam, qui te ad tantam celſitudinem perduxit, intercede pro me, ut adjuvet & ſalvet me Dominus Deus noſter. Donet mihi timorem ſuum, ſpem, & amorem; auferat a me fermentum malitiae & nequitiae; donet mihi continuò celebrare Paſcha ſuum in azimis ſinceritatis & veritatis. qui &c.

ORATIO AD SANCTUM ANDREAM.

Obſecro te, beate Andrea Apoſtole & Martyr Chriſti, poſtula Dominum Deum tuum pro me; ut ipſe, qui donavit * triduo ſufferentiam in Cruce, tribuat mihi geminum * effectum ſerre Crucem ſuam, & faciat me ſaltim in extremo agmine ſuo ſequi veſtigia ſua; qui vivit &c.

* *Supple*, tibi.
* *Fortè*: affectum ferendi.

AD SANCTUM JOHANNEM ORATIO.

Sancte Johannes Apoſtole electe Dei, tu dilexiſti Dominum plurimum, tu ſuper pectus ejus recubuiſti, purum doctrinarum fontem potaſti: Tu es glorioſus inter choros Virginum, qui ſequuntur Agnum quòcumque ierit; & ego, miſer peccator & fragilis, obſecro, ut intercedas pro me ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. qui vivit &c.

ORATIO AD OMNES APOSTOLOS.

Lumina mundi, Apoſtoli Domini mei Jeſu Chriſti, beate Petre, Paule, Andreas, Jacobe, Johannes, Thoma, Jacobe, Philippe, Bartholomee, Mattheae, Symon, Taddaee, Mathia, Barnaba, Marce, Lucan, cum omnibus Diſcipulis Diſcipulabuſque Domini mei Jeſu Chriſti, orate pro me, ut abſtrahat me Dominus a mundo, ſicut abſtraxit vos; & donet mihi ſequi veſtigia ſua, vel in extremo agmine veſtro. qui vivit &c.

ORATIO AD SANCTUM MARTINUM.

Beatiſſime Martine Confeſſor & Sacerdos Chriſti, poſtula pro me, obſecro, Dominum Deum tuum, ut expulſis a me cunctis vitiis, donet mihi placere ſibi in omnibus; et tribuat mihi pacem horum, et omnium ſervorum ſuorum, ſavente Domino noſtro Jeſu Chriſto. qui vivit &c.

ORATIO AD SANCTUM NICOLAUM.

Sancte Nycolaë beatiſſime pater, te nobis dedit Dominus patronum, te paſtorem, te interceſſorem: Tu es beatus, tu mitis, tu miſericors, tu pacificus, tu omni beatitudine repletus: Tu deſideraſti Chriſtum; tu es cum Chriſto in ſocietate omnium Sanctorum: Et ego miſer peccator & fragilis, peccavi in omnibus vitiis; peccavi in deſideriis meis malè vivendo. Adjuva me apud Dominum Jeſum Chriſtum cum omnibus Sanctis, ut habeam emendationem & remiſſionem peccatorum; ut poſſim Domini miſericordiam conſequi, & veniam pro ſceleribus meis; & regnum valeam intrare caelorum: ut non peream in aeternum; non veniam in morte ſecunda, neque in terra oblivionis propter * nequitia, & peccata, quae malè commiſi ego peccator & fragilis. Intercede pro me ad Dominum Jeſum Chriſtum, qui &c.

AD OMNES CONFESSORES.

Obſecro vos, beatiſſimi Confeſſores Chriſti, atque Doctores, Hieronyme, Ambroſi, Auguſtine, Gregori, Cypriane, Corneli, Martine, Baſili, Nicola, Yſidore, Germane, Maure, Severine, Johannes, Blaſie, Dominice; dignamini intercedere pro me peccatore, ut concedat mihi Dominus ſervare quae docuiſtis: & in veſtro me faciat conſortio gratulari. qui vivit &c.

ORATIO AD SANCTUM STEPHANUM.

Obſecro te, beatiſſime Stephane, levita & protomartyr Chriſti, ora pro me ad Dominum Jeſum Chriſtum, pro cujus confeſſione primus ſuſcepiſti martyrium; ut, ſicut donavit tibi patientiam inter ictus lapidum portare, & pro perſecutoribus intercedere; concedat mihi, ſaltim

inter verba eſſe patientem, & ex caritate pro fraternis exorare delictis; ut & ipſe tuis meritis conſequar miſericordiam Chriſti. Amen.

ORATIO AD SANCTUM LAURENTIUM.

OBſecro te, glorioſiſſime & invictiſſime Martyr Sancte Laurenti, ut pro me contagiis pleno ad Deum ſedulas digneris fundere preces: ut, qui torrentibus flammis, perſecutoribus ſaevientibus, totâque artuum-compage crudeliter exefluantibus, de hoſtibus triumphos, de poena gloriam, de crudelitate coronam tibi contulit Deus; pro me quoque ſceleſtiſſimo ſedulè eundem Dominum & Deum piis intercesſionibus deprecari ne ceſſes; ut, tuis adjutus orationum ſuffragiis, omnium iniquitatum facinoribus prorſus queam carere; pariſque ſpiritualibus pennis, fulgentibus operibus, ad gaudia ſuperna caeleſtium praemiorum, carnali ſolutus nexu, ovans & exultans, rapido curſu ſcandere poſſim. Amen.

ORATIO AD SANCTUM BENEDICTUM.

OBſecro te, beate Benedicte dilecte Dei, intercede cum ſanctiſſima ſorore tua Scolaſtica pro omni hac ſancta tua Congregatione, & pro omnibus ſub tuo magiſterio militantibus, ſimul & pro omni populo chriſtiano. Intercede etiam pro me miſero ſervo tuo; ut purget Dominus cor meum, & actus meos a cunctis vitiis; & cuncta ſervare mihi tribuat, quae praecepit; & cuſtodire ſanctae regulae tuae tramitem, qnam me ſervaturum ſpopondi, adjuvante ipſo; qui vivit.

ORATIO AD SANCTUM MAURUM.

OBſecro te, beatiſſime Maure Pater ſancte, cuſtos tuorum, & ſemper viſitator famulorum, ut pro me miſero, & peccatore intervenire digneris; quatinus, tuis adjutus meritis, faciat me Dominus cunctis carere vitiis, & habundare omnibus ſanctis virtutibus; & ad gaudia promiſſa pervenire ſempiterna: ubi cum Sanctis omnibus merear ſine fine laetari. Amen.

ORATIO AD OMNES SANCTOS.

DOmina mea glorioſa ſemper Virgo Maria, & immaculata Domini mei Jeſu Chriſti genetrix, dignare intercedere pro me indigniſſimo peccatore ad illum, cui meruiſti effici ſancti templum corporis. Sancti Angeli, Sancti Arcangeli, Sancti Throni, Sanctae Dominationes, Sancti Principatus, Sanctae Poteſtates, Sanctae Virtutes, Sancti Cherubim, Sancti Seraphim, Sancte Johannes Baptiſta, Sancti Patriarchae, Sancti Prophetae, Sancti Apoſtoli, Sancti Martyres, Sancti Evangeliſtae, Sancti Doctores, Sancti Confeſſores, Sancti Sacerdotes, Sancti Levitae, Sancti Monachi, Sanctae Virgines et Ancillae Chriſti, Sancti Innocentes, et Juſtorum animae, et omnes Sancti Dei, Angelicae, et humanae naturae; per illum vos ſuppliciter rogo, de cujus contemplatione gaudetis, et ſocietate; ut, in quantum voletis, pro me miſero, atque in omnibus culpabili et neglegente, ſupplicare Dominum dignemini; ut de faucibus diaboli, et de morte perpetua, atque a confuſione ſempiterna merear liberari. Et ſicut Mulieri peccatrici, et Latroni fecit miſericordiam; ita et mihi facere dignetur. Amen.

ORATIO AD SANCTAM TRINITATEM.

AUxiliatrix eſto mihi Trinitas ſancta Dei. Salvator omnium, reſpice, & miſèrere mei; exaudi me ſancta Trinitas. Tu es Deus meus vivus & verus; tu es Pater meus ſanctus; tu es Deus meus pius; tu es Rex meus magnus; tu es Judex meus juſtus; tu es magiſter meus unus; tu es adjutor meus oportunus; tu es medicus meus potentiſſimus; tu es dilectus meus pulcherrimus; tu es panis meus vivus; tu es ſacerdos meus in aeternum; tu es dux meus ad patriam; tu es lux mea vera; tu es dulcedo mea ſancta; tu es via mea recta; tu es ſapientia mea praeclara; tu es ſimplicitas mea pura; tu es unitas mea catholica; tu es conſortia mea pacifica; tu es cuſtodia mea tuta; tu es portio mea bona; tu es ſalus mea ſempiterna; tu es miſericordia mea magna; tu es patientia mea robuſtiſſima; tu es vita mea immaculata; tu es redemptio mea facta; tu es ſpes mea futura; tu es caſtitas mea perfecta; tu es reſurrectio mea beata: tu es vita mea perpetua; tu es patientia mea ſincera; tu es caſtitas mea inviolata; tu es continentia mea firma; tu es memoria mea mirabilis. Te deprecor, ſupplico, obſecro, & imploro, ut per Te ambulem, ad Te perveniam, & in Te requieſcam: exaudi & miſerere mei; qui vivis &c.

AD VĨC.

AD caeli clara non ſum dignus Sydera
Levare meos infelices oculos,
Gravi depreſſos peccatorum pondere:
Parce Redemptor.
Bonum neglexi facere, quod debui:
Probroſa geſſi ſine fine crimina:
Scelus patravi nullo clauſo termino:
Subveni Chriſte.
Cunctae, quae ſalſi maris ſunt in litore
Arenae, mixtae purpuratis conculis,
Non meis poſſunt coëquari viciis
Fateor malis.
Doleo multis peccatorum jaculis
Confoſſus, artus venus libidinis
Intorſit laeta ſpicula mortiferam
Fellis abunda.
Effundit demum de pharetra flammeas
Sagittas, meum ſuper vulnus vulnera
Infecit ſtatim cupido turpiſſima
Fronte rugoſa.
Factus ſum vilis, cinctus ſuper ylia,
Venit latenter gladius ſuperbiae,
Cordis infixit mucronem ſub medio,
Manu cruentâ.
Genus ſerpentis affuit invidiae,
Veneni portans pocula peſtifera,
Dedit in ſitim; mortis auctrix extitit
Sordida lues.
Horrida vultu facula diſcordiae,
Igne ſuccenſa de inferni ſulphure,
Medio meo poſuit ſub pectore;
Coxit amarè.
Inter has quoque pennas gerens plumeas,
Inanis curſim tranſvolavit gloria;
Quae me ventoſa nitebatur ſubitò
Fraude perire.
Kanendo venit fiſtulâ ingluvies,
Bonam praeſentis inrogavit temporis;
Extendit ventrem, temulentum reddidit;
Miſcuit riſûs.
Lugere modò me permitte, Deus,
Mala, quae geſſi reus ab infantia;
Lacrimas mihi tua donet gratia
Cordis ab imo.
Meis, ùt puto, vitiis tartarea
Tormenta multis non valent ſufficere;
Niſi ſuccurrat, Chriſte, tua pietas
Miſero mihi.
Nullum peccatum ſuper terrae faciem
Poteſt, aut ſcelus inveniri quoppiam,
A quorum non ſim inquinatus faecibus
Infelix ego.
Ortus, occaſus, aquilo, ſeptem trio,
Caelum, terraque, mare, fontes, flumina,
Montes, & colles, campi, mixtaque roſulis
Lilia flete.
Plangite mecum aſtra rutilantia:
Mecum mugite beſtiae ſilvicolae;
Dicite: tu es miſer, qui ſub impio
Crimine genis.
Quis me de manu Cociti flammivomi
Erui poteſt, niſi Patris unica
Proles, qui mundum pretioſo ſanguine
Jure redemit?
Redemptor Mundi, unica ſpes omnium,
AEqualis Patri, ſanctoque Spiritui,
Trinus & unus Deus inviſibilis,
Mihi ſuccurre.
Si me ſubtili penſas ſub libramine,
Spes mihi nulla remanet fiduciae;
Sed tuâ, rogo, ſalva me potentiâ,
O Fili Dei.
Tolle peccatum; dilue facinora;
Ablue ſordes; donaque chariſmata;
Inſtaura meum clementer pectuſculum
Munere tuo.
Veniam peto non meis pro meritis;
Surſus de tua certus ſum clementia,
Qui bona reis pietate ſolitâ
Gratis impendis.
Chriſte, te ſemper rectâ fide labiis
Confeſſus, corde credidi orthodoxo;
Haereticorum dogma nefas reſpui
Pectore puro.
Ymno fideli modulando gutture
Arrium ſperno, latrantem Sobellium,
Aſſenſi numquam grunnienti Symonis
Fraude ſuſurrâ.
Zelum pro Chriſti zelatus ſum nomine:
Nam ſancta mater latè me catholica
Tempus per omne nutrivit Eccleſia
Ubere ſacro.
Gloria ſancte *Trinitas unicae,
Sit Deo Patri, Genito, Paraclito:
Laus meo ſonet in hore per ſaecula
Domini ſemper. Amen.

* Fortaſſe: Sanctae Trinitati.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo ill. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis aeternae; ut, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. per &c.

ORATIO.

ABſolve, quaeſumus Domine, delicta famuli tui ill. & a peccatorum ſuorum nexibus, quae pro ſua fragilitate contraxit, tua benignitate liberetur. per &c.

ORATIO.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe: da cordibus noſtris inviolabilem caritatis effectum; ut deſideria de tua

tuâ inſpiratione concepta, nullâ poſſint temptatione mutari. per &c.

ORATIO.

AUfer a nobis, Domine, ſpiritum ſuperbiae, cui reſiſtis; & da nobis cor contritum & humiliatum, quod non deſpicis: & in anima contrita & ſpiritu humilitatis converſantes, ſic fiat obſequium noſtrae ſervitutis, ut a te ſuſcipiatur, & placeat tibi. per &c.

ORATIO.

OMnium Sanctorum interceſſionibus, quaeſumus, Domine, tua gratia nos protegat, & chriſtianis omnibus viventibus atque defunctis, ſeu qui ſua hic obtulerunt, vel ſervierunt, aut fuerunt rectores, miſericordiam tuam ubique praetende: ut viventes, ab omnibus inpugnationibus defenſi, tua opitulatione ſalventur; & defuncti, remiſſionem mereantur ſuorum omnium accipere peccatorum. per &c.

ORATIO.

DEus, a quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera; da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: ut, & corda noſtra mandatis tuis dedita; (&) tempora, hoſtium ſublatâ formidine, tuâ ſint protectione tranquilla. per &c.

ORATIO.

DOmine, adjutor & protector noſter, reflnreat caro noſtra vigore pudicitiae, vel ſanctimoniae novitate; ereptaque de manu tartari, in reſurrectionis gaudio jubeas praeſentari. per &c.

* Haec benedictio ſcripta eſt circa XII. ſaeculû a recentiori manu. Caetera, quae ſequuntur, ab antiquiori amanuenſi, qui Pſalterium Prudentii exaravit.
* *Cod.* voluntatis tuae.

* BENEDICTIO

IN RAMIS PALMARUM.

OMnipotens ſempiterne redemptor, qui de caelis ad terram deſcendere, & ad paſſionem * voluntate tua venire dignatus es, ut humanum genus tuo precioſo ſanguine liberares; adeſto Eccleſiae tuae votis, & ſupplicationibus noſtris: tu enim Domine manſuetus, manſueti animalis aſelli terga inſidens, ad paſſinnem redemptinnis noſtrae ſpontaneus advenisti; cùm tibi rami arborei, occurrentibus diſcipulorum turbis, certatim ſternerentur in via, & triumphantibus palmis cum voce laudis occurrerent plurimorum catervae, reſultantes pariter, & dicentes: Oſanna Filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini. Tibi in monte Oliveti olivarum ramis via conſtrata eſt: tu quondam Noe in archa ſuper undas diluvii gubernaſti, & columbae miniſterio per olivae ramum pacem terris redditam nuntiare voluiſti: ſicut & Jacob Patriarcha in miniſterium gloriae tuae erigens lapidem, ex hujus arboris ramis oleum benedictionis in cacumen tituli infudit: unde unxiſti Reges, & Prophetas tuos. Tu enim es Chriſtus Dei: tibi competit fructus unctionis & pacis, in cujus ineffabilem laudem Pſalmiſta cecinit dicens: *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis*. Quapropter ſupplices te, Domine, deprecamur, ut benedicas hos ramos palmarum olivarum, quos tui famuli in ſuis ſuſcipientes manibus, in occurſum tui properare, teque benedicere & glorificare deſiderant. Ecce Jeruſalem ſedens ſuper aſinam Rex manſuetus adveniſti; adveni, ergo rogamus, & nobis; & in medium noſtri conſiſte, ut te advenire in noſtris cordibus ſentiamus. Et qui nos tunc reparaſti per Crucem, iterum lapſos repara per eandem beatificam paſſionem. Oris noſtri confeſſionem, ac jejunii humiliationem libens ſuſcipe; & fructum nos viriditatis habere concede; quatinus, tuis imbribus irrigati, mereamur tibi ſuavium fructuum ubertate placere: & ſicut illi tibi proceſſerunt obviam, cum arboreis frondibus egreſſi; ita nos, te redeunte in ſecundo adventu cum palmis victoriae laeti mereamur occurrere, Salvator Mundi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis & regnas per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

*ANTIPHONA

AD PROCESSIONEM

In Purificatione Sanctae Mariae & Sancti Symeonis.

* Sequentia, ut diximus, ſcripta ſunt in Codice prima manu, antiquis notis muſicalibus.

COngregamini omnes, & videte virtutem, qualem dedit Dominus Matri ſuae.

Ant. Ave gratia plena, Dei Genitrix Virgo; ex te enim ortus eſt Sol juſtitiae, illuminans quae in tenebris ſunt. Laetare tu Senior juſte, ſuſcipiens in ulnis liberatorem animarum noſtrarum, donantem nobis & reſurrectionem.

Ant. Adorna thalamum tuum Syon, & ſuſci-

* Cod. Maria.

* Cod. porta.

ſuſcipe regem Chriſtum;amplectere* Mariam, quae eſt caeleſtis porta; ipſa enim * portat regem gloriæ novi luminis: ſubſiſtit virgo, adducens in manibus filium ante luciferum; quem accipiens Symeon in ulnis ſuis, praedicavit populis Dominum eum eſſe vitae & mortis, & Salvatorem mundi.

Ant. (*a*) O Virgo, Dei alma porta, Mundi redempti vita, conſervatorum ſpes, poſce tuum Natum, de ſede almi Patris* deſcenſum tuum in uterum:* illuminata es illuſtrantem te; o Virgo, libera a peccatis renatos per hunc, quem ulnis Symeon tenens dignus, prophetante impletus eſt ſermone; atque nunc clara lux in nos (tuum ora Natum) ſplendeat.

Proſa. Reſponſum accepit Symeon:

Proſa. Juſtus ſenex atque timoratus, ab Spiritu Sancto.

Proſa. Ex utroque Procedens promiſit, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Dominum.

Proſa. Filium atque Regis aeterni. Et cum inducerent Puerum in Templo;

Proſa. Aſſuit ſenex quoque Symeon. Accepit eum in ulnas ſuas.

Proſa. Collaudatque lactantem puerum: Et benedixit eum, & dixit:

Proſa. Quem expectavi, modò video. Nunc dimittis Domine ſervum tuum in pace.

Proſa. Te quia vidi, pax erit mihi: gratias ago; in manibus teneo Chriſtum.

Ant. Hodie beata.

DOMINICA

IN RAMIS PALMARUM.

Proſa. Ante ſex dies Paſchae venit Hieſus Bethania, ubi Lazarum reſuſcitavit a mortuis; & dixit diſcipulis ſuis: deſiderio deſideravi manducare vobiſcum, antequam patiar.

℣. Magiſter dicit: tempus meum prope eſt: apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis; & dixit.

ANTIPHONA AD PROCESSIONEM.

Collegerunt Pontifices & Phariſaei concilium, & dicebant: quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Ne fortè ve.

Proſa. Timebant verò nequam Judaei; dicebant ad invicem: Venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentes.

℣. Unus autem ex ipſis, Cayphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius prophetavit dicens: expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Proſa. Chriſtus moriturus, ut ſalvaret ſuum populum. Ab illo ergo die cogitaverunt, (ut) interficerent eum; dicentes: Ne fortè.

Ant. Cùm appropinquaret Dominus Hieroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicens: Ite in Caſtellum, quod eſt contra vos; invenietis pullum aſinae alligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit. Solvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite, opus Domini eſt. Solventes, adduxerunt ad Jeſum: impoſuerunt ibi veſtimenta, & ſedit ſuper eum. Alii expandebant veſtimenta ſua in via; alii ramos de arboribus ſternebant; & qui ſequebantur, clamabant: Oſanna; benedictus, qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris noſtri David: Oſanna in excelſis: miſerere nobis Fili David.

Ant. Caeperunt omnes turbae deſcendentinm gaudentes laudare Deum voce magna ſuper omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini: pax in terra, & gloria in excelſis.

Ant. Cùm audiſſet populus, quia Hieſus venit Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, exierunt ei obviam, & clamabant, dicentes: Hic eſt ſalus noſtra, & redemptio Iſrahel: Hic eſt, qui venturus erat in ſalutem populi. Quantus eſt iſte, cui throni & dominationes occurrunt? Noli timere filia Syon: ecce Rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſinae, ſicut ſcriptum eſt. Salve Rex fabricator mundi, qui veniſti redimere nos.

Ant. Ante ſex dies ſollemnitatis Paſchae venit Dominus in civitatem Jeruſalem, & occurrerunt ei pueri in manibus portantes ramos palmarum; & clamabant voce magna, dicentes: Oſanna in excelſis. Benedictus, qui veniſti in multitudine miſericordiae: Oſanna in excelſis.

Ant. O Rex noſter fili David, redemptor mundi, quem Prophetae praedixerunt Salvatorem Domini Iſrahel eſſe venturum: te enim ad ſalutarem victimam Patrem

(*a*) *Amanuenſi mendoſiſſimè in Codice ſic*. O virgo Dei alma porta mundi redempti vitam conſervatorum ſpes poſce tuum natum de ſede almi Patris deſcenſum tuaque uterum: illuminata es illuſtrantem te o Virgo libera a peccatis renatos nunc ulnis quem Symeon ſenex dignus prophetante impletus eſt ſermo atque nunc clara lux in nos tuum oratore ſplendeat.

Pater miſit in mundum quem expectabant omnes ſancti * ab nrigine mundi; & nunc Oſanna filin David: benedictus, qui venit in nomine Domini: Oſanna in excelſis.

* Cod. a vorigine.

Ant. Occurrunt turbae cum floribus & palmis Redemptori obviam;
Et victori triumphanti digna dant obſequia:
Filium Dei ore gentes praedicant,
Et in laude Chriſti voces tonant per nubila.
Oſanna.

Ant. Cùm turba plurima eſſent cum Hieſu, acceperunt ramos palmarum, & dixerunt: Benedictus, qui venit in nomine Domini: Oſanna in excelſis.

Ant. Via juſtorum rectâ facta eſt; iter Sanctorum praeparatum eſt, ut * ambulent de virtute in virtutem. Ibi videbitur Deus deorum in Syon; Dominus dominantium, & Rex regum in milibus milium de caelo deſcendens; prophetantibus Prophetis, ut gentium inſulae laudes divinas cum floribus palmarum fulgentibus cantent Domino, & dicant: Oſanna Fili David: benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſrahel.

* Cod. ambulem.

*Item canuntur * verſus.*

* Cod. canitur verſos.

Horum authorem dicunt Theodulphum Epiſc. Aurelianenſ.

Gloria, laus, & honor, tibi ſit Rex Chriſte Redemptor,
Cui puerile decus prompſit Oſanna pium.
Glnria.
Iſrahel es tu Rex, Davidis & inclyta proles,
Nomine qui in Domini Rex benedicte venis. Glnria.
Cnetus in excelſis te laudat * caelicus omnis;
Et mortalis homo, cuncta creata ſimul.
Glnria.

* Cod. coelitus.

Plebs hebrea tibi cum palmis obvia venit:
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi.
Gloria.
Hi tibi paſſuro ſolvebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Glnria.
Hi placuere tibi; placeat devotio nnſtra,
Rex pie, Rex clemens, cui bona cuncta placent.
Fecerat hebreos, hos glnria * ſanguinis Agni;
Gloria.
Nns facit hebreos tranſitus ecce pius.
Gloria.
Inclyta terrenis tranſitur ad ethera victis.
Glnria.
Virtus a vitiis * expiet alma tetris.
Gloria.
Nequitiâ ſimus pueri, virtute vegèti.
Gloria.

* Cod. ſanguine. Edit. ſanguinis almi.

*Cod. nos pie alma tetri.

Quod tenuere patres, da, teneamus iter.
Glnria.
Degenereſque patrum ne ſimus ab arce piorum,
Nos tua poſt illos gratia ſancta trahat.
Gloria.
* Sis pius aſcenſor, tuus & nos ſimus aſellus.
Tecum nos capiat Urbs veneranda * Deus.
Veſtis apoſtolicae rutilo fulgore tegamur.
Gloria.
* Te bene docente noſtra caterva vehat.
Gloria.
Arbore de legis caedamus dogmata quaedam,
Quae doceant Chriſto te reſonare Deum.
Gloria.

* Cod. Si pius aſcenſor tu, & nos ſimus aſellus.

* Edit. Dei.

Edit. Te bene docta ut eâ noſtra caterva vehat.

IN LETANIA MAJORE IN T.

Exurge, Domine; adjuva nos: & libera nus propter nomen tuum.

Proſa. Exurge, quare.
Kyrie eleiſon.
℣. Domine, miſerere. Kyrie.
℣. Peccavimus; miſerere. Kyrie.
℣. Quia pius es, miſerere. Kyrie.
℣. Servi tui te rogamus, miſerere. Kyrie. al. Kyrie eleiſnn.
℣. Domine, miſerere.
℣. Peccavimus, miſerere. Kyrie.
℣. Quia pius es, miſerere. Kyrie. Servi tui te rogamus, miſerere nobis, Domine. al. Kyrie eleiſnn; Chriſte eleiſon; Kyrie eleiſnn. al. Kyrie eleiſon; Chriſte eleiſnn; Kyrie eleiſon. al. Kyrie eleiſon; Chriſte eleiſon; Kyrie eleiſon.

ITEM ANTIPHONA AD PROCESSIONEM.

Ego ſum Deus patrum veſtrorum, dicit Dominus: videns vidi afflictionem populi mei; & gemitum ejus audivi, & * deſcendn liberare eos. Alleluia. alleluia.

Cod. deſcendit.

Ant. Pnpulus Syon, convertimini ad Dominum Deum * veſtrum; & dicite ei: Potens es, Domine, dimittere peccata noſtra, ut nnn inveniant nos iniquitates nnſtrae, Deus nnſter. Aëva, aëva.

Edit.: noſtrum.

Ant. Exclamemus omnes ad Dominum, dicentes; peccavimus tibi, Domine; patientiam habe in nobis, & erue nos a malis, quae cotidie accreſcunt ſuper nos. Aëva.

Ant. Parce, Domine, parce populo tuo, quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo, ut non in aeternum iraſcaris nobis. Aëva, aëva.

Ant. Multa ſunt, Domine, peccata noſtra:

tibi

tibi peccavimus Patientia Iſrahel. Libera nos Domine in tempore anguſtiae noſtrae.

Ant. Peccavimus, Domine; & tu iratus es nobis: & non eſt qui effugiat manum tuam: ſet ſupplicamus, ut veniat ſuper nos miſericordia tua: qui Ninivae pepercisti, miſerere nobis.

Ant. Confitemini Domino filii Iſrahel, quia non eſt alius Deus praeter eum. Ipſe liberabit nos propter miſericordiam ſuam. Aſpicite quae fecit nobiſcum, & enarremus omnia mirabilia ejus. Aëva.

Ant. Domine Deus noſter, qui cum patribus noſtris mirabilia magna feciſti; & noſtris glorificare temporibus, qui miſiſti manum tuam de alto, & liberaſti eos. Aëva.

Ant. Redime Domine de interitu vitam noſtram; & non ſecundùm peccata noſtra retribuas nobis; quia tu ſcis figmentum noſtrum. Recordare, quia pulvis ſumus. Aëva. aëva.

Ant. Pro pace Regum & Principum.

INvocamus te, Domine Deus clementiſſime, * & oramus te, ut nobis aëris temperiem dones, caelique ſerenitatem, & fructûs terrae largire digneris, Largitor bone. Tu es verus paſtor noſter; nos agni & filii tui, quamvis miſerrimi: miſerere noſtri Deus miſericordiſſime. Per ſuffragia omnium Sanctorum, atque Angelorum tuorum, ſupplicamus te Rex omnipotens, paganorum jugum diſſipando concute, arma illorum confringe, & * virtutem contere; Jeſu Chriſte Domine Redemptor noſter, arma invictiſſima noſtra. Reminiſcere Redemptor magne, quoniam redemiſti nos piiſſime pretioſiſſimo ſanguine tuo, Creator Angelorum, Reſtaurator hominum, ſpes & miſericordia peccatorum, nunc & in ſempiterna ſaecula. Amen.

* Cod. adoramus.

* Cod. virtute.

Ant. In tribulatione clamamus ad te, Domine: noli nos perdere, pro quibus dignatus es de caelis deſcendere: ſubveni, & libera nos in tempore anguſtiae.

Ant. Rogamus te Domine Deus, quia peccavimus tibi: veniam petimus, quam non meremur. Manum tuam porrige lapſis, qui Latroni confitenti paradiſi januas aperuiſti. Vita noſtra in dolore ſuſpirat, & in opere non emendat: * ſi expectas, non corrigimur; & ſi vindicas, non duramus. Manum.

* Cod. ſi expectat, non corripimur.

Ant. Peccavimus, Domine, peccavimus tibi: parce peccatis noſtris, & ſalva nos: qui gubernaſti Noe ſuper undas diluvii, exaudi nos: & Jonam de abyſſo, verbo revocaſti; libera nos: qui Petro mergenti manum porrexiſti, auxiliare nobis Chriſte Filius Dei.

Ant. Exaudi nos Domine, qui exaudiſti Jonam de ventre coeti. Exaudi nos clamantes, qui exaudiſti David proſtratum & jacentem in cilicio, clamantes & dicentes: parce, parce; & defende plaſma * tuum, Deus noſter.

* Cod. tua.

Ant. Libera Domine populum tuum de manu mortis; & civitatem iſtam protegat dextera tua: ut viventes benedicamus te, Domine Deus noſter.

Ant. Deprecamur te, Domine, in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua a civitate iſta, & domo ſancta tua, quoniam peccavimus.

Ant. Nec * obſervavimus neque fecimus, quae praecepiſti nobis, ut bene nobis * eſſet: peccavimus, Domine; miſerere nobis.

* Cod. obſervabimus.

* Cod. eſſe.

Ant. Iniquitates noſtrae, Domine, multiplicatae ſunt ſuper capita noſtra; delicta noſtra creverunt uſque ad caelum. Parce, Domine, & inclina ſuper nos miſericordiam tuam.

Ant. Terribile eſt, Chriſte, judicium tuum; ubi Cherubim & Seraphim contremeſcunt; ubi Angeli tremunt, qui non peccaverunt; ubi Juſti terrentur, qui placuerunt coram te Domine, * illic ſplendore tuo ſatiantur. Libera Salvator, libera populum tuum de morte aeterna. Quem deprecemur, qui te mitiget omnium Domine, niſi miniſtros tuos, miſericors, Michaël principem Angelorum, Gabriel nuntium Virginum, Angelorum chorum? Juſtorum Animae intercedite pro nobis, dicentes: miſerere Deus tuae plaſmae; tuam imaginem ne deſpicias, Domine.

* *Edit. apud Thom. in lib. antiq. Miſſ. pag. 263.* illi ſplendorem tuum ſatiantur.

℟. Domine Deus, qui con.
℟. Domine Rex omnipotens.
℟. Tua eſt potentia.
℟. Aſpice, Domine.
℟. Anguſtiae mihi.
℟. Emendemus in.
℟. Scindite.
℟. Peccante.
℟. Dominator.
℟. Exaud. Dominus.
℟. Refulſit.
℟. Domine Rex.
℟. Aſpice Deus.
℟. A facie ſu.
℟. Abſconditam.
℟. Qui cognos.
℟. Adonai.

 ℟. Con-

℞. Congrega.
℞. Tu Deus univerſorum.
℞. Super muros.
℞. Senti pēt.
℞. In jejunio.
℞. Afflicti p.
℞. Impetum.
℞. Da pacem, Domine.
℞. Muro tuo inexpugnabili.
℞. Civitatem iſtam.
℞. Paradiſi Porta.
℞. Tribularer, * ſi neſciret.

* Cod. ſci.

℞. Aperi caelos tuos, Domine.
℞. Domine Rex omnipotens.
℞. Congregatae ſunt gentes.
℞. Extende, Domine.
℞. Suſtinuimus pacem.
℞. Qui caelorum. Cti abſcondite hl.
℞. Peccata mea, Domine.

ANTIPHONA.

TImor & tremor venit in Niniven civitatem magnam, per quem ſceleratae plaebi * indicitur jejunium: & luctuoſa plebs induitur cilico. Contigit autem & regem nobilem de ſolio ſuo deſcendere, ut eſſet humilior cunctis lugentibus: & praedicavit per univerſum regnum: Omnes viri, & ſexus foemineus non guſtent quicquam; bos & pecora non * paſcantur herbis terrae; pueri & vituli non ſugant matris ubera: ſed clament ad Deum in fortitudine ternis diebus, ne patiantur ùt Sodoma. Et tu Deus omnipotens, miſericors & miſerator, & miſertus * es miſeris. Nos ſumus opera tua, quos dediſti Filio tuo in hereditatem tuam, noli claudere aurem tuam ad preces noſtras; ſed ſubleva clemens afflictionem populi. Illud recole, quod pollicitus * es, dicens: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, Aëva.

* Cod. induitur jejunio.
* Cod. paſcant.
* Cod. eſt.
* Cod. eſt:

Ant. Oremus, dilectiſſimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus; morbos auferat; famem depellat; aperiat carceres; * famem diſſolvat; peregrinantibus reditum; infirmantibus ſanitatem; navigantibus portum ſalutis indulgeat: & pacem tribuat in diebus noſtris, inſurgenteſque repellat inimicos; & de manu inferni liberet nos propter nomen ſuum.

* Edit. vincula diſſolvat. *Vide antiq. lib. Miſſar. Thomaſii pag.* 143.

Ant. Petite, & dabitur vobis; quaerite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis. Aëva.

Ant. Omnis, qui petit, accipit; & qui quaerit, invenit: pulſanti aperietur.

Ant. Clementiſſime exaudi Domine populum tuum.

Ant. Vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter de caelo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

Ant. In tribulationibus exaudi nos: mitte nobis de caelo auxilium, quia multa mala circumdederunt nos: libera nos Domine Deus noſter.

Ant. Oportet, nos mundum contemnere, ut poſſimus ſequi Chriſtum Dominum, ne perdamus vitam perpetuam propter vanam hujus mundi gloriam. Te laudamus, Domine omnipotens, qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim, exaudi nos: te laudant Angeli & Archangeli; te venerantur Prophetae & Apoſtoli: te adoramus, te deprecamur magnum Redemptorem, quem Pater miſit ovibus Paſtorem. Te laudamus, Deus noſter.

Ant. Salvator noſter, Domine, noli nos perdere, pro quibus ipſe in Cruce dignatus es aſcendere. Subveni, & libera nos in tempore anguſtiae.

Ant. Aruerunt montes, ſiccaverunt flumina, terra denegat flores, flent animalia: Tu, qui pius es, Domine, dona terrae pluviam.

Ant. Peccavimus, Domine, peccavimus, & peccata noſtra cognoſcimus: clementiſſime Deus, dona nobis pluviam.

Ant. Domine, ne taceas, neque quieſcas; quia dixerunt inimici noſtri: diſperdamus eos de gente, & non memorabitur nomen eorum amplius. Tu autem, Domine, pone illos ſicut ſtipulam ante faciem venti, ut ſciant quia tu es Deus noſter.

Ant. Exaudi Deus deprecationem noſtram, & propitius eſto populo tuo; & converte tribulationem noſtram * in gaudium, ut viventes benedicamus te, Domine Deus noſter.

* Cod. in gaudio.

Ant. Miſerere, Domine, plebis tuae, ſuper quam invocatur nomen tuum; ut ſciant omnes, qui habitant terram, quia tu es Deus populorum tuorum.

Antiphona ad pluviam poſtulandum.

REcordare, Domine, quid acciderit nobis: intuere, & reſpice, quia exaruerunt omnia; ſed da pluviam ſuper terram: ne in perpetuum obliviſcaris noſtri, Domine Deus noſter.

Ant. Ubi ſunt miſericordiae tuae antiquae Domine, ſicut juraſti David in veritate tua? memor eſto, Domine, & da nobis pluviam.

Ant. Exaudi, Domine, populum tuum confitentem nomini tuo: & dimitte peccata

cata ſervorum tuorum, & da nobis pluviam.

Ant. * Pluviam voluntariam & neceſſariam dona Deus hereditati tuae.

* *Cod.* Pluvia voluntaria & neceſſaria.

Ant. Qui reſpicis in terram, Domine, & facis eam tremere ante te; dona nobis pluviam roris, ut ſatietur terra pinguedine.

Ant. Exaudi, Domine, populum tuum toto tibi corde * proſtratum, & irriga terram pluviâ ſalutis tuae, ut * aridam reſtauret dextera tua, Domine Deus noſter.

* *Cod.* proſtratos.
* *Cod.* arida.

Ant. Domine Rex omnipotens, creator omnium rerum, aperi fontem pietatis tuae; & infunde * terrae pluviam ſupernae benedictionis.

* *Cod.* terrae pluvia.

Ant. Reſpice cuncta, quia tua ſunt, Domine, & da faciem roris ſuper terram.

ITEM * VERSUS.

* Hymnus S. Ambroſii Epiſcopi Mediol.

SQualent (*a*) arva ſoli pulvere multo;
Pallet ſiccus ager, (*b*) terra fatiſcit,
Nullus ruris honos, nulla venuſtas,
Quando nulla viret gratia florum.

℣. (*c*) Tellus dura ſiti neſcit aratrum;
Fons jam neſcit aquas; flumina curſus;
Herbas neſcit humus, neſcit aratrum;
Magno rupta patet turpis hiatu.

℣. (*d*) Fervet ſole dies, igneus ardor
Ipſas urit aves; frondea rami
Feſſis tecta negant; pulvis arenae
Sicco deſpuitur ore viantis.

℣. Ventis ora (*d*) ferae, beſtia ventis,
Captanteſque viri flamina venti;
Ventis & volucres ora recludunt,
Hac mulcere ſitim fraude volentes.

℣. Foetus cerva ſuos, pignora cerva,
Foetus cerva ſiti feſſa recuſat,
Foetus cerva pios moeſta relinquit,
Quaeſitam quoniam non vehit herbam.

℣. Venerunt juvenes, pocula noti
Quaerentes putei; lymphaque fugit:
Et vaſis vacuis tecta reviſunt,
Fletus, heu! proprios ore bibentes.

℣. Bos praeſepe ſuum linquit inane;
Pratorumque volens carpere gramen,
Nudam verſat humum; ſic pecus omne,
Fraudatum, moriens labitur, herbis.

℣. Radices nemorum ruſtica plebes
Explorat, miſero curva labore,
Solarique famem cortice quaerit,
Nec ſuccos teneros arida praeſtat.

℣. Hanc peccata famem noſtra merentur;
Sed merce propriâ Chriſte * faveto.
Quò * culpa gravior, gratia major,
Juſtis * ſuppliciis vincla reſolvat.

℣. Jam caelum reſeres, arvaque laxes
Foecundo placidus imbre, rogamus:
Heliae meritis, impia ſaecla
Donaſti pluviâ: nos quoque dones.

(*a*) *Hic hymnus innumeris ſolaeciſ ſcatet in Cod. quos de medio ſuſtulimus, emendavimuſque, ut alibi in hoc Codice: ne lectori faſtidium crearet.*
(*b*) *Cod.* Turba.
(*c*) *Edit.* Tellus dura ſitit, neſcia roris.
(*d*) *Cod.* fervens.
(*e*) *Cod.* ferunt veſtiae.
* *Edit.* fovato.
* *Cod.* Quod.
* *Edit.* Juſti ſupplicii vincla reſolvens.

℣. Aeterne Genitor gloria Chriſtô
Semper cum Genito ſit tibi, ſancto
Compar Spiritui, qui Deus unus
Pollens perpetuis inclyte ſaeclis. Amen.

* *Cod.* Aeterni Genitor gloria Chriſti.

Antiphona pro ſerenitate.

NOn nos demergat, Domine, tempeſtas aquae; neque abſorbeat nos profundum; neque urgeat ſuper nos puteus os ſuum. Mitte manum tuam de alto, & libera nos de aquis multis.

Ant. Inundaverunt aquae, Domine, ſuper capita noſtra: invocamus nomen tuum de lacu noviſſimo: ne avertas faciem tuam a ſingultu noſtro, & clamoribus.

Ant. Non in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, Domine; ſed in miſerationibus tuis multis. Placare Domine, & vide tribulationem noſtram.

Ant. * Aſcendens Jeſus.

* *Cod.* Aſcendentem.

Ant. Reſpice cuncta, quia tua ſunt, Domine; & da faciem roris ſuper terram: abſtolle pluviam Deus noſter.

℣. Auſer a nobis, Domine, iniquitates noſtras; ut mereamur puris mentibus introire ad Sancta Sanctorum.

Ant. Exaudi, exaudi, exaudi Domine preces noſtras. Sancta Maria ora pro nobis.

Ant. Miſerere, miſerere, miſerere Domine populo tuo: ne in aeternum iraſcaris nobis.

ITEM ALII VERSUS.

* Hujus hymni auctor creditur S. Ambr. Ep. Mediolan.

OBduxere polum nubila caeli;
Abſconduntque diem, ſole fugato,
Noctes * continuas ſydere nudas,
Et lunae viduas carpimus olim.

℣. Aether dira micat, igne * coruſcat:
Concuſſoque tremit cardine mundus:
Caeli porta tonat; ruptaque credas
* Axis aetherei vincla reſolvi.
Obdux. &c.

* Et creſcunt pluviis aequora ponti;
Nec fines proprios jam freta norunt:
Terrarum medio * ruptat & unda:
Errabunda ſecat arva carina.

℣. Portus nauta ſuos, littora nauta,
Seceſsûſque ſuos nauta requirit;
* Hoſpes nauta ſ[illegible]is vitibus hoſpes;
Meſſes nauta ſupêr navigat hoſpes.

℣. Flentes agricolae culta relinquunt,
Spectant naufragium triſte laboris;
Meſſis laeta natat: ſemina, cenſus,
Nati, tecta, pecus, arvaque migrant.

℣. Cernas alta domûs culmina ferri;
* Et mutata locis limina poni;
* Moeſtas inter aves ludere piſces;
Piſces in tremulis ludere tectis.

* *Cod.* continuo.
* *Edit.* igne coruſco.
* *Cod.* faxis aethercis.
* *Edit.* Excreſcunt.
* *Edit.* fluctuat unda.
* *Cod.* opes; & ita infra
* *Edit.* mutatiſque locis.
* *Cod.* meſta.

℣. *Spectat turba, virûm turba (a) ſeoeſtris;
Spectat ſoeminei turba pudoris,
Deploratque ſamem turba precantûm;
Victum (b) navigiis nauta miniſtrat.
℣. Deus paree tuâ morte redemptis;
Prior diluvium pertulit aetas,
Ut mundaret aqua crimina terrae;
Sed mundata tuo ſanguine (c) terra eſt.
℣. Ramum (d) miſſa ferens oie columba
Ramum paci ſerae munus olivae,
Exutas liquido fluinine terras,
Laeto ſignificet lapſâ volatu. Obdux. &c.

*Edit. addit: Everſos videas arbore nidos, Pullis cum teneris per freta duci, Nec matrem exilio ponere curas, Majoreſque metu cogere foetus. (a) Cod. feneſtra. (b) Cod. navigium tuta. (c) Cod. terrae. (d) Edit. Jam nunc miſſa &c. (e) Cod. orbis. (f) Cod. clament, dicent.

Ant. Qui caelos aperuiſti, & mundum viſitaſti, tibi tremunt (e) orbes terrae: & omnis creatura (f) elamat, dicens: Sanctus, Saoctus, Sanctus. Michaël, & Gabriel, Raphaël, & Seraphim, qui portaſtis thronum Inviſibilis: vos pro nobis intercedite, quia gravis ira venit ſuper nos. Domine, miſerere nobis.

Antiphona in Domo.

PAx huic domui, & omoibus habitantibus in ea. Pax egredieotibus, & regredieotibus. Aëva.

Ant. Ingredimini benedicti Domini, quia praeparata eſt habitatio veſtra; pax in caelo, pax in terra. Aeva. aëva.

Ant. Qui Chernbim * miſticè imitamur; & vice Trinitatis ter ſanctum hymnum decantamus, omnem nunc ſecurè deponamus ſollicitudinem, ſicuti Regem omnium ſuſcipientes, * cui inviſibiliter Angelorum officio miniſtratur. aëva.

* Cod. miſtice.

* Cod. cum.

Ant. ad Regem ſuſcipiendum.

SIt Dominus Deus tuus beuedictus, cui complacuit, ut daret tibi ſedem honoris: & benedicat tibi in aeternom Deus tuus. aëva. aëva. aëva. aëva.

Ant. Benedictus Deus patrum tuorum, faciens miſericordiam cum domo patris tui: & Dominus Deus tecum: atque omnes * inimici ſub pedibus tuis: & ſtabiliat regnum tuum in paee; ut per te nomen ejus ſanctum magnificetur in ſaecula. aeva.

* Cod. inimicos.

Antiphona ad Pontificem ſuſcipiendum.

DEſideravimus * faciem tuam videre cum gaudio; ideo * ſuſcepimus cum deſiderio: atque Dominum petimus, ut honorem tuum ſtabiliat longa per ſaecula. aëva. aeva. aeva. aëva. aeva.

Ant. Super Paſtorem noſtrum, Domine, quaeſumus, benedictio copioſa deſcendat, fides ſancta ſuccreſcat, redeoiptio ſempiterna firmetur. aeva.

* Haec antiph. extat in ant. q. libr. m ſſarumVen. Card. Thomaſi pag. 243 & habet, deſideramus. * Cod. ſuſcipimus.

℣. Et uſque in ſaeculom ſaeculi permaneat nomeo tuum.

Ant. Redemptor mundi, conſerva Epiſcopatum tuum: ipſe enim, qui Ezechiae regi ter quinos annos auxit ad vitam, augeat tempora tua; & videant oculi tui pacem in diebus tuis. aëva.

Ant. Benedictus * tu in Civitate, benedictus ubique, benedictus populus tuus.

* Cod. benedicta tu in civitate, benedicta ubique.

Ant. Domine Deus noſter, dona virtutem, & victoriam da imperio noſtro.

Antiphona ſuper Menſa.

TIbi, Chriſte, referimus gratias, qui nos de divinis muneribus * ſatias: ex menſâ, plenâ donis tuis omnibus, nos ſumentes, te laudamus Domine: de quo edentes, laudes tibi dicimus, nuoc & ſemper, per omnia ſaecula. aëva. aëva. aeva. aëva. Aëva. aëva.

* Cod. ſatiat.

Ant. Deo gratias. Semper Domine tibi gratias, qui oos de tnis donis ſatias; ſatiati de donis, Domine, memor ſumus Sanctorum tuorum: te laudamus; te benedieimus, Deus noſter. aëva. aëva. aëva.

Antiphonae dominicales, & ad Proceſſionem.

SIgnum Salutis pone Domine, in domibus iſtis; ut non * permittas introire angelum percutientem in domibus, in quibus habitamus: pone ſignum tuum Paſtor optime, & protege nos; & non erit in nobis plaga nocens. aëva.

* Haec antiphona in antiq. libr. Miſſarum Ven. Thomaſii, pag. 244. inſcribitur: In domo. * fortè: permittat.

Ant. Deus de caelis, qui es pius, Deus da benedictionem ſuper hanc domum; ut qui in ea habitant, corporis ſanitatem accipiant, & vitam aeternam poſſideant. Dextera Dei Patris benedicat & ſalvet, protegat & deſendat ab omni malo populum hunc convenientem: det eis in praeſenti ſaeculo corporis ſanitatem, & poſt hujus ſaeculi finem vitam ſempiternam. aëva. aëva.

Ant. Sicut paſtor portat ovem perditam ad gregem ſuum, ſic porto & complector vos, dicit Dominus. Ego feci, & ego feram: ego creavi, & ego ſuſtinui, & ego redemi vos. Ego dimittam peccata veſtra. Sanctus, Sanctus, Sanctus Iſrahel.

Ant. O glorioſa Genitrix Virgo ſemper Maria, quae Dominum meruiſti portare, & Regem Angelorum ſola Virgo lactare: noſtri quaeſumus pia memorare, & pro nobis Chriſtum deprecare; ut tuis ſulti patrociniis, ad caeleſtia regna mereamur pervenire. aëva. aëva.

Ant. Dei Genitrix, quae Archangeli gaudium

Digitized by Google

dium ſuſcepiſti, & Deum in utero portaſti: Sanctum, quem videre, ùt eſt, non praeſumunt Angeli: Cherubin, & Seraphin multiluminibus inceſſabili eum voce glorificant: quem tu portaſti, ipſum deprecare; donare nobis magnam miſericordiam, deprecare.

Ant. In templo tuo, Dei Genetrix Virgo, manus expandimus ad ſupplicationem: intercede pro nobis Mater Chriſti Dei noſtri.

Ant. Sub tuis viſceribus confugimus Dei Genitrix; noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitate; ſed a periculis libera nos ſemper, Virgo benedicta.

Ant. O Maria, Jeſſe Virgo, Caeli Regina, maris Stella; plenitudo temporis ecce jam venit; jam Florem olim promiſſum protuliſti. Ergo precamur, o Domina, ut qui te meruimus confiteri Chriſti Matrem, ſentiamus & piam: & * ſingulari merito nunc nobis tu facias placabilem; & dies iſtos, tuae ſanctae virginitatis * partui dicatos, bene nobis ipſe propter te ò benigniſſima ditabit; quò temporalis ſollemnitas nos ad aeternam introducat laetitiam.

* *Cod.* ſingularis.

* *Cod.* partum.

Ant. O quàm caſta Mater, & Virga fecunda Maria, quae ſine ulla contaminatione concepit, & ſine dolore genuit Salvatorem. O quàm caſta mater, quae nullam novit maculam; Deum portare meruit. O beatum ventrem Mariae, quae tantum nobile protulit, ut diceret * & chorus caeleſtium: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax.

* *Cod.* ſed.

Ant. O beata infantia, per quam noſtri generis reparata eſt vita. O gratiſſimi delectabileſque vagitus, per quos aeternos ploratûs evaſimus. O felices panni, quibus peccatorum ſordes extersimus. O praeſepe ſplendidum, in quo non ſolum jacuit foenum animalium, ſed cibus inventus eſt Angelorum.

Antiphona in Adventu Domini.

VEnite omnes, & exultemus in conſpectu Domini; quia prope eſt dies, in quo Natalem ejus celebremus; ut in illo die, mundo corde ad altare Domini perveniamus: quia promittitur Filius * Virgini per viſitationem Spiritûs Sancti. O beata infantia, per quam generis noſtri vita eſt reparata; quia tamquam ſponſus de thalamo Mariae, Chriſtus proceſſit ex utero. O Virgo ſuper Virgines benedicta; ſic paries filium, ut & virginitatis non patiaris detrimentum.

* *Cod.* Virginis per viſitatione.

Ant. Prophetavit Eſaias, & dixit: Vidi ſpeciem hominis, quaſi filium Dei, ſedentem in ſede: thronum ejus ſpecioſum; & ſtabat in circuitu ejus turba Angelica: vidi quaſi * Virginem in throno ſtantem; & dixit mihi unus de miniſtris: Haec conceptura eſt Salvatorem Mundi. aëva. aëva.

* *Cod.* virgo.

Ant. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo Virgo, neſciens virum, * pariet filium, editum ex Patre ante luciferum; in quo bos & aſinus cernunt Dominum in praeſepio poſitum; & Maria lactat, a quo alitur Mundus. Ideo, Mundi Domina & Angelorum Regina, pro nobis miſeris, * quem genuiſti, inplora; ut per temporalem ejus adventum, laetum eum in futuro ſuſcipere mereamur. aëva.

* *Cod.* pariat

Cod. quae genuiſti, implorant.

Antiphona in Quadrageſima.

CHriſte, pater miſericordiarum, qui tempus acceptabile reis indulges, reminiſcere miſerationum tuarum; & quos nunc uſque toleras, ad poenitentiam conpunge. Peccavimus, Domine, in omnem juſtitiam tuam; & iniquitates noſtrae abſtulerunt nos; & tu iratus es, & avertiſti faciem tuam; & poſſederunt nos Domine abſque te. Sed reſpice; tu Pater noſter es, & nos lutum: ne iraſcaris ſatis; neque * multitudinem miſerationum tuarum ſuper nos contineas ultra; ſed parce, placare, attende; & fac nobis juxta multitudinem benignitatis tuae, * in die bona, quam tu feciſti. O fons David patens, in ablutione menſtruatae ne confundamur in nobis, ſed laetemur in te.

* *Cod.* multitudine viſcerum tuorum.

* *Cod.* ut in die.

Ant. Cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuae, & coeperit judicare ſaeculum per ignem, & aſſiſtent ante eum omnes chori Angelorum, & congregabuntur ante eum omnes gentes; tunc dicet his, qui a dextris ejus ſunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete praeparatum vobis regnum a conſtitutione mundi: & ibunt impii in ſupplicium ſempiternum; Juſti autem in vitam aeternam; & regnabunt cùm Deo in ſaecula.

Ant. Cùm venerimus ante conſpectum Domini in die judicii, ubi aſſiſtunt milia milium, & deces centena milia Angelorum, Archangelorum, Cherubim, & Seraphim: ibi Sanctorum chori circumſtabunt, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum, & omnia agmina Sanctorum: ibi manifeſtabuntur abſcondita cordium noſtrorum. Sed tu, Deus piiſſime Pater, transfer a nobis illud damnationis judicium,

quo

quo ſine fine punientur opera delinquentium: & concede cum Electis tuis poſſidere aeternitatis regnum.

Ant. Sanctus Deus, qui ſedes ſuper Cherubim, ſolus inviſibilis: Sanctus fortis, qui Dei Genitricis orationem ſuſcepiſti: Sanctus inmortalis, tu ſolus inmaculatus. Salvator, miſerere nobis. aëva. aëva.

Ant. Sedit Angelus ad ſepulchrum Domini ſtolâ claritatis coopertus. Videntes eum Mulieres, nimio terrore perterritae aſtiterunt a longe. Tunc locutus eſt Angelus, & dixit eis: Nolite metuere; dico vobis, quia illum, quem quaeritis mortuum, jam vivit, & vita hominum cum eo ſurrexit. aëva.

Ant. Ego ſum Alpha & Omega, primus & noviſſimus, initium & finis: qui ante mundi principium, & in ſaeculum ſaeculi vivo in aeternum. Manus * meas, quae vos fecerunt, clavis confixerunt: propter vos flagellis caeſus ſum, ſpinis coronatus ſum, aquam petii pendens, & acetum * porrigebat, in eſcam meam fel dederunt, & in latus * lancea: mortuus, & ſepultus ſum; reſurrexi; vobiſcum ſum: Videte, quia ego ipſe ſum, & non eſt Deus praeter me. aeva.

* *Cod.* meae.

Ant. * Dicant nunc Judaei, quomodo milites cuſtodientes ſepulchrum perdiderunt regem, * ac lapidem poſitionis; quare noo ſervaverunt petram juſtitiae: aut ſepultum reddant, ant reſurgentem adorent nobiſcum, dicentes: aeva. aëva.

* *Cod.* ad lapidem.

Ant. Maria vidit Angelum indutum ſplendore, quem cum lacrymis interrogat de Chriſto Salvatore: Ubi eſt meus Dominus, & Filius Excelſi, quem Judas per oſculum? * ùt agnus crucifixum. Lapis revolutus eſt ab ore monumenti: non eſt hic; ſurrexit, ſicut dixit. aëva. aeva. aeva. aëva. aëva.

* *Deeſt aliquid.*

Ant. Poſtquam reſurrexit a mortis vinculis Dominus noſter, oſtendit * ei vulnus pretioſi lateris; fixuras clavorum, & omnia recentiſſima paſſionis ſigna monſtrabat, dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum, qui mortuus fueram; &, calcato tyranni imperio, reſurrexi: Sic enim oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis die tertia, & praedicari in nomine ejus remiſſionem omnium peccatorum. * Aeluia.

* *Forte, eis.*

Antiphona in Sancta Paſcha.

Vidi † aquam egredientem de templo a latere dextro. aëva. & omnes, ad quos pervenit aqua iſta, ſalvi facti ſunt: & * dicent. aëva. aëva.

† *Supple lector ex noſtro Codice hiatum hujus antiphonae in libr. antiq. Miſſarum Ven. Card. Thomaſii pag. 287. col. 2.*

* *Edit.* & dicunt.

Ant. In die reſurrectionis meae, dicit Dominus. aëva. congregabo gentes, & colligaoı regna, & effundam ſuper vos aquam mundam.

Ant. Hieruſalem civitas ſancta, ornamentis martyrum decorata, cujus plateae ſooant laudes de die * in die.

Venite adoremus, & procidamus ante Deum, qui fecit nos; quia ipſe eſt Dominus noſter, qui ſemetipſum obtulit pro nobis Deo Patri ſacrificium in odorem ſuavitatis: affixus namque eſt in patibulo Crucis; redemit nos a peccatis. Reſeramus ergo illi gratias, quia eruit nos a morte perpetua, & tranſduxit nos * ad laetitiae ſempiterna gaudia. aëva.

* *Cod.* ad laetitiam.

Antiphona ad Proceſſionem in Civitate, quum in ea vadit per Eccleſiam.

Deus, qni es benedictus in ſaecula ſaeculorum, ſuſcipe preces Archangelorum, & orationes Sanctae Mariae. Libera populum ad te clamantem; mitte nobis auxilium de caelo. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis: qui tollis peccata mundi, miſerere oobis.

Ant. Archangelorum virtutes, & chori Angelorum ſupplicant te amatorem hominnm: genus humanum ne derelíquas; & Civitatem iſtam, deſertam (ne) oſtendas nobis; ſed ceſſa (ab) irâ deſuper venturâ, qui caſtigas, & iterum ſanas. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus inmortalis, trinum Sanctum nomen, ſalva nos.

Ant. Dominus omnipotens benedicat nos, creſcere nos faciat atque multiplicet. Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Syon, ſic deſcendat ſuper nos

Antiphona in Caritate.

Caritas eſt ſummum bonum, amplum donum; in qua pendet totus ordo praeceptorum; per quam vetus, atque nova lex impletur; * per quam Deus, ac proximus diligitur; per quam caelorum regnum adipiſcitur. Illa namque manet, quae latet, & quae patet in divinis ſermonibus. - Cari. In qua qui manet, in Deo manet, & Deus in eo. - Cari.

* *Cod.* per quod.

Ant. Deus beatitudo, auge in nobis fidem, auge ſpem, caritatem dona: in quo & a quo & per qnem beata ſunt, quaecumque beata ſunt, omnia: o beata Trinitas.

Anti-

Antiphonae Dominicales.

DEclarator bone, diſpenſator omnium, qui poenitenti culpas dimittis: pax in terra, & gloria in excelſis. aëva.

Ant. Omnipotens Deus, moeſtorum conſolatio, laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium; ut omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe.

Ant. Omnipotens Deus, ſupplices te rogamus & petimus, ut interceſſio Archangelorum ſit pro nobis ad Dominum, Michaëlis, & Gabrielis, pariterque & Raphaëlis: ut digni offeramus Domino hoſtias ad Altare; & appareamus ante Salvatorem per intereeſſionem novem ordinum Angelorum, Throni, & Dominationum, Principatuum, & Poteſtatum, & Virtutumque, Cherubim, & Seraphim; ut ipſi intercedant pro nobis, qui non ceſſant clamare ſemper: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. Rex Iſrahel, qui regnas ſine fine, dignare ſamulos tuos hodie exaudire. aëva.

Ant. O pietatis Deus, qui mundum univerſum tuâ potentiâ regis, te laudamus cuncti; Qui hunc locum in honore Sanctorum conſecraſti tuorum, atque tuis ſervitiis oportunum ſeeiſti, & gentem advenientem gaudiis laetificaſti. Hîc gratia namque Salvatoris mundi, * rectis corde * condonetur. Hîc feliciſſima Dei Genitrix, chorique Angelorum * dant opem petentibus; hîc Apoſtolorum gloria; hîc victoriae Martyrum, * coronaeque Confeſſorum, & ſuffragia Monachorum, caſtitas quoque virginalis, nobis atque cunctis piè poſtulantibus relaxent delicta * per aevum. aëva.

* Cod recti.
* Scillcet, donetur.
* Lege, dent.
* Cod. victoria... coronaſque.

Antiphona in Paſcha ad proceſſiones.

CUm deſcendiſſet Dominus ad infernum, portarum inſerni vectes ferreos confregit; tartari fremebant, diceutes: Unde eſt iſte tam fortis, tam ſplendidus, tam praeclarus? Prophetae cecinerunt, dicentes: Iſte eſt ille, de quo prophetatum eſt, dicentes: tollite portas, principes, * veſtras; & elevamini portae aeternales, & * introibit Rex gloriae. Dominus fortis & potens in praelio alligavit * diabolum tartari; & daemones fremebant, & inorepabant, dieentes: O princeps noſter diabole, ut quid hîc iſtum adducere voluiſti, & omnes obnoxios perdidiſti: illas tuas divitias, quas aquiſiſti poſt Paradiſi amiſſionem, ecce nunc perdidiſti per Crucem. Tu illum * ſuſpendens in ligno, ecce quanta damna ſuſtines in iuferno: periit omnis laetitia tua; in luctu converſa ſunt gauida tua. * aëluia.

* Cod. veſtris.
* Cod. introivit.
* Cod. diabolos tartaris.
* Cod. ſuſpendentem in lignum.
* Sic.

Dominica poſt Aſcenſa.

LOngo contritus carcere Filius Dei, Dominus noſter reſurrexit a mortuis. aëva. aëva. Oſtendens Apoſtolis dira elavorum ſigna in membris ſuis, dixit: Pax vobiſcum. aëva. aëva. Quia ego vici Mundum, & ſurrexi. aëva. aëva. Et vos teſtificate mundo * & reſurrectionem meam. aëva. aëva. Haec cùm dixiſſet his verbis, illis intuentibus, apertis ſibi * caelis, ferebatur in nube, * & conſedit in throno Regni. alleluia, aëva. aëva. aëva.

* Cod. caeli.
* Cod. conſedet.

Antiphona in Pentecoſte.

HOdie, fratres dilectiſſimi, poſt aſcenſum Salvatoris ad Patris dexteram, Sanctum ſuum in mundum Spiritum promiſſum miſit diſcipulis ſuis. Aëva, aëva, aëva. Quia * ſummum Dei procedens majeſtate, Apoſtolorum inviſibiliter penetravit pectora. aëva. aëva. aëva. Novum etenim in eis ſanctificationis exhibuit ſignum. aeluia. ut in ore eorum omnium genera naſcerentur linguarum. aëva. aëva. aëva; ut euntes in mundum univerſum docerent Euangelium regni Dei. aëva. Per quem te deprecamur Domine, ut redemptum atque tibi eredentem populum cuſtodias, noxias ſubtrahas, pacem concedas: tuâ virtute firmetur, tuâ miſericordiâ ſublevetur in aeterna ſaecula: quò tibi, Trinitas Sancta, mereamur inceſſabiliter canere cum Sanctis tuis gloriam. aëva. aëva. aëva.

* Cod. ſuis.
* Fortè legendum: Qui (nempe Spiritus Sanctus) a ſumma Dei procedens majeſtate.

Antiphona Sancti Johannis.

JOhannes eſt nomen ejus: & multi in nativitate ejus gaudebunt; erit enim magnus coram Domino; & ipſe praeibit ante illum in ſpiritu & virtute Heliae.

Antiphona in Sanctum Laurentium.

O Beate Laurenti, per te noſtris * luminis reddita eſt gratia. O Sancte Laurenti, per te Chriſto decoratur noſtra oratio, per quem nobis omnibus reddita eſt

* Lege, luminibus.

eſt gratia. O ſanctiſſime, qui carnificum ſubiſti vulnera, ne tuus populus adiret ad tartara. O felix Martyr, cardis ferreis laceratus pro Chriſti nomine, lampadum ardentium fervore aduſtus, carceris obſcuritate retruſus. Haec videntes non ſufficiunt? O quàm ſpecioſam duxiſti vitam, ad cujus tumulum cuncti laeſi ſanantur, coeci lumine reſtituuntur, claudi greſſibus, daemnnes effugantur, leproſi mundantur; omnes * devnti veninnt, qui poſt * (voti) vnta reſolvunt. Socius inventus * es Angelorum; queſumus, ut pro hac tua plebe nmni tempore interceſſor exiſtas. aëva.

* Cod. devotis veniunt.
* Voti, abundas.
* Cod. eſt.

Antiphona Sanctae Mariae.

GAude Dei Genetrix Virgo: Salve ſancta Parens, quae protoplaſti delicta curaſti. Tn paradiſum patefeciſti: Tn maledictinnem in benedictionem mutaſti: Tn ſtella ſplendida matutina; Tu illnminatrix ſydus maris. Ideo piiſſima Domina, Angelnrum Regina,* precare Filinm & Dominum tnum pro commiſſis tibi famulis, te poſtulantibus in ſempiternum.

* Cod. preclara.

Antiphona in omnium Sanctorum.

ISti ſunt Sancti, qui * habebant loricas igneas, & jacinthineas; & mittunt coronas ſuas ante thronum Domini; & ſerviunt ei die ac nocte in templo ejus propter verbum; & * clamabunt voce magna, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: nnnc vindica ſanguinem noſtrum Deus; qui habitant in terris; Et datae ſunt eis ſtnlae albae. aëluia. Et audivi vocem Angelnrum in circuitu throni; & quatuor animalia ceciderunt in conſpectu throni; & factae ſunt voces magnae in caelo, dicentes: Factum eſt regnum Domini noſtri Jeſu Chriſti; & regnabunt in ſaecula ſaeculorum. Et adoraverunt eum, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Sabanth. Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es & qui eras, & qui accepiſti virtutem magnam, & regnaſti: habitantes terram gandebunt ſuper eam, & jocundabuntur. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & fortitudo Deo nnſtro. aëva.

* Melius: habent.
* Leg. clamant.

*Antiphona * Dominicalis.*

* Cod. Dominicale.

DEus, amator bonorum, dirige viam noſtram, & omnium noſtrorum cum ſocietate ſanctorum Angelorum, & nmnium Electorum. Adſit magnus Raphaël dux itineri noſtro, ut procul ſit a nobis mala & diabolica calliditas. Petimus inmenſam Clementiam * tuam, ut comitetur nnbiſcum benignitas: ſit nnbis inexpugnabilis clipeus eundi & redeundi: & ab nmni incommnditate mentis & corporis nns protegere tua dignetur dextera.

* Cod. ut tuam.

Ant. Dimitte nobis Domine debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tentatinnem; ſed libera nos ab omni malo.

Antiphona in dedicatione Eccleſiae.

BEnedic Domine Domum iſtam, & omnes habitantes in ea; quia tu Domine dixiſti: Pax huic Domui. Benedic Domine timentes te, * puſillos cum majoribus: benedicti vos a Domino, qui fecit caelum & terram.

* Cod. puſillis.

Ant. Annuntiate inter gentes gloriam ejus. aeva. quoniam magnus eſt Dominus. aëva. gaudebunt campi, & nmnia quae in eis ſunt. aëluia.

Ant. Ecce populus cuſtodiens judicium, & faciens veritatem. In te ſperaverunt, Domine: nſque in aeternum via juſtnrum recta facta eſt, & iter Sanctorum praeparatum eſt.

Ant. Sitientes venimus ad limina Sanctorum: ſatiati ſumus dulcedine eorum: exaudi nos Chriſte propter merita illorum: & gloriemur tecum in regnn caelnrum. Haec eſt Domus Dei magna & terribilis, ornata auro mundn, * ex lapidibus pretinſis: Angelorum cuſtodia * muros ejus. Hìc gloria & claritas Dei; * ut nmnes, qui ingrediuntur in eam, (&) oraverint, tu in caelo exaudies Domine, peccatorum vinculis abſolutos. aë.

* *Ope noſtri Codicis ſupplentur lacunae Antiphonarii Caroli. temps, editi a Ven. Card. Thom. in libr. Antiq. Miſſarum &c. pag. 492. col. 2.*
* *Fortè*, et
* *Leg.* muri.
* *Leg.* et.

Ant. De Jeruſalem exeunt reliquiae, explanatio de mnnte Syon; propterea protectin erit huic Civitati; & ſalvabitur propter David famulum ejus. aeva.

Antiphona de Confeſſore.

OBeatum Virum, atque * nmni ſacrum laude cenſendum! Hic etenim omnium Patriarcharum exempla ſecutus eſt. Fuit fidelis, ùt Abraham: credulus, ùt Iſaac: benedictus, ùt Jacob: munitus, ùt Melchiſedech: providus, ùt Jnſeph: rapax, ùt Beniamin. Fuit manſuetus, ùt Mnyſes: ſacerdotalis, ut Aaron: innocens, ùt Heli: liber, ùt Samnhel: miſericors, ùt David: ſapiens, ùt Salomon: apoſtnlicus, ùt Petrus: amabilis, ùt Johannes: * ſanctus, ùt Paulus: videns, ùt Stephanus: fervens, ùt Apollo. Haec nmnia in ſe habuit, & fideliter cuſtodivit.

* Cod. omnium.
* Cod. ſanctus.

INCI-

* Ex Cod. Reg. Alexandrino Vaticano ſignato n. 231. qui ſcriptus videtur IX. vel X. ſaeculo, pag. 181.

INCIPIT EXPLANATIO ORATIONIS DOMINICAE.

DOminus & Salvator, noſter clementiſſimus ſuorum eruditor, docturus Diſcipulos quid orarent, praemiſit docendo eos quomodo orarent, dicens: *Vos autem cùm oratis*, (inquit) *introite in cubiculo veſtro*. Quae ſunt iſta cubicula? niſi ipſa corda, quae in Pſalmo etiam ſignificantur, ubi dicitur: *Quae dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*; Et * *Claudentes oſtia, orate Patrem veſtrum in abſcondito*. Parum eſt intrare in cubicula, ſi oſtium pateat importunis. Per quod oſtium ea quae foris ſunt, improbè ſe immergunt, & interiora noſtra appetunt. Foris autem diximus eſſe omnia temporalia & viſibilia, quae per oſtium, idest * carnalem ſenſum, cogitationes noſtras penetrant, & turbâ vanorum fantaſmatum orantibus obſtrepunt. Claudendum eſt ergo oſtium, idest carnali ſenſui reſiſtendum, ut oratio ſpiritalis dirigatur ad Patrem, quae fit in intimis cordis, ubi oratur Pater in abſcondito: *Et Pater*, inquit, *veſter, qui videt in abſcondito, reddet vobis*. Et hoc tali clauſulâ terminandum fuit; non enim hoc monet nunc ut oremus, ſed quomodo oremus. De corde itaque mundando praecipit; quod non mundat, niſi una & ſimplex intentio ſolo & puro amore * ſapientiae. *Orantes autem*, ait, *nolite multum loqui, ſicut ethnici, putant enim quòd in * multiloquio ſuo exaudiantur*. Et revera omne multiloquium a gentilibus venit, qui exercendae linguae potius, quàm mundando animo dant operam; arbitrantes, ſicut hominem judicem verbis adduci ad ſententiam, ita etiam Deum multiloquio flectendum. Nolite itaque aſſimilari eis; *Scit enim Pater veſter, quid vobis neceſſarium ſit, antequam petatis ab eo*. Quibus verbis docemur, non verbis nos agere debere apud Deum; ut impetremus quod volumus; ſed rebus, quas animo gerimus, & intentione * cogitationis, cum dilectione purâ, & ſupplici affectu; ſed res ipſas verbis nos * docuiſſe Dominum noſtrum, quibus memoriae mandatis, eas ad tempus orandi recordaremur. Sed rurſum quaeri poteſt, ſive rebus ſive verbis orandum ſit, quid opus ſit ipſâ oratione, ſi Deus jam novit quid nobis neceſſarium ſit? niſi quia ipſa orationis intentio cor noſtrum ſerenat & purgat; capaciuſque efficit ad excipienda divina * munera, quae ſpiritualiter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui ſemper paratus eſt dare ſuam lucem nobis, non viſibilem, ſed intelligibilem & ſpiritalem; ſed nos non ſemper parati ſumus accipere, cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione converſio cordis ad eum, qui ſemper dare paratus eſt, ſi nos capiamus quod dederit. Sed jam conſiderandum eſt, quae nos orare ille praecipit, per quem & diſcimus & conſequimur, quod oramus. *Sic itaque orate vos*, inquit: *Pater noſter, qui es in Caelis* & reliqua. Cùm in omni deprecatione benivolentia concilianda ſit ejus quem deprecamur, deinde dicendum quid deprecamur; laude illius, * ad quem oratio dirigetur, ſolet benivolentia conciliari, & hoc in orationis principio poni ſolet, in quo Dominus noſter nihil aliud nos dicere juſſit, niſi: *Pater noſter, qui es in Caelis*. Et quoniam, quod vocamur ad aeternam hereditatem, ut ſimus Chriſti coheredes, & in adoptionem filiorum veniamus, non eſt meritorum noſtrorum, ſed gratiae Dei; eandem ipſam gratiam in orationis principio ponimus, cùm dicimus, *Pater noſter*; quo nomine & caritas excitatur; quid enim carius * filiis debet eſſe, quàm pater; & ſupplex affectus, cum homines dicunt Deo *Pater noſter*; & quaedam impetrandi praeſumptio, quae petituri ſumus cùm prius quàm aliquid peteremus, tam magnum donum accipimus, ut ſinamur dicere *Pater noſter* Deo? Quid enim jam non det filiis petentibus, cùm hoc ipſum ante dederit ut filii eſſent? Poſtremò quanta cura animum tangit, ut qui dicit *Pater noſter*, tanto Patre non ſit indignus; & gratiâ miſericordiae ipſius, qui hoc a nobis exigit, ut pater noſter * nullo ſit; quod hoc ſumptu de ſola bona voluntate comparari poteſt? Admonentur etiam hìc divites, vel genere nobiles * ſecundùm ſaeculum, cùm Chriſtiani facti fuerint, non ſuperbire adversùs pauperes,

* *Pro claudentes, veterum more.*
* Cod. carnales ſenſum.
* Cod. ſapientia.
* Cod. multo loquio.
* Cod. cogitationes.
* Cod. docuiſſet.
* Cod. numera.
* Cod. et.
* Cod. filius.
* *Fortè legendum*: nullus ſit.
* Cod. ſecũd. ſclm.

peres, & ignobiles; quoniam ſimul dicunt Deo: *Pater noſter*. Quod non poſſunt verè ac piè dicere, niſi ſe fratres eſſe cognoſcant. Utatur ergo voce novi Teſtamenti populus novus, ad aeternam hereditatem vocatus, & dicat: *Pater noſter, qui es in Caelis*, ideſt in ſanctis & juſtis; non enim ſpatio locorum continetur Deus; ſed quemadmodum terra appellatus eſt peccator, cùm ei dictum eſt: *Terra es, & in terram ibis*; ſic caelum juſtus è contrario dici poteſt; juſtis enim dicitur: *Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Quapropter ſi in Templo ſuo habitat Deus, & Sancti templum ejus ſunt, rectè dicitur: *Qui es in Caelis*, qui es in Sanctis. Et adcommodatiſſima iſta ſimilitudo eſt, ut ſpiritaliter tantum intereſſe * videatur inter juſtos, & peccatores, quantum corporaliter inter Caelum, & Terram. Cujus rei ſignificandae gratiâ, cùm adorationem facimus, ad Orientem convertimur, unde Caelum ſurgit, & lumen oritur; non tamquam ibi ſit * & Deus, quaſi ceteras Mundi partes deſeruerit qui ubique praeſens eſt, non locorum ſpatiis, ſed majeſtatis potentiâ: ſed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe convertere, ideſt ad Deum; cùm ipſum corpus ejus, quod terrenum eſt, ad corpus excellentius, ideſt ad corpus caeleſte convertitur. Rectè ergo intelligitur quod dictum eſt: *Pater noſter, qui es in Caelis*, in cordibus juſtorum eſſe dictum, tamquam in Templo ſancto ſuo. Simul etiam, ut qui orat, in ſe quoque ipſo velit habitare quem invocat; & cùm hoc affectat, teneat juſtitiam: quo * munere invitatur * ad inhabitandum animum Deus. Itaque videamus quae ſint petenda. Dictum eſt enim, qui ſit qui petitur, & ubi habitat. Primum autem omnium, quae petentur, hoc eſt: *Sanctificetur Nomen tuum*. quod non ſic petitur, quaſi non ſit Sanctum Dei nomen; ſed ut Sanctum habeatur ab hominibus; id eſt ita illis innoteſcat Deus, ut non exiſtiment aliquid Sanctius, quod magis offendere timeant: neque enim, quia dictum eſt: *Notus in Judaea Deus; in Iſrabel magnum nomen ejus*, ſic intelligendum eſt, quaſi alibi minor ſit Deus, alibi major; ſed ibi magnum eſt nomen ejus, ubi pro ſuae majeſtatis magnitudine nominatur. Ita ibi dicitur Sanctum nomen ejus, ubi cum veneratione, & offenſionis timore nominantur. Ad hoc pertinet illud, quod in Pſalmo dicimus de eo: *cum Sancto Sanctus eris* & cetera: Et quod in Euangelio * glorificari dicitur Pater bonis Sanctorum operibus. Deinde ſequitur: *Adveniat Regnum tuum*, ideſt manifeſtetur hominibus, non quaſi Deus non regnet nunc in terrâ, ſemperque regnaverit; ſed quemadmodum praeſens lux, abſens eſt caecis, & eis qui oculos claudunt; ita Dei regnum, quamvis numquam diſcedat de terris, tamen abſens eſt ignorantibus. Nulli autem licebit ignorare Dei regnum, cùm ejus Unigenitus non ſolùm intelligibiliter, ſed etiam viſibiliter in homine Dominico de caelo venerit judicaturus vivos & mortuos. Poſt quod judicium, ideſt, cùm diſcretio & ſeparatio juſtorum ab injuſtis facta fuerit, ita inhabitabit juſtos Deus, ut non opus ſit quemquam doceri per hominem; ſed ſint omnes, ut ſcriptum eſt, docibiles Deo. Deinde beata vita omni ex parte perficietur in Sanctis in aeternum, ſicut nunc caeleſtes Angeli ſanctiſſimi atque beatiſſimi, ſolo Deo inluſtrante, ſapientes & beati ſunt; quia & hoc promiſit Dominus ſuis, * *in reſurrectione erunt*, inquid, *ſicut Angeli in Caelis*. Et ideo, poſt illam petitionem qua dicimus, *Adveniat Regnum tuum*, ſequitur: *Fiat voluntas tua ſicut in Caelo, & in Terra*: ideſt, ſicut in Angelis, qui ſunt in caelis (ſit) voluntas tua, ut omnino tibi adhaereant, teque perfruantur, nullo errore obnubilante ſapientiam eorum, nullâ miſeriâ impediente beatitudinem eorum; ita fiat in Sanctis tuis qui in terra ſunt, & de terra, quod ad corpus attinet, facti ſunt. Et quamvis in caeleſtem habitationem atque immutationem; tamen de terra adſumendi ſunt. Item: *Fiat voluntas tua*, rectè intelligitur, obediatur praeceptis tuis, *ſicut in Caelo & in Terra*, ideſt, ſicut ab Angelis, ita ab hominibus. Nam fieri voluntatem Dei, cùm obtemperatur praeceptis ejus, ipſe Dominus dicit, cùm ait: *Meus eſt cibus, ut faciam voluntatem ejus qui me miſit*; Et ſaepe: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui me miſit*. Eſt etiam ille intellectus, *Fiat voluntas tua ſicut in Caelo, & in Terra*; ſicut in Sanctis & Juſtis, ita etiam in peccatoribus: quod adhuc duobus modis accipi poteſt, ſive ut oremus etiam pro inimicis noſtris; quid enim aliud ſunt habendi, contra quorum voluntatem Chriſtianum & catholicum nomen augetur? ut ita dictum ſit, *fiat voluntas tua, ſicut in caelo, & in terra*, tamquam ſi diceretur: faciant voluntatem tuam ſicut juſti, ita etiam & peccatores, ut a te convertantur; ſive ita, *fiat voluntas tua, ſicut in Caelo & in terra*, ut ſua cuique tribuantur; quod fit extremo judicio, ut juſtis praemium, peccatoribus damnatio retribuatur, cùm agni ab hedis ſeparabuntur. Ille etiam non abſurdus, immo etiam & fidei & ſpei noſtrae convenientiſſimus intellectus eſt, ut caelum,

* Cod. videantur.
* Et, abundat.
* Cod. numere.
* Cod. &.
* Cod. glorificare.
* Cod. in reſurrectio.

Caelum & Terram accipiamus ſpiritum & carnem; & quod dicit Apoſtolus: *Mente ſervio legi Dei; carne autem legi peccati*. Videamus factam voluntatem Dei in mente, ideſt in ſpiritu: *velle* (inquit Apoſtolus) *adjacet mihi; perficere autem bonum non invenio*. Oramus ergo, ut fiat voluntas Dei ſicut in Caelo & in Terra, ideſt ut, quemadmodum ſpiritus non reſiſtit Deo ſequens & faciens voluntatem ejus, ita & corpus non reſiſtat ſpiritui. Nec illud a veritate abhorret, ut accipiamus *Fiat voluntas tua ſicut in caelo & in terra*, ſicut in ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto, ita & in Eccleſia; tamquam in viro qui patris voluntatem implevit, ita & in foemina quae illi deſponſata eſt; caelum enim & terra convenienter intelligitur quaſi vir & foemina; quoniam terra, caelo foecundante, fructifera eſt. Quarta petitio eſt: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Quotidianum panem accipiamus, ſpiritualem; praecepta ſcilicet divina, quae quotidie oportet meditari & operari: nam de ipſis Dominus dicit: *Operamini eſcam, quae non corrumpitur*. Quotidianus autem iſte cibus nunc dicitur, quamdiu vita iſta temporalis per dies decedentes ſuccedenteſque peragitur. Et revera, quamdiu nunc in ſuperiora nunc in inferiora, id eſt nunc in ſpiritalia nunc in carnalia animi affectûs; tamquam ei, qui aliquando paſcitur cibo aliquando famem patitur, quotidie panis neceſſarius eſt, cor efficiatur eſuriens; & relabens, erigatur. *Da nobis hodie* autem dictum eſt: quamdiu dicitur hodie, id eſt in hac temporali vita; ſic enim cibo ſpiritali poſt hanc vitam ſaturabimur in aeternum, ut non tunc dicatur quotidianus panis; quia ibi temporàlis volubilitas, quae diebus dies ſuccedere facit, (undè appellatur *quotidie*) nulla erit. Si quis autem etiam illa, quae de victu corporis * neceſſario, vel ſacramento Dominici Corporis iſtam ſententiam vult accipere, oportet, ut conjuncta accipiantur omnia tria; ut ſcilicet panem quotidianum ſimul petamus, & neceſſarium corpori, & Sacramentum * viſibile & inviſibile Verbi Dei. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Dubita, peccata dicit. Manifeſtum eſt vel * illo quod ait idem Dominus: *Non exies, donec reddas noviſſimum quadrantem*; vel illo quod debitores appellavit, qui ei nunciati ſunt extincti vel ruinâ turris, vel quorum ſanguinem * Herodes ſacrificio miſcuit. Dixit enim, putare homines, quòd illi ultra modum debitores eſſent, ideſt peccatores; & addit: *Amen dico vobis, niſi poenitentiam egeritis, ſimiliter moriemini*. Non hic ergo quiſque urguetur pecuniam dimittere debitoribus; ſed quaecumque in eum alius peccaverit. Nam pecuniam dimittere, illo potiùs jubemur praecepto, quod ſuperiùs dictum eſt: *Si quis tibi tunicam tollere voluerit, & judicio*, & reliqua. Nec ibi neceſſe eſt omni pecuniario debitori dimittere debitum; ſed ei qui reddere noluerit in tantum ut velit etiam litigare; ſervum autem Domini, ùt ait Apoſtolus, non oportet litigare. Intelligitur etiam in iſta quinta petitione, qua dicimus *Dimittere* & reliqua, non (de) pecuniâ quidem * dici, ſed de hominibus, quae in nos quiſque peccat. Namque * in te, inquit, tibi pecuniam debitam, cùm habeat unde reddere, recuſat reddere: quod peccatum ſi non * dimiſeris, non poteris dicere: *Dimitte nobis ſicut & nos dimittimus*. Illud ſanè tractari poteſt, ut quod dicimus *dimitte nobis* & reliqua, tunc convincamur contra iſtam regulam feciſſe, ſi eis non dimittimus, qui veniam petunt; quia & nobis veniam petentibus a benigniſſimo Patre dimitti volumus. Fatendum eſt, omnia peccata dimittenda eſſe quae in nos admittuntur, ſi volumus nobis a Patre dimitti, quae dimittimus. Sexta petitio eſt: *Et ne nos inferas in temptationem*. Nonnulli codices habent, *inducas*, quod tantundem valere arbitror; nam ex uno graeco, quod dictum eſt, ΑΙCΝΗΕΚΚΙϹ, utrumque tranſlatum eſt. Multi autem in precando ita dicunt: *Ne nos patiaris induci in tentationem*; exponentes videlicet quomodo dictum ſit *inducas*; non enim per ſe ipſum inducit Deus, ſed induci patitur eum, quem ſuo auxilio deſeruerit ordine occultiſſimo; ac meritis cauſis, etiam ſaepè manifeſtis, dignum judicat Ille, quem deſerat, & in temptationem induci * ſinat. Aliud eſt autem induci in tentationem, aliud tentari; Nam ſine tentatione probatus eſſe nullus poteſt, ſive ſibi ipſi, ſicut ſcriptum eſt: *Qui non eſt tentatus, qualia ſcit*? ſive aliis, ſicut Apoſtolus ait: *Et tentationem veſtram in carne mea non ſpreviſtis*; hinc enim eos * firmos ipſe cognovit, quòd ejus tribulationibus, quae Apoſtolo ſecundùm carnem acciderant, non ſunt caritate deflexi; nam Deo notiſſimus eſt ante omnes temptationes, qui ſcit omnia antequam fiant. Quod itaque ſcriptum eſt: *Tentat vos Dominus Deus veſter, ut ſciat ſi diligitis eum*; * illâ in locutione poſitum eſt *ut ſciat*, pro eo quod eſt ut ſcire vos faciat: ſicut diem laetum dicimus, quòd laetos faciat; & frigus pigrum, quòd pigros facit; & innumerabilia hujuſmodi. Non ergo hic oratur, ut non tentemur, ſed ut non inferamur in tentationem; tamquam ſi quiſpiam, cui

* Cod. carnem autem lege &c.

Fortè legendum, neceſſaria.

* Cod. viſibilem.

* Cod. illud.

* Cod. ſtr. turris, Herodis.

* Cod. dicit.

* Hic ſubeſt error.

* Cod. dimiſeritis.

* Cod. ſinet.

* Cod. firmo.

* Cod. illam.

cui neceſſe eſt igne examinari, non orat ut igne non * contingatur; ſed ut non exuratur. Vaſa enim figuli probat fornax, & homines juſtos temptatio tribulationis. Joſeph ergo temptatus eſt inlecebrâ ſtupri; ſed non eſt inlatus in tentationem. Suſanna tentata eſt; nec ipſa inducta vel inlata in tentationem: multique alii utriuſque ſexûs. Sed Job maximè; cujus ò admirabilem ſtabilitatem in Domino Deo ſuo! Fiunt igitur tentationes per Sathanan, non poteſtate ejus, ſed permiſſu Domini, ad homines, aut pro ſuis peccatis puniendos, aut pro Dei miſericordiâ probandos & exercendos; & intereſt plurimum, in qualem quiſque tentationem incidat. Non enim in talem incidit Judas qui vendidit Dominum, in qualem incidit Petrus, cùm territus Dominum negavit. Sunt etiam humanae temptationes, credo, cùm bono quiſque animo, ſecundùm humanam tamen fragilitatem, in aliquo conſilio labitur, aut inritatur in fratrem ſtudio corrigendi, paulo tamen ampliùs quàm Chriſtiana tranquillitas poſtulat, de quibus Apoſtolus dicit: *Tentatio vos non adprehendat, niſi humana*; cùm idem dicat: *Fidelis Deus, qui vos non * ſinet tentari ſupra quàm poteſtis ferre; ſed faciet cum tentatione etiam exitum, ut poſſitis tollerare*: in qua ſententia ſatis oſtendit, non id nobis orandum eſſe, ut non tentemur; ſed ne in tentationem inducamur. Inducimur enim, ſi tales inciderint, quas ferre non * poſſumus. Sed cùm tentationes periculoſae, in quas inferri atque incidere perniciosum eſt, aut proſperis rebus temporalibus, aut adverſis oriantur; nemo frangitur adverſarum moleſtiâ, qui proſperarum delectatione non capitur. Ultima & ſeptima petitio eſt: *Sed libera nos a malo*. Orandum eſt enim, ut non ſolùm non inducamur in malum quo caremus, quod ſexto loco petitur; ſed ab illo etiam liberemur, quò jam inducti ſumus. Quod cùm factum fuerit, nihil remanebit formidoloſum; nec omnino metuenda erit ulla tentatio. Quod tamen in hac vita, quamdiu iſtam mortalitatem circumferimus, in quam ſerpentinâ perſuaſione inducti ſumus, non ſperandum eſt poſſe fieri; ſed tamen aliquando futurum ſperandum eſt; & haec eſt ſpes, quae non videtur. Tria in aeternum manebunt; nam & ſanctificatio Dei ſempiterna erit: & regni ejus nullus eſt finis: & perfectae noſtrae beatitudini aeterna vita promittitur; permanebunt ergo iſta tria conſummata atque cumulata in illâ vitâ, quae nobis promittitur. Reliqua verò quattuor quae petimus, ad temporalem iſtam vitam pertinere mihi videntur: quod primum eſt, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Hoc ipſo enim quod dictus eſt quotidianus panis, ſive ſpiritalis ſignificetur, ſive (in) Sacramento, aut in victu; iſte viſibilis ad hoc tempus pertinet, quod appellavit *hodie*: & peccata nunc nobis dimittuntur, & nunc dimittimus; quae harum quattuor reliquarum ſecunda petitio eſt; tunc autem nulla erit venia peccatorum, quia nulla peccata: & temptationes temporalem iſtam vitam infeſtant; non autem erunt, cùm perfectum erit, quod dictum eſt, *Abſcondes* eos in abdito *vultûs tui*: & malum, a quo liberari optamus, & ipſa liberatio a malo, ad hanc utique vitam pertinet, quam & juſtitiâ Dei mortalem meruimus, & unde ipſius miſericordiâ liberamur. Amen.

* *Cod.* contingatur.

* *Cod.* ſinat.

* *Cod.* inducimus.

INCI-

* *Ex eodem Codice Reg. Alexandrino Vaticano ſignato n.231. pag. 242.*

INCIPIT EXPLANATIO SYMBOLI APOSTOLICI.

QUando beatum legimus Paulum Apoſtolum dixiſſe fidelibus: *Vos autem eſtis filii lucis, & filii Dei; non eſtis noctis, neque tenebrarum*; & iterum: *Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino*; nulli licet ignorare, per infidelitatem nos fuiſſe filios tenebrarum & noctis; & per Fidem filios lucis effectos, & filios diei: vel potius ipſi eſſe coepimus lux in Domino per Fidem, qui antea eramus tenebrae in nobis per incredulitatem. Ergo, qui tantum beneficium per Fidem adepti ſumus, ut per eam eriperemur de poteſtate tenebrarum, & transferremur in regnum Filii claritatis Dei; debemus ſummoperè in ejuſdem Fidei virtute de die in diem proficere, & cum * Apoſtolo a Domino petere, ut dignetur nobis adaugere fidem: quoniam per eam a dominio diaboli unuſquiſque eripitur, & regno Chriſti ſociatur: per ipſam diabolo reſiſtitur, & Deo propinquatur: per ipſam, qui erant filii diaboli & filii mortis, efficiuntur filii Dei & filii reſurrectionis. Cùm haec ergo ita abſque ulla dubitatione ſint, quis in tantum erit ſtultus, & ſalutis ſuae contrarius, ut non omni intentione pietatis, & affectu puritatis quaerat nunc cognoſcere in Fide, quod viſurus eſt pòſt in Specie? Quid enim reprehenſibilius eſſe poteſt, quàm quemquam profeſſionem ſuam ignorare? cùm Apoſtolus omnibus fidelibus praecipiat: *Eſtote* (inquit) *parati ad ſatisfactionem omni poſcenti rationem vos de fide veſtra*. Quòd ſi indecens eſt rationem fidei quaerenti a nobis non poſſe ore reſpondere; quanto erit inconvenientiùs, quid unuſquiſque noſtrorum corde credere debeat, ignorare?

* *Leg.* Apoſtolis.
Luc. 17. 5.

Sed quòd fidelium profeſſio per totam divinorum librorum ſeriem partim in enigmatibus * involuta, partim rebus myſticis figurata, partim verò apertis ſermonibus eſt prolata; nec poſſunt omnes homines Scripturam divinitùs inſpiratam, quae utilis eſt ſecundùm Apoſtolum ad docendum ad corrigendum ad erudiendum in juſtitia, in tantum addiſcere, ut hoc, quod ſequitur, in omnibus impleatur; ideſt ut perfectus ſit homo Dei, ad omnia inſtructus; ſaltim verba Apoſtolici Symboli ita unuſquiſque totius ſtudii diligentiâ meditare humiliter, & cognoſcere veraciter, & intellegere ſatagat, ut profeſſionis ſuae ex toto ignarus non inveniatur. Praeſertim, cùm hujus Symboli verba ita ſint pauca, ut nullus omnino excuſari poſſit, quin ea memoriter tenere voleat, niſi fortè quiſpiam ita ſit pecudeus, ut expers rationis meritò judicetur. De hoc namque Symbolo, quod dicitur Apoſtolicum, ita auctoritas Eccleſiaſtica tradit. — Sancti igitur Apoſtoli, cùm adhuc in unum Hieroſolymis conſiſterent, diviſuri ſe ad praedicandum * circumquaque Euangelium Chriſti, hoc Symbolum Spiritûs Sancti auctoritate ediderunt, confeſſionem Fidei mirabili brevitate invicem conferentes; & inde appellatum Symbolum, ideſt collationem, vel pactum; quia eum inter ſe ad invicem contulerunt; & ut indicium eſſet * diviſis per diverſas Mundi partes praedicatoribus, ut ille verum Euangelium praedicare crederetur, qui hoc Symbolum, nihil augens vel demens, traderet auditoribus. — In eo Symbolo totius ſacramentà Fidei idcirco tàm brevi ſermone ſignata ſunt, ut nulli ſexui, nulli aetati, nulli capacitati eſſet difficilis ad tenendum. De hoc etiam Symbolo, vel Dominica Oratione, dictum per Eſaiam creditur: *Conſummationem & adbreviationem audivi a Domino Deo exercituum ſuper univerſam terram*: quae conſummatio, ideſt perfectio, & adbreviatio de tam * ſublimibus rebus, hominis ingènio fieri nullatenus poterat; ſed facta eſt virtute Creatoris, ut ſancti (ùt dictum eſt) Praedicatores per univerſum Mundum uniformem Fidei tenorem Eccleſiae auribus traderent, & omni ad Fidem venienti facilis eſſet ad memoriae commendandum. Sed jam quid ejuſdem textus Symboli dicat, in quantum Dominus donare dignatus eſt, advertamus. Cùm enim credamùs Deum, & credamus Deo, credamuſque in Deum; primò diſcernenda ſunt haec tria, & perſpiciendum quid commune ſit, quid ſpeciale, quid ſoli debeamus congruè Deo. Cùm enim dicimus: *Credo Deum*, quid ſubaudiendum eſt, niſi credo, Deum eſſe? Et utique non ſolùm

* *Cod.* involutam.
* *Cod.* circumaque.
* *Cod.* divis per diverſis mundi partes.
* *Cod.* ſublimis.

ſolum Deum credimus eſſe; ſed credimus etiam & ea quae fecit eſſe, ſive ſint ſpiritalia & invjſibilia, ſive corporea & viſibilia. Niſi fortè * de ineffabili incommutabilitate Dei ſermo eſt; nam ad comparationem incommutabilis illius Eſſentiae, ea quae mutabilia condita ſunt, ſunt tamquam non ſint. Sic ille ſolus eſſe dicitur, ſicut ad Moyſen ipſe de ſe loquitur: *Ego* (inquit) *ſum qui ſum*; Et: * *dices filiis Iſrahel*; *qui eſt miſit me ad vos*; Et Pſalmiſta: *Tu autem idem ipſe es: caeli* (inquid) *peribunt*; Et beatus Job: *Ipſe enim ſolus eſt*. Nam ſi non conparetur creatura Creatori, unamquamque rem * in ſua qualitate credimus eſſe: & tunc non ſolùm Deum eſſe credimus; ſed credimus eſſe quoque caeleſtes virtutes, quia ab eo conditae ſunt: credimus quoque eſſe & inferna; caelum namque & terram non credimus, ſed novimus; quoniam fides argumentum eſt ſperandarum ſubſtantia rerum non apparentium. Hic ergo primus modus non de ſolo Deo dici poteſt, ſed & de rebus ab eo factis; & tunc demum non erit ſpeciale ſoli congruens Deo. Secundo namque modo, cùm dicimus, *Credo Deo*, quid eſt aliud, niſi credo ea quae loquitur Deus? Credimus namque ea quae dicit Veritas; credimus & ea, quae dicuntur a veracibus, ideſt verè ſapientibus, quae de veritate loquuntur. Ergo neque hic modus erit ſpecialis, qui ſoli conpetat Deo. Tertio quoque modo, quod dicimus, *Credo in Deum*, de nullo alio ſimiliter dicere poſſumus, neque de ulla re congruè umquam dici poterit. Hic ergo erit ſpecialis modus, qui de ſolo ſummo & vero Deo dicatur. Et quid eſt credere in Deum? aut quis credit in Deum? niſi cui Fides ita eſt certa, ùt ſcientia; cui Fides intellectum aperit; qui intelligit, non ſolùm quia eſt, ſed quia diligendus & colendus eſt; & quod faciendum intelligit, facit; hoceſt diligit Deum ita, ut non poſſit, ideſt nolit omnino peccare, ne fortè offendat eum, quia & diligit. Et tali Fide credere Deum hoc eſt naſci a Deo. Et de hujuſmodi fidelibus loquitur Johannes Apoſtolus, dicens: *Qui natus eſt ex Deo, non peccat; quia generatio Dei conſervat eum*. Generationem Dei dixit nativitatem ex Deo; & naſci eſt ex Deo hac fide renaſci per Deum, ideſt ut credendo cognoſcas, cognoſcendo diligas, diligendo inoffensè ei adhaereas, ideſt ut fidem & intellectum tuum dilectione monſtres, & dilectionem ad obedientiam patefacias. Illi autem, qui voluntate peccant, etſi fide confitentur Deum, factis tamen, ſecundùm Apoſtolum, negant: quos etiam incredibiles dicit. Et haec non idcirco dicimus, ut eos, qui verè fideles ſunt, ſine peccato eſſe credamus, ſed ſine voluntate peccandi. Nam, etſi non voluntate, tamen ſubreptione aliqua, aut infirmitate, aut oblivione peccant utique; & propterea certâ fide ad Deum quotidie clamant: *Dimitte nobis debita noſtra*: & quotidie confidenter dicunt: *Credo in Deum*, ideſt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Quam credulitatem nulli alii debemus, quia nullus alius eſt Deus. *Credo* igitur *in Deum Patrem omnipotentem*; Cùm enim dico *Deum*, nomen confiteor eſſentiae, quia Deus nomen eſt eſſentiae, totius videlicet Trinitatis Naturae, non unius tantum Perſonae: Cùm autem adjungo *Patrem omnipotentem*, ſpecialem denuntio Patris perſonam. Nam, cùm de Deo loquimur, illa nomina, quae ad ſubſtantiam ejus pertinent, aequalia ſunt & communia Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; illa verò, quae Perſonas deſignant, relativa dicuntur, & proprietates tantùm indicant Perſonarum. Ergo, cùm dicimus *Credo in Deum*, cùm Deus nomen ſit ſubſtantiae, totius videlicet Trinitatis vocabulum, quoniam tota Trinitas unius eſt ſubſtantiae, de tota Trinitate dictum accipiamus: quia neceſſe eſt, ut cum indiſcretae majeſtatis * Deitate differentia quoque * oſtendatur Perſonarum. Ideo adjungimus *Patrem omnipotentem*; Pater namque relativum eſt nomen, ac differentia vel proprietas perſonae; quia qui genuit, non eſt Filius, ſed Pater; ſicut, qui genitus eſt, non eſt Pater; ſed Filius: & haec eſt nominis relatio, ut ex nomine Patris intelligatur Filius; quia non eſt pater, niſi habeat filium; ſicut ex nomine filii intelligitur pater, quoniam non poteſt eſſe filius, niſi qui genitus eſt a patre. Cùm enim tota Trinitas ſit * & Deus omnipotens, non tamen tota Trinitas eſt Pater; niſi fortè ad * creaturam referatur, cujus eſt Trinitas Deus Pater. In illa tamen ſumma Trinitate ſolus ille qui genuit Filium, eſt Pater, de quo id dicitur *Creatorem Caeli & Terrae*: quod, licèt de tota Trinitate dici poſſit, quia Trinitas, ſicut unus eſt Deus, ita unus creator, & unus gubernator, & rector; in hoc tamen loco idcirco propriè Patri adſignatur creatio Caeli & Terrae, quia uſus eſt Scripturae dicere, Deum Patrem omnia feciſſe, ſed per Filium cuncta feciſſe; ſicut in capite Geneſeos de Patre Scriptura teſtatur: *In principio fecit Deus Caelum & Terram*: De Filio quoque in Euangelio: *Omnia per ipſum facta ſunt*. Unde in hoc Symbolo ſolertiſſimè ſingula ſunt verba penſanda, ut quicquid de Patre ſubſtantialiter dicitur, ſimiliter intelligatur

de

* *Cod.* onde ineffabili.
* *Cod.* dicis.
* *Cod.* in ſuam qualitatem.
* *Cod.* Dei tadiſſe.
* *Cod.* oſtendantur.
* *Et.* abundare videtur.
* *Cod.* creaturas referantur.

de Filio, & Spiritu Sancto; quicquid verò perſonaliter, ſoli adſignetur Patri. Similiter etiam, quicquid de Filio dicitur, ſi de ſubſtantiâ, vel eſſentiâ dicitur, ſimiliter quoque de Patre intelligatur; ſi de perſonâ, ſoli tribuatur Filio. Simili quoque modo de Spiritu Sancto intelligendum eſt. Sequitur: *Et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum*. Subauditur *Credo*. Nullum hic locum calumniae haeretica reperiet rabies; quia dicit de Filio: Dominus eſt; non (Deus) eſt. Quoniam, ſecundùm ſuprascriptam rationem, in nullum eredere oportet, niſi in Deum. Deus ergo eſt Filius abſque ambiguo, quia & in illum credimus, ſicut & in Patrem. Nam, cùm initio hujus Symboli profiteamur, *Credo in Deum Patrem omnipotentem*; & in conſequentibus adjungamus, *Et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum*, unam nos credulitatem Patri, & Filio exhibere confitemur. Et quia eos unâ fide credimus, unum procul dubio Deum praedicamus: & ſicut illorum eſt una ſubſtantia, ſic noſtrae confeſſionis una credulitas. Credimus in Patrem, & Filium, non aliâ credulitate in Patrem, & aliâ in Filium; quia non eſt alius Deus Pater, & alius Filius. Alius utique eſt in perſonâ, non eſt alius in ſubſtantiâ. Illa quippe conjunctio, quam interponimus, dicentes: *Et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus*, ad diſtinctionem pertinet Perſonae, non ad diviſionem Naturae; ac ſi dicamus: Credo in Patrem, Credo & in Filium, quia alia eſt perſona Patris, & alia Filii; una tamen ac indifferens eſt noſtra credulitas, quia indiviſa & inſeparabilis eſt Patris, & Filii Deitas. Sciendum quoque, Jeſum nomen eſſe hebraicum; transferri tamen in latino eloquio Salutarem ſive Salvatorem. Sed quia non ſolâ appellatione, ſed eſſentialiter Salvator eſt, habet hoc commune cum Patre: quia non ſolus Filius ſalvat; ſed ſalvat Pater, ſalvat Spiritus Sanctus; & non eſt alia ſalus Patris, alia Filii, alia Spiritûs Sancti; ſed eadem ſalus eſt Patris, quae & Filii, eademque Spiritûs Sancti. Neque alios ſalvat Pater, alios Filius, alios Spiritus Sanctus; ſed eoſdem, quos ſalvat Pater, eoſdem Filius, eoſdemque Spiritus Sanctus. Sed idcirco in hoc loco ſolus Filius dicitur Jeſus, quia * ſolus miſſus eſt a Patre, & Spiritu Sancto pro ſalute mundi. Sed tamen non ſolus operatus eſt mundi ſalutem; quia, licèt ſolus ſit miſſus, non tamen ſolus operatur. Miſſio enim ejus eſt perſonalis, operatio verò ſubſtantialis: &, ſicut jam ſupra dictum eſt, quod perſonale eſt, non communicatur alteri perſonae; quod verò ſubſtantiale eſt, indifferens & commune eſt totius Trinitatis. Chriſtus autem graeco appellatur vocabulo, quod in latino exprimitur, Unctus. Unctum autem eum oleo laetitiae, ideſt Spiritu ſancto, conſtat, in adſumpta carne, non in adſumentis Verbi Divinitate. Et idcirco hoc vocabulum non habet commune cum Patre, & Spiritu Sancto, ſed ſolius ſpeciale eſt Filii; & hoc, ùt dictum eſt, propter carnem. Sed tamen, quia carnis, & Verbi una eſt Perſona, Chriſtus eſt etiam ſecundùm carnem; Chriſtus ſecundùm animam, Chriſtus ſecundùm divinitatem; ſicut dicimus; Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, Chriſtum jacuiſſe in ſepulchro; & * Apoſtolus ait: *Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentaverunt*; ideſt quidam ex eis, qui per Moyſen ex Egypto ducti ſunt, quo tempore necdum erat Chriſtus, niſi ſecundùm ſempiternam Divinitatem.

[* Vel Jeſus, & Salvator.]

[* Cod. Apoſtolos.]

Filium ejus unicum. Cùm dicit, *unicum*, procul dubio nativitatem ejus ex ſubſtantiâ Patris ſempiternam nos intelligere facit: quam nativitatem non communicat cum ceteris filiis Dei. Dicuntur enim ſancti Angeli filii Dei; dicuntur & ſancti Homines; ſed iſti, per ejus gratiam adoptati, non de ejus ſubſtantiâ editi. Unicus verò, non gratis adoptatus, ſed genuinâ nativitate ex ejus ſubſtantia eſt Filius: ac per hoc non poteſt eſſe minor Patre; quia cùm ſit figura, imago ſubſtantiae, & ſapientia Patris, non poteſt Pater imaginis, figurae, & ſapientiae ſuae eſſe major. *Dominum noſtrum*. Non ſolus Filius Dominus eſt noſter, ſed & Pater, & Spiritus Sanctus; ſicut non ſolus Pater eſt Deus, ſed & Filius, & Spiritus Sanctus: neque alia dominatio Filii, & alia Patris; ſic nec alia Deitas Patris, nec alia Filii: ſed Deitas & Dominatio una eſt Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Crebrò tamen in divinis litteris in *Dei* vocabulo Pater, in *Domini* ſolet intelligi Filius. *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Virgine Maria*. Conceptus quippe de Spiritu Sancto, hoc eſt gratiâ vel virtute Sancti Spiritûs. Non enim credimus (ſicut quidam ſceleratiſſimi & nefaudiſſimi auſi ſunt dicere) Spiritum Sanctum in utero Virginis fuiſſe pro ſemine; tamquam hoc egerit Spiritus Sanctus in conceptione Dominicae carnis, quod agit ſemen paternum in conceptione ceterorum hominum: ſed potentiâ Spiritûs Sancti carnem Chriſti * creatam. Meritò autem quaeritur (cùm opera totius Trinitatis ſint inſeparabilia) cur conceptionem carnis Dominicae ſolus operatus eſſe dicitur Spiritus Sanctus. Sed quia ſanctificatio fit per Spiritum; & idem Spiritus, ſicut eſt Deus, * ita ſit etiam donum

[* Ideſt genitam.]

[* Cod. ut.]

num Dei; idcirco Spiritus Sanctus dicitur carnem in utero Virginis creaſſe, ut intelligamus, ſanctificatione divinae gratiae per donum Spiritûs Sancti ita creatam Chriſti carnem, ut & divinum eſſet opus; & in unitate perſonae unici Filii Dei abſque ulla originalis peccati ſorde ita ſit adſumpta, ut ex ipſa conceptione ſanctificationis, & Dei Verbo ſubſtantialiter unita, nullum poſſet deinceps recipere peccatum; & in tantum ſanctificata & divina caro facta, ut non ſolùm ipſe peccatum habere non poſſet, verùm etiam in aliis peccata purgare efficaciſſimè poſſit. Nam ceteri homines ad hoc ſanctificantur, ut peccatis careant; Homo tamen Dominicus ad hoc ſanctificatur, ut, peccatum nullo modo recipiens, peccatores ex potentiâ Divinitatis ſuae juſtificaret. Natus namque eſt de Spiritu Sancto, & Virgine Maria; ſed de Spiritu Sancto non ſic natus, tamquam eum habeat patrem; de Virgine verò Maria ſic natus, ut eam haberet Matrem: de Spiritu Sancto natus, ab Spiritu Sancto ſecundùm hominem natus eſt, ut non de Spiritu Sancto ſubſtantiam habeat; de Matre verò natus, ex ejus ſubſtantia accepit carnis ſubſtantiam, hoc eſt de corpore Virginis traxit proprium corpus; ut, ſicut divinitate erat conſubſtantialis Patri, ſic per humanam generationem fieret conſubſtantialis Matri, ut incomprehenſibilis & inviſibilis, haberet in quo videretur & comprehenderetur. *Paſſus ſub Pontio Pilato*. Sicut (ad) veritatem fidei pertinet, ut credamus eum de infirmitate nobis medicinam procuraſſe, ideſt ſua paſſione nos non ſolùm a paſſionibus peccatorum, ſed etiam a paſſionibus poenarum liberaſſe; ita & ad veritatem pertinet hiſtoriae quod dicitur: *Paſſus ſub Pontio Pilato*; ſicut neceſſarium eſt ut credamus, quòd pro noſtra fuerit ſalute paſſus; ſic congruum eſt ut noverimus, quando fuerit paſſus: quoniam, ſicut Euangelium indicat, natus eſt Dominus tempore Caeſaris Auguſti, ideſt Octaviani, cùm Judaeis regnaret Herodes; paſſus eſt tempore Tiberii Caeſaris, cùm Judaeam procuraret Pilatus. Conſtatque hunc Pilatum hominem Romanum a Principe Romano, videlicet Tiberio, ad procurationem Judaeae pauco tempore antequam Dominus pateretur, miſſum; & vocatum Pontium a quadam Inſula Romana, Urbi vicinâ, ubi natus fuiſſe fertur. Sub hoc itaque praeſide paſſus eſt Dominus multas & diverſas * acerbae mortis injurias, ut nos ineffabilibus honoribus ſuaviſſimae ditaret vitae. *Crucifixus, mortuus, & ſepultus*. Sacramenta Crucis Mortis & Sepulturae ejus ita ſunt inexplicabilia, ut

* Cod. acervae.

nullius linguae laudibus, ſed nec ſenſu cujuſquam poſſint dignè explicari. Hoc tamen convenit in Crucis contemplatione nos cogitare, quia ideo Dominus inter ceteras mortes ligni ſuſpenſionem praeelegit, ut per hanc reſtauraret primam ligni tranſgreſſionem; ut, ſicut in Adam per ligni delectationem, humani generis facta dejectio, ita in Chriſto per ligni aſperitatem fieret ejus erectio. De compoſitione autem ejuſdem Crucis, ad aedificationem pertinentia, multa utiliter dicuntur: undè cuncta aliquid tentare longum eſt. Sed tamen breviter aliquid dicere commodum eſt propter ſacratiſſimi Symboli neceſſariam meditationem. Senſerunt namque ſancti Doctores, quòd illa verba Apoſtoli ubi ait: *In caritate radicati atque fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum*, ad Crucis compoſitionem mirabiliter & veraciter aptentur. Latitudo enim Crucis eſt in tranſverſo ligno, ubi figuntur manus; longitudo * vel illud rectum lignum, in quo totum corpus extenditur; ſublimitas quoque Crucis eſt hoc quod ſuper tranſverſum lignum eminet, cui caput adjungitur; profundum quoque ejus eſt hoc quod terrae infixum. Et quia Apoſtolus mortuos nos eſſe dicit cum Chriſto, & vetus homo noſter ſimul confixus Cruci cum illo, ut evacuetur corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato; attendendum omnino, quomodò iſta quatuor, ideſt latitudo, longitudo, ſublimitas, atque profundum noſtrae crucifixioni conveniant. Solet namque gaudium atque hilaritas mentis per latitudinem ſignificari, per manus quoque ſignificantur opera noſtra; & quia manus Crucifixi in latitudine Crucis, ideſt tranſverſo ligno figuntur, hoc ſignificat, quia bona opera noſtra tunc ſiunt Deo acceptabilia, ſi cum hilaritate ſiant. Et quae ſunt illa opera? niſi ea, de quibus homini dicitur: *Tolle crucem tuam, & ſequere me*; Et iterum: *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt*? Crucifigitur autem caro, cùm mortificantur membra noſtra ſuper terram; fornicatio, immunditia, * luxuria, avaritia, & cetera hujuſmodi. Omnia enim bona, quae nunc agimus, tamquam clavis praeceptorum in Dei timore confixi, hilariter & cum caritate faciamus, ut cum Apoſtolo dicere poſſimus: *Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus*. Neque murmuremus difficultatibus, ne perdamus in cruce latitudinem hilaritatis; ſed ſimus *ſpe gaudentes*. Per longitudinem quoque, in qua totum corpus extenditur, patientia atque

* Lege, ſi placet, verò.

* Cod. luxoria.

atque tolerantia ſignificatur : unde longanimes dicuntur, qui tolerant; & pertinet ad perſeverantiam. Per ſublimitatem verò, cui caput adjungitur, ſignificatur expectatio retributionis, ſed ſublimi juſtitiâ Dei, qui reddet unicuique ſecundùm opera ſua; his quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem, * parentibus vitam aeternam. (* Hic ſubeſt error.) Profundum autem, quod terrae infixum eſt, ſecretum ſacramenti praefigurat; & pertinet ad occultam gratiam, ex qua inviſibiliter operantur; ſicut ipſa profunditas, terrae infixa, non apparet; ſed tamen ſuperiora, quae apparent, per ipſam continentur. Igitur cùm Crucem Chriſti quis tollit, ut ſequatur eum, teneat latitudinem caritatis, longitudinem perſeverantiae; habeat etiam ſublimitatem, ut ea, quae cum caritate hilariter ac perſeveranter agit, ad ſupernum finem referat; ut in actibus ſuis nulla alia intentio ſe interſerat; ſed fiat, ſicut ſcriptum eſt, *Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas propter aeternam retributionem*. Teneat quoque profundum, ut ſciat, quia omnia quae benè agit, quòd perſeverat, & hoc quod propter ſupernam intentionem facit, per occultam gratiam Deus per illum & in illo agit. Haec de compoſitione Crucis; nam de *factu ejus*, alia eſt figura. Significat enim *factus Crucis* univerſitatem poteſtatis Chriſti, de qua ipſe ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in caelo, & in terra*; Et Apoſtolus dicit: *In nomine Jeſu omne genuflectitur, caeleſtium, terreſtrium, & infernorum.* In qua univerſitate, & in ſublimibus Caput noſtrum elatum eſt, ubi ei miniſtratur ab Angelis; & inferna ei ſubjecta ſunt, & media; ea ſcilicet quae infra caelos ac terram ſunt, quaſi extentis brachiis poteſtatis ſuae, gubernat, regit, & moderatur. Eſt etiam qualitas Crucis ita, ut ſi eam non erectam, ſed planam, & aequali tenore libratam teneas, quatuor tibi plagas Mundi monſtrare videatur; tamquam eos, quibus mundus crucifixus eſt, & ipſi mundo, a Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari, a Deo eligi & vocari. De mortis verò ejus myſterio omnes hoc cognoſcunt fideles, quia ideo inmortalis mortuus eſt, ut mortales ad inmortalitatem reduceret; & ut ſpolia, quae diabolus de Paradiſo fraudulenter abſtraaerat, non per potentiam, ſed per juſtitiam ab eo eriperet: per juſtitiam ſcilicet, ut diabolus eos, quos per peccatum ſibi ſubdiderat, quibuſque peccantibus meritò dominabatur, juſtè amitteret; cùm injuſtè unum ſine peccato, & innocentem occidiſſet. Sepulturae quoque myſterium, quod actum eſt in Capite, agitur etiam figuratè in Corpore ejus, quod eſt Eccleſia. Nam, ſicut Dominus ſextâ die laboravit in paſſione; ſic Eccleſia a ſexta die, aetate Mundi, laborat in erumnis & periculis vitae praeſentis: & ſicut ille ſeptima die, hoc eſt * ſabbato, quievit in ſepulchro; (* Cod. ſabbatum.) ſic Sanctorum animae poſt moleſtias vitae praeſentis excipiuntur ab illa requie, quae interpoſita eſt inter labores hujus vitae, & ultimam corporum reſurrectionem, tamquam poſt ſextam aetatis diem ſabbatizantes, hoc eſt requieſcentes in ſolis animabus; expectantes etiam octavam reſurrectionis diem, quando, receptis corporibus, finitâ mutabilitate temporum, in incommutabili * lege animae cum ſuis corporibus (* Cod. leco.) ſine ullo deinceps mortis timore ad viſionem ſublevabuntur Divinitatis; ſicut Chriſtus reſurgens a mortuis, jam non moritur. Hoc igitur triduum ſacratiſſimum Crucifixi, Sepulti, Suſcitati, unum, quod ſignificat Crux, in praeſenti agimus vita; biduum autem, quod ſignificat Sepultura, & Reſurrectio, fide ac ſpe agimus; quia ea nondum videmus, nondum tenemus. Sicut enim Dominus propterea crucifixus eſt, ut ſepeliretur, & reſurgeret; ita nos ea, quae in praeſenti vita agimus, ſic in neceſſariis * deputamus, (* Cod. deputantur.) ut per ea veniamus ad illa, quae per ſe ipſa petenda ſunt, & concupiſcenda; ideſt ad illam requiem animarum, quam ſuſpirabat Paulus, dicens: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*; & exinde ad illam perfectiſſimam renovationem, quando, abſortâ morte in victoriâ noviſſimâ, inimicâ morte deſtructâ, immutati erimus, & aequales Angelis facti. Unde Dominus: *Erunt*, inquid, *Angeli Dei*; quod ſignificat Dominicae Reſurrectionis clarificatio.

Deſcendit ad inferna, ut Sanctos, qui per prima mortis debita * libit, in ſe liberaret. (* Obſcurum nobis hic locus eſt.) *Tertiâ die reſurrexit a mortuis*, ut nobis ipſe illam vitam oſtenderet, quae futura eſt poſt generalem hominum reſurrectionem. Reſurrectio tamen Chriſti ibi extitit, ubi & mors, hoceſt in ſola carne. *Aſcendit ad caelos*; hoceſt, adſumptam carnem ad Regnum caeleſtis habitationis ſublevavit; ut ipſe, qui in terris mala noſtra pertulit, in caeleſtibus bona ſua poſſideret. *Sedet ad dexteram Patris*; hoceſt regnat in beatitudine Patris; Sedere enim, regnare eſt; ſicut Apoſtolus exponit, dicens: *Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſcabellum ſub pedibus ſuis*. Dextera quippe Patris, aeterna eſt beatitudo; ſicut ſiniſtra ejus, aeterna miſeria. *Inde venturus judicare vivos & mortuos*; Vivos, dicitur, eos, quos in hoc ſaeculo viventes in ſuo adventu invenerit; mortuos autem, qui ante

ejus ultimum adventum de hac vita diſceſſerint. *Credo in Spiritum Sanctum*, ſimiliter ùt in Patrem, & in Filium. Deus ergo eſt Spiritus Sanctus; quoniam in nullum alium eredere debemus niſi in Deum, & Fides una eſt;quia credimus in unum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: qui Spiritus Sanctus conſubſtantialis eſt eis, a quibus procedit, hoceſt Patri & Filio; quia ſicut non poteſt aliud eſſe Generans, & aliud Generatus; ſed hoc eſt Genitus, quod Generans, Deus: ſic aliud non poteſt eſſe procedens Spiritus, & aliud ipſe, a quo procedit, Deus; ſed hoc quod ipſe eſt, hoc etiam ab eo procedit, ideſt de Deo Deus naſcitur, de Deo Deus procedit: & non alius Deus genitor, alius Deus genitus, aliuſque procedens; ſed Generans, Genitus, Procedens, unus eſt Deus; hoceſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. *Sanctam Eccleſiam catholicam*: Subauditur *Credo*; non enim dicitur, Credo in ſanctam Eccleſiam; ſed, Credo ſanctam Eccleſiam, hoc eſt, non in eam eredo, ſicut in Deum; ſed in ea eredo eſſe Deum, & illam in Deo. Credo ſcilicet eam domum eſſe Dei, habitaculum Dei; ſed non, quae contineat Deum, ſed quae contineatur a Deo: & hoc eſt quod dixi, eam eſſe in Deo. Eccleſia quippe graeco vocabulo, vertitur in latino, Evocatio vel Collectio, & ſubauditur fidelium: Catholica verò interpretatur Univerſalis, eo quod a ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari laudet nomen Domini; & a finibus terrae elamet ad Dominum; cùm certe ſit * toto orbe terrarum diffuſa. *Remiſſionem omnium peccatorum*, hoceſt Credo omnium, ſcilicet & originalium & actualium, peccatorum remiſſionem fieri per baptiſmum, tamen in ſola Eccleſia Chriſti, * quae & domus eſt ei, extra quam nullam fas eſt eredere remiſſionem, nullam juſtitiam. Quolibet enim quis modo ab Eccleſia Chriſti diſcedat, nullam deinceps conſequetur peccatorum remiſſionem, nullam operabitur juſtitiam; quoniam extra Eccleſiam poſitis, Sacramenta Eccleſiaſtica non ſolùm haud valent ad ſalutem, ſed potiùs ad perniciem. *Carnis reſurrectionem*: Subanditur *Credo*, carnis utique, non animae; quoniam anima, licèt pro peccatis ſuis moriatur, ideſt a ſua vita, quae Deus eſt, deſeratur; tamen ſubſtantialiter vivit, & non moritur: & quia in ſubſtantia ſua non moritur, idcirco ſubſtantiae ſuae non eget * reſurrectione: ſed in ſola, ùt dictum eſt, carne homo reſurget, quia in carne moritur; & eadem, quae moritur caro, eadem etiam reſurget: ſed ita immortalis effecta, atque ſpiritalis, ut deinceps mori non poſſit, neque ullam ſentire corruptionem: eritque homo poſt reſurrectionem, & ejuſdem naturae, & alterius qualitatis; ſecundùm illam Apoſtoli diſputationem, ubi ait: *Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale*, & cetera. *Et vitam aeternam*: Subauditur *Credo*. Quaerendum eſt, cùm Juſtis futura ſit vita aeterna, & impiis mors aeterna, quare in Symboli profeſſione non confiteamur mortem aeternam nos eredere, ſicut vitam aeternam? Sed ſciendum eſt, quia ex contrariis contrariè intelligere in promptu eſt. * In profeſſionem * ejus hujus fidei, fidelium cauſa inſerta eſt. Illi verò, qui ſunt alieni a fide, erunt extorres & de cauſa fidelium, hoc eſt vitâ aeternâ. Cùm enim confiteamur ſanctam Eccleſiam, remiſſionemque peccatorum, ac vitam aeternam, quid hic & contrariis de impiis ſentiendum eſt? niſi quia, qui non communicant ſanctitati Eccleſiae, remanent in immundiciis ſuis: qui non participantur ei in remiſſione peccatorum, manent in detentione peccatorum: & tunc demum, quia non erunt poſſeſſores vitae aeternae, erunt perpeſſores mortis aeternae; a qua morte hac Fide eripiuntur verè fideles, non illi, qui etſi verbis dicunt ſe noſſe Deum, factis autem negant. Reſtat quidem hujus Symboli concluſio, ideſt *Amen*, quod eſt verbum hebraicum, transferturque in latinum, *verè* ſive *fideliter*; & cùm per totum textum Symboli aut apertè dicimus, aut tacitè ſubaudiri facimus, Credo; ad ultimumque concludimus, Amen; quid aliud intelligi datur, niſi verè Credo quod in Symbolo recitavi; fideliter credo quae in Symbolo continentur? Amen.

* *Cod.* tota.

* *Fortè*, quae eſt domus Dei, & extra &c.

* *Cod.* reſurrectionem.

* *Fortè legendum*, In profeſſione enim hujus.

EXPLANATIO
SYMBOLI
SANCTI ATHANASII.

Ex eodem Codice Reg. Alexandrino Bibliothecae Vaticanae, ſignato n. 231. pag. 152.

INjunxiſtis mihi illud Fidei Opuſculum, quod paſſim in Eccleſiis recitatur, quodque a Presbyteris noſtris uſitatiùs quàm caetera Opuſcula meditatur, ſanctorum Patrum ſententiis, quaſi exponendo, dilatarem, conſulentes Parrochiae noſtrae Presbyteris, qui ſufficienter habere libros nullo modo poſſunt; ſed vix, & cum labore, ſibi Pſalterium, Lectionarium, vel Miſſalem adquirunt, per quos divina Sacramenta vel Officia agere queant. Et quia cùm inopiâ librorum pleriſque neque ſtudium legendi, aut diſcendi ſuffragatur; idcirco vultis, ut * ſaltem hanc Fidei Expoſitionem meditare cogantur, ut aliquando ampliùs de Deo poſſint ſapere & * intelligere: quia maxima omnium iſta pernicies eſt, quòd Sacerdotes, qui* plebes Dei docere debuerant, ipſi Deum ignorare inveniuntur. Nam, ſicut laico blaſphemia, ita Sacerdoti voluntaria Dei ignoratio in ſacrilegium deputatur. Hoc namque Opuſculum, non quidem eſt altis ſermonibus obſcurum, nec latinioſis ſentenſiis arduum; cùm penè plebejo conſcriptum ſit ſermone; ſed tamen, ſi adjunguntur ei pro locis neceſſariis * tractorum fidei verba, plurimum *juvat ad fidei notitiam. Traditur enim, quòd a beatiſſimo Athanaſio Alexandrinae Eccleſiae Antiſtite ſit editum. Ita namque ſemper eum vidi praetitulatum, etiam in veteribus Codicibus. Et puto, quòd idcircò tam plano & brevi ſermone tunc traditum fuerit, ut omnibus Catholicis, etiam minus eruditis, tutamentum defenſionis praeſtaret adversùs illam tempeſtatem, quam ventus contrarius, hoc eſt diabolus, excitavit per Arrium, qua tempeſtate navicula, ideſt Chriſti Eccleſia, in medio mari, videlicet Mundo, diu* tota a fluctibus eſt vexata, ſed non ſoluta, aut ſubmerſa; quia ille imperavit vento, & mari, qui ſe eidem Eccleſiae promiſit uſque ad finem ſaeculi adſuturum. Quicumque ergo de hujus maris fluctibus ſalvari deſiderat, & in profundum abyſſi, aeternam videlicet perditionem, demergi paveſcit, teneat integrè & inviolabiliter Fidei veritatem: Ita enim incipitur ipſum opuſculum:

Quicumque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat Catholicam Fidem, quam niſi quiſque integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in aeternum peribit. Quod dicitur in capite eorum verſuum, hoc repetitur in fine; nam hoc eſt in aeternum perire, quod ſalvum non eſſe; & hoc eſt ſalvum eſſe, quod non perire. Sed quid * eſt, quòd integram & inviolatam ſervandam admonet Fidem, niſi quia nihil de illa eſt auferendum, nihil mutandum; ſicut in fine libri Apocalypſis terribiliter conteſtatum eſt? Demunt namque & violant, id eſt minuunt & corrumpunt ſacramenta Fidei haeretici & ſchiſmatici; & idcirco ejicit illos foras Eccleſia, & excludit a ſe, ut ipſa ſine maculâ inveniatur, & rugâ. Sicut enim Deus veracitas eſt; ita ea, quae apoſtolica Eccleſia de Deo docuit, vera ſunt. Si aliquid horum depreſſeris aut * mutaveris, iutrat putredo de veneno ſerpentis, naſcitur vermis mendaciorum, & nihil integrum remanebit; quia ubi fuerit corruptio falſitatis, non ibi erit integritas veritatis. Oportunum namque mihi videtur paucis admonendum, quae illa ſit Fides, quae ſalvat, quae in aeternum perire non ſinit. *Nempe, non eſt illa, qua daemones credunt & contremeſcunt, non tamen diligunt aut ſperant quod credunt; ſed illa potius eſt, quae per dilectionem operatur; * illa videlicet dilectione, de qua Dominus ait: *Qui diligit me, ſermones meos ſervat*; quam dilectionem quiſquis adeptus fuerit, ſentit procul dubio, quantum & quale bonum ſit Deus. Quod etiam ex hoc evidenter oſtenditur, quia nulli ab eo recedenti bene eſt. A quo enim habet homo ut ſit, ab eo habet ut bene ſit: & hoc eſt bonum hominis, ut ſummae & * incommutabili bonae adhaereat Naturae. Quod ſi noluerit, bono ſe privat illo, cujus participatione eſſe ipſe poterat bonus; & magnum malum eſt ei, bonum non eſſe, propter quod etiam per juſtitiam Dei cruciatûs conſequitur. Quid enim tam iniquum, quàm ut bene ſit ei, qui voluntariè deſerit ſummum Bonum? Sed hoc malum, quod ſit deſerendo ſummum Bonum, idcirco plerique non ſentiunt, quia inferius amant temporale bonum. Sed divina juſticia eſt, ut qui

* *Cod.* quodque.
* *Cod.* ſaltim.
* *Cod.* intellegere, conſtanter ubique.
* *Cod.* plebis.
* *Lege*, tractatorum.
* *Cod.* jubet.
* *Cod.* tanta fluctibus & vexata.
* *Cod.* quidē
* *Cod.* mutaberis.
* *Cod.* Nampe.
* *Lege*, illa videlicet dilectio eſt, de qua.
* *Cod.* incommutabilis.

voluntate deſerit Deum, cum dolore amittat quod amat praeter eum, & ab hoc dolore Fides non liberet eum. *Fides* namque alio nomine dicitur *Credulitas*; nam apud Graecos fides & credulitas uno dicitur nomine. *Catholica* graecum uomen eſt: interpretatur autem latino eloquio, *univerſalis*; quia toto Mundo diffuſa Eccleſia, & toto tempore, hanc tenet fidem, & tenuit; neque unquam, aut tempore mutata eſt, aut locis variata. Nam haereticorum fides non poteſt dici catholica; quia non eſt publica, ſed privata; nec ubique tenetur, nec ſemper fuiſſe monſtratur.

Sequitur: *Fides autem Catholica haec eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur*. Unitas in Deitate, Trinitas eſt in Perſonis. Veneremur ergo unitatem Deitatis in Trinitate Perſonarum,* (& Trinitatem Perſonarum) in unitate Deitatis: in qua Trinitate, tanta eſt ſubſtantiae unitas, ut aequalitatem teneat, pluralitatem non recipiat; tanta Perſonarum diſtinctio, ut unione non permiſceantur. Tres Perſonae, unius ſunt eſſentiae ſive naturae, unius virtutis, unius operationis, unius beatitudinis, atque unius poteſtatis; ut Trina ſit Unitas, & Una ſit Trinitas; ita ut & unuſquiſque eorum verus perfectuſque ſit Deus, videlicet ex plenitudine Divinitatis. Nihil minus in ſingulis, nihil amplius intelligatur in tribus. Nec hujus Trinitatis tertia pars eſt unus, nec major pars duo quàm unus. Ita tota Deitas ſui perfectione aequalis eſt, ut, exceptis vocabulis, quae proprietatem indicant Perſonarum, quidquid de una Perſona dixeris, de tribus digniſſimè poſſit intelligi: & non majus ſit in tribus, quàm in ſingulis; nec minus in ſingulis, quàm in tribus: Velut ſi de tribus hominibus dicas, quòd ſint inmortales, ego non intelligo plus poſſe vivere ſimul tres, quàm ſingulos; nec minus ſingulos, quàm totos tres: quoniam trium una eſt inmortalitas: aut, ſi aequaliter ſint ſapientes, non plus ſapiunt ſimul, quàm ſinguli; ſed tanta eſt in unoquoque ſapientia, quanta in tribus. Si haec ergo in creatura invenitur, ubi non eſt una anima aut unum corpus, niſi fortè per dilectionem & fidem; quanto magis in Creatore, in Patre ſcilicet, & Filio, & Spiritu Sancto, cui eſt aeterna & incommutabilis unitas, qui eſt indifferens Trinitas, Unus, unum lumen, unumque principium?

** Verba, & Trinitatem Perſonarum, vacinis dcuſa, ſuppevimus, ut ſententia ab antiquario truncata, ſibi cõſtaret.*

Sequitur: *Neque confundentes Perſonas, neque Subſtantiam ſeparantes*. Sicut enim confutantes Arrium, unam eandemque dicimus Trinitatis eſſe ſubſtantiam, & unum in tribus Perſonis fatemur Deum; ita impietatem Sabellii * & declinantes, tres Perſonas ſub proprietate diſtinguimus. Sabellius, quia intellexit, unam eſſe Trinitatis ſubſtantiam, ideo confundens Perſonas, ipſum ſibi Patrem, ipſum ſibi Filium, ipſum Spiritum Sanctum eſſe dicebat. Nos tamen, non nomina tantùm, ſed etiam nominum proprietates, ideſt Perſonas confitemur: nec Pater, Filii, aut Spiritûs Sancti Perſonam aliquando excludit: nec rursùs Filius, aut Spiritus Sanctus, Patris nomen perſonamque recipit; ſed Pater, ſemper Pater; Filius, ſemper Filius; Spiritus Sanctus, ſemper Spiritus Sanctus. Arrius verò, quia cognovit tres Perſonas, idcirco & tres aſſeruit diviſas ſubſtantias. Sed nos confitemur, quia Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſubſtantiâ unum ſunt, Perſonis ac nominibus diſtinguuntur.

** Et, abundat.*

Sequitur: *Alia eſt enim Perſona Patris, alia Filii, alia Spiritûs Sancti; Sed Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti una eſt divinitas, aequalis gloria, & coaeterna majeſtas.* Aequalis gloria; quia non eſt major in gloria Pater, quàm Filius, aut Spiritus Sanctus; non minor eſt gloria Spiritûs Sancti, quàm Patris, aut Filii. Coaeterna majeſtas; quia non eſt anterior Pater Filio, aut Spiritu Sancto; non eſt poſterior Spiritus Sanctus Patre, aut Filio. Sciendum tamen eſt, quia Perſonas dicere, neceſſitas fecit diſputationis contra haereticos; nam in Scripturis divinis dictum non invenitur. Doctores tamen licentèr hoc adſumpſerunt, non quia Scriptura dicit; ſed quia Scriptura non contradicit. Nam cùm dixeris, tres ſunt; & mox interrogatus fueris, quid ſunt tres? nihil omnino reſpondendum reſtat, niſi Perſonae: nam aliud, * quod reſpondeas, nihil habebis; quia non potes dicere, tres dii, aut tres ſubſtantiae, aut aliquid hujuſmodi, quod abſit. Dicta autem perſona, quaſi per ſe una; eo quòd per ſe ſit. Dicitur etiam ſubſiſtentia, eo quod * ipſa ſubſiſtat. Nam, quod nos dicimus perſonas, Graeci dicunt *hipoſtaſes*, quod intepretratur in latino, *ſubſiſtentias*; & quod apud nos dicitur *ſubſtantia*, apud illos dicitur *uſia*: & quidem in latina lingua quaſi unum videtur eſſe, ſubſtantia, & ſubſiſtentia. In Alexandrino tamen Concilio, ubi hoc primùm tractatum fuit, ita definitum eſt, ut ſubſtantia ipſam rei alicujus naturam rationemque, qua conſtat, deſignet; ſubſiſtentia autem uniuſcujuſque perſonae, hoc ipſum quod extat & ſubſiſtit, oſtendat. *Alia eſt enim Perſona Patris, alia Filii, alia Spiritûs Sancti*; quia alius eſt in perſona Pater, alius in perſona Filius, alius in perſona Spiritus Sanctus: non eſt alius in Deitate,

** Cod. quid.*

** Cod. ipſe.*

te, non eſt alius in gloria. Alius eſt Pater, & alius Filius; quia non eſt ipſe Pater, qui Filius. Non eſt tamen aliud Pater, & aliud Filius; quia hoc eſt Pater, quod Filius. Adtendendum quoque diligenter quod dicitur: non eſt ipſe Pater, qui Filius; ſed ipſum eſt Pater, quod Filius: Pater enim Genitor eſt, non Genitus; Filius Genitus eſt, non Genitor; Spiritus Sanctus non eſt Genitor, quia non eſt Pater; non eſt Genitus, quia non eſt Filius; ſed procedens eſt, quia Spiritus eſt. Hoc eſt tamen Filius, quod Pater; quia Deus, quia creator, quia omnipotens; & caetera nomina, quae ſubſtantialia ſunt, non perſonalia totius Trinitatis, aequalia ſunt. Sciendum quoque ſummopere eſt, quòd Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus inſeparabiles ſunt, etiam in Perſonis; quia ſicut ubique eſt Pater, ita ubique Filius, & Spiritus Sanctus. Neque alium locum occupat Pater, alium Filius, alium Spiritus Sanctus. Non enim Mundum inter ſe in tres partes diviſerunt, quas ſingulas ſinguli implerent; quaſi non haberent, ubi eſſent Filius aut Spiritus Saoctus in Mundo, ſi totum occupaſſet Pater. Non ita: ſed habet vera, incorporea, inmutabiliſque Divinitas. Non enim corpora ſunt, quorum ampliùs ſit in tribus, quàm in ſingulis magnitudo; nec loca ſuis molibus tenent, ut diſtantibus ſpaciis ſimul eſſe non poſſint. Si enim anima in corpore conſtituta, non ſolùm nullas anguſtias ſentit, verùm etiam quandam latitudinem invenit incorporalium locorum, * & ſpiritalium gaudiorum; cùm ſit, quod ait Apoſtolus, *neſcitis, quoniam corpora veſtra, templum in vobis Spiritûs Sancti eſt, quem habetis a Deo*. Nec dicimus, niſi ſtultiſsimè, non poteſt habere locum in noſtro corpore Spiritus Sanctus, eo quòd totum noſtra anima impleverit; quanto ſtultiùs dicitur, ullis anguſtiis alicubi impediri Trinitatem, ut Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ubique ſimul eſſe non poſſint? Inſeparabile eſt etiam opus Trinitatis, quia quaelibet Perſona, ſicut ſine aliis Perſonis eſſe non poteſt, ita ſine aliis non operatur, & nihil ſeorsùm agit inſeparabilis Caritas.

* Cod. ſed.

Sequitur: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus*. Sciendum eſt omnino, quòd qualitas de Deo propriè non dicitur; nam de illis decem ſpeciebus Categoriarum haec ſunt, quibus caret Deus; ideſt qualitate, quantitate, ſitu, habitu, loco, tempore, & paſſione. Non tamen caret ſubſtantiâ, aut relatione; quia Pater & Filius relativa ſunt nomina unius ſubſtantiae. Itaque abſque illis ſpeciebus intelligamus nos Deum, quantum poſſumus; ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu praeſentem, ſine habitu omnia continentem, ſine loco ubique totum, ſine tempore ſempiternum; ſine ulla ſui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Unam autem de his ſpeciebus, ideſt actionem, ideo praetermiſi, quia actio Creatoris longè diſſimilis eſt ab actu creaturae: nam creatura ſine motu & labore nihil poteſt agere; actio vero Creatoris ſine motu & labore ſolâ fit ejus voluntate. Hoc tamen, quod dicitur, qualis Pater, talis Filius, talis & Spiritus Sanctus, propter neceſſitatem contra haereticos uſurpatum eſt, qui diſſimilem Deo Patri Filium aſſerebant, diſſimilemque Spiritum Sanctum. Nos tamen dinoſcamus, quid ſit in creatura ſubſtantiae qualitas, quid in Creatore ſine qualitate ſubſtantia. Proinde ſi de Deo dicamus, aeternus, inmortalis, incorruptibilis, inmutabilis, vivus, ſapiens, & ſpecioſus, juſtus, bonus, beatus, ſpiritus; horum omnium, quod noviſſimum poſui, ideſt ſpiritus, quaſi tantummodo videtur ſignificare ſubſtantiam; caetera verò qualitates ſubſtantiae ejus. Sed non ita eſt in illa ineffabili ſimplicique Natura; quicquid enim ſecundùm qualitatem illic dici videtur, ſecundùm ſubſtantiam vel eſſentiam eſt intelligendum. Abſit enim, ut Spiritus ſecundùm ſubſtantiam dicatur Deus, & bonus ſecundùm qualitatem; ſed utrumque ſecundùm ſubſtantiam: ſicut ſecundùm ſubſtantiam ſapientia dicitur Deus.

Sequitur: *Increatus Pater, increatus Filius, increatus & Spiritus Sanctus*. Nihil in Trinitate creatum; quia tota Trinitas unus eſt Creator. Omnis itaque ſubſtantia, quae Deus non eſt, creatura eſt: & quae creatura non eſt, Deus eſt. Nulla igitur differentia eſt in Deitate Trinitatis; quoniam, quod Deo minus eſt, Deus non eſt.

Sequitur: *Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus & Spiritus Sanctus*. Immenſus eſt Deus Trinitas, quia nulla ratione, nulla extimatione metiri valet. Mundo non capitur. Sic replet mundum, ut ipſe contineat mundum, non contineatur à mundo. Eſt enim mundo ſuperior, inferior, exterior, & interior. Regendo, ſuperior; portando, inferior; circumdando, exterior; replendo, interior. Sic eſt per cuncta diffuſus, ut non ſit qualitas mundi; Sed ſubſtantia creatrix mundi. Sine labore regens, ſine onere continens mundum: non tamen per ſpacia locorum, quaſi malè diffuſus; non, ut in dimidiâ mundi parte ſit dimidius, & in aliâ dimidiâ dimidius,

dius, atque ita per totum totus. Non ſic: ſed in ſolo caelo totus, & in ſola terra totus; & in parte totus, & per cuncta totus; & nullo conteotus loco, ſed in ſe ipſo ubique totus. Ita Pater, ita Filius, ita Spiritus Sanctus unus Deus Trinitas: * Sed miro ineffabili modo cùm ſit ubique totus per Divinitatis praeſentiam, non eſt ubique per habitationis gratiam; & cùm quoſdam peccantes deſerit, eiſdem tamen ipſis adeſt per judicium, quibus deeſſe cernitur per adjumeotum. Unde non dicimus: Pater noſter, qui es obiqne; cùm procul dubio verum ſit; ſed: Pater uoſter, qui es in caelis; in ſanctis videlicet Angelis, & ſanctis Hominibus eſſe dicitur, non ſolùm per praeſentiam ſuae iumenſitatis, verùm etiam per gratiam ſuae inhabitationis. Et propterea, cùm ſupra dicerem, ubique eſſe Deum, addendum putavi, in ſe ipſo. Eſt namque ubique, quia nuſquam eſt abſens; in ſe ipſo autem, quia non continetur eis, quibus praeſens eſt, tamquaoı ſine his eſſe non poſſit. Nam ſpatia locorum tolle corporibus, nuſquam erunt; & quia nuſquam erunt, nec erunt. Iterum, tolle ipſa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi ſint; & ideo neceſſe eſt ut noo ſint. Deus autem, qui corporali loco non continetur, in ſe ipſo eſt ubique, ſcilicet per cuncta diffuſus; ſed non ita diffuſus, ſicut aqua, ſicut aër, ſicut etiam ipſa lux; qoae in minori loco, minora ſunt, & in majori, majora. Deus autem, cujus inmenſitas atque magnitudo non eſt molis, ſed virtutis, ſie eſt etiam iu quolibet uno homine, ſicut per * cuncta rerum machina totus.

* Cod. ſed miro ineffabile mundo quae ſit.

* Lege, cunctam rerum machinam.

Sequitur: *AEternus Pater, aeternus Filius, aeternus & Spiritus Sanctus*. In Deitate Trinitatis, quod eſt eſſe, perpetuum eſt; quia natura, initio carens, incremento non indigens, ſicut non incipitur, ita nec fine terminatur. Ibi quippe eſt, ubi nec expectatur quòd veniat, neque percurrit quòd debeat recordari; ſed eſt unum, quod ſemper eſſe eſt. Quod ſi nos & Angeli cum initio videre incipimus Deum, eſſe tamen hunc ſine initio videmus. Ubi ſic ſemper ſine fine eſſe eſt, ut numquam ſe animus tendat ad ſequentia, in qua nulla pars ſuae longitudinis praeterit, ut pars alia ſuccedat: in qua omne quod eſt, animus videt, & tardum non eſſe, & longum eſſe. Et haec quidem per fidem novimus; qualiter tamen ſit haec ipſa aeteroitas, ſine praeterito, ante ſaecula; ſine futuro, poſt ſaecula; ſine morâ, longa; ſine praeſtolatione, perpetua, adhuc non videmus.

Sequitur: *Et tamen non tres aeterni, ſed unus aeternus; ſicut non tres increati, nec tres immenſi, ſed unus increatus, & unus immenſus*. Ideo oon ſunt tres aeterni, ſed unus; quia ſicut unius naturae eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; ſic una eſt eorum increatio, & iomeoſitas, atque aeternitas.

Sequitur: *Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens & Spiritus Sanctus; & tamen non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens*. Omnipotens dicit, quia omnia poteſt; ſicut ſcriptum eſt: *Apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt*; vel quia omnia quae ſunt, ut ſint, poteſtate illius tenentur, ne concidant. Solent autem plerique, aut quaſi * adulando Deo, ſuperflua de omnipotentia ejus loqui, aut non neceſſaria vera docere; cùm cimicum, aut muſcarum, vel culicum multitudinem ad curam Dei pertioere ajunt, & notitiam: & propter illud, quod in Euangelio dicitur: unum de duobus aut quinque paſſeribus non cadere in terram ſine Deo, aut foenum agri veſtire; audent praedicare, quòd non ſolùm genera, ſed & numerum vermium noverit Deus, * qui ex corruptione corporum, aut viventium aut mortuorum, lignorumque aut aquarum corruptionibus vivificantur. Aliqui dicunt, quia non omnia poteſt Deus, quippe qui ſibi mortem concedere nequit, nec mutari poſſit a bono. Sed qui iſta dicere vel audire delectantur, intelligant adteotiſſimè, Deum ſimplicis eſſe naturae, ita ut non ſit in Deo aliud eſſe, aliud habere; nec eſt ejus aliud velle, & aliud poſſe; ſed hoc eſt velle quod poſſe. Omnia ergo, quae vult, poteſt; & quod poteſt, vult; quoniam ſic potens eſt, ut diſpoſitionem ſuam ſervet, & nullo modo ſua ſtatuta convellat. Nec major eſt voluntas quàm potentia ejus, ſed neque minor: ſed utraque tanta eſt, quanta & ille; quia Deus hoc eſt quod habet: aeternitatem quippe habet, ſed ipſe eſt aeternitas ſua; lucem habet, ſed lux ſua ipſe eſt. Nam in creaturâ nulla verè ſimplex ſubſtantia eſt, cui oon eſt hoc eſſe, quod noſſe; poteſt enim eſſe, nec noſſe. At illa Divina, non poteſt; quia id ipſum eſt, quod habet ac per hoc non ſic habet ſcientiam, ut illi ſit ſcientia, qua * ſit aliud eſſentiâ, qua eſt; ſed utrumque unum: quamvis non utrumque dicendum ſit, quod veriſſimè ſimplex & unum eſt.

* Codex, adulando.

* Cod. quod.

* Cod. Scie aliud eſſientia.

Sequitur: *Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus & Spiritus Sanctus: Dominus Pater, Dominus Filius, & Spiritus Sanctus; & tamen non tres dii, aut tres domini, ſed unus Deus, & unus Dominus*. De ouitate Deitatis, & dominationis Sanctae Trinitatis jam ſufficienter dictum eſt. Sed tamen ſciendum eſt, quòd Deus dicatur ad ſe, Dominus ad creaturas, quibus domi-

dominatur: Deus, quia ſolus colendus eſt; Dominus, quia ſolus timendus: Deus religioſorum; Dominus verò ſervorum.

Sequitur: *Quia ſicut ſingillatim unamquamque perſonam Deum ac Dominum confiteri chriſtiana veritate compellimur; ita tres deos, aut tres dominos dicere catholica religione prohibemur.* Singillatim, hoc eſt viritim vel ſingulariter; quia ſingulus Pater, Deus & Dominus eſt: ſingulus Filius, Deus & Dominus eſt: ſingulus Spiritus Sanctus, Deus & Dominus eſt. Ita nos dicere fides chriſtiana cogit; quia, niſi ita dixerimus, chriſtiani eſſe non poſſumus. Et tamen alium Deum aut Dominum dicere Patrem, alium Deum aut Dominum dicere Filium, alium * Deum aut Dominum dicere Spiritum Sanctum, prohibet nos catholica religio; quia, ſi ita dixerimus, nec catholici nec religioſi eſſe poterimus; ſed ut chriſtiani ſimus atque catholici, dicamus, vel potius credamus, & Patrem Deum, & Filium Deum, & Spiritum Sanctum Deum; & ſimul, non tres Deos, ſed unum Deum, qui ſubſtantiâ & naturâ ſit veraciter unus.

* Supplevimus, Deum.

Sequitur: *Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus: Filius a Patre ſolo eſt, non factus, aut creatus, ſed genitus: Spiritus Sanctus a Patre & Filio, non factus, aut creatus, nec genitus, ſed procedens.* Quòd factus aut creatus, nec Pater ſit, nec Filius, nec Spiritus Sanctus, jam ſuprà dictum eſt; ſed & de Patre, quòd non ſit genitus, quia non eſt filius, ſed genitor tantùm, quia pater eſt, jam praemiſſum eſt. Nunc vero adtendendum omnino quod dicitur: Filius a Patre ſolo eſt genitus; Spiritus autem Sanctus ab utroque, id eſt a Patre & Filio procedens. Spiritus amborum eſt, Patris ſcilicet & Filii; Filius autem ſolius eſt Patris. Et haec eſt cauſa, quae diſtinguit, quid differat inter nativitatem Filii, & proceſſionem Spiritus Sancti. Filius ſic eſt de Patre, quomodo natus, non quomodo datus: Spiritus verò Sanctus ſic eſt de Patre ſimul & Filio, quomodo datus, non quomodo natus, hoc eſt donum amborum. Itaque Filius naſcendo, procedit; Spiritus verò Sanctus procedendo, non naſcitur, ne ſint duo Filii.

Sequitur: *Unus ergo Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus Sanctus, non tres ſpiritus ſancti.* Haec ſunt illa relativa nomina, vel appellativa, in quibus Trinitas invenitur: non enim ſic dicitur unus Pater, aut unus Filius, ſicut dicitur unus inmenſus, aut unus aeternus, aut unus Deus; quia illa nomina ſunt ſubſtantiae, hoceſt unitatis; * iſta verò, Pater videlicet, Filius Verbum, & Spiritus Sanctus, nomina ſunt Perſonarum, hoc eſt Trinitatis; & ideò relativa ſunt nomina: quia Pater * ad alium refertur, hoc eſt ad Filium; non enim ſibi ipſi eſt Pater, ſed alteri, hoceſt Filio; ſimiliter Filius ad Patrem refertur: ſed & Spiritus Sanctus, vel Donum cùm dicitur, refertur ad Patrem & Filium, a quibus procedit vel datur. Nam illa nomina ſubſtantialia, hoceſt, Deus, dominus, aeternus, & caetera (de quibus jam ſatis ſcriptum eſt) in quacumque Perſona dicantur, non referuntur ad alium, ſed * ad ſe ipſam. Nam, etſi Apoſtolus dicat Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam; tamen non ita eſt relativum in eo virtus & ſapientia, ſicut eſt quod dicitur, Verbum, aut Filius. Virtus enim, & Sapientia in Deo ſubſtantia eſt; Verbum autem, aut imago, aut filius, relativum. Quod ſi Pater, qui genuit ſapientiam, & ex ea ſit ſapiens, neque hoc eſt illi eſſe quod ſapere; qualitas ejus erit filius, non * proles ejus; & non ibi erit jam ſumma ſimplicitas: ſed abſit, ut ita ſit. Ergo & Pater ipſe Sapientia eſt, & ita dicitur Filius Sapientia Patris, quomodo dicitur lumen Patris, ideſt ut quemadmodum lumen de lumine, & utrumque, unum lumen; ſic intelligatur ſapientia de ſapientia, & utrumque una ſapientia. Pater igitur & Filius ſimul una eſſentia, & una magnitudo, & una virtus, & una ſapientia; ſed non Pater, & Filius ſimul ambo, unum Verbum; quia non ſimul ambo, unus Filius. Verbum enim relativè, ſapientia eſſentialiter intelligitur. Sapientia ergo Filius de Sapientia Patre, ſicut lumen de lumine, & Deus de Deo; ut ſingulus Pater, lumen; & ſingulus Filius, lumen; & ſingulus Pater, Deus; & ſingulus Filius, Deus: ergo, & ſingulus Pater, ſapientia; & ſingulus Filius, ſapientia: ſicut utrumque ſimul, unum lumen, & unus Deus; ſic utrumque, una ſapientia. Sed Filius, factus eſt nobis ſapientia a Deo, de qua cùm aliquid in Scripturis dicitur, Filius nobis inſinuatur: Spiritus quoque Sanctus Sapientia, & ſimul non tres ſapientiae, ſed una ſapientia, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

* Cod. ita.

* Supplevimus, ad.

* Lege, ad ſe ipſa.

* Cod. prolis.

Sequitur: *Sed in hac Trinitate, nihil prius, aut poſterius; nihil majus, aut minus.* Haec Trinitas unus eſt Deus, & quia unus eſt, non poteſt eſſe diverſus; quia una natura non poteſt ſe ipsâ eſſe prior aut poſterior, major aut minor. Non eſt Pater prior Filio, neque major: non eſt Spiritus Sanctus poſterior Patre, aut Filio, vel minor.

Sequitur: *Sed totae tres Perſonae coaeternae ſibi ſunt, & coaequales; ita ut per omnia,*

nia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, & Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate veneranda ſit. Quicumque ergo vult ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat. Et haec jam dicta ſunt.

Sequitur: *Sed neceſſarium eſt ad aeternam ſalutem, ut incarnationem quoque Domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat*. Sicut fideliter credenda eſt Divinitas regnantis, ita fideliter credenda eſt Humanitas ſalvantis; quia * aequalis periculi eſt, de myſterio Incarnationis pravè ſentire, ùt de Divinitatis archano malè intelligere. Nihil enim juſtiùs quàm ut ſalvus non ſit, qui ſalutis myſterio derogare non timuerit. Sciendum ſanè, quòd aliam ſignificationem habeat * Jeſus, aliam Chriſtus, cùm ſit unus Salvator. Jeſus tamen proprium nomeo eſt illi, ſicut propria nomina ſuot Helias, aut Abraham; Chriſtus autem Sacramenti nomen eſt, quomodo ſi dicatur Propheta, aut dicatur Patriarcha. Jeſus quoque nomeo hebraeum, interpretatur in latino Salutaris, ſive Salvator; Chriſtus autem graecè * dicitur, quod transfertur in latino Unctus, ab unctione, ideſt chriſma, & hebraicè dicitur Meſſias.

* Cod. elis.

* Cod. Chriſtus.

* Cod. dicetur.

Sequitur: *Eſt ergo fides recta, ut credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Deus pariter, & homo eſt*. Hoc enim eſt illud Sacramentum ab initio ex vulva diſpoſitum, ut ſemen Abrahae Mundi conditor adprehenderet, quatenus in ſe ipſo noſtrae probaret primitias naturae, ut Deus homo fieret; ut io ſingularitate Perſonae copulans utramque * naturam, mediator Dei & hominum hominibus appareret; & his, propter quos venerat redimendos, ipſe unus * eſſet Deus & Legiſer, Rex & Magiſter, Redemptor & Redemptio, Sacerdos & Oblatio, Veritas & Via, Sapientia & Doctor: qualiter & ſequentibus exempla viveodi monſtraret; & ſuo generi, ideſt hominibus, homo ipſe factus per gratiam conſuleret, quibus ſuffragari * juſtitiam nullatenus valebat; ut cùm ille in homine mortem vinceret, natura in eo humani generis triumpharet. In illo enim noſtra portio, quia noſtra caro & ſanguis; & * ubi regnat noſtra portio, nos quoque glorificemur. Quamvis igitur peccator, de hac communione gratiae non deſperet; quia etſi peccata nos prohibent, ſubſtantia nos requirit; ſi delicta propria excludunt, naturae communio non repellit. Nullum enim majus donum praeſtare poſſet Deus hominibus, quàm ut Verbum ſuum, per quod condidit omnia, faceret illis Caput, & illos ei tamquam membra coaptaret; ut eſſet filius Dei, & filius hominis; unus Deus cum Patre, unus homo cum hominibus.

* Cod. naturae.

* Cod. eſſe t

* Supple, per,

* Cod. ut ibi.

Sequitur: *Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſaecula genitus, homo eſt ex ſubſtantia Matris in ſaeculo natus; perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens*. Ingreſſus eſt igitur Filius Dei uterum Virginis, ut iterum naſceretur, ante jam genitus; qui ſuſcepit totum hominem, quia jam habebat à Patre pleniſſimam deitatem: non diſſimilis Patri, cùm naſcitur ex aeterno perpetuus; non diſſimilis homini, cùm ex matre naſcitur moriturus. Conſubſtantialis Patri ſecundùm divinitatem, conſubſtantialis Matri ſecundùm cognatam nobis infirmitatem; quia eſſeotialiter natus eſt de Patre, & eſſentialiter conceptus natuſque de Matre, ut eſſet unius naturae cum Patre, & unius naturae cum Virgioe. Et idcirco perfectus Deus, quia non eſt diſſimilis Deo Patri; perfectus quoque homo, quia ſimilis homini matri: quae Mater ita illum, ſalvà virginitate, concepit: verus enim Deus, verus factus eſt homo; quia omoia noſtra ſuſcepit, quae in nobis ipſe creavit, ideſt carnem, & animam rationalem. Propterea coofitemur perfectum eum Deum, & perfectum hominem.

Sequitur: *Aequalis eſt Patri ſecundùm divinitatem; minor eſt Patre ſecundùm humanitatem*. Ideo aequalis, & minor; quia Deus, & homo; quia ſempiternus, & temporalis; ut incomprehenſibilis conprehendi poſſet, & inmortalis haberet in quo moreretur.

Sequitur: *Quia licèt Deus ſit, & homo; non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus*. Noo eſt alter Chriſtus in deitate, & alter in humaoitate; quia non ſunt duae perſonae, ſed una. Deus enim Verbum non accepit perſonam hominis, ſed naturam; & perſona divinitatis accepit ſubſtantiam carnis, ut in ſingularitate Perſonae tota humanitas ſuſcepta unus Chriſtus ſit, & unus Filius Dei, atque hominis. Nam, ſicut tres Perſonas ſanctae Trinitatis credimus in unitate naturae, ita credimus duas Chriſti naturas in unitate Perſonae: in uno etiam Chriſto, ſicut duas credimus naturas, ita duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, indiviſè, inconvertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſè; & has duas voluntates, non contrarias; ſed ſequentem humanam ejus voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius ſubjectam divinae ejus atque omnipotenti voluntati. Sicut enim ejus caro, Dei Verbi dicitur, & eſt, ita & naturalis carnis ejus voluntas, propria Dei Verbi dicitur, & eſt. Quemadmodum enim ſanctiſſima adque inmaculata animata ejus caro Dei facta * non eſt perempta, ſed proprio ſui ſtatu, & ratio-

* Cod. habita eſt.

ratione permanſit; ita & humana ejus voluntas, Dei facta eſt. Nam Salvator, ſicut humanam naturam propterea ſuſcepit, ut ſalvaret; ideo & humanam voluntatem vel operationem ſuſcipiendo, ſalvavit.

Sequitur: *Unus autem, non converſione divinitatis in carnem, ſed adſumptione humanitatis in Deum*. Converſio, mutatio dicitur; non enim converſa, ideſt mutata divinitas in carnem; ſed, manens quod erat, ſuſcepit carnem. Humanitas quoque adſumpta eſt in Deum, non conſumpta: ſicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non conſummitur dignitate. Homo Deo acceſſit, Deus a ſe non receſſit: adquievit eſſe quod non erat; non deſiit eſſe quod erat.

Sequitur: *Unus omnino, non confuſione ſubſtantiae, ſed unitate perſonae*. Confuſio dicitur permixtio; ſicut ſolent duo liquores ita miſceri, ut neutrum ſervet integritatem ſuam. In Chriſto ergo non ſunt permixtae ſubſtantiae; quia ſervat utraque cum alterius communione proprietatem ſuam in ſingularitate perſonae.

Sequitur: *Nam ſicut anima rationalis & caro, unus eſt homo; ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus*. Sicut in quolibet homine non eſt una perſona animae, & alia carnis; ſed ex anima & carne unus eſt homo: ita in Chriſto non ſunt duae perſonae, ſed una divina, quae incarnata eſt. Nam, ſicut hominis perſonam geſtat anima, (non enim corpus mortuum dicitur perſona, ſicut nec lapis, aut lignum;) ita Chriſti perſonam geſtat Divinitas adſumptrix humanitatis. Propter quod in utrâque ſubſtantiâ dicitur & creditur unicus & unigenitus Filius Deus. Unde & Verbum, propter carnem homo eſt; & caro, propter Verbum Deus eſt.

Sequitur: *Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra*. Paſſus eſt, ſed in ſola adſumpta ſubſtantia; licèt enim juxta naturam ſuam expers paſſionis extiterit, pro nobis tamen carne paſſus eſt; quia erat in crucifixo proprio corpore inpaſſibiliter Dei Verbum, ad ſe referens paſſiones. Gratiâ verò Dei pro omnibus guſtavit mortem, tradens ei proprium corpus; quamvis naturaliter * ipſe vita ſit, & reſurrectio mortuorum.

* *Cod.* Ipſa; *& fortè appellat ad* gratiam, *quae paullo ante in recto melius ſonat, pro Chriſto ſcilicet.*

Sequitur: *Deſcendit ad inferna*: ut morte, ineffabili potentiâ, proculcatâ, exſpoliaret infernum. *Tertiâ die reſurrexit a mortuis*: ut primogenitus ex mortuis fieret primitiae dormientium, & faceret viam humanae naturae ad incorruptionis recurſum.

Sequitur: *Aſcendit ad caelos; ſedet ad dexteram Patris*. Propterea humiliatus eſt Deus in homine, ut homo exaltaretur in Deo: & unus Chriſtus, qui inclinatur in adſumptis, adſumpta * glorificaret in propriis; dum & affici non dedignatur injuriis, & ad aequalitatem recurrit Genitoris. *Sedet ad dexteram Patris*; ideſt regnat in beatitudine ſuperna; ſedere enim regnare eſt. dextera verò Patris, beatitudo eſt ſempiterna.

* *Cod.* glorificaſſet.

Sequitur: *Inde venturus judicare vivos & mortuos*. Inde, hoc eſt à dexterâ Patris venturus eſt, quia viſionem humanitatis omnibus praeſentaturus; ut in judicio ſit conſpicuus in ea forma, qua judicatus eſt. Quaerendum autem, quomodo intelligatur, quòd ipſe Dominus ait in Evangelio: *Ego non judicabo; ſed verbum, quod locutus ſum vobis, judicabit vos*: cùm in alio loco dixerit: *Pater non judicat quemquam, ſed omne* judicium dedit Filio?* Ita enim intelligendum eſt: Ego non judicabo ex poteſtate humanâ, ſed judicabo ex poteſtate Verbi. Quapropter filius hominis judicaturus eſt; nec tamen ex humana poteſtate, ſed ex ea qua Filius Dei eſt. Et rurſus: Filius judicaturus eſt; nec tamen in ea forma apparens in qua Deus eſt, ſed in ea qua filius hominis eſt. Ita quoque dicitur: *Pater non judicat quemquam*, ac ſi diceretur, Patrem nemo videbit in judicio, ſed omnes Filium, quia filius hominis eſt, ut ſit in judicio conſpicuus bonis, & malis. Nam inviſibiliter tota Trinitas judicabit vivos & mortuos; ideſt eos quos dies Judicii vivos invenerit, & eos qui jam antea obierant.

* *Cod.* Judicio.

Sequitur: *Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis; & redditurì ſunt de factis propriis rationem*. Adveniente Domino, reſuſcitantur mortui cum corporibus ſuis, ut unuſquiſque in eo corpore, quo bona vel mala geſſit, reddat rationem geſtorum ſuorum; & in eo corpore, per quod operatus eſt, recipiat retributionem factorum ſuorum.

Sequitur: *Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam*. Tunc enim humana ſubſtantia ad Conditoris ſui ſimilitudinem ſublimabitur: & omnia ei bona, quae, naturaliter accepta, per peccata corruperat, reparabuntur in melius; ideſt intellectus ſine errore, memoria ſine oblivione, * cogitatio ſine pervagatione, caritas ſine ſimulatione, ſenſus ſine offenſione, incolumitas ſine debilitate, ſalus ſine dolore, vita ſine morte, facultas ſine inpedimento, ſaturitas ſine faſtidio, & tota ſanitas ſine morbo.

* *Cod.* cogitio.

Sequitur: *Qui verò mala egerunt, ibunt in ignem aeternum*. Multi egerunt mala, qui non exibunt in ignem aeternum,

quia ante mortem ſuam veram * poenitudinem de peccatis ſuis geſſerunt: ſed hoc de illis dicitur, qui mala egerunt, & in malis perſeveraverunt, & non emendaverunt. Aeternus verò eſt ignis, qui eis aeternos exhibet cruciatûs, quia numquam finietur, nec eos deſinet * cruciare.

* Cod. penetudinem.

* Cod. Cruciari.

Sequitur: *Haec eſt Fides catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit*. Fideliter credamus, ut in fide non erremus; firmiter credamus; ut de creditis non dubitemus, ſi volumus ad aeternam ſalutem pervenire; ubi cum Angelis Deum laudantes, de illius laude vivamus, de illius laude & nos gloriemur: Qui vivit & regnat per infinita ſemper ſaecula ſaeculorum. Amen.

EXPOSITIO* ATHASII DE FIDE.

* Ita Codex.

QUICUMQUE *vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat Catholicam Fidem*. Hîc beatus Athanaſius liberum arbitrium poſuit, ſicut * dicit in Pſalmo: *Quis eſt homo, qui vult vitam?* Et iterum in Euangelio ipſa Veritas dicit: *Qui vult poſt me venire*. Similiter & hic: *Quicumque vult ſalvus eſſe*. Non dicit, velis aut non, ſalvus eris; ſed, *Quicumque vult*; quia Deus omnipotens nullum hominem invitum aut coactum trahit ad fidem; niſi qui ſua propria voluntate vult venire ad fidem. Sed, Quicumque vult ſalvus eſſe in corpore vel in anima, illi neceſſe eſt, ut teneat catholicam fidem; quia ante omne opus neceſſe, eſt ut fides praecedat. Ante omnem inchoationem, ante omne principium unicuique opus eſt, ut teneat Catholicam fidem, dicente Apoſtolo: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*. Unde & Abacuc Propheta ait: *Juſtus autem ex fide vivit*. Catholica, graecus ſermo eſt; latinè interpretatur, Generalis, ſive Univerſalis. Generalis, pertinet ad omnes homines; Univerſalis, quia per univerſum Orbem eſt diffuſa. Fides eſt credulitas; quia veraciter credimus id, quod nequaquam videre valemus. Unde Apoſtolus dicit: *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*. Dicitur namque fides, eo quòd ſit inter Deum, & hominem. Iſtam fidem, iſtam credulitatem, ante omnia, nobis eſt opus, tenere; quia fides fundamentum eſt omnium virtutum; & prius aedificemus fidem, quae eſt fundamentum; & ſuper eam caeteras virtutes.

* Dicitur.

Quam niſi quiſque integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in aeternum peribit. *Quam* ideſt quam fidem, *quiſque* ideſt unuſquiſque, *integram* ideſt plenam & perfectam; ut eam non ſcindat per haereſim, neque ab ullo ſchiſmate corrumpat, *inviolatam* ideſt ut eam non violet malè docendo atque praedicando. Et ſi eam non cuſtodierit integram & inviolatam, abſque dubio in aeterna damnatione peribit.

Fides autem Catholica haec eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Nunc manifeſtat, quid eſt Fides, vel qualiter uniquiſque eam credere debeat; ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Debemus Deum credere; Trinum & Unum: Unum in ſubſtantia, & Trinum in perſonis. Nec propter Trinitatem debemus dimittere Unitatem: nec propter Unitatem debemus dimittere Trinitatem; ut ipſum, quem colimus Unum, veneremur & Trinum. Unum propter unitatem ſubſtantiae, Trinum propter Perſonarum vocabula veneremur, ideſt adoremus, atque colamus.

Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Confundere eſt * commiſcere. Quia non debemus tantùm unam Perſonam credere, ſicut Sabellius haereticus adſerebat: ſed tres, ideſt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: Nec ſubſtantiam ſeparare, ut Arrius haereticus adfirmabat; dicebat enim, quòd ſicut erant tres perſonae, ita fuiſſent & tres ſubſtantiae. Patrem adſerebat majorem Filio, Filium minorem Patre, Spiritum Sanctum miniſtrum eorum dicebat. Subſtantia dicitur, eo, quod ex ſemetipſa ſubſiſtit. Subſtantia verò commune eſt nomen omnium rerum, quae ſunt caelum, ſol, luna, terra, arboreſque, homines etiam ſubſtantiae dicuntur. Deus igitur ſubſtantia eſt, & ſumma ſubſtantia, & prima, & omnium ſubſtantiarum cauſa; quia omnium rerum creator eſt. Eſſentia igitur propriè de Deo dicitur, quia ſemper eſt quod eſt, quia incommutabilis eſt.

* Cod. Commiſceri.

Alia eſt enim Perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. Hîc contra Sabellium ſunt Perſonae diviſae; qui adſerit eſſe

eſſe unam : quia Pater in ſua perſona non eſt Filius, ſed tantùm Pater ; & Filius in ſua perſona non eſt Pater, ſed tantùm Filius; nec Spiritus Sanctus ex utroque procedens. Perſona dicta eſt eo, quod per ſe ſonat.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una eſt divinitas, hoc eſt una ſubſtantia, *aequalis gloria, coaeterna majeſtas* : ideſt coaequalis, ſine initio & fine, & gloria & poteſtas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus. Quia, ſicut Pater eſt aeternus, vel omnipotens, ſeu inviſibilis, ſimiliter eſt & Filius, & Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, *In* praepoſitio eſt in hoc loco, pro *non* poſita : *Increatus Pater*, ideſt non creatus; quia ipſe eſt omnium creator, & à nullo creatus; Ipſe eſt omnium factor & à nullo factus. *Increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus*. Increatus Filius, non creatura, ſicut Arrius dicebat; quia ſimul omnia creavit cum Patre : ſimiliter & Spiritus Sanctus.

Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus Sanctus. Immenſus, quia ejus magnitudinem vel quantitatem nullus menſurare poteſt : qui caelo eſt excelſior, terrâ profundior, & latior mari : & eſt incircumſcriptus, incorporeus, inlocalis, ubique totus, & non eſt locus ubi non ſit; ſicut dicit in Pſalmo : *Si aſcendero in caelum, tu illic es; ſi deſcendero ad infernum, ades. Et ſi iero ad extrema maris, ibi me dextera tua tenebit*. Ipſe eſt intra omnia, & non concluſus. Similiter & Filius, qui attingit à fine uſque ad finem fortiter; de quo ſcriptum eſt : *Verbo Domini caeli firmati ſunt*. Pari modo & Spiritus Sanctus; unde dicitur : *Spiritus Domini replevit Orbem Terrarum*.

Aeternus Pater &c. Hîc *aeternus* pro ſempiterno debemus intellegere. Aeternus dicitur Deus Pater, quia ſine initio & fine ſine conſtat. Similiter*Filius & Spiritus Sanctus;quia, ſicut numquam non Pater, ita numquam non Filius, ac Spiritus Sanctus.

* *Supplevimus, Filius, uti ſenſus praeſefert.*

Et tamen non tres aeterni, ſed unus aeternus : ideſt in ſubſtantia. *Sicut non tres increati, nec tres immenſi; ſed unus increatus, & unus immenſus* : quia unus eſt Deus in ſubſtantia.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens & Spiritus Sanctus. Omnipotens dicitur, quia omnia poteſt; non a * petiendo quod vult; ſed a faciendo omnia quaecumque vult, & nihil illi impoſſibile eſt. Omnipotens & Filius; quia quicquid poteſt Pater, poteſt & Filius : nihilo minus & Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens, ideſt in ſubſtantia.

Iſta nomina, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quae ſaepe dicimus, relativa ſunt; quia alia ad alia referuntur : ſicut v. g. ſervus ad dominum, dominus ad ſervum; magiſter ad diſcipulum, diſcipulus ad magiſtrum; pater ad filium, filius ad patrem. Quia nullus, pater dicitur, niſi habeat Filium, cujus ſit pater; & nullus, filius, niſi habeat patrem, cujus ſit filius : quia ſi non habuiſſet filium, numquam habuiſſet nomen patris. Similiter Spiritus Sanctus, non a ſe, ſed alicujus Spiritus eſt. Eſt & aliquod vocabulum, ubi Spiritus Sanctus relativè dicitur; quomodò donum donatoris, & donator doni. Donatorem dico eſſe Patrem, donum verò Spiritum Sanctum. Donum refertur ad donatorem, & donator ad donum. Ecce qua ratione Spiritus Sanctus relativè dicitur.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Deus proprium eſt nomen Trinitatis, pertinens ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; translatum ex graeca appellatione. Nam Deus, grecè theos; phebos dicitur, ideſt timor. Unde * tractatum eſt Deus, quòd eum colentibus ſit timor. Proprium nomen eſt Patris, quia ſolus eſt Pater : & proprium nomen eſt Filii, quia ſolus Filius a ſolo Patre : & proprium nomen eſt Spiritus Sancti, quia ab utroque procedit. Deus eſt Pater, quia ipſe eſt fons & origo deitatis : ſimiliter Filius Deus, hoc non a ſemetipſo, quia non eſt a ſe, ſed a ſolo Patre eſt genitus : pari modo & Spiritus Sanctus, non a ſe eſt Deus, ſed a Patre & Filio eſt procedens.

* *Forte*, Tractum eſt.

Et tamen non tres dii, ſed unus eſt Deus; ſicut ſcriptum eſt : *Audi Iſrahel; Do-Dominus Deus tuus, Deus unus eſt*.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus & Spiritus Sanctus. Dominus dicitur a dominatione, eo quod creaturam ſuam dominetur, regat, atque gubernet. Similiter & Filius, & Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres domini, ſed unus eſt Dominus; ideſt in ſubſtantia.

Quia ſicut ſingillatim unamquamque Perſonam, Deum & Dominum confiteri chriſtianâ veritate compellimur. *Singillatim*, ideſt diſtinctè, vel ſeparatim. De Patre ſi quis te interrogaverit; quid eſt in perſona? reſponde : Deus, & Dominus. Si autem de Filio : ſimiliter Deus, & Dominus. Si verò de Spiritu Sancto, indubitanter reſponde : plenum Deum, & Dominum eſſe. *Compellimur*, * cogimur, vel admonemur.

* *Cod.* Cogamur.

Ita tres deos ac dominos dicere, catholica religione probibemur. Prohibemur, ideſt vetamur.

Pater a nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Pater a nullo eſt factus, quia ipſe eſt omnium factor: *Nec creatus*, ſed creator: *Nec genitus*, ſed genitor. Pater enim graecè, latinè genitor dicitur.

Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus; ſed genitus. Filius a Patre ſolo eſt, *non factus*, quia ipſe eſt omnium factor ſimul cum Patre: *nec creatus*, quia ipſe eſt omnium creator: *ſed genitus*, ſolus a ſolo Patre. Et unaquaeque Perſona habet proprium, quod non habet alia. Proprium habet in perſona Pater, quia ſolus eſt Pater: & proprium habet in perſona Filius, quia ſolus a ſolo Patre eſt genitus. Sed habet aliquid proprium Filius, quod non habet Pater, nec Spiritus Sanctus: habet aeternitatem cum Patre & Spiritu Sancto; & habet in tempore nativitatem de matre, quam non habet Pater, nec Spiritus Sanctus; quia non ſuſcepit Pater carnem in ſua perſona, nec Spiritus Sanctus, ſed tantum Filius; ut nobis in ſe oſtenderet duas habere naturas, unam ante omnia ſaecula, qua genitus eſt ex Patre, & de qua dicit Eſaias: *Generationem ejus quis enarrabit*? alteram in tempore, qua natus eſt ex Matre; de qua dicit Paulus Apoſtolus: *Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege; in quo complacuit plenitudinem divinitatis habitare corporaliter*. De Patre, ſine initio & ſine fine; de Matre, initium habens, & nullo concluditur fine.

Spiritus Sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus; ſed procedens. Propriam habet Spiritus Sanctus, quia non eſt Pater, & Filius; ſed Spiritus, & procedens a Patre & Filio. Audis, quia iſte ab ambobus, Filius ab uno, Pater a nullo? ac per hoc apertè demouſtrantur proprietates eorum. Ideo igitur Spiritus Dei, Sanctus vocatur, quia Patris & Filii Sanctitas eſt. Nam cùm ſit Pater, Spiritus; & Filius, Spiritus; & Pater, Sanctus; & Filius, Sanctus; propriè tamen ipſe vocatur Spiritus Sanctus.

Unus ergò Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus Sanctus, non tres ſpiritus ſancti. Unus Pater, quia ſolus ſibi unicum genuit Filium; & unus Filius, quia ſingulariter ab uno Patre progenitus eſt; unus Spiritus Sanctus, quia a Patre & Filio unicus procedit.

Et in hac Trinitate, nihil prius, aut poſterius; nihil majus, aut minus. Nihil prius aut poſterius; quia nullus anterior, nullus poſterior, nullus inferior, nullus ſuperior.

Sed totae tres Perſonae coaeternae ſibi ſunt & coaequales: Ita ut per omnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, & Trinitas in Unitate, & Unitas in Trinitate veneranda ſit. Debemus colere & adorare Trinitatem in Unitate, & Unitatem in Trinitate.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat. Hic rogat & ammonet, ut unuſquiſque doctor memoriter eam teneat, & firmiter credat, & alios praedicando doceat.

Sed neceſſarium eſt ad aeternam ſalutem, ut incarnationem quoque Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Neceſſe eſt nobis, ut, ſicut ſuperiùs diximus, ita credamus. Si verò aeternam ſalutem volumus habere, ideſt cum Chriſto ſine fine regnare, neceſſe eſt, ut in Incarnationem Domini noſtri Jeſu Chriſti credamus fideliter. Quomodo fideliter? non adoptivum, ſed proprium Dei Filium, ſicut dicit Apoſtolus: *Proprio Filio ſuo non pepercit Deus; Sed pro nobis omnibus tradidit illum*.

* Supple: fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei Filius, Deus & homo eſt. Modo incohat enarrare, ſecundùm humanitatem Chriſti quid ſit fides recta, ut ipſam humanitatem Chriſti credamus corde, & confiteamur ore; ſicut dicit Apoſtolus: *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Deus & homo, unus eſt verus Dei Filius; quia ſecundùm divinitatem nihil minùs quàm Deus Pater; ſecundùm humanitatem nihil minus (extra peccatum) quàm homo.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſaecula genitus. *Ex ſubſtantia Patris*, ideſt ex aequalitate naturae: *ante ſaecula genitus*, ideſt ante omnem creaturam; ſicut dicit in Pſalmo: *Ex utero ante luciferum genui te*; ex utero, ex mea ſubſtantia; ante luciferum, ante omnem creaturam. *Et homo ex ſubſtantia matris in ſaeculo natus*, ideſt totus homo cum corpore & anima, in omnia ſimilis nobis abſque peccato: *ex ſubſtantia matris*, ideſt aequalitate naturae matris: *in ſaeculo natus*, ideſt in his temporibus, non aliunde niſi de ſemine mulieris ſine coitu viri carnem ſuſcepit; unde Salomon dicit: *Sapientia aedificavit ſibi domum*, hoceſt Chriſtus aedificabit ſibi carnem de beata Maria; & alibi legitur: *Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundùm carnem*.

Perfectus Deus, perfectus homo. Perfectus dicitur, ideſt plenus; quia nihil indiguit: perfectus homo, quia nihil minus habuit (extra peccatum) quàm homo. *Ex anima rationali*; Chriſtus veram animam habuit, ubi ſapientia creſcere potuiſſet; ſicut

Digitized by Google

ut dicit in Euangelio: *Jeſus proficiebat ſapientiâ & aetate*, ſapientiâ in anima, aetate in corpore. *Et humana carne ſubſiſtens*. Quia humus terra dicitur, de humanitate carnem aſſumpſit.

Aequalis Patri ſecundùm divinitatem; ſecundùm illud: *Ego & Pater unum ſumus. Minor Patre ſecundùm humanitatem*, juxta quod dicit: *Pater major me eſt*: & in quo homo eſt, minor eſt à Divinitate.

Qui licet Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Ideo ſic conjungi voluit Dei Filius cum humana natura, ut ex his duabus ſubſtantiis fieret una perſona.

Unus autem non converſione divinitatis in carne, ſed aſſumptione humanitatis in Deo. Non quod illa Divinitas, quae eſt Filius Dei, ſe convertiſſet in humanitatem, ut hoc quod erat divinum, fieret humanum; ſed, aſſumendo noſtram naturam, ſic eſt unus effectus, ut non amitteret quod erat; ſed aſſumeret quod non erat. Aſſumpſit humanitatem, & non amiſit divinitatem.

Unus omninò non confuſione ſubſtantiae, ſed unitate perſonae. Non in eo naturarum commixtio eſt, ut vel divinitas mutaretur in naturam humanitatis, vel humanitas converteretur in naturam divinitatis; ſed utrique naturae ſua manet proprietas in perpetuum. Tanta tamen conjunctio eſt naturarum, ut idem, qui aeternaliter ex Deo Patre genitus eſt, homo ſit verus: & ille, qui natus eſt temporaliter ex Virgine, Deus ſit verus. Homo, propter ſuſcipientem Deum Deus verus; Deus Dei filius propter *ſuſcipientem hominem homo verus. Perſonam quippe Filii Dei non ex duabus perſonis unitam, ſed ex duabus naturis exiſtere credimus. De duabus perſonis compoſitum, ut nefas, vitamus.

* Leg. ſuſceptum.

Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus; ſicut enim ex carne & anima unum dicimus hominem; & unuſquiſque habet duos homines in ſe, unum carnalem, & alium ſpiritalem; unum viſibilem, alium inviſibilem; unum mortalem, alium immortalem.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra. In quo paſſus? in quo videbatur, in quo homo erat, in quo crucifixus, in quo mortuus, in quo ſepultus, in quo reſurrexit; quia divinitas impaſſibilis eſt. Sed in conjunctione perſonae Filius Dei dicitur paſſus, & in vera natura filius hominis eſt paſſus.

Deſcendit ad inferos; ideſt anima cum Verbo; quia poſt quam humanitas aſſumpta eſt divinitate, non eſt ſeparata a Verbo. Sed ipſa anima a corpore ſeparata eſt; quia ſi non eſſet ſeparata, corpus non eſſet * mori: & iſte deſcenſus ad ſolam animam pertinet.

Reſurrexit a mortuis, ut nobis exemplum reſurrectionis oſtenderet, ſicut Propheta ait: Poſt duos dies ſuſcitabit nos, & tertia die reſurgemus, & in conſpectu ejus vivemus.

Aſcendit ad Caelos, ideſt ipſa humanitas quae fuit paſſa; ſicut Angeli dixerunt: Viri Galilaei, quid ſtatis aſpicientes in Caelum? ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in Caelum. Quia ſecundùm divinitatem ad nullum poteſt aſcendere locum; ſed ubique totus eſt.

Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Dexteram autem Dei, non carnalem, non corporalem, ſicut humana habet natura; ſed in hoc loco gloriam Dei convenit accipere; ac ſi apertè dicat: Regnat in gloria Dei; & ſedere pro regnare dicit.

Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Venturus eſt in eadem forma, in qua crucifixus, in qua mortuus, in qua ſepultus eſt, & in qua reſurrexit. Non in ea tamen humilitate, in qua antea fuit; ſed in gloria & majeſtate; & ideo in ipſa forma, ut videat Herodes & Pilatus quem judicaverunt, ut videant Judaei quem tradiderunt, ut videant milites quem crucifixerunt, ut videant impii quem negaverunt. Vivos, quos ejus adventus invenerit in corpore viventes: mortuos, qui mortui erunt ab initio uſque in illum diem. Vel aliter. Vivos, ideſt ſanctos: mortuos, ideſt peccatores...

Ad cujus adventum omnes homines, reſurgere habent cum corporibus ſuis. In adventu Chriſti unuſquiſque, ſive juſti ſive peccatores reſurgere habent cum corporibus ſuis.

Et reddituri ſunt de factis propriis rationem: reddere autem rationem, non ſabulo verborum, ſed recordatione omnium quae fecit, ſive bonum, ſive malum. Et ſecundùm hoc unuſquiſque recipere debet, boni bona, mali verò mala.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: in vitam aeternam, quia ſemper erunt boni ſine fine in gloria regnaturi. Et qui mala in ignem aeternum; quia ſemper erit malis ſine fine poena inferni, & ſine ulla miſericordia cum corpore & anima, non conſumpturi, ſed ſemper arſuri, & numquam deficient.

Haec eſt Fides Catholica. Sicut ſuperiùs diximus, iſta eſt Fides Catholica. hic rogat & ammonet, ut unuſquiſque Sacerdos hoc ſciat & praedicet. *Quam* ideſt quam Fidem: *quiſque* ideſt aliquis: *fideliter*, ut de ea non dubitet: *firmiter*, ut nullus à tua Fide te removere poſſit nullo ſchiſmate, vel haereſi. & ſi ita non credideris, ſalvus eſſe non poteris.

INCI-

INCIPIUNT ORATIONES
AD ADORANDAM CRUCEM;

Sive ad depoſcenda ſuffragia omnium Sanctorum.

DOMINUM Deum adoremus, qui ſuſpenſus eſt pro nobis in Cruce. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor; quae utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? *uſque confitebor tibi.*

ORATIO.

ET in te refugium petimus, Jeſu unigenite Fili Dei vivi, qui ſuſcipis preces Archangelorum, & orationes Sanctae Mariae, exaudi me, & libera me ab ira tua & ab omni tribulatione, & anguſtia praeſentis vitae ac futurae, ad te clamantem: Mitte mihi auxilium de Sancto.

Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis.

Ecce Crucem Domini; fugite omnes partes adverſae: Vicit Leo de tribu Juda radix David.

ORATIO.

MEmento Domine famulorum famularumque tuarum, quos effuſione proprii cruoris redemiſti, & ad te clamantium voces propitiatus exaudi. qui vivis.

Domine labia mea. Deus in adjutorium meum.

ORATIO.

TUa nos, Domine, circumda protectione, & ſignaculo Sanctae Crucis muni nos contra hoſtes.

Salve Rex aeternae gloriae, majeſtatis, & pietatis; fabricator mundi, qui veniſti redimere nos.

Pſalmus. Deus in nomine tuo ſalvum me fac. *Totum*.

ORATIO.

ECce lignum Crucis, in quo Salus mundi pependit: venite adoremus. Salva nos Chriſte Salvator per virtutem Crucis, qui ſalvaſti Petrum in mari: miſerere nobis.

Pſalmus. Laudate Dominum omnes Gentes.
Capit. Beati immaculati.

ORATIO.

PEccata mea Domine ſicut ſagittae infixa ſunt in me; ſed antequam vulnera generent in me, ſana me Domine medicamento poenitentiae, Deus.

Cap. In quo corrig.

ORATIO.

REx omnium regum, gaudium Angelorum, Deus, Saluſque ſempiterna omnium in te credentium & in te ſperantium, per virtutem Sanctae Crucis miſerere michi, & dimitte omnia peccata me.

O Sapientia, quae ex ore Altiſſimi prodiſti, attingens à fine uſque ad finem fortiter, ſuaviter diſponenſque omnia: veni ad docendum nos viam prudentiae. Per ſanctam & venerabilem Crucem tuam, & per merita Sanctae Mariae Virginis, miſerere mihi famulo tuo, & omnibus benefactoribus meis.

Pſalm. Laudate Dominum omnes Gentes.
Cap. Retribue ſervo tuo.

ORATIO.

PEccantem me cottidie, & non me poenitentem, timor mortis conturbat me; quia in inferno nulla eſt redemptio: miſerere mei Deus, & ſalva me.

Cap. Adhaeſit pavimento.

ORATIO.

O Adonay, & Dux domus Iſrahel, qui Moyſi in igne flammae rubi apparuiſti, & ei in Syna legem dediſti: per virtutem Sanctae Crucis, & per interceſſionem Sancti Michaëlis, & Sancti Gabrielis, & Sancti Raphaëlis, & omnium Angelorum atque Archangelorum, miſerere mihi peccatori, & omnibus benefactoribus meis.

Pſalm. Laudate Dominum omnes Gentes.
Cap. Legem pone mihi, Domine.

ORATIO.

PEccavi ſuper numerum arenae maris; & multiplicata ſunt peccata mea, & non

non ſum digous videre altitudinem caeli prae multitudine iniquitatis meae; quoniam irritavi iram tuam; & malum coram te feci.

Cap. Et veniat ſuper me.

O R A T I O.

O Domine, qui omoe genus humanum io ligoo ſanctae Crucis de diabolicae ſervitutis jugo liberaſti; libera me ex omnibus anguſtiis mundi, & da mihi peccatori veniam delictorum meorum, ut commiſſa defleam, & poſtmodum flenda noo admittam; & cùm mihi extremus dies finiſque vitae advenerit, emundatum delictis omnibus me Angelus ſanctitatis ſuſcipiat per omnium Sanctorū tuorū merita.

Pſal. Laudate Dominum.

Capit. Memento verbi tui.

O R A T I O.

MEmor eſto mei Domine, quia iniquitates meae multiplicatae ſuot ſuper caput meum; delicta mea creverunt uſque ad caelos: parce Domine, & patientiam habe in me, & erue me a malis, quae cottidie adcreſcunt ſuper me, & ne perdas me cum iniquitatibus meis; ſed parce ſervo tuo, quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo; nec in aeternum iraſcaris michi, quia multa ſunt peccata mea: tibi peccavi, libera me per virtutem ſanctae Crucis io tempore anguſtiae meae; & ſupplico te Pater, ut veniat ſuper me miſericordia tua.

Cap. Portio mea, Domine.

O R A T I O.

O Radix Jeſſe, qui ſtas in ſignum populorum, ſuper quem continebunt reges os ſuum, quem gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, jam noli tardare.

Per virtutem ſanctae Crucis, & per merita Sanctorum Patriarcharum, ac Prophetarum, atque ſanctorum Martyrum, Innocentum, quorum ſanguis pro te, o Redemptor Mundi, effuſus eſt: miſerere mihi peccatori, & omnibus benefactoribus meis.

Pſalmus. Laudate Dominum omnes Gentes.

Cap. Bonitatem feciſti.

O R A T I O.

PAter, peccavi in caelum & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus: per ſanctam & ineffabilem pietatem tuam miſerere mei.

Cap. Manus tuae fecerunt.

O R A T I O.

O Clavis David, & Sceptrum domus Iſrahel, qui aperis & nemo claudit, claudis & nemo aperit: veni, & educ vinctos de domo carceris, ſedentes in tenebris & umbrâ mortis. Tua nos Chriſte circumda protectione, & in aeternum noo ſegreges te a nobis.

Pſalmus. Laudate Dominum.

Cap. Defecit in ſalutari tuo.

O R A T I O.

ANima mea io anguſtiis poſita, & ſpiritu aeſtuans, clamat ad te Domine. O Jeſu benigne precor te, ſecundùm actum meum noli me judicare, nihil dignum io conſpectu tuo egi; ideo deprecor majeſtatem tuam, ut tu Deus deleas iniquitatem meam. Per interceſſionem omnium Sanctorum tuorum exaudi me Pater, & miſerere mei.

Cap. In aeternum, Domine.

O R A T I O.

O Oriens ſplendor lucis aeternae, & Sol juſtitiae, veni, & illumina me ſpiritu gratiae tuae. Per virtutem ſanctae Crucis, & per merita ſancti Johannis Baptiſtae, & beati Petri principis Apoſtolorum, quem de mundo elegiſti, & tradidiſti ei claves regni caelorum, & per merita omnium Apoſtolorum & Evangeliſtarum, miſerere michi peccatori, & omnibus Chriſtianis.

Pſalmus. Laudate Dominum.

Cap. Quomodo dilexi.

O R A T I O.

DOmine Rex omnipotens in dicione tuâ cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tuae: libera me propter nomen ſanctum tuum, & da mihi locum poenitentiae.

Cap. Lucerna pedibus meis.

O R A T I O.

O Rex gentium, & deſideratus earum, lapiſque angularis, qui facis utraque unum; veni ſalva hominem, quem de limo formaſti. Per virtutem Sanctae Crucis, & per merita Sancti Stephani protomartyris, & Sancti Laurentii, & Sancti Georgii, & Sancti Blaſii, & Sancti Savini, & Sanctorum Martyrum Seneſii & Theopontii, & omnium Sanctorum Mar-

Martyrum, quorum ſanguis pro te, o Redemptor mundi effuſus eſt, & per merita Sancti Silveſtri Confeſſoris tui, & Sancti Martini, & Sancti Benedicti pii patroni noſtri, & Sancti Nicolai, & omnium Sanctorum Confeſſorum, & Monachorum, & Heremitarum, miſerere mihi peccatori, & omnibus Chriſtianis.

Pſalm. Laudate Dominum omnes.

Cap. Iniquos odio habui.

O R A T I O.

ASpice Domine de ſede ſancta tua, & cogita de nobis:inclina Deus meus aurem tuam, & audi:aperi oculos tuos,& vide tribulationem meam.

Cap. Feci judicium.

O R A T I O.

O Emmanuhel Rex & Legifer noſter, expectatio gentium,& ſavator earum; veni ad ſalvandum nos Domine Deus noſter. Per merita Sanctae Mariae Magdalenae, & Sanctae Scolaſticae, & Sanctae Agathae, & Sanctae Agnae, & Sanctae Ceciliae, & Sanctae Anaſtaſiae, & Sanctae Fuſcae, & omnium Sanctarum Virginum, ac Viduarum, atque Continentium, miſerere mihi peccatori, & omnibus Chriſtianis. Chriſtus ſuam Crucem erexit, infernum confregit; accinctus eſt potentiâ, ſurrexit die tertia.

Pſalm. Laudate Dominnm omnes Gentes.

Cap. Mirabilia teſtimonia.

O R A T I O.

COngregati ſunt inimici mei adverſum me, & gloriantur in virtute ſua; contere fortitudinem illorum Domine, & diſperge illos; ut cognoſcant, quia nun eſt alius qui pugnet pro nobis,niſi tu Deus noſter.

Cap. Juſtus es Domine.

O R A T I O.

O Rex gloriae, Domine virtutum, qui triumphator mortis & diaboli, ſolus aſcendiſti ſuper omnes caelos;ne derelinquas me orphanum.Rex aeternae gloriae, Rex miſericordiae, Rex majeſtatis & pietatis; ſed mitte promiſſum Patris in corde meo Spiritum veritatis & timoris tui; & repelle de corde meo ſuperbiam, & odium,invidiam, impatientiam, inobedientiam, luxoriam, avaritiam, diſcordiam, vanam gloriam, jactantiam, falſum teſtimonium, & zelum amaritudinis, & ſpiritum fornicationis, & omnia machinamenta antiqui hoſtis, & fantaſmata ejus.

Pſalm. Laudate Dominum.

Cap. Clamavi.

O R A T I O.

APeri Domine oculos tuos, & vide afflictionem meam: circumdederunt me gentes ad puniendum; ſed tu Domine extende brachium tuum, & libera me ab inimicis meis.

O R A T I O.

DOmine Deus meus erue me de manibus inimicorum meorum viſibilium & inviſibilium; & de cogitationibus immundis libera me; & de omnibus hujus ſaeculi vanitatibus eripe me: quatenus, te miſerante, te donante, te largiente, aeternorum flammas tormentorum evadere valeam, atque beatitudinem ſempiternam dignus accipere merear.

Cap. Vide humilitatem.

O R A T I O.

TE Salvatorem & Redemptorem mundi ſupplicite r quaeſo,ne patiaris perire animam meam; ſed per merita omnium Sanctorum tuorum miſerere mihi peccatori, & dimitte mihi omnia delicta mea;& adjuva me peccatorem in infirmitate corporis mei & animae meae laborantem, & in hora exitus mei, & in praeſenti vita; ut tibi laudem & gloriam in hoc ſaeculo & in futuro referre merear, qui me miſerum creaſti.

Pſalm. Laudate Dominnm omnes Gentes.

Cap. Principes perſecuti ſunt.

O R A T I O.

DOmine Deus, qui conteris bella; adjutor & protector eſto mihi, confringe omnes inimicos meos. Confirma cor meum Deus in timore tuo, quia non eſt alius Deus praeter te.

Cap. Appropinquet oratio.

O R A T I O.

SAncta Maria, Dei Genitrix, te deprecor cum omnibus Sanctis & cum omni Virgineo choro deprecare pro me ante Dei thronum, ut liberet me Dominus de omnibus anguſtiis meis. Virgo virginum

Dei

Dei Genitrix Maria, Mater Domini mei Jeſu Chriſti, Regina Angelorum,& totius Mundi oraculum aeternum, claritas caelorum, quae nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem.

Per pretioſum ſanguinem Filii tui, quem in pretium noſtrae ſalutis effudit,& per ſanctam Crucem ejus, in qua pro ſalute humani generis pati dignatus eſt,& per ſuffragia omnium Sanctorum, adjuva me peccatorem, in infirmitate corporis mei & animae meae laborantem. Omnium foeminarum ſacratiſſima Virgo Dei Genitrix, quae Mundi Salvatorem & Redemptorem de tuo ſancto & intemerato virginali utero edidiſti; per illius ſanctiſſimum amorem, & per merita omnium Sanctorum, intercede pro me,& pro animabus omnium fidelium vivorum ac defunctorum ad Filium tuum unigenitum, qui eſt ſaeculi vita, & redemptio noſtra, & omne gaudium & refugium noſtrum in omni tribulatione & anguſtia, quae circumdederunt nos, & omnis conſolatio noſtra. Sit crucifixo Domino decus, & imperium, honor, & poteſtas, & gratiarum actio in ſaecula ſaeculorum. Amen.

O R A T I O.

Deus judex juſtus, qui ab hominibus judicatus te in majeſtate venturum praedixiſti ad judicandum vivos & mortuos; noli me Domine in illo tremendo die, damnabili judicio condemnare: ſed ſuppliciter exoro, ut relaxentur ante à te merita peccatorum meorum; & cùm veneris in judicium Deus, ſecundùm largifluam miſericordiam tuam omnium facinorum meorum michi veniam tribue;ut cum tuis Sanctis,tuae adunatis dexterae, illic feliciſſimè tuae vocis merear audire ſonitum: Venite benedictiPatris mei;percipite regnum,quod vobis paratum eſt ab origine mundi: & tunc introduc me in thalamum regni tui, ubi Sancti tui Domine ſine fine requieſcunt, & ubi epulantur tecum omnes Sancti tui, Domine Jeſu Chriſte, qui cum Patre &c.

INCIPIUNT ORATIONES
SUPER SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES.

I*Nprimis*. Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. ℣. Gloria. ℟. Alleluia.

O R A T I O

Omnipotens ſempiterne Deus,tibi ſummo Pontifici, & aeterno Sacerdoti, Domino meo Jeſu Chriſto,confiteor peccata mea, quia debitor ſum non tantùm decem milium talentorum criminum meorum, ſed totius vitae meae rationem tibi debeo;quia in omnibus mandatis tuis nullum praeceptum invenio, in quo non me putem, ſermone, viſu, auditu, guſtu, & opere, greſſu, cogitatione, loquutione, & delectatione, ac etiam conſenſu, deliquiſſe: & ideo obſecro te, ut ſecundùm promiſſionem tuam dimittas mihi confitenti, & poenitentiam agenti, omnia debita peccatorum, & delicta juventutis, & ignorantiae meae ne memineris Domine ;ſed ab occultis meis,atque meae mortalitatis incognitis delictis atque peccatis munda me, & ab alienis parce michi ſervo tuo Deus meus, & Domine meus, Jeſu Chriſte. Amen.

Propter nomen tuum Domine eripe me de luto,utnon inhaeream;libera me ex odientibus me,& de profundo aquarum. Non me demergat tempeſtas aquae; neque abſorbeat me profundum; neque urgeat ſuper me puteus os ſuum. Exaudi me Domine,quoniam benigna eſt miſericordia tua, & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

Pſalmus. Domine,ne in ira tua. Heu mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea: quid faciam miſer? ubi fugiam, niſi ad te Deus meus? Miſerere mei, dum veneris in noviſſimo die.

Pater noſter.

Deus,propitius eſto mihi peccatori.

C O N F E S S I O.

Tibi confiteor peccata mea, aeterne Pontifex, & ſanctorum Miniſter, & veri Tabernaculi Sacerdos; qui ſemel in anno hujus tabernaculi ſolus in myſtica

Sancta intraſti, & ſanctum atque immaculatum agnum proprii corporis tui hoſtiam dediſti pro peccatis meis, & nunc ſedes in dexteram Dei Patris, ſemper vivens & interpellans pro delictis meis. Tibi ergo confiteor, quia debitor ſum tibi non tantùm decem milium talentorum criminum meorum, ſed totius vitae meae rationem tibi debeo; quia in omni vita mea nullum mandatum tuum perfectè a me cuſtoditum ſcio, in quo ego vel ſermone, vel viſu, vel auditu, vel guſtu, vel opere, vel cogitatione, vel etiam conſenſu non deliquerim. Sed ego nunc praevenio faciem tuam in confeſſione, & in conſpectu Angelorum, & omnium Sanctorum tuorum, confiteor tibi peccata mea; & veniam pro delictis meis poſtulo; teque obſecro, ut me tempore accepto exaudias, & ut in his diebus ſalutis adjuves me, ut modò poſſim perfecte intellegere peccata mea, & tibi aeterno Judici confiteri, & per id veniam mereri omnium delictorum meorum; quatenus ad remedium judicii tui liber & ſecurus ab omnibus accuſationibus inimici pervenire merear per te Deum & Dominum meum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre &c.

Pſalm. Beati, quorum &c.
Heu mihi Domine. *ut ſupra*.
Pater noſter.
Deus, propitius.

ORATIO

Domine Deus omnipotens, Trinitas Sancta, & inſeparabilis Unitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; meâ culpâ Domine veniam peto, & precor, & quaero, & ſupplico, & genua flecto, & cervicem curvo, & confiteor peccata mea, quia peccavi graviter in lege, quam tradidiſti mihi, & in praeceptis tuis, quae commiſiſti mihi. Peccavi in verbo, in cogitatione, in locutione, in facto, in voluptate, in greſſu, in viſu, in auditu, in odoratu, & in tactu, & in opere. Peccavi in furtu, in fornicatione, in falſo teſtimonio, in perjurio, in homicidio, in ſacrilegio, & de omni culpa ſum coinquinatus, & de octo vitiis, quae habeo in me, tam de facto quàm de cogitatione, non tam de voluntate quàm & de opere. Peccavi Domine, peccavi; parce peccatis meis, propitiare, & ſalva me. Qui gubernaſti Noe ſuper undas diluvii, exaudi me. Qui Jonam de abyſſo revocaſti, libera me. Qui Petro mergenti manum porrexiſti, auxiliare mihi Jeſu Chriſte. Qui feciſti mirabilia cum patribus noſtris, & meis propitiare temporibus. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de anguſtia & anxietate iſta, quam nunc patior. Peccavi Domine, peccavi, inique egi, iniquitatem feci, dereliqui vias tuas, receſſi a mandatis tuis; habe me confitentem reum, quia pius es; & ne retribuas iniquitatem, dum pietatem tuam cognoſco. Precor te Domine, ſpatium ad poenitentiam agendam tribue mihi. Non permittas me temptari majori temptatione, quàm mea fragilitas poteſt ſuſtinere; & agam poenitentiam dignam ac fructuoſam, ut in illa vita beata merear requiem habere, & regnum Dei poſſidere.

Precor te Domine, ut non permittas me de iſta vita exire, antequam in hoc ſaeculo, aut per poenitentiam, aut per eleemoſynam juſtam, aut per tribulationem qualemcumque vis, facias me eſſe diremptum de meis culpis, & de meis negligentiis. Precor te Domine, ut facias, me perſeverantiam bonam habere uſque in finem. Amen.

Pſalm. Domine, ne in ira tua. II.
Heu mihi.
Pater noſter.
Deus, propitius.

ORATIO

Da mihi, Domine, peccatori confeſſionem, quae tibi ſit placita. Da, ut in corde meo abundent inenarrabiles gemitus, qui aures poſſint pulſare tuas. Da mentis intentionem, qua ſuſcipiam profundam bonitatem tuam in humilitate cordis. Ipſum da mihi petere, quod te audire delectat. Ipſum animae meae inſere, ut jugis delectatio mea ipſe ſis. Da mihi, Domine, lacrimas ex tuo affectu, quae peccatorum meorum poſſit diſſolvere vincula.

Audi me Deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quae peto, & da quae petam ut audias. Si deſpicis, pereo; ſi proſpexeris, vivo; ſi juſtitiam meam quaeris, mortuus feteo; ſi tuâ miſericordiâ me reſpexeris, mortuum ſuſcitas de ſepulchro. Quid non mali ego corruptibilis creatura? qui non boni tu Creator, & creaturae fortiſſimus innovator operatus es? Cecidi de manu tua vitio meo; potens es artifex tibi placitum figurare iterum. Corripe in miſericordia, & ne in ira corripias me. Quod odis in me, longè fac a me; & continentiae ac caſtitatis ſpiritum inſere in me. Vitia omnia mortifica

tifica in me, & animam meam vivifica in te: & hoc mihi da petere, ut petendo non offendam; hoc praeſta, quod meam non deneget medicinam. Cura egrotum; & cùm curas, ſic contine, ne dimittas. Spes mea, fortitudo mea, miſericordia mea, pietas ſempiterna, qui eras & qui es & qui venturus es, Omnipotens.

Pſalm. Miſerere meì Deus ſecundùm.
Heu mihi Domine.
Pater noſter.
Deus, propitius eſto mihi peccatori.

O R A T I O

DA mihi, Domine, conpunctionem cordis, & lacrimas oculis mei, ut defleam diebus ac noctibus omnes dies vitae meae neglegentias meas cum humilitate cordis & caritate: appropinquet oratio mea in conſpectu tuo. Domine, ſi iratus fueris adversùs me, quem adjutorem quaero? aut quis miſerebitur infirmitatibus meis? Memento, quòd Chananeam, & Publicanum vocaſti ad poenitentiam, & Petrum lacrimantem ſuſcepiſti; ſic & precem meam ſuſcipe miſericors Deus, Salvator meus.

Pſalm. Domine exaudi. I.
Heu mihi Domine.
Pater noſter.
Deus, propitius.

O R A T I O

SUſcipe, piiſſime Pater, per nomen dilecti filii tui Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri conſeſſionem meam, unica ſpes mea: Domine Deus meus miſerere mei, quia libidine, triſtitia, ira, accidia, ſomnolentia, neglegentia, cupiditate, invidia, malitia, odio, detractione, perjurio, falſitate, mendacio, vanagloria, levitate, ac ſuperbia perditus ſum; & omni mala cogitatione, loquutione, actione, atque omnibus ſenſibus extinctus & perditus ſum. Tu qui juſtificas impios, & vivificas mortuos, juſtifica me, & reſuſcita me, Domine Deus meus. Amen.

Pſalm. De profundis.
Heu mihi, Domine.
Pater noſter.
Deus, propitius eſto mihi peccatori.

O R A T I O

DOmine Deus deſtrue quicquid in me ſupplantat adverſarius, & eradica; ut deſtructis iniquitatibus, in os meum & cor meum, intellectum, & opus bonum inſeras, ut opere & veritate tibi ſoli Deo ſerviam, & intellegam mandata tua, & te ipſum requiram. Amen.

Pſalm. Domine exaudi. II.
Heu mihi, Domine.
Pater noſter.
Deus, propitius.

O R A T I O

INfelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Deo gratias. Sana animam meam Deus. Ego dixi, Domine, quia peccavi.
Pater noſter.
Deus, propitius..

O R A T I O

DOmine Jeſu Chriſte, contere ſathanan ſub pedibus meis velociter. Chriſte Fili Dei vivi, concede michi caritatem, humilitatem, patientiam, perſeverantiam bonam, finem perfectum, caſtitatem, ſobrietatem, manſuetudinem, obedientiam, concordiam cum omnibus hominibus, & qui mihi mala inferre moliuntur; ut poſſim contra hoſtem inviſibilem vincere per caritatis vinculum omnia peccata mea. Pater piiſſime, vince omnia peccata mea donando indulgentiam; & de hoc, quod neglegenter die noctuque egi, per tuam miſericordiam & clementiam praeſta mihi veram emendationem & remiſſionem peccatorum, & ad regnum gloriae tuae me perducere digneris. Qui vivis.

Ymnus trium Puerorum. Benedicite omnia opera Domini Domino.

O R A T I O

TE ſumma Deitas, ò beata Trinitas, unaque, poſcimus, ut culpas abluas, noxia ſubtrahas, des pacem famulis, nos quoque gloriam per cuncta tibi ſaecula. Amen.

A L I A.

DEus, qui es unus & verus, qui ſolus juſtus es, in quo omnia, per quem omnia facta ſunt; exaudi me orantem, ſicut exaudiſti Jonam de ventre coeti. Exaudi me Domine, ſicut exaudiſti tres Pueros de camino ignis. Exaudi me, ſicut exaudiſti Suſannam, & liberaſti eam de manibus duorum iniquorum. Exaudi me, ſicut exaudiſti Petrum in mari,

Paulum in vinculis. Parce animae meae. Parce peccatis meis. Parce factis meis, atquecrimiribus. Viſita infirmum: ſana aegrotum: cura languentem. Da cor quod te timeat, ſenſum qui te intellegat, oculos qui te videant: da ſapientiam, da omne quod ſcis ad utilitatem pertinere animae meae. Tribue mihi famulo tuo, ut in praeceptis tuis die ac nocte ambulem, & praecepta tua te auxiliante cuſtodiam, & ne commune aut coinquinatum quid in ſenſu meo inimicus inferat; ſed omnia quaecumque ſunt bona facta, quaecumque pudica, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, ſi qua laus, ſi qua virtus & diſciplina, haec me cum omnibus Sanctis ſapere & cuſtodire praecipias. Chriſte in manibus tuis commendo animam meam, carnem meam; ut michi in mente intellegentiam, in carne diſciplinam largire digneris, & ne me perire permittas. Quis ſimilis tui reguator omnium ſaeculorum Domine, qui ſpiritalem cibum omni animae opportuno miniſtras in tempore? Concede ergo, quaeſumus, nobis, ut te perpetualiter benedicere, tuamque potentiam cum Electis tuis fiducialiter exaltare valeamus. Amen.

Te Deum laudamus.

Te decet laus, te decet ymnus, tibi gloria Deo Patri & Filio cum Sancto Spiritu in ſaecula ſaeculorum. Amen.

O R A T I O

Tibi ago laudes & gratias, Domine Deus meus, miſericordia mea, qui me ad tuam cognitionem perducere, & ipſa crimina baptiſmatis abluvione relaxaſti, & inter adoptionis tuae filios aggregare dignatus es. Tibi ago laudes & gratias, qui me, ab ipſis rudimentis infantiae uſque ad hanc horam ad multa defluentem vitia, ad emendationem expectas. Te laudo & glorifico, qui me ſaepiſſime de multis tribulationibus & anguſtiis, calamitatibus & miſeriis liberaſti: qui me hactenus de aeternis ſuppliciis, & de temporalibus hujus vitae cruciatibus exemiſti. Te laudo & glorifico, qui mihi ſoſpitatem membrorum, tranquillitatem temporum, affectum & caritatem fraternam donaſti. Siqua etjam in me ſunt dona, tua pietate conſerva. Quaeſo, Domine Deus, inaeſtimabilem ſuavitatis tuae clementiam, ut inchoata in me bona perficias; quicquid in me tibi diſplicet, repellas; a cunctis me, quae ſuperſunt, tribulationibus, ac diverſis malis eripias: cogitationes meas, loquutiones pariter, & actus in tua voluntate dirigas: inter adverſa me, & proſpera gradientem ſemper & ubique cuſtodias: & ad tuae viſionis deſiderata gaudia quandoque perducas. Amen.

Gloria in excelſis Deo.

Ymnum, & laudem, & gloriam, & honorem, & gratiarum actionem tibi ſemper refero Deus, & Domine meus; quia tu creator & conditor meus meam creaturam in te ipſo ſuſcipere dignatus es, ut ego nunc tanto majorem ſpem in infirmitatibus meis habeam, quanto recordor etiam magis, quòd meae naturae advocatum & interceſſorem habeam te apud Deum Patrem omnipotentem. Amen.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, qui es, qui eras, & qui venturus es. Gloria, & benedictio ſit tibi ſedenti ſuper thronum, viventi in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Repleatur os meum laude tua, ut poſſim cantare. Gaudebunt labia mea, dum cantavero tibi, & anima mea, quam redemiſti Domine. Adjutor meus tibi pſallam, quia tu Deus ſuſceptor meus, Deus meus miſericordia mea.

Quicumque vult ſalvus eſſe. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis.

O R A T I O

Domine Deus omnipotens, aeterne, & ineffabilis, ſine fine atque initio, quem unum in Trinitate, & trinum in Unitate confiteor; te ſolum adoro, te laudo, te benedico, teque glorifico, tibi, miſericors & clemens, gratias refero; qui me, exutum nocte perfidiae & erroris, participem fieri tribuiſti gratiae tuae: perfice, quaeſo Domine, caeptum in me opus miſericordiae tuae, & dona michi ſemper cogitare, loqui, & agere, quae placita ſuut tibi; & gratuitâ me ubique pietate cuſtodiens, ſac, me indignum & miſerum ad tuam pervenire viſionem. Amen. Credo in unum Deum.

O R A T I O

Salva me Domine Rex aeternae gloriae, qui potens es ſalvare. Da mihi, & velle, & operari, & perficere, quae tibi placent, & mihi expediunt. Da in perturbatione & tribulatione auxilium, in perſecutione ſolatium, & in omni tempore temptatiouis virtutem. Tribue de praeteritis peccatis veniam, de praeſentibus

emen-

emendationem, & de futuris digneris largire cuſtodiam.

ORATIO

DOmine Jeſu Chriſte, redemptor omnium fidelium, qui es refugium pauperum, conſolatio tribulantium; per magnam miſericordiam tuam & clementiam ſis mihi conſolatio in omnibus anguſtiis meis, quia non habeo in alio ſpem niſi in te & in Sanctorum tuorum meritis. Amen.

ORATIO

DEus meus, tu es refugium meum & virtus, adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis. Propterea clamo ad te ex toto corde meo, exaudi me; & omnia, quae ego indignus precor, clementiâ tuae pietatis adipiſci merear: ut quicquid eſt quod mea infelicitas a te petere non ſapit aut non praeſumit, id pro tua pietate ac benignitate tribue mihi ſervo tuo; quoniam tu es conſolatio & protectio & gubernatio vitae meae. Amen.

ITEM ORATIO

DEus omnipotens, ineffabilis bonitas, inaeſtimabilis majeſtas, non ſecundum meritum meum, ſed ſecundum miſericordiam tuam auditu placido has meas ſuſcipe preces.

ALIA ORATIO

IMmenſe & miſericors Deus, Pater omnipotens, qui per os David electi tui carmina nos dulciflua docuiſti, & petitionibus effectum mirabiliter declaraſti; concede mihi indigno famulo tuo hujus capacitatis ſpiritu repleri: ut ſicut ille per hujus carmina modulationis gratiam tuam conſolationis percepit, & peccatorum indulgentiam promeruit; ita clementiſſime Pater in hac hora dignanter reſpicias, & quicquid.......................

Adjutorium noſtrum in nomine Domini: Qui fecit caelum & terram.

Symbolum Apoſtolorum.

Et. Benedicite omnia opera Domini Domino.

Te Deum laudamus.

Te decet laus: *In hoc Verſu ſurge.*

Propter nomen tuum, Domine, Firmamentum meum, & refugium meum, & dux meus eſto, Domine Deus meus.

In his verbis, mox ut Eccleſiam ingredieris, age gratias Deo, ita dicendo.

ORATIO

GRatias tibi ago, omnipotens Pater, qui me dignatus es in hac nocte cuſtodire; deprecor clementiam tuam piiſſime Domine, ut concedas mihi diem venturum ſic peragere in tuo ſancto ſervitio cum humilitate & diſcretione, qualiter tibi complaceat ſervitus mea: & praeſta mihi, hodie cum ſumma patientiâ tibi gratum exhibere ſervitium. Inmitte Domine, quaeſo, Angelum tuum in circuitu meo, & eripe me ab impiis & immundis ſpiritibus, qui in circuitu ambulant, ut viam mandatorum tuorum abſque omni errorum ſcandalo inoffenſo pede currere valeam.

Poſt haec Sanctam adora Trinitatem.

TRibue mihi Domine ſemper cogitare, loqui, & operari, quae recta ſunt; ut ſemper, quae placita ſunt, ſecundùm voluntatem tuam perficere valeam, ut merear invenire gratiam & miſericordiam tuam; & fac me mundo corde, & recto ſpiritu, ac caſto corpore ita orare, Domine Jeſu Chriſte, quemadmodum tu orare docuiſti.

Pater noſter.

Pſalm. Miſerere mei Deus.

Oratio ad perſonam Patris.

DOmine Deus Pater omnipotens.

Reliqua, ut ſupra.

Gloria in excelſis.

Pater noſter.

Pſalm. Inclina Domine.

Oratio ad perſonam Filii.

DOmine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi.

Reliqua, ut ſupra in omni Dominica.

Pater noſter.

Pſalm. Domine exaudi. II.

Oratio ad perſonam Spiritus Sancti.

DOmine Sancte Spiritus, qui aequalis & coaeternus.

Reliqua, ut ſupra, in Symbolum Apoſtolorum.

Ora-

Oratio ad honorem Sanctiſſimae Trinitatis.

DDomine Deus omnipotens, aeterne, & ineffabilis, ſine fine atque initio, quem unum in Trinitate, & trinum in Unitate cnnfitemur; te ſolnm adoro, te laudn, te benedico, teque glorifico, tibi miſericors & clemens gratias refero, qui me, exutum nocte perfidiae & erroris, participem fieri tribuiſti gratiae tuae: perfice, quaeſo Domine, coeptum in me opus miſericordiae tuae; dona mihi ſemper cogitare, loqui, & agere, quae placita ſunt tibi; & gratuitâ me ubique pietate cuſtodiens, fae me indignum & miſerum ad tuam pervenire viſionem. per &c.

Oratio ad honorem S. Mariae Virginis.

SAncta Maria miſericordiſſima, & excellentiſſima Angelnrum Domina, Virgo glorioſa, quae verbum Dei incarnatum genuiſti; ſcio, quòd immeritus ſum tantis pollutus ſnrdibus, tantis miſeriis repletus, reſpicere ac deprecari magnitudinem tuam; ſed certus ſum, quòd ideo Deus, qnem genuiſti, homo dignatus eſt fieri, ut peccatnres vocaret ad poenitentiam. Auxiliare ergo mihi, ſancta Dei Genitrix, quia nullum haben ſolatium praeter te Domina. Illumina mentem meam de Spiritu Sancto. Obſecro te, Domina ſanctiſſima, ut cognoſcere me facias viam ſalutis, per quam ad eum pervenire, & placabilem atque propitium merear habere in hoc ſaeculo & in futuro, quem peccatis meis nefandiſſimis, ac ſceleratiſſimis diuturnis miſeriis nffenſum habeo, quem tu ſancta & immaculata genuiſti Virgo, qui carne affixus eſt ſanctae Crucis venerabili ligno, & propter tntius mundi redemptinnem ſuum effudit ſanguinem. Jube Dnmina, clauſos oculos cordis mei patefieri, & converte de maln ad bonum, meumque adimple deſiderum, fidens de tua ſancta miſericordia atque cuſtodia. Peto te, Domina, per Deum, quem genuiſti, ut denuo carnem iſtam ſordidis peſſimiſque non finas maculari operibus; quia tu ſancta Dei Genitrix pro me potes haec omnia obtinere. Tu mihi Domina miſerere. Tu me ab omni maln praeſenti & futuro defende. Tu me nre, corde, & corpore, mente, & ſpiritu, dormiendn & vigilando cuſtodi, guberna, & protege diebus ac noctibus, horis atque momentis, cunctis diebus vitae meae. Te pia Domina in omnibus tribulationibus & anguſtiis ac neceſſitatibus cunctis merear ſentire corporaliter, & ſpiritualiter auxiliatricem. Tu mihi Domina auxiliare, meaſque indignas preces non repellas. Per te merear pervenire ad veram poenitentiam. O Domina piiſſima: O Domina clementiſſima, obſecro, te da michi veram emendationem de omnibus peccatis meis, ut videre gloriam Dei poſſim, quam peccatores percipere non poſſunt. Per te glorificem Deum, peccatorum percipientem poenitentiam. O Domina, ne derelinquas me neque deſeras, ſed cuſtodi me ubicumque perrexero, vel quicquid operatus fuero. Te ſemper merear habere praeſentem & auxiliatricem; & dirige me in viam ſalntis, quae tibi placeat, & Filio tuo, Regi immortali, qui ſalvos facit peccatores convertentes ad ſe. Tu Domina pia amove à me peſſimas ac ſnrdidas mentis meae cogitationes; ne poſtmndum praevaricator damnatinnis extremae luam poenas, ſed miſeratione tuâ ereptus requie aeternâ perfrui merear. Amen.

A L I A.

TE ſupplico, Virgo Sancta Mater Chriſti, immaculata, puerpera, grata Maria, Stella maris ſplendida, Regina caelorum digna, aula Dei munda, porta Chriſti concluſa, in mulieribus benedicta, ſuper caelos exaltata, genitrix Chriſti; ut apud Dominum Deum tuum, immo apud Filium tuum, pro peccatis meis intervenire digneris. Nullus eſt enim in creaturis dignior te; quia ipſe, qui creavit te, natus eſt ex te; & proinde nullum libentiùs, exaudit quàm te. Sub tuis ergn viſceribus confugio, ſancta Dei Genitrix, deprecationem meam ne deſpicias; ſed libera me ſola caſta & benedicta: admitte preces meas intra ſacrarium exauditionis, & reporta mihi gratiam reconciliatinnis. Sit per te excuſabile, qnod per te ingero. Accipe quod offero, impetra quod rogo, excuſa quod timeo; quia nec potentiorem meritis invenio ad placandam iram judicis quàm te, quae meruiſti Mater exiſtere ejuſdem Redemptoris, & Judicis. Sancta Maria ſuccurre mihi miſero, juva puſillanimem, refone debilem, ora pro me, ſentiam tuum levamen, qui devotè celebro tuum ſanctum nomen. Sit tibi compaſſio ſuper me, ſit pius affectus tuus ſuper me peregrinum; & cùm te ſemper laetantem aſpicis, fletus meos, quaeſo, ad Deum ipſâ admittas, eumque ùt proprium Filium tuum pro me interpelles,

ut

Digitized by Google

ut merear ad gaudia aeterna pervenire. Amen.

ALIA ORATIO.

INtemerata Virgo Dei Genitrix Maria, deprecor te, ut exaudias orationem meam, & ſis mihi miſeratrix & adjutrix in omnibus neceſſitatibus meis. Deprecor te, Domina omni pietate pleniſſima, intercede pro me ante illius Redemptoris conſpectum, quem genuiſti ſine concupiſcentia virili:ut liberet me ab omnibus inſidiis inimicorum meorum, & delectatione carnali:ut merear per te habere indulgentiam peccatorum, & defenſionem ab hoſte viſibili,& inviſibili, & cuſtodiam vitae, & morum emendationem,& in die exitus mei veniae conſolationem,& poenae aeternae liberacionem: & aeternum gaudium, quod pro meis meritis nullo modo aſſequi poſſum, tuâ, o ſplendidiſſima Virgo, valeam ſubventione conſequi: Per ipſum unicum Filium tuum Dominum noſtrnm Jeſum Chriſtum: Qui cum Deo Patre.

Oratio ad Sanctum Michahel.

SAncte Michahel Archangele, qui veniſti in adjutorium Populi Dei, ſubveni michi apud altiſſimum Judicem, ut mihi peccatori donet remiſſionem delictorum meorum propter magnam miſerationum ſuarum elementiam.

Exaudi me invocantem te,Sancte Michahel: adjuva me,apud majeſtatem Dei adorantem: interpella pro me gemeſcentem; & fac me caſtum eſſe ab omnibus peccatis. Inſuper obſecro te,praeclarum atque decorum ſummae Divinitatis Miniſtrum, ut in noviſſimo die benignè ſuſcipias animam meam in ſinu tuo ſanctiſſimo, & perducas eam in locum refrigerii, pacis, & quietis; ubi Sanctorum animae cum laetitia & inenarrabili gaudio futurum judicium, & gloriam beatae reſurrectionis expectant: Per eum qui vivit.

Oratio ad proprium Angelum.

PRecor te & ſuppliciter rogo, Spiritus angelici *numeri, cui communis Conditor animae & corporis mei tradidit curam; ut a luce in veſperum forti cuſtodiâ me cuſtodire digneris ab impiis & immundis ſpiritibus, qui in circuitu ambulantes rugiunt,quaerentes ut rapiant: & quia ſunt ad nocendum hominibus valde cupidi, ſemper in fraude novi, mille nocendi artibus moliuntur; quaeſo, tuae virtutis potentiâ refrenentur, ne aut ſenſum meum commoveant, aut illicitum amorem infundant; ne aut mentem meam carnali timore perterreant, aut quietudinem pacis perturbent. Equidem ego pondus infirmitatis ex lutea traxi materia, in iniquitatibus conceptus, & in delictis natus, imbecillis ſenſu, & corpore fragilis,omnibus bonis vacuus, malis omnibus plenus,erga bona piger, ad mala promptus. Tuae ergo virtus orationis & in terris me dirigat, & ad caeleſtia per contemplationem levet;ut & in terra inoffenſo pede operis gradiar, & ad divinitatis gloriam mentis oculos dirigam ut, contemnens temporalia, concupiſcam aeterna; & relinquens mortalem vitam, immortalem cupiam ſine fine;& qui te in terris patronum habere merui,tecum perenniter gaudere merear in regno: Ipſo donante, qui ante ſaecula, & in ſaeculum vivit & regnat, Deus.

* *Cod.* numinis.

Ad Sanctum Johannem Baptiſtam.

BEatiſſime Johannes Baptiſta,Praecurſor, & Martyr Chriſti, Virgoque ſanctiſſime;obtine pro me,obſecro,ſacris precibus tuis, nt donet mihi Dominus congruentem abſtinentiam cibi & potûs, cogitationis pariter, locutionis, atque operis. Cuſtodiat me ab omni pollutione mentis & corporis; & donet mihi, quamdiu ſubſiſto in his fragilibus membris,ſemper ſegregatum a viciis & peccatis militare ſibi. Amen.

Ad honorem Sancti Petri Apoſtoli.

SAnctiſſime Petre,Princeps Apoſtolorum, paſtor & nutritor meus, qui poteſtatem habes ligandi & ſolvendi conceſſam à Magiſtro tuo; ſolve, quaeſo, omnes nexûs iniquitatum mearum; & intercede pro me, ut reſpiciat me Dominus & Magiſter tuus, ſicut reſpexit te. Eruat me de profundo viciorum, qui te liberavit de profundo aquarum. Depellat a me omne quod odit in me; & inſerat in me unde ſemper placeam illi. Amen.

Ad honorem Sancti Pauli Apoſtoli.

BEatiſſime Paule, vas electionis, quem Dominus Jeſus Chriſtus vocare dignatus eſt; obſecro te per illius miſericordiam,qui te ad tantam celſitudinem perduxit

duxit; intercede pro me, ut ſalvet & adjuvet me Dominus Deus tuus: donet mihi timorem, & potentiam, ſpem, & amorem: auferat à me fermentum malitiae & nequitiae: concedatqne michi continuò celebrare Paſcha ſuum in azimis ſinceritatis & veritatis.

Ad honorem Sancti Apoſtoli Andreae.

OBſecro te, beatiſsime Andrea, Apoſtole & Martyr Chriſti; poſtula Dominum Deum tuum pro me; ut ipſe, qui donavit biduo tibi ſufferentiam in Cruce, tribuat michi gemino affectu ferre Crucem ſuam; & faciat me ſaltim in extremo agmine ſuo ſequi veſtigia ſua. Amen.

Ad honorem Sancti Johannis Euangeliſtae.

DOmine Jeſu Chriſte, obſecro te per miſericordiam & clementiam tuam, & per ſanctum Johannem Euangeliſtam dilectum tuum, ut praeſtes mihi veniam delictorum meorum: aperi mihi pulſanti januam vitae; & princeps tenebrarum non occurrat michi: non veniat mihi pes ſuperbiae, & manus extranea à te non contingat me; ſed ſuſcipe me ſecundùm verbum tuum, & perducat me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur tecum omnes amici tui: Tu es enim Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, qui cum Patre.

Ad honorem omnium Apoſtolorum.

LUmina mundi, ſanctiſsimi Apoſtoli Domini mei Jeſu Chriſti, beatiſsime Petre, Paule, Andrea, Jacobe, Johannes, Thoma, Jacobe, Philippe, Bartholomaee. Matthaee, Symon', Taddaee, Matthia, Barnaba, Luca, Marce, cum omnibus Diſcipulis Diſcipulabuſque Domini mei Jeſu Chriſti; orate pro me, obſecro vos: ut abſtrahat me Dominus a mundo, ſicut abſtraxit vos, & donet mihi ſequi veſtigia ſua vel in extremo agmine veſtro.

Ad Sanctum Stephanum.

OBſecro te, beatiſſime Stephane, Levita, & Protomartyr Chriſti, ora pro me apud Dominum Jeſum Chriſtum, pro cujus confeſſione primus ſuſcepiſti martyrium; ut ſicut donavit tibi Dominus pacientiam inter ictûs lapidum ſervare, & pro perſecutoribus intercedere; ita concedat mihi ſaltem inter verba eſſe pacientem, & pro fraternis exorare delictis; ut merear tuis meritis conſequi miſericordiam Chriſti. Amen.

Oratio ad honorem omnium Sanctorum Martyrum.

OBſecro vos, ſanctiſſimi, & Deo dilectiſſimi Martyres, Laurenti, Apollenaris, Georgi, Sebaſtiane, Ypolite, Mariane, Vitalis, Seneſi, & Theoponti, & omnes ſancti Martyres Dei; ut qui per multa corporum vulnera caeleſtem adepti eſtis palmam, intercedere pro me miſero dignemini: ut, veſtris ſalvatus meritis a multis vulneribus animae meae, aeternam poſt vitae finem merear conſequi requiem. Amen.

Ad honorem Sancti Silveſtri.

BEatiſſime Silveſter, ConfeſſorChriſti, pariter & Sacerdos Domini; obſecro & deprecor te, intercede pro me ad Dominum Jeſum Chriſtum; ut ipſe, qui tibi virtutem contulit, omnem judaicam devincendi perfidiam, tribuat mihi inter emnlorum verba eſſe pacientem, ut ſuperare aequanimiter valeam hoſtium viſibilium inviſibiliumque callidas verſucias: concedatqne michi pacem in vita iſta ad poenitentiam faciendam: donet michi in omnibus actibus meis placere ſibi; ut ad ea, quae in ſe perſeverantibus promittere dignatus eſt, pertingere merear, te intercedente, & ipſo auxiliante: Qui vivit, & regnat in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Ad honorem Sancti Martini.

BEatiſſime Martine, Confeſſor & Sacerdos Domini; poſtula pro me, obſecro, Dominum Deum tuum: ut, expulſis a me cunctis vitiis, donet michi placere ſibi in omnibus; & tribuat michi pacem omnium ſervorum ſuorum. Amen.

Ad honorem Sancti Benedicti.

OBſecro te, beatiſſime Benedicte, dilecte Dei; intercede pro ſervo tuo ill. Abbate, & omni hac Congregatione, & loco iſto; & pro omni populo chriſtiano: ut nos omnes hìc congregati, ſub tuo Magiſterio militare * volentes, cuſtodiamur in omni religione & ſanctitate. In- *Cod. volentibus.*

terce-

tercede etiam pro me ſervo tuo, ut purget Dominus cor meum & actús meos a cunctis vitiis. Tribuat mihi, ſervare cuncta quae docuiſti, & cuſtodire ſanctae regulae tuae tramitem, quem me ſervaturum ſpopondi; ut, meae profeſſionis executor effectus, merear ad ſuperna caelorum gaudia cum Sanctis perpetim victurus pervenire. Amen.

Ad honorem Sanctorum Confeſſorum.

OBſecro vos, beatiſſimi Confeſſores Chriſti atque Doctores, Silveſter, Martialis, Cypriane, Baſili, Gregori, Athanaſi, Euſebi, Ambroſi, Auguſtine, Hieronyme, Leo, Zeno, Germane, Rufine, Yſidore, Remigi, cum omnibus ſanctis Confeſſoribus; dignamini intercedere pro me peccatore, ut concedat mihi Dominus ſervare quae docuiſtis, & in veſtro me faciat conſortio gratulari. Amen.

Ad honorem omnium Sanctarum Virginum.

OBſecro vos & ſuppliciter deprecor, beatiſsimae Virgines & Martyres Domini, Agatha, Cecilia, Agnes, Lucia, Felicitas, Anaſtaſia, Petronilla, Margarita, Chriſtina, Juſtina, Scolaſtica, Fuſca, cum omnibus ſanctis Chriſti Virginibus, Viduis, atque Continentibus; intercedite pro me ad Dominum, ut mentem meam ab impiis & iniquis cogitationibus clementer emundet, ſanctique Spiritus ſui gratiâ dignanter illuminet atque poſſideat; a daemonum quoque inpugnationibus, & fantaſiarum ſordibus miſericorditer tueatur & protegat; mundet cor meum ab omnibus ſagittis & inſidiis inimici; extinguat in me * omnem incendium libidinis; tribuat mihi merito atque ſuffragio interceſſionis veſtrae, in timore & amore ſuo cor habere perfectum, & contritum, & humiliatum; contraque omnem impietatem, & daemonum ſuggeſtionem, & iniquas cogitationes cuſtodiâ pietatis ſuae clauſum undique, & munitum; detque humilitatem, & tranquillitatem pacientiae pectori meo; ſuccendat mentem meam ſuae caritatis ſtimulis, ut odio habens omnem viam iniquitatis, poſſim cunctis diebus vitae meae placere ei: Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & gloriatur Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

Oratio ad Deum.

DOmine Deus omnipotens, per interceſſionem beatae ſemper Virginis Mariae, omniumque ſanctorum tuorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Innocentium, Apoſtolorum, Martyrum, & Confeſſorum, ac Virginum, atque univerſos gradus Sanctorum; da michi indulgentiam de omnibus peccatis meis, locum poenitentiae, & ſpacium vitae, & perſeverantiam bonam; & ne vindictam ſumas de peccatis meis, vel parentum meorum, qui coram te peccaverunt: ſed tribue mihi indulgentiam delictorum meorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitae meae; & concede michi locum refrigerii habere in regno tuo, quia tu es Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Oratio Sancti Gregorii Papae.

DOmine exaudi orationem meam, quia jam cognoſco quòd tempus meum prope eſt. Praeſta michi Domine ſapientiam & intellectum; & illumina cor meum, ut cognoſcam te ſemper omnibus diebus vitae meae, quia tu es Deus, & non eſt alius praeter te, niſi tu ſolus qui de Caelo deſcendiſti, & illuminaſti Mariam de Spiritu Sancto. Ergo deprecor te, Domine, ut illumines cor meum, quia innumerabilia ſunt valdè peccata mea. Praeſta michi Domine, ut illa merear delere per fidem & veritatem, & per tuum nomen mirabile; & in quacumque die invocavero te, exaudire me digneris, ſicut exaudiſti Tobiam, & Sarram. Effunde in me lacrimas, ſicut fudiſti diluvii aquas ſuper terram; quia obduratum eſt cor meum quaſi petra. Peto Domine, porrige michi dexteram tuam, & libera me de adverſario meo, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis, Sedrach ſcilicet, Miſach, & Abdenago. Ergo te deprecor, Domine Deus Rex caeleſtis, pacientiam praeſta michi, & conſcientiam, caritatem, humilitatem, & veritatem, timorem, & perſeverantiam in bonis operibus, ſicut deſiderat cor meum. Quia quicquid locutus ſui, aut cogitavi, vel feci, aut in juventute mea peregi, peto clamore magno in toto corde meo. Te laudo, te glorifico, te magnifico, ut cum ſanctis tuis Martyribus mittere digneris ſanctos Angelos tuos, ac Prophetas, & Apoſtolos, & Confeſſores, & quattuor Enangeliſtas. In te Domine ſperavi, tibi confiteor omnia peccata mea; quia non eſt numerus operum malorum, quae operatus ſum a juventute mea. Sed tu Domine Deus meus Jeſu Chriſte, qui me dignatus fuiſti redimere precioſo ac ſacro Sanguine tuo, & po-

ſuiſti te in ligno pro me peccatore; non pro meis meritis,ſed pro tua miſericordia tu me eripere digneris per miſericordiam, ut non intrem in locum peſſimum, qui ſine refrigerio & ſine ſplendore & ſine dulcedine eſt & erit ſine fine; Quia in infernum nullus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Miſerere mihi Domine, & exaudi me ſperantem in te, ſicut exaudiſti Mariam & Martham, rogantes te, ut ires ad monumentum ſuſcitare Lazarum, & reſuſciratus eſt; ita precor te Domine, ut reſuſcites me de morte mea, ut merear eſſe ad dexteram Dei, & audire vocem tuam dicentem: Venite benedicti Patris mei; & ſis mihi mitis ſicut ſuiſti meretrici in domo Symonis; & infunde oculis meis lacrimas, ſicut ſudiſti ejus, quando pedes tuos lavit lacrimis, & crinibus terſit, & remiſiſti eam ire in pace. Te deprecor, Domine Deus omnipotens, ut dimittas michi omnia mea peccata, ante quam moriar, ut in fine exitus mei non gaudeat de me inimicus meus; ſed Angelus tuus bonus recipiat animam meam. Te deprecor ſancte Petre, qui tenes Regni caelorum claves, ut me ſolvas ſuper terram a peccatorum meorum nexibus, ut in caelis valeam eſſe abſolutum. Et da mihi Domine Jeſu Chriſte fortitudinem de caelo, ut poſſim vincere ac ſuperare diabolum vigilantem, & dimicantem contra me. Deprecor omnes Angelos atque Archangelos tuos, necnon Patriarchas, ac Prophetas, ſimulque omnes Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, omneſque ſanctas Virgines tuas, ut interveniant omnes pro me miſero apud immenſam & magnam miſericordiam tuam; & invoco illos,qui ante te die ac nocte non ceſſant clamare dicentes:Sanctus, Sanctus, Sanctus; ut orent pro me, ut ſuperare poſſim omnes iniquitates meas, quas commiſi a juventute mea uſque in praeſentem diem. Nunc exoro ad te Dominum Jeſum Chriſtum, ut tu miſericors digneris exaudire precem meam, qui in Trinitate perfecta vivis & regnas unus Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

Oratio ad Tertiam in Paraſceven.

DOmine Jeſu Chriſte, qui horâ tertiâ diei ad Paſſionem Crucis pro Mundi ſalute ductus es;te ſuppliciter deprecamur ut noſtra deleas peccata,ut & de praeteritis malis noſtris ſemper ad te inveniamus veniam, & de futuris jugiter habeamus cuſtodiam. Amen.

Ad Sextam.

DOmine Jeſu Chriſte,qui dum horâ ſextâ pro redemptione Mundi Crucis aſcendiſti lignum,univerſus Mundus in tenebras converſus eſt; illam nobis lucem in anima & corpore noſtro ſemper tribue, per quam ad aeternam vitam pervenire mereamur, Salvator Mundi.

Oratio ad Nonam.

DOmine Deus Jeſus Chriſte, qui hora nona in Crucis patibulo confitentem Latronem infra maenia Paradiſi tranſire juſſiſti; te ſupplices, confitentes peccata noſtra, deprecamur, ut poſt obitum noſtrum Paradiſi portas nobis introire gaudentes concedas. Amen.

Oratio ad Veſperum.

GRatias tibi agimus, omnipotens Deus, qui nos viventes per hujus diei curſus in hanc horam veſpertinam perveoire tribuiſti; Te ſupplices deprecamur, ut a te elevacio manuum noſtrarum ſit in conſpectu tuo acceptabile ſacrificium veſpertinum. Per &c.

Ad Crucem adorandam in primis dicatur Verſus: Deus in adjutorium meum intende.

Pſalm. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum.

Gloria Patri.

Kyrie. Pater noſter.

Et ne nos.

Capit. Adoramus te, Chriſte, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemiſti Mundum.

Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, glorioſiſſime conditor Mundi, qui cum ſis ſplendor gloriae aequalis Patri, ſanctoque Spiritui, carnem immaculatam ſumere dignatus es ex Virgine Maria; & innocentes ac glorioſas tuas ſanctas palmas in Crucis patibulo*promiſiſti configere, ut clauſtra diſſipares inferni, & humanum genus liberares de morte; miſerere mihi miſero, oppreſſo facinorum pondere, multarumque nequitiarum ſordibus lapſo. Noli me derelinquere piiſſime Domine: ſed indulge, quod impiè geſſi, vel quod neglegenter feci. Exaudi me proſtratum, quaeſo, ante adorandam

randam glorioſiſſimam tuam Sanctam Crucem; ut io his diebus, & ſemper tibi merear aſſiſtere mundus, & placere tuis conſpectibus; ut liberatus malis omnibus tuo ſim ſemper adjutorio conſolatus, Chriſte Salvator muodi.

Alia Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, qui Caelum & Terram feciſti, & totum Mundum pugillo concluſiſti, geous humaoum redemiſti, poteſtatem diaboli deſtruxiſti, totum Mundum ſalvaſti; reſpice, quaeſo Domine, in me miſerum peccatorem; quia ſic ſunt peccata mea, quomodo ſtellae caeli, quos nullus numerare poteſt, niſi tu piiſſime Pater.

Da mihi Domine ſpacium ad poenitendum, & numquam iterum ad reſaciendum. Quomodo fuit intentio peccandi, ita ſit Domine poſſibilitas emendandi. Domine da michi ignem amoris tui, ſpem, fidem, caritatem, humilitatem, perſeverantiam bonam, & dilectionem Dei, & proximi; ut poſſim vincere hoſtem inviſibilem, & te verè diligere, Jeſu Chriſte Salvator Muodi.

Alia Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, lux vera, aeternus amor, ſpes unica Mundi, aeterna gloria, coaeterna divinitas, aeterni Patris Filius, ſalvator Mundi, trinae majeſtatis coaeternus & coaequalis: ideo dignatus es in terris deſceodere pro peccatis ooſtris, & Crucis patibulo ſuſpendi, ut diſſipares clauſtra infernorum, & genus humanum a morte liberares: miſerere mei * miſero peccatori, oequitiarum multarum * delibutum labe. Ne digneris me ſperoere, clementiſſime Pater; ſed indulge quod impiè geſſi. Inclina aurem tuam piiſſimam, & exaudi me proſtratum coram adorandam tuam ſanctiſſimam Crucem, ut io iſtis ſanctis diebus mundus merear procedere ante conſpectum tuum; ut, liberatus ab omnibus meis criminibus, tuo ſim ſemper adjutorio conſolatus per te, Chriſte Salvator mundi.

Pſalm. Cantate Domino. I.
Gloria Patri.
Kyrie.
Pater noſter.
Et ne oos.

Cap. Salvator Mundi, ſalva oos, qui per Crucem & Sanguinem redemiſti nos: auxiliare nobis, te deprecamur, Deus noſter.

Alia Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte Nazarene, Rex Angelorum & Sanctorum, qui eras ante ſaecula in divinitatis eſſentia cum Deo Patre unigenitus Filius; in plenitudine autem temporis exinanitus formam ſervilem corporis ex Maria virgine accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ùt homo; verum utique hominem in vero Deo aſſumens, humiliatus & obediens factus uſque ad mortem, mortem autem crucis: Redemiſti nos tuo ſancto Sanguine pretioſo, Aguus immaculatus, reſurgens a mortuis, aſcendens in caelum, qui ſedes ad dexteram Dei Patris omnipotentis, quem adorant Angeli. Et ego infelix peccator te ſuppliciter adoro, confitens peccata mea; & deprecor, ut ſicut me participem ſacramentorum mortis & redemptionis tuae per Crucem feciſti, ita per virtutem hujus ſanctae Crucis omnia io me vitia & peccata extioguas & perimas; & contra omnes ſpirituales nequitias, & antiqui hoſtis inſidias, ejuſdem ſanctae Crucis virtute invocatâ, victricia tela efficias, & conſurgentem me tecum in novitate ſpiritûs & gratiae ad ea, quae ſurſum ſunt cum Sanctis & Electis tuis in dexteram tuam poſitis pertingere concedas; Ipſe idemque Jeſu Chriſte Deus immortalis, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto unus Deus regnas per infinita ſaecula ſaeculorum. Ameo.

ALIA.

DOmine Jeſu Chriſte, adoro te io Cruce aſcendenteoi: deprecor, ut ipſa Crux liberet me de angelo percutiente. Domine Jeſu Chriſte, adoro te io Cruce vulneratum: deprecor te, ut ipſa vulnera remedium ſint animae meae. Domioe Jeſu Chriſte, adoro te in ſepulchro poſitum: deprecor, ut tua mors ſit mea vita. Domine Jeſu Chriſte, adoro te deſcendeotem ad inferos liberando captivos: deprecor te, ut noo ibi me permittas introire. Domine Jeſu Chriſte, adoro te reſurgeotem ab inferis, & aſcendentem ad Caelos: deprecor te, miſerere mei. Domine Jeſu Chriſte, adoro te venturum judicare vivos & mortuos: deprecor te, ut in tuo adventu non intres io judicio cum me peccatore; ſed deprecor te, ut ante dimittas mihi mea peccata, quàm judices: Qui vivis & regnas.

ALIA.

OBſecro te, Jeſu Chriſte, per Crucem tuam, ut dimittas delicta mea. Pro beata Cruce, cuſtodi caput meum. Pro benedicta Cruce, cuſtodi oculos meos. Pro veneranda Cruce, cuſtodi os meum. Pro sancta Cruce, cuſtodi manus meas. Pro glorioſa Cruce, cuſtodi genua mea. Pro honorabili Cruce, cuſtodi pedes meos & omnia membra mea ab inſidiis diaboli. Pro dedicata Cruce in corpore tuo, cuſtodi animam meam, & libera me in noviſſimo die, & tribue mihi vitam aeternam. Amen.

Pſalm. Cantate Domino. II. Gloria Patri.
Kyrie.
Pater noſter.
Et ne nos.

Cap. Per ſignum ſanctae Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter.

Alia Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, qui es & qui eras cum Patre, ante ſaecula genitus Deus ex Deo vero, conceptus ex Spiritu Sancto, & natus homo in fine ſaeculorum de Virgine Maria, qui obediens Patri uſque ad mortem, mortem autem Crucis, liberaſti nos tuo ſancto & pretioſo Sanguine; & deſtructo mortis imperio, omnibus in te credentibus caeleſtis gloriae aditum reſeraſti; Te Deum verum, & Dominum noſtrum ſuppliciter exoro, ſedentem ad dexteram Dei Patris omnipotentis, deprecandam infinitam & ineffabilem miſericordiam tuam, ut per virtutem hujus ſalutaris ſigni Crucis, & redemptionis, redimas me miſerum, & peccatorem dignum morte, ab omnibus malis praeteritis, praeſentibus, & futuris; & mortifica in me omnia vitia ſpiritalium, & carnalium nequitiarum; & fac me reſurgere tecum in virtute gloriae tuae; & quae ſurſum ſunt, caeleſtia deſiderare & quaerere, & ad aeternae beatitudinis gloriam fideliter pervenire: praeſtante tuâ immensâ clementiâ, Domine Jeſu Chriſte Deus & Dominus noſter, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto, in unitate eſſentiae deitatis, omnia creando, regis, vivificas, & gubernas per immortalia ſaecula ſaeculorum. Amen.

ALIA.

CHriſte, qui pro nobis Crucis & mortis patibulum ſubiſti, ut mortis a nobis expelleres poteſtatem, & Sanguinis tui pretio nos liberares; miſerere mei humilis ſervi tui, & veniam mihi omnium meorum tribue peccatorum; meque coram adoranda Cruce tua proſtratum ab omnibus malis eripe, boniſque tuis miſericorditer refice: Qui vivis.

ALIA.

ROgamus ergo te Domine ſuppliciter, ut ſignum iſtud ſanctae Crucis ſit ſalus credentibus in te per Paſſionem Crucis tuae, & ſignum ſanctitatis tuae. Signum Dei vivi, ſignum ſalutis aeternae perducat me ad vitam aeternam. Amen.

Alia Oratio.

DEus, qui in Cruce totum renovaſti ſaeculum, & ovem perditam ad ovile, & ad aeternae vitae paſcua reduxiſti; Crucem ipſam adoramus, & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus & glorificamus; ecce enim propter Crucem venit gaudium in univerſo Mundo. Omnis Terra adoret te & pſallat tibi, pſalmum dicat omnini tuo Domine. Tuam Crucem adoramus, Domine, tuam glorioſam recolimus Paſſionem; miſerere noſtri, qui paſſus es pro nobis. Hoc ſignum Crucis erit in caelo, cùm Dominus ad judicandum venerit: in illo die per ipſam Sanctam Crucem poſſimus invenire requiem. Amen.

ALIA.

SAncta Crux ſalva me per eum, qui pependit in te. Crux Domini mecum. Crux mihi ſalus. Crux mihi vita. Crux mihi protectio & adjutorium in praeſenti vita, & in futuro Judicio, per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen.

ALIA.

INvoco Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum; & ſignum ſanctae Crucis ſit ſuper me, antè, retrò, ad dexteram, & ſiniſtram meam, ſubtus me, & intra me, ut defendat me ab omnibus malis operibus, & de omnibus occultis inſidiis diaboli, & omnium inimicorum meorum, & ad vitam aeternam perducat, ut non dominentur mei inimici mei per te, Chriſte: Qui vivis.

ALIA.

A L I A.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſanctifica me Domine ſignaculo ſanctae Crucis, ut fiat mihi obſtaculum contra ſaeva jacula inimicorum. Defende me Domine per Lignum ſanctum, & per pretium juſtum Sanguinis tui, quo me redemiſti. Amen.

A L I A.

PEr ſignum ſanctae Crucis de inimicis meis libera me Domine; & protege me die noctuque, ut nec diabolus, nec malus homo mihi nocere poſſit, Salvator Mundi.

A L I A.

DEus, qui ſolus habes ſapientiam, tu ſcis omnia, quae michi peccatori expediunt; ſicut tibi placet, & ſicut in oculis tuae majeſtatis videtur, ita fiat. Amen.

A L I A.

DEus caritatis & pacis, qui pro ſalute Mundi Crucis patibulum ſubſtinuiſti, & ſanguinem tuum pro noſtra redemtione fudiſti; preces meas placatus & benignus ſuſcipe, & miſericordiam tuam concede michi; ut cùm de corpore meo exire me juſſeris, pars iniqua in me non habeat poteſtatem; ſed ſanctus Angelus tuus inter Sanctos & Electos tuos ibi me collocet, ubi lux manet, & vita regnat perpetua in ſaecula ſaeculorum. Amen.

A L I A.

FElix Crucis lignum, in quo carnaliter Dei Filius a Judaeis exaltatus eſt. Salvator Mundi libera me, qui genus humanum a diaboli ſervitute liberaſti. Te adoro, omnipotens Deus, qui in Cruce tormentum, in quantum homo eras, pro peccatis meis ſubire non dedignatus es. Exurge Domine redemptor Mundi, & libera me propter nomen tuum mirabile. Qui vivis.

Alia Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, Crucem tuam pronus, te ſupplex, veneror & adoro, qui hodie pro ſalute noſtra mori dignatus es: tribue michi, ut per ejus venerationem pervenire merear ad juſtorum reſurrectionem. Amen.

A L I A.

DOmine Deus, ſalvator mundi omnipotens, qui liberaſti humanum genus per Crucem Paſſionis tuae; miſerere mei ſecundùm magnam miſericordiam tuam; & da michi indulgentiam, temperantiam, & tranquillitatem. Per ſignum ſanctae Crucis libera me Deus Iſrahel.

A L I A.

JEſu Nazarene, Deus meus, benedicat tibi anima mea, & omnia interiora mea nomen ſanctum tuum adorent; quia tu homo factus pro ſalute humani generis traditus es in manus peccatorum, atque indebitam poenam Crucis in tuo ſancto corpore pertuliſti; & ideo adoro te in Cruce aſcendentem, humiliter deprecans, ut per virtutem ſanctae Crucis ab omnibus impugnationibus, & inſidiis diaboli liberes me, quia ego nullas habeo vires, tam* fraudulentis ſpiritualium nequitiarum dolis reſiſtendi, ſine tuo auxilio Deus & Dominus meus, qui es ſpes mea, & fiducia mea, & glorificatio mea, & omne gaudium meum, & ſalus mea: Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivis & regnas Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis, incipiunt Rogationes ad honorem Dei, & Sanctae Dei Genitricis Mariae, & omnium Sanctorum, pro quacumque tribulatione, ſive aliqua neceſſitate.

KYrie * leyſon
Chriſte leyſon
Kyrie leyſon
Chriſte audi nos
Pater de caelis Deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus: miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus: miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus: miſerere nobis.
Sancte Salvator Mundi: miſerere nobis.
Sancta Maria, ora.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes Sancti Archangeli, orate.
Omnes Sancti Angeli, orate.

Omnes

Omnes Sancti Throni, orate.
Omnes Sanctae Dominationes, orate.
Omnes Sancti Principatus, orate.
Omnes Sanctae Poteſtates, orate.
Omnes Sanctae Virtutes, orate.
Omnes Sancti Cherubin, orate.
Omnes Sancti Seraphin, orate.
Sancte Adam, ora.
Sancte Abel, ora.
Sancte Noe, ora.
Sancte Melchiſedech, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Yſaac, ora.
Sancte Jacob, ora.
Sancte Job, ora.
Sancte Moyſes, ora.
Sancte Joſue, ora.
Sancte Samuel, ora.
Sancte David, ora.
Omnes Sancti Patriarchae, orate.
Sancte Helias, ora.
Sancte Heliſaee, ora.
Sancte Iſaias, ora.
Sancte Hieremias, ora.
Sancte Ezechiel, ora.
Sancte Daniel, ora.
Sancte Eſdra, ora.
Sancte Oſee, ora.
Sancte Johel, ora.
Sancte Amos, ora.
Sancte Abdias, ora.
Sancte Jonas, ora.
Sancte Micheas, ora.
Sancte Naum, ora.
Sancte Abbacuc, ora.
Sancte Soffonias, ora.
Sancte Aggaee, ora.
Sancte Zacharias, ora.
Sancte Malachias, ora.
Sancte Tobias, ora.
Sancte Annanias, ora.
Sancte Azarias, ora.
Sancte Miſahel, ora.
Sancte Johannes, ora.
Omnes Sancti Prophetae, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Johannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomaee, ora.
Sancte Mathaee, ora.
Sancte Symon, ora.
Sancte Taddaee, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Cleophas, ora.
Sancte Joſeph, ora.
Omnes Sancti Apoſtoli & Euangeliſtae, orate.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes Sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Line, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Sixte, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Caliſte, ora.
Sancte Urbane, ora.
Sancte Fabiane, ora.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Gagie, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Marcelle, ora.
Sancte Damaſe, ora.
Sancte Teleſphore, ora.
Sancte Melciade, ora.
Sancte Boneſati, ora.
Sancte Ignati, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Sebaſtiane, ora.
Sancte Blaſi, ora.
Sancte Valentine, ora.
Sancte Fauſtine, ora.
Sancte Jovitta, ora.
Sancte Tiburti, ora.
Sancte Valeriane, ora.
Sancte Maxime, ora.
Sancte Georgi, ora.
Sancte Vitalis, ora.
Sancte Meriane, ora.
Sancte Evente, ora.
Sancte Theodole, ora.
Sancte Gordiane, ora.
Sancte Epimache, ora.
Sancte Panchrati, ora.
Sancte Neree, ora.
Sancte Achillee, ora.
Sancte Victor, ora.
Sancte Seneſi, ora.
Sancte Theoponti, ora.
Sancte Canti, ora.
Sancte Cantiane, ora.
Sancte Concianille, ora.
Sancte Marcelline, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Procule, ora.
Sancte Prime, ora.
Sancte Feliciane, ora.
Sancte Baſilidis, ora.

San-

Sancte Cyrine, ora.
Sancte Nabor, ora.
Sancte Vite, ora.
Sancte Modeſte, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Marcelliane, ora.
Sancte Gervaſi, ora.
Sancte Protaſi, ora.
Sancte Johannes, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Proceſſe, ora.
Sancte Martiniane, ora.
Sancte Nabor, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Ermogora, ora.
Sancte Fortunate, ora.
Sancte Quirice, ora.
Sancte Apolenaris, ora.
Sancte Nazari, ora.
Sancte Celſe, ora.
Sancte Simplici, ora.
Sancte Januari, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Silvane, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Vitalis ora.
Sancte Martialis, ora.
Sancte Fauſtine, ora.
Sancte Abdon, ora.
Sancte Sennen, ora.
Sancte Feliciſſime, ora.
Sancte Agapite, ora.
Sancte Donate, ora.
Sancte Cyriace, ora.
Sancte Large, ora.
Sancte Smaragde, ora.
Sancte Firme, ora.
Sancte Ruſtice, ora.
Sancte Tiburti, ora.
Sancte Ypolite, ora.
Sancte Caſſiane, ora.
Sancte Agapite, ora.
Sancte Timothee, ora.
Sancte Simphoriane, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Chriſtofore, ora.
Sancte Hermes, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Audacte, ora.
Sancte Adriane, ora.
Sancte Gorgoni, ora.
Sancte Prote, ora.
Sancte Jacincte, ora.
Sancte Nicomedis, ora.
Sancte Geminiane, ora.
Sancte Maurici cum ſociis tuis, orate.
Sancte Coſine, ora.
Sancte Damiane, ora.
Sancte Domnine, ora.
Sancte Dionisi, ora.
Sancte Ruſtice, ora.
Sancte Eleutheri, ora.
Sancte Criſpine, ora.
Sancte Criſpiniane, ora.
Sancte Miniate cum ſocii tuis, orate.
Sancte Ceſari, ora.
Sancte Vitalis, ora.
Sancte Agricola, ora.
Sancte Claudi, ora.
Sancte Nicoſtrate, ora.
Sancte Simphoriane, ora.
Sancte Caſtori, ora.
Sancte Simplici, ora.
Sancte Theodore, ora.
Sancte Menna, ora.
Sancte Antonine, ora.
Sancte Chriſogoni, ora.
Sancte Saturnine, ora.
Sancte Dalmati, ora.
Sancte Chriſante, ora.
Sancte Triphon, ora.
Sancte Calepodi, ora.
Sancte Tranquilline, ora.
Sancte Savine, ora.
Sancte Tyrſe, ora.
Sancte Geneſi, ora.
Sancte Romane, ora.
Sancte Pantaleon, ora.
Sancte Arnulſe, ora.
Sancte Siſemunde, ora.
Sancte Poliocte, ora.
Omnes Sancti Martyres, orate.
Sancte Silveſter, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Syre, ora.
Sancte Proſper, ora.
Sancte Euſebi, ora.
Sancte Severe, ora.
Sancte Zeno, ora.
Sancte Geminiane, ora.
Sancte Hyſidore, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Januari, ora.
Sancte Ylari, ora.
Sancte Brici, ora.
Sancte Remigie, ora.
Sancte Germane, ora.
Sancte Athanaſi, ora.
Sancte Vigili, ora.
Sancte Ticiane, ora.
Sancte Pauline, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Daci, ora.
Sancte Boneſaci, ora.
Sancte Herculane, ora.

San-

Sancte Frigdiane, ora.
Sancte Fulgenti, ora.
Sancte Juvenale, ora.
Sancte Caſſie, ora.
Sancte Cerboni, ora.
Sancte Theophile, ora.
Sancte Probe, ora.
Sancte Hieronime, ora.
Sancte Poſſidoni, ora.
Sancte Euſebi, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Columbane, ora.
Sancte Galle, ora.
Sancte Majole, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Pachomi, ora.
Sancte Baſili, ora.
Sancte Hilarion, ora.
Sancte Apolloni, ora.
Sancte Arſeni, ora.
Sancte Serene, ora.
Sancte Machari, ora.
Sancte Moyſes, ora.
Sancte Beſarion, ora.
Sancte Pambo, ora.
Sancte Siſoy, ora.
Sancte Effrem, ora.
Sancte Elene, ora.
Sancte Symeon, ora.
Sancte Pabnupti, ora.
Sancte Muti, ora.
Sancte Paſtor, ora.
Sancte Equiti, ora.
Sancte Libertine, ora.
Sancte Honorate, ora.
Sancte Sanctule, ora.
Omnes Sancti Confeſſores, orate.
Omnes Sancti Anachoritae, orate.
Omnes Sancti Heremitae, orate.
Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Scolaſtica, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Sancta Chriſtina, ora.
Sancta Julia, ora.
Sancta Petronilla, ora.
Sancta Fuſca, ora.
Sancta Maura, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Juſtina, ora.
Sancta Daria, ora.
Sancta Eufraxia, ora.
Sancta Eufroſina, ora.
Sancta Febronia, ora.
Sancta Marina, ora.
Sancta Brigida, ora.
Sancta Maria, ora.
Sancta Heliſabeth, ora.
Sancta Julitta, ora.
Sancta Priſca, ora.
Sancta Potentiana, ora.
Sancta Praxedis, ora.
Sancta Savina, ora.
Sancta Eufemia, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Eugenia, ora.
Sancta Tecla, ora.
Sancta Columba, ora.
Sancta Martina, ora.
Sancta Paula, ora.
Sancta Balbina, ora.
Sancta Juliana, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Suſanna, ora.
Sancta Corona, ora.
Sancta Reparata, ora.
Sancta Muſtiola, ora.
Sancta Simphoroſa, ora.
Sancta Geretrudis, ora.
Sancta Bruennis, ora.
Sancta Felicula, ora.
Sancta Juſta, ora.
Sancta Creſcentia, ora.
Sancta Rufina, ora.
Sancta Secunda, ora.
Sancta Taiſi, ora.
Sancta Pellagia, ora.
Sancta Firmina, ora.
Omnes Sanctae Virgines, orate.
Omnes Sancti, orate pro nobis. II.
Propitius eſto: parce nobis Domine.
Propitius eſto: libera nos Domine.
Ab omni malo: libera nos Domine.
Ab ira tua: libera nos Domine.
Ab hoſte maligno: libera nos Domine.
Ab inſidiis diaboli: libera nos Domine.
Ab omni peccato: libera nos Domine.
A perſecutione inimici: libera nos Domine.
A ventura ira: libera nos Domine.
A periculo mortis: libera nos Domine.
A morte repentina: libera nos Domine.
A fulgura & tempeſtate: libera nos Domine.
Ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis: libera nos Domine.
Ab indignatione tua: libera nos Domine.
Per adventum tuum: libera nos Domine.
Per nativitatem tuam: libera nos Domine.
Per baptiſmum tuum: libera nos Domine.
Per tentationem tuam: libera nos Domine.
Per paſſionem tuam: libera nos Domine.
Per Crucem tuam: libera nos Domine.
Per ſepulchrum tuum: libera nos Domine.

Per

Per ſanctam reſurrectionem tuam: libera nos Domine.
Per aſcenſionem tuam: libera nos Domine.
Per ſedem majeſtatis tuae: libera nos Dñe.
Per adventum ſancti Spiritus: libera nos Domine.
Peccatores: te rogamus, audi nos.
Ut pacem nobis dones: te rogamus, audi nos.
Ut Eccleſiam tuam regere, & defenſare digneris: te rogamus, audi nos.
Ut miſericordia & pietas tua nos cuſtodiat: te rogamus, audi nos.
Ut veniam nobis dones: te rogamus, audi nos.
Ut locum poenitentiae nobis dones: te rogamus, audi nos.
Ut fructûs terrae dare, & conſervare digneris: te rogamus, audi nos.
Ut caeli ſerenitatem nobis dones: te rogamus, audi nos.
Ut aëris temperiem nobis dones: te rogamus.
Ut tempeſtatem à nobis repellas: te rogamus.
Ut oculos miſericordiae tuae ſuper nos reducere digneris: te rogamus, audi nos.
Ut miſerias pauperum, & captivorum intueri, & relevare digneris: te rogamus, audi nos.
Ut regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris: te rogamus, audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam dones: te rogamus, audi nos.
Ut nos exaudire digneris: te rogamus, audi nos.
Fili Dei: te rogamus, audi nos. II.
Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi: miſerere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi: parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi: exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi: dona nobis indulgentiam.
Chriſte audi nos.
Kyrie leyſon.
Chriſte leyſon.
Kyrie.
Pater noſter.
Pſalm. Domine Deus in ad.
Cap. Et veniat ſuper nos.
Eſto nobis Domine.
Domine exaudi orationem.

Oratio ad honorem Sanctae Trinitatis.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia majeſtatis adorare unitatem; quaeſumus, ut ejuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis: Qui in Trinitate.

A L I A.

Domine Deus magne & metuende, Trinitas Sancta, & una Majeſtas, qui feciſti Caelum, & terram in fortitudine tua magna; qui creaſti hominem ad imaginem & ſimilitudinem tuam; reſpice ad orationem & deprecationem ſervi tui, qua horo in conſpectu tuo. Inclina Deus meus aurem tuam ad preces famuli tui, non ſecundùm merita mea, ſed ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Lux vera, quae illuminas omnem hominem venientem in hunc Mundum, illumina oculos cordis mei, & da michi lumen ſapientiae, & intellectus, conſilii, & fortitudinis, ſcientiae, & pietatis. Reple animam meam ſpiritu timoris tui, & da michi fidem rectam, & ſpem bonam, karitatem veram illam, quae foras mittit timorem. Aufer duritiam malam de corde meo, & da michi cor docibile, & lumen diſcretionis, ut poſſim diſcernere inter bonum & malum. Prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque juſtitiam tribue michi. Da michi gratiam & adjutorium tuum, ut te toto corde amem atque diligam; & pacem fraternam, quam nobis praecepiſti, inviolatam conſervem.

Aperi michi Domine ſenſum, ut intellegam Scripturā divinam; & praeſta, ut in praeceptis tuis valeam ambulare, & mandata tua cuſtodire, & hoc ſemper agere qood tibi placet. Concede michi, animae & corporis caſtitatem ſervare inviolatam. Da michi continentiam, & libera me de concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitae. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in avaritiam. Averte oculos meos, ne videat vanitatem, in via tua vivifica me. Teque ſupplico, Pater aeterne, in nomine unigeniti Filii tui Domini noſtri; ut infundas in anima mea donum caeleſtem, gratiam Spiritus Sancti, per quem diffunditur karitas in corde piorum, ut te inſpirante valeam implere praecepta tua, & uſque in finem in bonis operibus, in laude, & gloria tua, in ſancta Eccleſia tua poſſim perſeverare; ut in die magni adventûs tui in aeternum veniam, & miſericordiam, & requiem in caeleſti regno tuo, te largiente, merear invenire: Praeſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio tuo, & potentiâ Spiritus Sancti, cum quo tibi eſt laus, & gloria, virtus, & poteſtas aeterna in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Oratio Sancti Gregorii Papae.

DOminator Domine Deus omnipotens, qui es trinus & unus, Pater in Filio, & Filius in Patre cum Sancto Spiritu, qui es ſemper in omnibus, & eras ante omnia, & eris per omnia, Deus benedictus in ſaecula; commendo animam meam in manus potentiae tuae, ut cuſtodias eam diebus ac noctibus, horis atque momentis. Miſerere mei Deus Angelorum, dirige me Rex Archangelorum, cuſtodi me per orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per ſuffragia Apoſtolorum, per victorias Martyrum, per fidem Confeſſorum, per interceſſionem Virginum, & omnium Sanctorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Oret pro me Sanctus Abel, qui primus coronatus eſt martyrio. Oret pro me Sanctus Enoch, qui ambulavit tecum, & translatus eſt de hoc mundo. Oret pro me Sanctus Noe, quem ſervaſti in diluvio propter juſtitiam. Roget pro me fidelis Abraham, qui primus credidit tibi, cui reputata eſt fides ad juſtitiam. Intercedat pro me juſtus Iſaac, qui ſuit obediens Patri uſque ad mortem in exemplum Domini noſtri Jeſu Chriſti filii tui, qui obtulit te ſibi Deo Patri pro ſalute mundi. Poſtulet pro me felix Jacob, qui vidit ſanctos Angelos tuos venientes in auxilium ſibi. Oret pro me ſanctus Moyſes, cum quo locutus es Domine ſacie ad ſaciem. Subveniat michi ſanctus David, quem elegiſti regem ſecundùm cor tuum Domine. Deprecetur pro me ſanctus Elias Propheta, quem elevaſti in curru igneo uſque ad caelum. Oret pro me ſanctus Heliſeus, qui ſuſcitavit mortuum poſt mortem. Oret pro me ſanctus Eſaias, cujus labia mundata ſunt igne caeleſti. Aſſiſtat mihi ſanctus Hieremias, quem ſanctificaſti in utero matris ſuae. Poſtulet pro me ſanctus Ezechiel Propheta, qui vidit viſiones mirabiles. Deprecetur pro me electus Daniel vir deſideriorum, qui ſolvit ſomnia regis, & interpretatus eſt, & bis liberatus eſt de lacu leonum: Et tres Pueri, qui liberati ſunt de camino ignis ardentis, Annanias videlicet, Azarias, & Miſahel: Et duodecim Prophetae Oſeae ſcilicet, Johel, Amos, Micheas, Abdias, Abbacuc, Jonas, Naum, Sophonias, Aggeus, Zacharias atque Malachias, & Eſdra ſcriba legis. Hos omnes invoco, Domine, in auxilium meum, ut apud miſericordiam tuam jugiter intercedant pro me. Aſſiſtant tibi pro me omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtae Domini noſtri Jeſu Chriſti. Interpellent pro me omnes ſancti Martyres tui Domine. Intercedant pro me omnes Confeſſores, ſimulque omnes Monachi, & Heremitae. Deprecor, ut domina mea beata Virgo Maria Genitrix Domini noſtri cum omnibus ſanctis Virginibus, oret pro me, ut ejus meritis, & omnium ſanctorum interceſſionibus, omnia mea peccata in hac praeſenti vita mihi dimittas, ut in ſuturo vel in extremo loco cum ipſis in gloriam tuam partem aliquam habere merear. Depelle, obſecro, Domine a me, ſuffragiis omnium Sanctorum, concupiſcentiam gulae, & da mihi virtutem abſtinentiae: Effuga a me ſpiritum ſornicationis, & da mihi ardorem caſtitatis: Extingue in me cupiditatem avariciae, & da michi voluntariam paupertatem: Cohibe a me iracundiam, & accende in me nimiam ſuavitatem, & caritatem Dei, & proximi: Abſcide a me triſtitiam ſaeculi, & auge in me ſpiritale gaudium. Expelle a me jactantiam mentis, & tribue mihi compunctionem cordis: Minue ſuperbiam meam, & perfice in me humilitatem veram. Indignus ego ſum, & infelix homo, quis me *liberavit de corpore mortis hujus peccati, niſi gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti? Peccator ego ſum, & innumerabilia ſunt delicta mea, & non ſum dignus vocari filius tuus prae multitudine iniquitatum mearum. Suſcita in me Domine fletum: Mortifica cor meum durum & lapideum, & accende in me ignem amoris tui; quia cinis mortuus ego ſum. Libera animam meam ab omnibus inſidiis inimici, & conſerva me in tua voluntate, quia Deus meus es tu. Tibi omnis honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.

Confeſſio ad Sanctam Trinitatem.

COnfiteor tibi, Domine Pater ſancte, creator omnium viſibilium, & inviſibilium rerum, qui caritatem tuam nobis oſtendere es dignatus, quando Filium tuum in hunc Mundum miſiſti, ut nos qui eramus ſervi peccati redimeres. Confiteor tibi, bone & benigniſſime & pie Jeſu, Domine meus, lux mea, redemptio mea, qui pietatem tuam nobis oſtendiſti, & pro noſtra redemptione formam humanam de immaculata ſemper Virgine Maria accepiſti, & irriſiones & obprobria pro nobis ſuſtinuiſti, & tuum pretioſum ſanguinem pro peccatis noſtris ſudiſti. Confiteor tibi, Spiritus Sancte, Deus meus, * purificator & il-

* *Cod.* Purificatorem, & illuminatorem, & reconciliatore.

& illuminator, & reconciliator, qui es caritas ſancta, qui interpellas pro nobis gemitibus inenarrabilibus, qui de immundis mundos facis, de peccatoribus juſtos, de publicanis ſanctos. Confiteor tres Perſonas & unam Deitatem, unam majeſtatem, & unam poteſtatem omnia regentem, omnia continentem; ſine quo nihil, extra quem nullum, qui intra omnia es, & extra omnia, coram ſanctis Angelis, Archangelis, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus, Monachis, & omnibus perfectis & juſtis. Et ego miſer & indignus, & impius, & peccator, in peccatis ſum natus, & in peccatis poſt baptiſmum uſque in hac hora ſum converſatus. Confiteor & veniam peto, quia peccavi in ſuperbia, in inani gloria, in invidia, in ira, in avaritia, in triſtitia, in ventris ingluvie, in luxuria: & in omni genere ſuperbiae, & apertè & occultè, & ſpiritali & carnali: in omni genere inanis gloriae, tam in actione quàm in locutione: in omni genere invidiae, tam in ſpiritali re, quamque & in carnali. In omni genere iracundiae, & contra juſtos, & injuſtos, in omni genere avaritiae, tam honoris quàm etiam, & pecuniae. In omni genere triſtitiae tam in adquirendis, quàmque & in amiſſis, in omni genere ventris ingluviei, tam in cupiditate ſumendi, quàmque & in deliciofis cibis appetendis: in omni genere luxuriae & coinquinationis, tam in factis, quàmque & in cogitationibus: in verbis otioſis, ſuperfluis, contumelioſis, ſuſpitioſis, murmurioſis, & in omni malo linguae, contra ſanctos & juſtos, & contra omnes Dei creaturas; abominando, detrahendo, contemnendo, maledicendo, pro nihilo habendo; in ſuſurratione, in cachinatione, in falſitate, contra omnes inponendo, per malum ingenium & callidè omnes decipiendo; per quinque ſenſus corporis, quicquid contra Deum fuit, perpetrare non timui, per viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactum; per iſtos perpetravi omne genus homicidii, perjurii, furti, & voluntati diaboli conſenſi, & in peccatis ſubditus illi fui. De omnibus vitiis & peccatis, quantum humana natura contra Deum, faciendo, loquendo, cogitando, concupiſcendo, peccare poteſt, ſuper omnes ego miſer peccavi in cogitationibus peſſimis, in meditationibus, in ſuſpitionibus falſis, in conſenſu malo, & in conſilio iniquo, in Eccleſia ſuperbè intrando, ſuperbè ſedendo, ſuperbè loquendo; vaſa ſancta & miniſterium ſanctum non dignè nec legitimè cuſtodivi, ſed polluto corde & corpore ſcienter indignus accepi, adtrectavi, & portavi; & meam orationem, & ſacrificium neglegenter in conſpectu Dei attuli. Et quoniam in his, & in omnibus peccatis me ipſum perdendo conſenſi, & perpetravi; ideo coram te Trinitas ſancta & Unitas benedicta, qui omnia noſti & intellegis cogitationes & operationes, antequam fiant, confiteor, & veniam peto in puram & veram confeſſionem, coram omnibus Angelis, & omnibus Sanctis tuis, & coram Sancti iſtius Reliquiis, & Sacerdotibus tuis ad emendandum quantum ipſe facis. Es tu Deus, qui non vis mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat; parce, & remitte, & dele omnia peccata mea pro te, & propter nomen ſanctum tuum, antequam moriar: ut cùm anima mea adſumpta erit de corpore meo, non michi occurrat poteſtas tenebrarum: ſed ſalva me impium gratiâ, & miſericordiâ tuâ, induc me in Paradiſum, ubi exultant Angeli, & omnes Perfecti & Sancti tui: propter miſericordiam tuam, quia multis non merentibus peccata dimiſiſti pie Deus, indulge & dimitte michi omnia peccata mea in hoc ſaeculo, & perduc me ad vitam aeternam. Amen.

Hic Codex habet aliam Confeſſionem ſimilem, & penè eamdem dedimus ſuprà, fol. 480.

Oratio pro Peccatis.

DA, quaeſumus omnipotens Deus, noſtrorum nobis veniam peccatorum; quatenus quicquid carnali delectatione, vel animi noſtri cogitatione, atque vanâ hujus ſaeculi ambitione contra tuorum rectitudinem praeceptorum perſecimus, in hac praeſenti vita veniam accipere mereamur. per &c.

*Oratio pro * pluribus Penitentibus.*

* *Cod.* pro plures Penitentes.

OMnipotens & miſericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confeſſione celere poſuiſti; ſuccurre lapſis, miſerere confitentibus: ut, quos delictorum catena conſtringit, magnitudo tuae pietatis abſolvat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium.

LAUS DEO.

INDEX
ORATIONUM DE TEMPORE
CODICIS VERONENSIS.

ADVENTUS DOMINI.

IN Sabbato adVeſperum ante Dominicam I. *Prima, Tertia, Quarta, Pag.*1. *Prima, Secunda*. *Pag.*2
In Sabbato II. Adventûs. *Quarta, Sexta, Septima, Octava*. 2
In Sabbato III. *Secunda, Quarta, Quinta, Sexta, Septima*. 3
In Sabbato IV. *Nona*. 3
Secunda, Tertia, Quarta, Quinta. 4
In Sabbato V. *Septima, pag.* 4. *Prima, Secunda, Tertia, Quarta*. 5

IN MATUTINIS ADVENTUS.

XV. Kal. Decemb. *Sexta, Septima, Octava,* 5
& Prima. 6
XIII. Kal. Decem. *Prima, Secunda, Tertia*. 7
XII. Kal. Decem. *Quarta, Quinta, Sexta*. 7
XI. Kal. Decem. *Septima, Octava, Nona*. 7
X. Kal. Decemb. In Feſto S. Romani M. de eodem Sancto, *Secunda, Quarta, pag.*6. De Adventu Domini, *Sexta, Septima, Octava*. *Ibidem*. *Decima, pag.*7. *Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Sexta*. 8
VIII. Kal. Decem. *Octava, Nona, pag.*8. *Prima*. 9
VII. Kal. Decem. *Secunda, Tertia, Quarta, Quinta*. 9
V. Kal. Decem. *Sexta, Septima, Octava*. 9
IV. Kal. Decem. *Nona, Decima, pag.*9. *Prima*. 10
III. Kal. Decem. in die S. Saturnini. *Secunda, Quarta, Quinta, Sexta, Septima, Octava*. 10
Kal. Decem. *Quinta, Sexta, Septima*. 12
IV. Nonas Decem. *Octava, Nona, Decima*. 12
III. Nonas Decem. *Prima, Secunda, Tertia*. 13
Pridie Nonas Decem. *Quarta, Quinta, Sexta*. 13
Nonis Decem. *Septima, Octava, Nona*. 13
VIII. Idus Decem. *Prima, Secunda, Tertia*. 14
VI. Idus Decem. *Quarta, Quinta, Sexta*. 14
V. Idus Decem. *Septima, Octava, Nona*. 14
IV. Idus Decem. *Sexta, Septima, Octava*. 18
III. Idus Decem. *Octava, Nona, pag.* 22. *Prima*. 23
II. Idus Decem. *Secunda, Tertia, Quarta*. 23
Idibus Decem. *Quinta, Sexta, Septima*. 23
XVIII. Kal. Jan. *Octava, Nona, Decima*. 23
XVII. Kal. Jan. *Prima, Secunda, Tertia*. 24
XVI. Kal. Jao. *Quarta, Quinta, Sexta*. 24
XV. Kal. Jan. De feſtivitate S. Mariæ Virginis. Vide in Feſtis SS.
XIII. fortè XIV. Kal. Jan. *Septima,* 29
Prima, Secunda. 30
XIII. Kal. Jan. *Tertia, Quarta, Quinta*. 30
XI. Kal. Jan. *Sexta, Septima, Octava*. 30
X. Kal. Jan. *Nona, pag.* 30. *Prima, Secunda*. 31
VIII. Kal. Jan. *Tertia, Quarta, Quinta*. 31
Pro unaquaque Feria uſque adNativit. Dom. *a Sexta* 31
uſque *ad Tertiam pag.* 34
In die Nativitatis Domini, *a Quinta*. 34
uſque *ad Primam*. 39
In octava Nativ. Domini, *a Tertia* 44
uſque *ad Septimam*. 46
De initio anni, *Prima, Secunda, Tertia, Quarta*. 47
In die Apparitionis Domini, *Sexta, Quarta, pag.* 47
uſque *ad Octavam*. 51
In Caroes tollendas, *a Quinta, pag.* 63
uſque *ad Sextam*. 65

IN QUADRAGESIMA.

Ad Veſperum Sabbati ante Domin. I. *Prima*. 66
Die Dominico I. *Tertia, Quarta, Quinta, Sexta*. 66
Ad Veſperum Sabb. ante Domin. II. *Octava*. 66
Die Dominico II. *Secunda, Tertia, Quarta, Quinta*. 67
Ad Veſp. Sabb. viceſimæ diei, *Septima*. *pag.* 77
Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta. 68
Pro reliquis Feriis uſque ad Sabbatum Palmarum, *a Septima, pag.* 68. uſque *ad Quintam*. 90
Ad Sabb. in Ramos Palmarum, *Septima*. 90
Die in Ramos Palmarum, *a Nona, pag.* 90
uſque *ad Septimam*. 91
Feria II. Majoris Hebdomadæ, *a Prima, pag.* 92
uſque *ad Sextam*. 93
Feria III. ejuſdem Hebdom. *ab Octava, pag.* 93
uſque *ad Quartam*. 95
Feria IV. ejuſd. *a Sexta, pag.*95. uſq. *ad Secundam*. 97
In Cœna Domini, *a Quarta pag.* 97. *ad Secundam*. 99
In Paraſceve poſt Indulgentias, *Quarta,* 99
Ad Pœnitentes, *Quinta*. 99
In Sabbato S. ad benedicendam Lucernam in Sacrario, *Sexta*, 99. Ad benedicendum Cereum, *ibi*; & ſequuntur aliæ uſque *ad Primam, pag.* 103
De Reſurrectione Domini uſque ad Aſcenſionem pro qualibet die uniuſcujuſque hebdomadæ, *a Secunda, pag.* 103. uſque *ad Primam*. 107
In Octava Paſchæ, *Quarta, Quinta, Sexta, Septima*. 107
In Domin. I. poſt Octavam Paſch. *Prima, Secunda, Tertia*. 108
In Domin. II. *Quarta, Quinta, Sexta*. 108
In Domin. III. *Septima, Octava, pag.* 108
Prima. 109
In Domin. IV. *Secunda, Tertia, Quarta*. 109
Aliæ juxta Antiphonas uſque ad Aſcenſionem Domini, *a Quinta, pag.* 109. uſque *ad Quartam*. 113
De Cruce, *a Quinta* uſque *ad Nonam*. 113
In Aſcenſione Domioi, *a Secunda,* 114
uſque *ad Secundam*. 116
In Pentecoſte, *a Quarta, pag.* 116. uſque *ad Secundam*. 119

INDEX ORATIONUM DE SANCTIS.

SAnctorum Adriani & Nataliæ M. *a Quarta* 119
ad Sextam. 120
s. Andreæ Apoſt. *Secunda, Quarta, Quinta,*
Sexta, Septima, Octava, Nona, pag. 11
Prima, Secunda, Tertia, pag. 12
s. Columbæ V. & M. *a Quarta,* 43
ad Primam. 44
ss. Coſmæ & Damiani Mm. *Sexta.* 133
s. Cypriani Ep. & M. *Tertia.* 132
s. Eugeniæ V. & M. *Secunda.* 42
s. Eulaliæ Virg. & Martyr. *a Prima,* 19
uſque *ad Sextam.* 22
s. Felicis Martyr. *a Sexta* 127
*ad Quartam pag.*129.& inde unà cum Macchabeis *ad finem paginæ.* 129
ss. Fructuoſi & Socc. MM. *a Prima,* 55
uſque *ad Octavam.* 58
ss. Innocentium, *a Tertia,* 52
uſque *ad Nonam.* 54
s. Johan. Baptiſtæ in Nativit. *ab Octava,* 120
ad Primam. 124
s. Jo. Baptiſtæ iu Decollatione, *a Quinta,* 132
ad Quartam. 133
s. Johannis Ap. & Euang. *a Quarta,* 42
ad Secundam. 43
s. Ippoliti M. *a Quarta, pag.*131. *ad Primam.* 132
ss. Juliani & Baſiliſſæ, *Prima.* 52
ss. Juſtæ & Ruſinæ *a Sexta,* 125
ad Secundam. 128
ss. Juſti & Paſtoris MM. *Prima.* 130
s. Laurentii M. *Tertia, Quinta, Sexta,* 130
Prima, Secunda. 131
s. Leocadiæ Martyris, *a Decima,* 14
ad Quartam. 18
s. Mariæ Virginis Genitricis Dei, *a Septima,* 24
uſque *ad Quintam.* 29
s. Martini Ep. & Conf. *a Prima,* 135
ad Tertiam. 136
ss. Petri & Pauli App. *a Secunda, pag.* 124
ad Quartam. 125
s. Petri de Cathedra *a Prima,* 62
ad Tertiam. 66
s. Romani Martyris, *Secunda, Quarta.* 6
s. Saturnini Ep. *Secunda, Quarta, Quinta, Sexta.* 10
s. Stephani Protomartyr. *a Tertia,* 39
ad Septimam. 41
s. Vincentii Martyr. *a Secunda,* 58
uſque *ad Sextam.* 61
Oratio Matutina, *Quinta.* 136
Pro Defunctis, *Sexta, & Septima.* 136
Pro remiſſione culparum, *per totum.* 134

INDEX BENEDICTIONUM DE TEMPORE.

IN primo Sabbato ante Dom. I. Advent. *Secunda.* 1
Dom. I. *Tertia.* 2
In ſecundo Sabb. *Quinta.* 2
Dom. II. *Prima.* 3
In Tertio Sabb. *Tertia.* 3
Dom. III. *Octava.* 3
In Quarto Sabb. *Prima.* 4
Dom. IV. *Sexta.* 4
In Quinto Sabb. *Octava.* 4
Dom. V. *Quinta.* 5
X. Kal. Decemb. *Prima, Septima.* 8
Ultim. Hebdom. Adventûs Domin. *Septima.* 31
Feria II. *Prima, & Tertia.* 32
Feria III. *Quinta, & Septima.* 32
Feria IV. *Prima, & Tertia.* 33
Feria V. *Quinta, & Septima.* 33
Feria VI. *Nona. pag.*33. *& Secunda.* 34
Sabbato, *Quarta.* 34
In Nativitate Domini, *Sexta.* 43
*Octava. pag.*38. *Secunda.* 39
In Circumciſ. Dom. *Quarta pag.*44. *Sexta, & Octava.* 46
De Initio anni. *Quinta.* 47
Iu Apparitione Domini, *Septima,* 47
Septima, & Nona. 51
In Carnes tollendas, *Sexta,* 63
Secunda, Quinta, & Septima. 65
In Hebdomada I. Quadrageſimæ, *Secunda, Septima.* 66
In Hebdom. II. *Prima, Sexta.* 67
In viceſima die Quadrag. *Octava, pag.*67. *Sexta.* 68
De Traditione; fortè in Hebdom. Paſſion. Feria II. *Secunda, Quarta, Sexta.* 86
Feria III. *Octava, pag.* 86. *Prima, Tertia.* 87
Feria IV. *Quinta, Septima, pag.*87. *Prima.* 88
Feria V. *Tertia, Quinta, Septima.* 88
Feria VI. *Nona, pag.* 88. *Secunda, Quarta.* 89
Sabbato. *Sexta, Octava, pag.* 89. *Prima, Sexta.* 90
Sabbato in Ramos Palm. *Octava.* 90
In Ramis Palmar. *Octava.* 91
Feria II. Major. Hebdom. *Quinta,* 92
Secunda, Septima. 93

Digitized by Google

Feria III. *Tertia*, *Octava*, *pag.94.* *Quinta*. 95
Feria IV. *Decima*, *pag.95.* *Quinta*, 96
Prima Tertia. 97
In Cœna Domini. *Quinta*, *pag.98.* *Tertia*. 99
De Reſurrectione Dom. *Sexta*, *pag.103.* *Prima*. 104
Feria II. *Tertia*, *Quinta*. 104
Feria III. *Septima*, *pag. 104.* *Secunda*. 105
Feria IV. *Quarta*, *Sexta*. 105
Feria V. *Octava*, *pag.105.* *Secunda*. 106
Feria VI. *Quinta*, *Sexta*. 106
Sabb. *Octava*, *pag. 106.* *Secunda*. 107
In Octava Paſchæ. *Septima*. 107

INDEX BENEDICTIONUM
IN FESTIS SANCTORUM.

SAnctorum Adriani & Nataliæ MM. 119
Quinta, *Septima*. 120
s. Andreæ Apoſt. *Tertia*, *pag.11.* *Quarta*. 12
s. Columbæ V. & M. *Quinta*, *pag.43.* *Secunda*. 44
ss. Coſmæ & Damiani, *Septima*. 133
s. Cypriani Ep. & M. *Quarta*. 132
s. Eugeniæ V. & M. *Tertia*. 43
s. Eulaliæ Virg. & Mart. *Secunda*, *pag.19.* *Septima*. 22
s. Felicis M. *Septima*, *pag.127.* *Nona*. 129
ss. Fructuoſi, & Soc. MM. *Secunda*. 55
Prima. 58
ss. Innocentium, *Quarta pag.52.* *Decima*. 54
s. Joh. Bapt. in Nativit. *Secunda*. 121
s. Joh: Bapt. in Decoll. *Sexta*, 132. *Quinta*. 133
s. Johannis A. & E. *Quinta*, *pag.42.* *Tertia*. 43
s. Ippoliti M. *Secunda*. 132
ss. Juliani & Baſiliſſæ, *Secunda*. 52
ss. Juſtæ & Rufinæ MM. *Septima*, *pag.125.* *Tertia*. 127
ss. Juſti & Paſtoris MM. *Secunda*. 130
s. Laurentii M. *Quarta*, *pag.130.* *Tertia*. 131
s. Leocadiæ, *Secunda*, *pag.15.* *Quinta*. 18
s. Mariæ Virg. Genit. Dei. *Octava*, 24
Quarta, & *Sexta*. 29
s. Martini Ep. & Conf. *Secunda*, *pag.135.* *Quarta*. 136
ss. Petri & Pauli App. *Quinta*. 125
s. Petri Cathedra, *Secunda*, *pag.62.* *Quarta*. 63
s. Romani Martyris. *Tertia*, *Quinta*. 6
s. Saturnini Ep. *Tertia*, *pag.10.* & *Prima*. 11
s. Stephani Protomart. *Quarta*, *pag.39.* *Prima*. 43
s. Vincentii M. *Tertia*, *pag.58.* *Septima*. 61

INDEX PSALMORUM,
De quibus collectæ ſunt Orationes Cod. Veronenſis.

E*X Pſalmo I.* Orat. Octava, Pag. 113. Or. Prima, pag. 136.
Ex II. Or. Tertia. pag.35. Or. Septima, pag.68. Or. Tertia, p. 69. Or. Tertia, pag.86.
Ex III. Or. Prima, pag.25. Or. Quinta, pag.44. Or. Nona, pag. 90. Or. Quarta, pag.97. Or. Nona, pag.134.
Ex IV. Or. Prima, pag.70.
Ex V. Or. Quinta, pag.67. Or. Prima, Quarta, Quinta, pag. 69. Or. Prima, pag.72.
Ex VI. Or. Tertia, pag.49. Or. Septima, & Octava, pag.69. Or. Quarta, pag.70. Or. Secunda, pag.71. Or. Octava, pag.134.
Ex VII. Or. Secunda, pag.67. Or. Nona, pag.69. Or. Tertia, Quinta, p. 70. Or. Quinta, pag.86.
Ex VIII. Or. Octava, pag. 37. Or. Septima, pag.54. Or. Sexta, & Septima, pag.70.
Ex IX. Or. Prima, p. 16. Or. Tertia, & Quarta, p.67. Or. Octava, p.70. Or. Tertia, & Quarta. p.71.
Ex X. Or. Nona, pag.70.
Ex XI. Or. Decima, p.70. Or. Quinta, p.71. Or. Secunda, p. 72. Or. Septima, pag.86.
Ex XII. Or. Sexta, & Octava, p. 71. Or. Sexta. p.134
Ex XIII. Or. Nona, pag.71.
Ex XIV. Or. Septima, pag.71.
Ex XV. Or. Tertia, pag.72.
Ex XVI. Or. Prima, pag. 68. Or. Decima, p.71. Or. Nona, pag.72.
Ex XVII. Or. Octava, p.68. Or. Quarta, Sexta, Septima, p.72. Or. Prima, Secunda, Tertia, pag.73.
Ex XIX. Or. Quinta, pag.75.
Ex XX. Or. Octava, pag. 72. Or. Quarta, Quinta, pag. 73. Or. Secunda, pag.74.
Ex XXI. Or. Secunda, pag. 31. Or. Septima. p.67. Or. Septima, Octava, Nona, pag.73. Or. Tertia, Quarta, Quinta, pag.74. Or. Tertia, pag. 85. Or. Quinta, pag.91.
Ex XXIII. Or. Tertia, pag. 91. Or. Octava, p. 115.
Ex XXIV. Or. Secunda, pag.54.
Ex XXV. Or. Prima, pag. 54. Or. Sexta, pag.74.
Ex XXVI. Or. Secunda, p. 63. Or. Septima, Octava, p. 74. Or. Quinta, pag.76.
Ex XXVII. Or. Nona, p. 74. Or. Secunda, pag.75.
Ex XXIX. Or. Nona, pag.86.

Ex XXX

Ex XXX. Or. Decima, pag. 74. Or. Quarta, Sexta, p. 75. Or. Secunda, pag. 87.
Ex XXXI. Or. Tertia, p. 75. Or. Septima, pag. 75.
Ex XXXII. Or. Septima, pag. 46.
Ex XXXIV. Or. Prima, pag. 74. Or. Octava, Nona, Decima, p. 75. Or. Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Nona, p. 76. Or. Quarta, Sexta, Octava, 87. Or. Secunda, p. 88. Or. Secunda, p. 90. Or. Septima, pag. 134.
Ex XXXV. Or. Quinta, p. 16. Or. Sexta, pag. 76.
Ex XXXVI. Septima, Octava, pag. 76.
Ex XXXVII. Prima, Octava, pag. 77.
Ex XXXVIII. Secunda, Quarta, p. 77. Or. Quinta, pag. 97.
Ex XL. Quinta, Sexta, Octava, p. 77. Or. Secunda, p. 78. Or. Tertia, p. 79. Or. Septima, p. 97. Or. Prima, Octava, pag. 135.
Ex XLII. Or. Prima, p. 29. Or. Octava, p. 31. Or. Prima, Tertia, pag. 78.
Ex XLIII. Or. Quinta, p. 66. Or. Secunda, p. 68. Or. Quinta, pag. 38.
Ex XLIV. Or. Quinta, pag. 27. Or. Sexta, p. 50. Or. Octava, p. 125. Or. Secunda, Quarta, Quinta, Sexta, pag. 126.
Ex XLVII. Or. Tertia, p. 4. Or. Quarta, p. 115. Or. Tertia, pag. 126.
Ex XLIX. Or. Octava, p. 2. Or. Sexta, p. 7. Or. Tertia, p. 34. Or. Septima, pag. 90.
Ex L. Or. Secunda, pag. 25. Or. Prima, Secunda, Tertia, Quarta, pag. 134.
Ex LI. Quarta, Quinta, p. 78. Or. Prima, p. 79. Or. Secunda, pag. 98.
Ex LIV. Or. Sexta, Nona, pag. 78. Or. Quarta, Quinta, pag. 79.
Ex LV. Or. Septima, pag. 78. Or. Secunda, Sexta, Septima, Octava, p. 79. Or. Quarta, pag. 88.
Ex LVII. Tertia, p. 68. Or. Nona, pag. 81. Or. Quarta, pag. 88.
Ex LVII. Or. Nona, pag. 79. Or. Quinta, pag. 80.
Ex LVII. Or. Quarta, p. 68. Or. Prima, pag. 78. Or. Prima, Secunda, Sexta, p. 80. Or. Secunda, p. 82. Or. Tertia, p. 90. Or. Quinta, pag. 134.
Ex LIX. Sexta, pag. 88.
Ex LX. Or. Prima, pag. 63.
Ex LXIII. Or. Tertia, Nona, pag. 80. Or. Prima, p. 81. Or. Secunda, pag. 96.
Ex LXIV. Or. Prima, p. 47. Or. Secunda, pag. 129.
Ex LXV. Octava, pag. 45.
Ex LXVII. Quarta, p. 90. Or. Septima, pag. 114. Or. Septima, pag. 114.
Ex LXVIII. Or. Sexta, p. 58. Or. Quinta, pag. 59. Or. Prima, p. 31. Or. Quarta, pag. 58. Or. Septima, pag. 80. Or. Secunda, Tertia, Quarta, Sexta, p. 81. Or. Tertia, Septima, pag. 83. Or. Octava, p. 84. Or. Quarta, pag. 85.
Ex LXIX. Or. Quinta, pag. 81.
Ex LXX. Or. Septima, Octava, Decima pag. 81. Or. Prima, Tertia p. 82. Or. Sexta, pag. 97.
Ex LXXI. Or. Secunda. p. 49. Or. Octava, pag. 50.
Ex LXXII. Or. Undecima, p. 81. Or. Sexta, pag. 82.
Ex LXXIII. Or. Quarta, p. 66. Or. Septima, p. 91. Or. Quarta, p. 96.
Ex LXXV. Or. Septima, pag. 5.
Ex LXXVI. Or. Octava, pag. 88.
Ex LXXVII. Or. Decima, p. 110. Or. Septima, p. 112.
Ex LXXVIII. Or. Septima, pag. 52.
Ex LXXIX. Or. Nona, p. 2. Or. Secunda, p. 3. Or. Quinta, Septima, p. 23. Or. Octava, p. 32. Or. Secun., p. 33.
Ex LXXXI. Or. Secunda, p. 32. Or. Quinta, pag. 82. Or. Prima, pag. 89.
Ex LXXXII. Or. Tertia, p. 49. Or. Septima, Octava, p. 82. Or. Prima, p. 83. Or. Tertia, Quinta, p. 89.
Ex LXXXIV. Or. Septima, pag. 4. Or. Decima, p. 12. Or. Sexta, p. 23. Or. Quinta, p. 26. Or. Sexta, p. 27. Or. Tertia, Quarta, pag. 28. Or. Secunda, p. 32. Or. Prima, pag. 37.
Ex LXXXV. Or. Nona, p. 82. Or. Sexta, pag. 96.
Ex LXXXVI. Or. Sexta, pag. 3.
Ex LXXXVII. Quinta, p. 58. Or. Prima, pag. 75. Or. Secunda, Quarta, Octava, pag. 83.
Ex LXXXVIII. Or. Prima, pag. 40.
Ex XCII. Or. Nona, pag. 3.
Ex XCIII. Or. Sexta, Nona, pag. 83. Or. Septima, p. 89. Or. Quarta, pag. 129.
Ex XCV. Or. Prima, pag. 10.
Ex XCVI. Or. Secunda, pag. 36.
Ex XCVII. Or. Decima, pag. 9. Or. Quarta, p. 32. Or. Quarta, p. 45. Or. Quinta, 46. Or. Quarta, p. 109.
Ex XCVIII. Or. Prima, pag. 96.
Ex CI. Or. Secunda, Quarta, pag. 4. Or. Tertia, p. 7. Or. Tertia, pag. 47.
Ex CVIII. Or. Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, p. 84. Or. Octava, pag. 92.
Ex CX. Or. Sexta, Septima, p. 15. Or. Quarta, p. 16.
Ex CXI. Or. Prima, pag. 129. Or. Tertia, Quarta, Quinta, pag. 135.
Ex CXIII Or. Quinta, pag. 112.
Ex CXV. Or. Secunda, pag. 133.
Ex CXVII. Or. Tertia, p. 16. Or. Quinta, pag. 34.
Ex CXVIII. Or. Nona, p. 45. Or. Secunda, pag. 70. Or. Nona, p. 89. Or. Quarta, pag. 98.
Ex CXIX. Or. Prima, pag. 86.
Ex CXXV. Or. Secunda, Quinta, pag. 111.
Ex CXXVII. Or. Prima, p. 91.
Ex CXXVIII. Sexta, Septima, pag. 84
Ex CXXXI. Tertia, pag. 66.
Ex CXXXVI. Quarta, p. 8. Or. Nona, pag. 14.
Ex CXXXVII. Or. Secunda, pag. 16.
Ex CXXXVIII. Or. Nona, p. 84. Or. Quarta, p. 100.
Ex CXXXIX. Quinta, Sexta, Septima, Octava, p. 85.
Ex CXLII. Prima, p. 85. Or. Secunda, pag. 117. Or. Sexta, pag 136.
Ex CXLIII. Secunda, pag. 60. Or. Secunda, Nona, Decima, pag. 85.
Ex CXLIV Or. Septima, pag. 36.
Ex CXLVII. Or. Tertia, pag. 24.
Ex Cantico B. Mariæ Virginis. Or. Prima, pag. 26.
Ex Cantico Zachariæ. Or. Septima, pag. 49.
Ex Cantico Simeonis. Or. Septima, p. 44. Or. Prima, Secunda, p. 45. Or. Quinta, pag. 46.

INDEX CODICIS VATICANI.

ANTIPHONÆ.

IN Adventu Domini. pag.493. c.1.
pro Aëris ſerenitate. p.491. c.2. n.1
pro Aëris temperie. p.486. c.1.
pro Caritate. p.494. c.2. n.2
pro s.Confeſſore. p.496. c.2. n.2
in Dedicatione Eccleſiæ. p.496. c.2. n.1
in Dominica in ramis Palmarum. p.487. c.1. n.1
Dominicales. p.495. c.1. n.1. & 496. c.1. n.3
Dominicales ad Proceſſionem. p.492. c.2. n.2
Dominicæ poſt Aſcenſa. p.495. c.2. n.1
in Domo, ideſt pro egredientibus, & regredientibus. p.492. c.1. n.1
in Feſtivitate Omnium Sanctorum. p.496. c.1. n.1
s. Johannis Baptiſtæ. p.495. c.2. n.3
s. Laurentii M. p.495. c.2. n.4
in Letania majore. p.488. c.2. n.1
s. Mariæ Dei Genitricis. p.496. c.1. n.1
ſuper Menſam. p.492. c.2. n.1
pro Neceſſitate quacumque in Proceſſione. p.494. c.2. n.1
pro Pace Regum & Principum. p.489. c.1.
in s.Paſchâ. p.494. c.1.
in Paſchâ ad Proceſſionem. p.495. c.1. n.2
in Pentecoſte. p.495. c.2. n.2
ad Pluviam petendam. p.490. c.2. & ſeq.
ad Pontificem ſuſcipiendum. p.492. c.1. n.3
ad Proceſſionem pro Neceſſitate quacumque. p.494. c.2. n.1
in Purificat. B. Mariæ V. in Proceſs. p.486. c.2. ſeq.
in Ramis Palmarum ad Proceſſionem.
cum verſibus in ea cantari ſolitis. p.487. c.1. n.2
ad Regem ſuſcipiendum. p.492. c.1. n.2
pro Serenitate aëris. p.491. c.2. n.1
Benedictio in Ramis Palmarum. p.486. c.1. n.5

CONFESSIONES.

ſoli Deo. p.478. c.1. n.1
Generalis. p.482. c.1. n.1
s. Hieronymi. p.479. c.2. n.1
ad Sacerdotem. p.480. c.2.
ad ss. Trinitatem. p.482. c.1. n.2

EXPLANATIONES.

Orationis Dominicæ. p.497.
Symboli Apoſtolorum. p.501.
Symboli S. Athanaſii. p.507. & p.514

HYMNI.

Poenitentiae. p.485. c.1.
ad Pluviam petendam. p.491. c.1.
pro Serenitate. p.491. c.2. n.2
Flores Pſalmorum Prudentii. p.465.
Formula precum Sacerdotis ante abſolutionem. p.481. c.2.
Letaniæ ad Pſalmos Prudentii.
cum ſuis Orationibus. p.476.

ORATIONES.

ad s.Andream. p.483. c.1. n.2. & p.528. c.1. n.1
ad s.Angelum proprium. p.527. c.1. n.3
ad ss.Apoſtolos omnes. p.483. c.1. n.4. & p.528. c.1. n.3
ad s.Benedictum. p.484. c.1. n.2. & p.528. c.2. n.4
ad ss.Confeſſores. p.483. c.2. n.3
ad Crucem adorandam. p.518. & ſeq.
Diverſæ. p.485. c.2. & ſeq.
ad s.Iohan. Baptiſtam. p.527. c.2. n.1
ad s.Io. Euangeliſt. p.483. c.1. n.3. & p.528. c.1. n.2
ad s.Laurentium M. p.484. c.1. n.1
ad s.Mariam D.G. p.526. c.1. n.2. & ſeq.
ad s.Martinum. p.483. c.2. n.1. & p.528. c.2. n.3
ad ss. Martyres. p.528. c.2. n.1
ad s.Maurum. p.484. c.1. n.3
ad s.Michaelem. p.527. c.1. n.2
ad s.Nicolaum. p.483. c.2. n.2
pro Parentibus, Conſanguineis, &c. p.477. c.2. n.2
ad s.Paulum Ap. p.483. c.1. n.1. & p.527. c.2. n.3
ad Perſonam Patris. p.525. c.2. n.3
ad Perſonam Filii. p.525. c.2. n.4
ad Perſonam Spiritus Sancti. p.525. c.2. n.5
ad s.Petrum Ap. p.527. c.2. n.2
poſt Recitationem Pſalterii. p.477. c.1. & 2. n.1
pro Remiſſione peccatorum. p.521. c.2. n.1
& p.478. c.1. n.2. & p.479. c.2. n.2
ad Sanctos omnes. p.484. c.1. n.4
ad Septem Pſalmos Pœnitentiales. p.521. & ſeq.
ad s. Silveſtrum. p.528. c.2. n.2
ad s.Stephanum Protomart. p.483. c.2. n.4
&. p.528. c.1. n.4
ad ss.Trinitatem. p.484. c.2. & p.526. c.1. n.1. & ſeq.
Verſus cantari ſoliti in proceſſ.Palm. p.488. c.1

FINIS.

ERRATA		CORRIGE.
In Monito ad Lectorem.	PARTE I.	
Pag.I. lin.2.	Clericorum Reg. Sacrae Rit. Cong.	Clerico Regulari & Sacrorum Rituum Congregationis
Pag.2. lin.6.	in inſignibus eorundem Bibliothecis	in inſigni eorundem Bibliotheca
Lin.19.	praetii.	pretii, & ita ubique.
Lin.34.	a Doctiſſimo Cl. Viro	a Doctiſſimo Viro
Pag.3. lin.1.	demum &	demum & cum
Lin.9.	quod ego	(quod ego
Pag.7. lin.30.	quod continet	ſcilicet Appendicem, quae continet
Pag.8. lin.34.	Praeterea	Etiam
Pag.9. lin.5.	etiam	verò
Pag.17. lin.13.	declaret.	declararet.
Lin.19.	immeritò	immerito
Lin.24.	ut haec gratiarum actio primo huic	primo huic, cæteris omiſſis.
Pag.22. lin.14.	Hympomneſticon	Hypomneſticon
Pag.23. lin.8.	conducunt	conducent
Pag.CXVII. lin.2.	ex Hiſpanico libri	ex Hiſpanico libro
Lin.3.	ab Eugenio, Robleſio, Toletano	ab Eugenio Robleſio Toletano
P.CXXXVII. l.7.	quotquot etiam .... Sancti	quotquot enim .... Martyres, illi &c.
Lin.8.	celebres	Gothica celebres tunc
Lin.46.	ſextae Hebdomadae	expungantur hæc verba.
Pag.CXLVI. l.9.	de hac Eulalia	de Eulalia
Pag.CXLI. lin.19.	Fortunatus	laudatus Fortunatus
Lin.24.	, habetur	habetur,
Lin.26.	recitato	recitato
Pag.CXLVIII. l.3.	inter Hymno	inter Hymnos
Pag.CLIII. lin.40.	de quo multis ſupra diſſerui	de quo paulo infra diſſeram
Pag.CLIV. l.36.	Duronenſi	Turonenſi
Lin.37.	Miſſae Gallicana celebraretur, atque Toletana	celebrabantur Miſſae Gallicana, & Toletana
Pag.CLV. lin.17.	Demum Aur. Prudentius	IIII. Aurelius Prudentius
P.CLXXIII. l.penult.	cum enim	. Scilicet
Lin. ultima	illa celebritas fuerit ab Eccleſia inſtituta, id factum primitus die 22.	Cathedrae celebritas fuit inſtituta, vel potius ab Eccleſia inligata dici 22.
P.CLXXIV. l.10.	Ut autem	Porro, ut
Lin.34.	Regalis	Paſtoralis
Lin.54.	certè Laterculus	Laterculus
P.CLXXVI. lin.9.	incboatum	Romae incboatum
Lin.34.	nihil in novo eſt immutatum.	nihil in recitatis orationibus Officii veteris eſt immutatum.
Lin.52.	ejuſdem hebdomadae	expungantur hæc verba.
Lin. eadem.	vel feria illa, vel antecedens	vel feria ſecunda, vel ipſam immediatè antecedens
Lin.54.	ſive a feria ſequente	nempe a feria ſecunda
P.CLXXVII. l.2.	. Numerum	, numerum
Lin.24.	decimas.	decimas
P.CLXXVIII. l.14.	Atque	Atqui
P.CLXXVIII. l.9.	iterum	Repones iterum:
Lin.10.	In eo	In eo namque
P.CLXXXII. l.41.	Sequiori tamen	Sequiori
P.CLXXXIII. l.49.	SANCVA	SANCTA
P.CLXXXIX. l.23.	In prima Hebdomada Quadrageſimae	In prima Hebdomada Quadrageſimae;

	ERRATA	CORRIGE.
Lin.43.	(a) *Dom.II.*	(a) *Hęc dicitur Dom.II.*
Pag.CXCI. lin.9.	*ut Cod. Veron.*	*ut in Cod. Veron.*
Pag.CXCII.lin.13.	*quoniam .... dicitur*	*Cur ..... dicatur*
Lin.ult.	*Feſtum Paſſionis*	*initium Paſſionis*
Pag.CXCIII. l.15.	*ea die*	*ea etiam die*
P.CXCVI. lin.49.	*Scilicet ex primaeva aetate in hac Dominica quinta etiam Mozarabes*	*Scilicet hac Dominica V. Mozarabes*
Lin.50.	*conſueverunt, ſervata veteri diſciplina*	*coeperūt, mutata veteri diſciplina, quae primis temporibus Paſſionis memoriam a Dominica* in Vigeſima *inchoabat.*
Lin.51.	*facit Eccleſia*	*facit etiam Romana Eccleſia*
Lin.54.	*praeſcribitur*	*hac die praeſcribitur*
P.CXCVII. l.9.	*in Coena Domini.*	expungantur.
Lin.11.	*Chriſte &*	*Chriſte &c.*
Pag.CCII. lin.26.	*accip*	*accipe*
Pag.CCIV. lin.19.	*ipſe impugnavit ..... aſſerit*	*antiquum eſſe impugnavit ..... aſſeruit*
Lin.24.	*proferuntur*	*Meratus profert*
Pag.CCV. lin.13.	*cui nomen inſeritur*	*quod nomen exhibet*
Pag.CCVI. lin.1.	*etiam*	expungatur.
Lin.36.	*quia mos ... infantum*	*quia in ea mos ... illorum*
P.CCVIII. lin.16.	*conſentio*	*conſentio.*
Lin.41.	*feria ſecunda*	*hac feria ſecunda*
Pag.CCX. lin.46.	*illuſtrare*	*illuſtrare.*
P.CCXIII. lin.3.	*quo die*	*quo etiam die*
Lin.4.	*Hunc legendae*	*Hunc verò legendae*
Ibidem	*etiam in Eccleſia*	*in Eccleſia quoque*
Lin.30.	*& S. Iſidorum*	*& qui S. Iſidorum*
Lin.37.	*de antiquo*	*de*
Pag.CCXXIX. l.62.	*incenſo*	*thure*
Pag.CCL lin.6.	*exſtant illis*	*Exſtant*
P.CCLIX. l.5.	*quoniam eam*	*in vivis namque tunc erat. Eam verò*

PARTE II.

Pag.I. lin.3.	*Anecdotus*	expungatur.
Lin.9.	*prodit*	*prodit nunc primùm*
Pag.137. lin.18.	*auctuarium*	*auctarium*
Pag.465. lin.47.	*qui ſcriptum videtur*	*qui ſcriptus videtur*
Pag.476. lin.4.	*Incipiunt Orationes ad adorandam Crucem, ſive ad depoſcenda ſuffragia omnium Sanctorum.*	*Incipiunt Orationes ad adorandam Crucem, ſive ad depoſcenda ſuffragia omnium Sanctorum.* Eas vide paulo infra pag.518. & ſeqq. uſque ad p.539.
Pag.491. col.1.	in nota marginali (a), *quos de medio.*	*quae de medio.*
Pag.518.	*Incipiunt Orationes &c.*	*Incipiunt Orationes &c.* (a) ex Codice Vaticano ſignato num.48. ex quo ſupra (pag.465.) edidimus Variantes Lectiones *Florum Pſalmorum Prudentii* Epiſcopi Tricaſſini.
Pag.539. lin.36.	*ſimilem, & pene eandem*	*ferè ſimilem illi, quam*
Pag.540. lin.7.	*Codicis Veronenſis.*	*Codicis Veronenſis, ideſt Libelli Orationum Gothico-Hiſpani.*
Pag.544. lin.1.	*Index Codicis Vaticani*	*Index Codicum Vaticanorum*, de quibus agitur in Secunda Parte hujus Tomi.

Digitized by Google